ALEXANDRI DE NEVO
VICENTINI IVR. VTR. DOC. CELEBERRIMI
In Secundum Decretalium Librum Pars Secunda,

QVAE CVM DIV DESIDERATA,
Temporis iniuria hucuſque latuerit, nunc primum
in lucem edita eſt.

Adhibitis præter accuratam veterum exemplarium manuſcriptorum collationem, multis Apoſtillis, & Summarijs, cum Indice locupletiſſimo.



VENETIIS, Apud Iuntas, M D LXXXV.

Rubricarum Tomi huius Syllabus.

De appellationibus. fol. 1.
De peregrinantibus. 129
De confirmatione vtili, vel inutili. 131

D. ALEXANDRI DE NEVO VINCENTINI IVR. VTR. DOC. CELEBERRIMI,

In Secundum Decretalium Librum;

PARS SECVNDA.

De appellationibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Appellatio ſuſpendit iuriſdictionē iudicis, et reddit nullum quicquid poſtea fuerit attentatum.
2 Caſſatur aquè quod fit poſt recuſationem iudicis, ſicut illud, quod fit poſt appellationem.
3 Appellationum materia eſt valde frequens, & neceſſaria.
4 Appellationis duodecim quaſtiones totam materiam appellationis pertractantes vide hic ordinatè.
5 Appellatio quid ſit.
6 Appellatio & Prouocatio ſunt ſynonima.
7 Appellatio etiam ſtrictè loquendo poteſt dici, prouocatio.
8 Prouocatio omnis eſt appellatio.
9 Prouocatio dicitur appellatio extraiudicialis proprie.
10 Appellatio eſt de minore iudice ad maiorem prouocatio ſecūdum Goff.
11 Appellatio dici poteſt largo modo, quando quis vocatur ad iudicem.
12 Appellatio eſt ius, quo interim ſententia prima extinguitur, & cauſa cognitionem ad ſuperiorem iudicem deuoluit.
13 Appellatio extraiudicialis eſt a præſenti grauamine, vel veriſimiliter futuro ad ſuperiorem prouocatio.
14 Appellatio quotuplex ſit uide.
15 Iudicium non eſt ante litem conteſtatam.
16 Appellatio anteiudicialis quæ dicatur.
17 Appellatio iudicialis, quæ dicitur.
18 Sententia eſt pars iudicij, & dicitur de proceſſu eſſe.
19 Appellatio poſtiudicialis eſt ab executore facta.
20 Appellatio extraiudicialis quæ dicatur.
21 Appellatio ab interlocutoria, & a diffinitiua, quæ.
22 Appellationis quæ ſint de forma ſubſtantiali.
23 Conſuetudo non poteſt immutare ſubſtantialia alicuius actus.
24 Conſuetudo poteſt dare iuriſdictionem priuatam.
25 Apoſtoli poſt appellationem qualiter petendi.
26 Appellatio, an debeat continere nomen appellantis.
27 Nomen iudicis a quo, an ſit exprimendum in appellatione.
28 Sententia cum ſua continentia, an ſit exprimenda in appellatione.
29 Nomen aduerſarij, an ſit exprimendum in appellatione.
30 Appellans contra vnum, vel aliquos tantum cum ſententia ſit lata contra plures, an cenſeatur appellaſſe contra omnes.
31 Nomen iudicis ad quem, an in appellatione ſi exprimendum.
32 Appellatio poteſt fieri vnico verbo, dicendo, appello, ſecundum Bald. vel tribus verbis tantum.
33 Paria ſunt aliquid ſpecificari proprijs nominibus, vel certis circunſtantijs, & demonſtrationibus certificari.
34 Demonſtratio falſa, quando appellationi non noceat.
35 Appellare, an ſufficiat a ſententiis, quæ ſuper diuerſis libellis, & rebus lata ſunt.
36 Sententia unica præſumitur, licet res diuerſæ fuerint, ſuper quibus lata fuerit vnico c[illegible]exa.
37 Appellatio interpoſita ſuper vno capitulo ſententiæ non extenditur, niſi ad connexa.
38 Incertitudo quando vitiat appellationes.
39 Appellatio facta ſimpliciter a ſententia cenſetur facta ab omnibus articulis eius, ſuper quibus lata eſt.
40 Sententia plures lata ſuper vno negocio, plures appellationes deſiderāt.
41 Appellationis accidentalia, quæ ſint.
42 Appellari non poteſt ad imperatorem de iure ciuili omiſſo medio, ſecus de iure canonico.
43 Conſuetudo, vt appellari poſſit omiſſo medio, valet.
44 Præſcribi non poteſt, quod non appelletur ad principem.
45 Appellatio omiſſo medio non eſt contra ſubſtantialia, ſed contra accidētalia appellationis.
46 Effectus appellationis qui ſint.
47 Effectus ſuſpenſiuus appellationis, tollit præſumptionem, quæ erat pro ſententia, licet non in totum.
48 Appellatio in ſententijs cenſura non ſuſpendit ſententiam.
49 Appellatio a ſententia nulla, non ſuſpendit pronunciatum, cum mero iure non teneat, ſed deuoluit.
50 Appellatio reſpectu ſtatus de præſenti extinguit pronunciatum, ſecus de futuro.
51 Condemnatus quandiu pendet appellatio non dicitur condemnatus, nec infamis.
52 Poſſeſſor condemnatus appellatione pendente dicitur poſſeſſor.
53 Appellatio quo iure introducta fuerit.
54 Appellatio eſt quædam defenſio & præſidium innocentiæ.
55 Appellatio introducta fuit, vt corrigat iniquitatem, ſeu imperitiam iudicantium.
56 Appellari, an poſſit a ſententia principis.
57 Exceptio rei iudicatæ fuit introducta ad rigorem iuris conſeruandum & ſit litium finis.
58 Appellare tertio non licet poſt duas ſententias.
59 Principis loco ſunt Reges, & Domini non recognoſcentes ſuperiorem.
60 Papa appellari poteſt, ſeu ad ipſum recurſus haberi poteſt a ſententia imperatoris, vel alterius ratione peccati.
61 Officium iudicis ad quem appellatur, quale debeat eſſe.
62 Iudex appellationis, ſicut poteſt reformare ſententiam, ita iudex reductionis laudi.
63 Reductio laudi ad arbitrium boni viri, eſt quædam ſpecies appellationis.
64 Appellatio ad quem ſit dirigenda, iudice ad quem non reperto in loco.
65 Appellatio facta a rectore collegij, & ciuitatis, ad quem deuoluatur.
66 Aequipollentia dicitur, quando non variatur effectus.
67 Membra ibi cenſentur eſſe, ubi caput fuerit.
68 Appellatio a rectore collegii datur ad ſuum ſuperiorem.
69 Iudex appellationis ſolet ſpecialiter in locis conſtitui.
70 Collegium mixtum appellatur vniuerſitas ſcholarium.
71 Scholaris clericus a rectore ad epiſcopum appellat, laicus ad laicum.
72 Scholaris habet iudicum electionem.
73 Appellatio ad quem fiat quando prælatus inducitur in temporalibus, vel ut rector ciuitatis, vel vt delegatus principis.
74 Appellatio ad quem fiat clerico exiſtente rectore ciuitatis.
75 Rex ſi iudicet in comitatu, vt Comes, habet appellationem ad ſuperiorē eius comitatus.
76 Delegatio cauſa facit ceſſare ſuſpicionem.
77 Epiſcopus, qui interfuit capitulo tamquam canonicus, ad ſe recipit appellationem tamquam epiſcopus.
78 Iudice inferiore, & ſuperiore ſimul iudicantibus, ad quē appellandū ſit.
79 Magis dignum trahit ad ſe minus dignum.
80 Iudice eccleſiaſtico, & ſeculari ſimul iudicantibus, ad quē appellari d[ebe]at.
81 Reductio eſt petenda coram iudice eccleſiaſtico compromiſſo facto in clericum & laicum.
82 Appellatio, an cēſeatur in omni ſnīa pmiſſa ſi nō reperiatur prohibita.
83 Negans appellationem dari, tenetur probare.
84 Appellari poteſt a ſententia lata pro libertate.
85 Appellatio in quibus caſibus non admittatur, vide.
86 Officialis aufugiens de officio non expectato ſindicatu, pro conuicto, & confeſſo habetur, nec appellat.
87 Sententia principis, vel ſenatus, appellationem non recipit.
88 Differentia inter ſupplicationem, & appellationem.
89 Renunciatio appellationis ualet, etiam ſi fuerit facta ante latam ſententiam, & quando ualeat.
90 Sñia ſortis uel fortunæ, non recipit appellationē, quia non hēt ſuperiorem.
91 Reſtitutio in integrum minori, an detur in læſione diuiſionis factæ iudicio ſortis.
92 R[illegible] minori non conceditur, quando [illegible] remedium ordinarium habet.

Aec Rubrica continuatur ad p̄-
cedētes hoc mō. Viſum eſt ſ. de
ſentētia & eius effectu. Sed quia
appellatio ē remediū ꝯ iniam :
mento ſubijcit hic Rubrica de
appellationibus. Et quia appel-
latio, recuſatio, & relatio, vt di-
cit Io. And conueniunt in iuriſ-
dictione ſuſpendēda, ne auctor
haberet materiam multiplican
di Rubricas, annectit iſta tria ſiſ.
ſ de appellationib. recuſationibus, & relationibus. Et ex his
1 verbis Io. And. colligit D. Abb. ꝙ ſicut appellatio † ſuſpēdit
iuriſdictionē iudicis, & per ꝯñs reddit nullū quod poſt ea fue
rit attentatū, vt in c. non ſolū. & in c. a. ſi a iudice. in vi. ita vr̄
dicendum de attentatis poſt recuſationem, uel relationem,
& ad hoc D. Abb. allegat gl. 2. q. vj. quotiens. q̄ dicit, ꝙ æque
2 † caſſatur illud, quod fit poſt recuſationē iudicis, ſicut illud,
quod fit poſt appellationem, & idem voluit Io. An in c. legi
tima. in prin e. ti. in vj. vbi dicit, ꝙ ſicut pēdente appellatione
nihil eſt innouandum: ita etiam pendente recuſatione, vel
relatione, licet Inn. in c. cum ſpeciali. ſ. eo. dixerit, ꝙ non me-
minit ſe legiſſe, ꝙ attētata poſt recuſationem ſint nulla. ſed
primum dictum ſequitur Bar. in l. quia poterat. ff. ad Trebel.
ſed de hoc plenē dicam in d. cap. cum ſpeciali. De relatione
3 autem dicam. ſ. eo. intimaſti & quia † materia huius titu eſt
valde frequens, & neceſſaria, vt dicit l. j. in prin. ff. eo ideo ple
nius eſt pertractanda iuxta doctrinam iuriſconſulti in l. lega
ui. ff. de libe leg. ideo circa iſtum titulum aliquantulum me
extendam, quia frequentius practicatur, q̄ aliæ materiæ. &
in hac Rubr. D. Abb formar ſex qōnes pertinentes ad māam
4 † appellationis, ſed ego addam ſex alias pro pleniori decla-
ratione vnde primo q̄ro, quid ſit appellatio. Secūdo, quotu
plex ſit appellatio. Tertio quæ ſint de forma ſubſtantiali ap
pellationis. Quarto, quæ ſint de forma accidentali appella-
tionis. Quinto de effectibus appellationis. Sexto, quo iure ſit
introducta appellatio. Septimo, quod ſit officium iudicis ad
quem. Septimo, ad quem ſit appellandum, ſi iudex appella-
tionis non ſit in loco. Nono, ad quē debeat appellari a recto-
re ciuitatis. vel a priore vniuerſitatis illius collegij. Decimo
ad quem ſit appellandum a prælato in temporalib. vel quid
ſi clericus ſit rector, vel officialis alicu' ciuitatis, vel cogno
ſcit tanq̄ delegatus principis ſecularis. Vndecimo, ad quē ſit
appellandū, ſi iudex eccleſiaſticus, & ſecularis ſit pronūtiāt.
Duodecimo, an appellatio ſit rēr permiſſa, vel prohibita.
5 Venio ad primum. ſ. † quid ſit appellatio. & gloſ. 2. q. vj. in
ſumma, ſic diffinit. Appellatio eſt prouocatio iniquæ ſniæ q̄-
relam continens. ff. de mino. l. præfecti. & nota illam gl in q̄-
tum dicit, ꝙ appellatio eſt prouocatio, ꝙ ex hoc ſequitur, ꝙ
6 † appellatio & prouocatio ſunt ſynonima, & idem impor-
tant. hoc etiam ſentit gl. in c. 3. in ver. officiali. de conſue. in
6. ſed But. in cap ſi. de ſequeſt. poſ. & fruct. dicit ꝙ appellatio
a ſententia diffinitiua largo mō dr̄ prouocatio, quaſi ſtrictè
debeat nuncupari appellatio: ſed D. Abb. per illum tex. & p
7 gl. ſ. allega dicit ꝙ ēt ſtrictè loquendo † appellatio pt̄ dici p
uocatio. Ex quo enim in diffinitione appellationis ponitur
verbum prouocatio, ſatis patet, ꝙ appellatio eſt prouocatio.
8 Et dicit D. Abb ꝙ oīs † prouocatio eſt appellatio allegat tex.
no. in c. cum ſit Romana. ſ. eo. Et dicit hoc eſſe notat. p ſta-
tutis & alijs diſpoſitionib. facientib. mentionē de prouoca-
tione Sed aduerte, quia in d. c. cum ſit Romana. §. ſi vero. vr̄
9 pbare, ꝙ prouocatio† pprie dicatur extraiudicialis appella
tio, dum dicit ibi text ꝙ appellatio extraiudicialis non dr̄ p-
prie appellatio. ſed tātum prouocatio, de quo tñ ibi dicam.
gl. vero præall in d. ca 3. de conſue in 6. diffinit appellationē
10 poſt Goff & alios ſummiſtas, dicens ꝙ † appellatio eſt de mi
nori iudice ad maiorem prouocatio. ſed Bar in l. j. ff. eo. dicit,
ꝙ hæc diffinitio eſſet vera largiſſimè ſumendo nomē appel
lationis, quia quando aliquis vocatur ad iudicem, pōt dici p
uocatio. l. item apud Labeonem. § appellare. ff. de iniur. &
eodē mō. dicit ꝙ ſi quis vocatur ad cœnam, pōt dici appella-
tio. Sed ſalua reuerētia Bar. meo iudicio male reprehēdit diſ-
finitionem Goff. quam ſequitur gl. ſupradicta nam licet lar
11 go modo poſſit dici† appellatio, quando quis vocatur ad iu
dicem, vt in d. §. appellare. de quo uide bon. tex. in d. c. cum ſit
Romana. in ver. ſi vero a grauamine. ſ. eo. tñ talis appellatio
non ſit de minori iudice ad maiorem. vnde quia talis prouo
catio quæ fit a minori iudice ad maiorem rēr fit per viam ap
pellationis, ideo diffinitio Goff. quam gl. prædicta ſequitur
diffinit appellationē proprie ſumendo ipſam appellationē,
nō autem largiſſimè ſumendo, vt dicit Barto. ipſe vero Bar.
12 ſic diffinit. Appellatio † eſt ius, quo interim ſententia prima
extinguitur, & cauſæ cognitionem ad iudicem ſuperiorem
deuoluit, & dicit, ꝙ iſta diffinitio loquitur de appellatione
a diffinitiua. De alijs vero appellationibus ſe remittit. ſed D.
Abb. dicit, ꝙ hæc diffinitio Bar. non bene euacuat diffinito
nem appellationis, ſicut debet facere quælibet bona diffini
tio, vt in c. omnis diffinitio. ff. de regulis iur. & l. j. §. dolum. ff.
de do. & Ang. & Ioan. de Imo. in rubrica. ff. eo. tit. multiplici
ter impugnant diffinitionem Bar. quam aliqui moderni co
nantur ſubſtinere: ſed quia hæc indagatio non eſt multum
neceſſaria, ideo eam prætermitto. Dom. autem Abb. ſequi-
tur diffinitionem Goffr. quam recitat glo. præallega licet de
ipſa nullam faciat mentionem. Addit tamen ad ipſam diffi
nitionem, dicit enim, ꝙ appellatio eſt a minori iudice ad
maiorem prouocatio, quæ ſi eſt legitima, pronuntiatum, &
iuriſdictionem iudicis quo ad illam cauſam ſuſpendit, & ip-
ſius cognitionem ad ſuperiorem transfert. Et hoc dicit pro-
cedere quātum ad appellationem iudicialē. Appellationē
13 vero extraiudicialem ſic diffinit. Appellatio eſt a præſenti
grauamine, vel veriſimiliter futuro, ad ſuperiorem prouoca
tio, quæ ſi eſt veriſimilis & probabilis, ipſam cauſam ad ſupe
riorem transfert, vt ea pendente nihil in ipſius præiudicium
attentetur, de quo plene habetur infra eo. bonæ. & hoc ſuffi
ciant quo ad primum.
14 Venio ad ſecundum, ſcilicet quotuplex ſit † appellatio. &
15 Bal in hac Rubrica dicit, quod eſt quadruplex, † ſcilicet ante
iudicialis, vt quando appellatur ante lit. conteſte. nam ante
16 litem conteſta. non eſt † iudicium, ut in Auth de litig. §. om
17 nem. Secunda dicitur † appellatio iudicialis, quando appel-
latur poſt lit. conteſta. vſque ad ſententiam, vel quando ap-
18 pellatur ab ipſa ſententia, nam † ſententia eſt pars iudicij, vt
in l. j. C. de iudic. pro hoc facit, quia ſententia dicitur eſſe de
proceſſu, vt not. Barto. in l in fraudem §. neque inſtrumen-
ta ff de iure fiſci, & dixi in ca quoniam contra falſam ſupra
19 de proba Tertia † appellatio vocatur poſtiudicialis, vt quā-
do appellatur ab executore, vel quia excedit modum in exe
quendo, vel quia non priuat ordinem, & de hoc ſcilicet, an
& quādo poſſit appellari ab executore, plene dixi in c. quod
20 ad conſultationem ſ. de re iud. Quarta dicitur † appellatio
extraiudicialis, vt ſi appelletur a collatione beneficij, vel ab
electione, vel a quocunque alio, quod fiat ex publico officio
vel quaſi publico, vt in l. j. §. ſolet. ff. quando appel. ſit. A con-
tractu autem non poteſt appellari, ſm Bal. quando alius per
alium non grauat. l. ſi unus. §. ante oīa. ff. de pactis. ſed de hoc
vltimo dicam in c. cum ſit Romana. ſ. eo. ti. & in c. bonæ, eo.
titu. Tamen proprius loquendo, ſm quod communiter lo-
quuntur canones, q̄dam appellatio eſt extraiudicialis, ut qñ
appellat̄ ab actu facto extraiudiciū. Quædā uero eſt iudicia-
lis, & talis iudicialis appellatio, vel interponitur in iudicio,
ſiue ante lit. conteſt. ſiue poſt, dummodo interponatur ante
21 ſententiam diffinitiuam, & talis dicitur † appellatio ab in-
terlocutoria, vel interponitur ab ipſa diffinitiua ſententia,
& talis dicitur appellatio a diffinitiua. Vtrum autem appel-
latio quæ interponitur ab executore, dicatur appellatio a
diffinitiua, vel ab interlocutoria, dixi in ca. quæ ad conſulta-
tionem, ſupra de re iud.
Venio ad tertium, ſcilicet quæ ſint de forma ſubſtantiali
22 † appellationis. & in hoc dic, quod de forma ſubſtantiali ap
pellationis eſt, quod appelletur ad maiorem iudicem, nec
valet conſuetudo diſponens, quod appelletur ad minorem
vel ad parem, ſeu ad eundem iuris fictione, ut in capit. non
putamus, iuncta gloſ. in verbo, officiali, de conſuetud. in vj.
23 quæ quotidie allegat̄, quod † conſuetudo non poteſt immu
tare ſubſtantialia alicuius actus. facit l. cum precario. ff. de
preca. hoc tamen intellige, inquantum dixi, quod conſue-
tudo non poteſt diſponere, vt appelletur ad parem, uel ad
minorem, niſi in ipſa cognitione appellationis faceret eum
maiorem. Sicut eſt in aliquibus ciuitatibus, vbi deputantur
aliquæ perſonæ priuatæ ad cognoſcendum de appellationi
bus interponendis a prætore ciuitatis: valet enim tale ſtatu
tum ſiue conſuetudo, quia in hoc conſtituuntur maiores,
licet quo ad alia ſint minores, ſeu inferiores ipſo prætore,
& hoc tenet Ioan. And. in nouella, in capi. Romana. in glo.
quæ incipit, quaſi dicat, eodem titulo, in vj hoc etiam ſe-
quitur Ioan. de Ligna & D. Do. in d. capit. non putamus, ſu-
per prædicta glo. in uerbo, officiali. hoc etiam ſequitur do.
Abb. in c. expoſuit. in ſecundo notabili. ſupra de dila. moue-
tur per ca. cum contingat. ſupra de foro compet. vbi patet, ꝙ
24 † cōſuetudo poteſt dare iuriſdictionem priuatam. Vlterius
aliqui dicunt, quod vj ſunt de forma ſubſtantiali appellatio-
nis. Primum eſt ut appellatio contineat nomen appellantis.
Secundo nomen iudicis, a quo appellat̄. Tertio ut cōtineat
ſententiam a qua appellatur. l. j § fi. cum l. ſequen. ff. eodem.
Quarto ut contineat nomen aduerſarii. ſecunda, quæſt. vj. §.
formam. Quinto, vt contineat nomen iudicis ad quem ap-
pellatur,

pellatur,vt d.§.forma.Sexto quod petantur apoſtoli poſt in-
terpoſitam appellationem vſque ad xxx.dies,vt in ca. ab eo,
& in c.vt ſuper.de app.in 6.& plene habetur in clem.2.cod.
25 tit.vbi habetur qualiter & quomodo petēdi ſunt † apoſtoli
& concedendi . Vnde videndum eſt, an reliqua quinque
ſint de forma ſubſtantiali appellationis, & quo ad primum
26 ſcilicet,quod † appellatio debeat continere nomen appellā
tis.Bar.in l.j.in prima colum.in fi.ff.eodem,dicit,quod ſi pro
curator appellat,debet ꝓcuratorio nomine appellare,ſed ſi
iam erat factus dominus litis poteſt etiā proprio nomine ap
pellare.Et ſubdit Bar.quod ſi procurator diceret ſemper ap
pello, intelligitur appellare ꝓcuratorio nomine , quod no.
iſtud tamen ſcilicet,quod appellans debeat exprimere pro-
prium nomen in appellatione,non eſt de ſubſtantia appel-
lationis, ſed ſatis eſt,quòd dicat,appello, dummodo cōſtet
quis appellationem interpoſuerit,& hoc clarius patebit in
27 ſequentibus.Quo ad ſecūdum,ſcilicet an ſit exprimēdū † no
men iudicis a quo.Bar.vbi ſupra concludit,quod ſufficit ex-
primere nomen dignitatis iudicis , ſed dic quod etiam hoc
non eſt de ſubſtantia, & hoc tenet Spec.eo.ti.§.officio.in
fi.verſ.ſed pone. vbi dicit quod licet in commiſſione, ſeu in
reſcripto non ſit expreſſum nomen iudicis a quo appella-
tur,nihilominus valet commiſſio appellationis,& reſcripti
quia ſatis eſt, quod conſtat de cauſa , & perſonis,inter quas
lata fuit ſententia,quod tene menti Quo ad tertium, ſcili-
28 cet , an ſit exprimenda continentia † ſententiæ in appella-
tione,dic quod licet ſit cautum exprimere ſententiam,& ſu
per quo lata fuit,ut in l.j.§.fina. cum ll. ſequen.ff.eod.tamen
Barto.ibi dicit,quod ſufficit qñocunque appareat , quod ſit
lata ſententia. Quo ad quartum , ſcilicet , an ſit exprimen-
29 dum nomen † aduerſarij,contra quem appellatur? dic quod
licet omittatur,non vitiatur ex hoc appellatio, vt in d.l.j.§.
fi.cum l.ſequen.ff.eo.& ibi hoc tenet glo.& Spe. eodem ti.§.
30 qualiter.in prin.verſi.hoc etiam nota. vbi etiam tangit quid
ſi † ſententia ſit lata pro pluribus contra unum,& appellās
in appellatione aliquos exprimat,aliquos non,an intelliga
tur appellaſſe contra omnes,an vero ſolum cōtra illos, qui
in appellatione fuerunt expreſſi,de quo vide per Bart.in l.3.
§ ſed illud.ff.eod.de quo dicam in c.penul.infra eod.Quo ad
31 quintum,ſcilicet an † nomen iudicis ad quem,ſit exprimen
dum in appellatione.dic quod non eſt neceſſarium, ſicut ēt
ſupra dixi,quod non eſt neceſſarium,vt exprimatur nomen
32 iudicis a quo.Vnde Bal.in ca.2.infra eodem,dicit quod † ap-
pellatio poteſt fieri vno verbo dicendo, appello,ff. de app.l.
ij.vel duobus verbis dicendo,appello ad iudicem.C. de bon.
auc.iudi.poſſi.l.cū proponas,vel tribus verbis dicēdo, appel
lo ad iudicem competentem, ſed de hoc an valeat talis ap-
pellatio,dicetur in d.ca.2.ī.eodem.Vnde concludendo dico,
quod ſufficit,quod conſtet ex circumſtantiis , ſuper quo in-
terponatur appellatio, & quis interponat , & contra quem
interponatur,& a quo appelletur , & ad quem, etiam ſi non
33 ſint expreſſi in appellatione:† paria enim ſunt , vel aliquid
ſpecificari propriis nominibus,vel certis circumſtantiis,aut
demonſtrationibus certificari.l ſi quis in nomine . C. de te-
ſtam.& in l.certum.ff.ſi certum pet.& in c. licet ex quadam.
ſupra de teſti.vnde ſingulariter dixit Bal in l.etiam.C. de fal.
cau. adiec. lega.quod ſi appellaui a ſententia, quam dixi la-
tam contra me x.die menſis,quæ tamen fuit lata die vndeci
34 ma,quod talis falſa † demonſtratio non vitiat appellationē
& error non nocet.C.de app.l.ſi quis libellus, & l.j.§. ſi quis.
ff.eodem titu. Sed dubitatur quid ſi eſt lata ſententia ſuper
diuerſis libellis ſuper diuerſis rebus, exemplum in cauſa con
uentionis,& reconuentionis, quæ debet determinari unica
ſententia,vel ſi contra aliquē ſit lata ſentētia,ſuper pluribus
articulis ſeparatis,quos in diuerſis libellis in iudicium dedu
35 xerat , an ſufficiat ſimpliciter † appellare a ſententia ? Do.
Philippus de Peruſio allegat Io.And.in reg.pluralis. in mer-
cu.qui dicit,quod nō ſufficit vnica appellatio,niſi exprima-
tur, quod appellat ab vtraque ſententia,quia tot ſunt ſentē
tię,quot libelli,ſiue res in ipſis deductæ , vnde ſunt neceſſa-
riæ tot appellationes,ut in l.cum in vna ff.eo. & per hoc di-
cit , quod ſi condemnatus appellat a ſententia ſimpliciter ,
& impetrat reſcriptum ſuper appellatione,puta conqueſtus
eſt talis,quod talis iudex tulit contra eum iniquam ſenten-
tiam,a qua ad ſe.apo.appellauit,& deinde petat per tale re-
ſcriptum vtranque ſententiam reuocari,non extenditur ta-
le reſcriptum ad vtramque ſententiam . Ex quo enim in re-
ſcripto dicitur de ſententia ſingulariter,non includit, niſi v-
nam ſententiam : licet enim ambæ fuerint probatæ vnico
contextu,non auditur appellans, niſi contra vnam ſenten-
tiā,ſcilicet contra vltimam,uel contra duriorem,l.j.cum ſe
quen.ff.de ſol.Sed ego puto iſtud dictum nō eſſe verum.nam
quando ſententia fertur ſuper pluribus articulis & ſuper
36 pluribus libellis eodem contextu,dicitur eſſe una † ſentētia
eo,quia in vna charta continentur, & eodem contextu fue
runt prolatæ,licet ſint plures ſententiæ & reſpectu diuerſa-
rum rerum , quæ in ſententia continentur .de hoc eſt opt.
tex.in cap.ij.de ord.cogn.vbi tex. dicit cauſam conuentionis
& reconuentionis eſſe determinandam eadem ſententia ,
& tamen ſunt duo diuerſi libelli,& duę diuerſæ res.glo.tñ in
ver.eadem ibi dicit,quod ſunt tot ſententiæ, quot ſunt arti-
culi,ſed Doc. dicunt,ut dixi. Si ergo ſententia lata ſuper di-
uerſis articulis,& ſuper diuerſis libellis poteſt dici vnica ſen
tentia eo,quia eſt lata vnico contextu, ergo debet ſufficere
vnica appellatio , & pro hoc ego allego theoricam Dy. &
Barto.in l.appellanti.ff.de appella.vbi dicunt,quod quando
37 ſententia continet plura capitula,ſi † appellatio interponi-
tur ſuper uno capitulo.non extenditur,niſi ad connexa l. e-
tiam.§.j.ff.de mino.ſed ſi appellatus ſimpliciter a ſententia ,
tunc in dubio refertur ad omnes partes ſententiæ. l. qui ha-
bet.§.vlt.ff.de tutelis.& in l.ſi.C.de anna.excep. pro hac opi-
nione facit c.cum eccleſia,de cauſa poſſ. & propriè. vbi pa-
tet,quod in dubio quis præſumitur deducere omne ius ſuū
in iudicio, ergo eadem ratione intelligit̄ appellaſſe ab omni
bus,quæ continentur in ſententia.Nec obſtat l.cum in una,
ff.de appella quia ille tex.loquitur in pluribus ſententiis ſe-
paratim prolatis,non autem unico contextu,& hoc expreſ-
ſe dicit illę tex.Et plus vult,quod etiam ſi cauſa ſit una, ſi ta-
men duplex ſententia ſeparatim fertur,neceſſaria ſit duplex
appellatio.exemplum iudex primo fert ſentētiam ſuper ſor-
te,deinde fert aliam ſententiam ſuper vſuris:hoc enim caſu
ex quo duplex ſententia fuit prolata, licet cauſa ſit vna , re-
quiritur duplex appellatio.Non obſtat dictum Ioan.And.in
reg.pluralis,quia Ioan.And.loquitur , quando fuerunt por-
recti duo libelli, & duæ inſtantiæ factæ fuerunt , quo caſu
ſunt duæ ſententiæ,licet ſint latę uno contextu,quia diuerſi
tas inſtantiæ facit illas cenſeri plures ſententias:ſecus ſi una
inſtantia eſſet facta . Nec mihi placet illud, quod dicit Ioan.
An.in d.reg.pluralis.ſcilicet , quod intelligatur appellatum
ab vltima ſententia,vel ab illa,quæ continet duriorem cau-
38 ſam,nam † incertitudo vitiat appellationem,niſi appellans
infra x.dies certificet appellationem,ut no.gl.& Ioan. And.
in nouella,in c.ſi is,cui de officio dele.in 6. & plenius per eū
in reg.in alternatiuis,in mercu. ꝓ hoc optimè facit ī.c.inter
cætera,vbi patet,quod appellatio non ualet,& ita dicit Ioā.
Andr.in verſi.lex, ſi quis ſeparatim, reſpondendo ad dic.l.ſi
quis ſeparatim. ff eo.Concludo ergo. faciendo quinque cō-
cluſiones.Et prima ſit concluſio,appellatio interpoſita ab
uno articulo non extenditur niſi ad connexa.Secunda con-
39 cluſio,vbi appellatur ſimpliciter a ſententia,intelligitur † ap
pellatum ab omnibus quę continentur in ſententia,etiam ſi
ſunt diuerſi articuli, & diuerſi libelli ſint porrecti , & poteſt
dici vnica ſententia quando eſt lata ſuper pluribus articulis
eodem contextu,vt probatur in d.c ij.de ord cog.niſi diuer-
ſitas inſtantiæ , ſeu proceſſus interueniſſet,q̄a tunc eſſent plu
res ſententiæ,licet eſſent latæ vno contextu,& ſic plures ap
pellationes eſſent neceſſariæ,vt dicit Io. An.in d.reg.plura-
40 lis.Tertia concluſio,ſi ferunt̄ plures † ſententiæ ſeparatim ,
etiam ſi cauſa ſit una,neceſſariæ ſunt plures appellationes ,
vt in d.l.cum in una.ff.eo. Quarta concluſio,vbi plures ſen-
tentiæ ſunt prolatæ ēt ſuper una cauſa, ſi appellatur ab una
tātum,intelligitur aliam ſñiam approbare,& de hoc eſt tex.
in d.l.cum in una.not.Io.An.in d.reg. pluralis. Quinta con-
cluſio,vbi non poteſt conſtare a qua ſñia intelligatur appel
latum,appellatio propter eius incertitudinem non ualet.ui
de q̄ dicā in c.inter cæteras.ī.e. Et ex his ſum expeditus de 3.
41 Venio ad quartū ſ.q̄ ſunt † accidentalia appellationis. dic
ꝙ accidētalia appellationis sūt,ꝙ appellet̄ gradatim.ſ.ad ꝓxi
mū ſuperiorē,& hoc ꝓcedit tam de iure ciuili , q̄ de iure ca-
nonico reſpectu inferiorū a principe,ſed reſpectu ipſius prin
cipis eſt dña inter ius ciuile & ius canonicum , quā de iure
42 ciuili nō pōt † appellari omiſſo medio,vt in l.imperatores,
ff.e.ſed ad Papam pōt appellari omiſſis mediis,vt ī eo ſi duo
bus,& 2.q.vj.ad Romanam.quāquā aūt ēt de iure canonico
43 ad alios,q̄ ad Papā ſit appellandū gradatim,valet tamē † cō
ſuetudo,vel priuilegium, vt poſſit appellari omiſſo medio ,
& de hoc eſt tex.cū gl.ī c.Romana.c.j.c.ti.in vj §.hoc ēt tenet
Spe.eo. ti.§.nunc tractemus,circa prin & idem dicit Bald. de
iure ciuili,in auth.quas actiones,circa ſi.C.de ſacroſ.eccl. vbi
tenet,ꝙ ēt de iure ciuili p̄t per p̄ſcriptionē induc ,ut appelle
46 tur omiſſis mediis licet nullo mō poſſit † p̄ſcribi,ꝙ non ap-
pelletur ad principē,ar.c.venientes,ſ.de iureiur. Ceſſante āt
conſuetudine,vel priuilegio,adhuc valet mero iure appella
tio omiſſis mediis,& valet ꝓceſſus,& ſñia,dūmō non oppo
nat̄ exceptio.hoc tenet gl.in c.dilecti filii prior.ī. c.& notāt.
Doc in c referēte ī. de p̄b.idē dr Io.de Imo de iure ciui. in l.

imperatores. ff. eo. vbi dicit, quod ſi appellatur omiſſis me-
dijs, valet proceſſus etiam de iure ciuili, ex quo partes ſponte
litigauerunt, & ſic virtute prorogationis, dicit Dom. Phy.
de Peruſ. eſſe notandum. Sed tu dic quod de iure canonico,
non valet proceſſus virtute prorogationis, quia clericus
non poteſt prorogare iudicium alterius ſine licētia proprii
epiſcopi, vt in c. ſignificaſti, de fo. compe. ſed valet proceſſus
45 ex eo, quia mero iure tenet appellatio, nam † appellare o-
miſſo medio, non eſt contra ſubſtantiam appellationis, ſed
contra accidentalia appellationis, & forte idem eſt dicendū
de iure ciuili, ex quo non diſcrepat ius ciuile a iure canoni-
co, niſi in hoc, quod ad Imperatorem non appellatur omiſ-
ſo medio, ſed bene ad Papā, & hoc ſufficiat quo ad quartū.
46 Venio ad 5. ſcilicet, qui ſint † effectus appellationis. & in
hoc dic, quod principaliter ſunt duo effectus, ſcilicet ſuſpen
ſiuus & deuolutiuus. Effectus ſuſpenſiuus eſt triplex, primus
eſt, quia ſuſpendit pronuntiatum, vt ſ. de iure iur. cap. venien
tes. Vtrum autem ſuſpendat, vel extinguat, ibi dixi. Secundus
eſt effectus, quia ſuſpendit iuriſdictionem iudicis, quantum
ad illam cauſam, vt in c. ſi a iudice, & in ca. non ſolum, eod.
47 tit. in 6. Tertius eſt † effectus, quia tollit præſumptionem, q̃
erat pro ſententia, vt in c. cum ad ſedem. de reſtitu ſpol. & in
c. in præſentia de renun. poſtquam enim eſt appellatum, nō
præſumitur amplius ſententia, & hoc tenet glo. not. in l. j. C.
ſi aduerſus credi. dic tamen quod non tollitur in totum per
appellationem præſumptio, quæ erat pro ſententia, vt in c.
fin. & ibi hoc not. dom. Abb. de ſeque. poſ. & fruc. Aduer-
te tamen, quia non omnis appellatio operatur iſtos tres ef-
48 fectus, nam in ſententijs cenſuræ, ſi † appellatio ſequitur ſen
tentiam, non ſuſpendit ſententiam, vt in ca. paſtoralis, ſ. eo.
tit. & in c. is cui. de ſenten. excom. in vj. cum ſimili. Sed tunc
appellatio operatur effectum deuolutiuum, quia deuoluit
cauſam ad ſuperiorem, vt in c. cum contingat, de offic. dele.
& in c. per tuas de ſent. excomm. Item tollit præſumptionē
quæ erat pro ſententia vt dicit notabiliter Inno. in ca. bonę.
49 el primo. de elec. & in c. quoniam ſupra de prob. idem, ſi † ap-
pellatur a ſententia nulla, quia talis appellatio non ſuſpen-
dit pronunciatum, cum mero iure non teneat, ſed operatur
dumtaxat effectum deuolutiuum, quia deuoluit cauſam ad
ſuperiorem, & hoc reſpectu poteſt appellari a ſententia nul
la, vt ſ. eo dilecto. vbi de hoc, & per Bar. in l. ſi expreſſim. ff. e.
Aduerte tamen, in quantum dixi, quod appellatio ſuſpēdit
pronunciatum, debet intelligi reſpectu ſtatus de futuro, ſed
50 reſpectu ſtatus de præſenti † appellatio extinguit pronuncia
tum vt in l. i. ff. ad Turpill. & dixi in d. c. venientes. Et ex hoc
51 ſequitur quod † condemnatus quandiu pendet appellatio,
non dicitur condemnatus. l. ij. ff. de pœnis. Item condemna-
tus de crimine famoſo pendente appellatione, non eſt infa
mis l. furti. ff. de his qui notantur infam. Item condemnatus
de crimine capitali, poteſt pendente appellatione condere
teſtamentum l. ſi quis filio exhæredato, §. hi autem omnes.
ff. de iniuſto teſta. & in l. qui a latronibus circa fin. ff. de teſta.
52 Item † poſſeſſor condemnatus pendente appellatione dici-
tur poſſeſſor. l. ſciendum. §. fundum. ff. qui ſatiſda. cogan. &
de his plene per Bald. in l. tale pactum, §. qui prouocauit, in
ſua repet. ff. de pac. Et hæc ſufficiant quo ad quintum.
Venio nunc ad ſextum, ſcilicet quo iure fuit introducta
53 † appellatio: & in hoc dicit dom. Abb. quod formalitas ap-
pellationis eſt de iure poſitiuo, vt in l. vna. C. de ſent. præfec.
præto. nam olim reddebatur ſub manu regia, quia non erāt
inuentæ actiones, nec ſolennitates iudiciorum, & appella-
tionū, vt in l. 2. de orig. iur. ſed ipſa ſubſtātia appellationis eſt
54 de iure naturali, quia eſt † quædam defenſio, ſeu præſidium
innocentię, vt in ca. cum ſpeciali. §. porro, & in c. ſuggeſtum.
55 ſ. eo. vnde tex. in l. j. in princ. ff. eo dicit quod † appellatio fuit
introducta, vt corrigat iniquitatem, ſeu imperitiam iudican
tium. Hinc eſt, quod excommunicatus, cui ſola defenſio cō
ceditur, permittitur appellare, vt in ca. cum inter, de except.
Et ex hoc infert dom. Abb. quod licet princeps poſſit tolle-
re formalitatem appellationis non tamen videtur poſſe tol
lere ipſius ſubſtantiam, vt iuſtitia non reddatur aduerſus ini
quitatem, vel imperitiam iudicis, cum princeps non poſſit
tollere ea, quæ ſunt iuris naturalis, vel gentium, vt in cle. pa-
ſtoralis, de re iudi. facit quod no. Inn. in c. quæ in eccleſiarū.
a de conſti.[a] finaliter tamen dicit ſe putare, quod a ſententia
56 † principis non poſſit appellari, & quod licet non poſſit di-
rectè tollere defenſionem, tamen pro ipſo præſumitur, cum
proceſſit cauſa cognita idem dicit Arch. in ca. reſcripta 25 q.
2. vbi pulchre loquitur ideo non eſt dicendum, quod tollat
defenſionem, & hoc voluit Bal. in l. fin. C. de legi. facit opti-
mè, quod not. Cyn. in l. reſcripta C. de precibus imper. offer.
& videtur tex. ſecundum eum, 9. q. 3. cuncta per mundum,
& in l. j. ff. a quibus app. non licet idem dicit dom. Abb. quan
do princeps committit alicui cām appellatione remota, nā
princeps poteſt appellationē non admittere, ſicut diſpoſuit
in præfecto prætorio, & in ſenatu, vt in d. l. prima. ff. a quibus
appella. non licet, & in l. vna. ff. de offic. præfec. prætor. & ibi
aſſignatur ratio, quare a præfecto prætorio non poſſit ap-
pellari, quia princeps præſumit illum nō minus rectè quam
57 ſit ipſum iudicaturum. Item quia † exceptio rei iudicatę fuit
inducta ad rigorem iuris conſeruandum, vt not. gloſ. in ca.
paſtoralis. § quia vero. de offic. dele. & in c. qui exceptionem.
ff. de condi. indebi. & ut ſit litium finis, vnde ſicut princeps
58 ſtatuit, quod poſt duas ſententias non liceat tertio † appella
re, vt in l. vna. C. ne liceat tertio prouoc. & in ca. ſua, infra eo.
ita poteſt hoc ſtatuere a principio poſt primam ſententiam
in certis cauſis. Et ſæpe ego vidi reſcripta apoſtolica, in qui-
bus Papa mandabat cauſam terminari vnica ſententia, ita
quod neutri partium liceat appellare. Sed idem domin. Abb.
in hac Rubrica, in quinta quæſt. dicit idem in regibus & do-
minis non recognoſcentibus ſuperiorem in temporalibus,
59 quia tales ſunt loco † principis, vt dicit Barto. in l. infamem,
in fi. ff. de publi. iudi. & in l. vna. C. ne quis in ſua cauſa & dicit
quod hoc tenet glo. nota. in ca. quoniam 10. diſtin. in ver. di
ſcreuit, quæ incipit, cum ergo. quæ apertè ſentit, quod a tali
principe, etiam ad Papam non eſt appellandum. dicit tamen
dom. Abb. quod ſi iniuſtitia eſſet notoria poſſet Papa adiri,
allegat not. per Innocen. in ca. cum T. de re iud. & in ca. licet
ex ſuſcepto, ſupra de fo. compe. hoc etiam tenet Hoſtien. &
Io. And. in ca. nouit. de iudi. vbi dicunt, quod quando iniuſti
tia Imperatoris, ſeu regis, vel alterius non recognoſcentis ſu
60 periorem eſt manifeſta, poteſt haberi recurſus ad † papam ra
tione peccati vt in d. cap. nouit. allegat etiam textum in Au
then. vt differentes iudices. §. ſi vero contigerit. & hoc etiam
ſenſit glo. nota in cap. ex tranſmiſſa. in glo. j. de foro compet.
quæ ſentit, quod Papa poſſit dare literas laico cōtra laicum
non recognoſcentem ſuperiorem, & ad hoc optimè facit c.
fin. ſecundum vnum intellectum, ſupra de iudi. Iſtud etiam
ſequitur dom. Abb. in dicto c. nouit. & vide quæ dixi in cap.
de cætero. de re iudic. circa illum articulum, an executor te-
neatur parere mandato Papę, vel Imperatoris iniuſto. Vide
etiam dom. Abb. in c. j. ſupra de cauſa poſſeſ. & propric. & ex
his ſum expeditus de ſexto.
Venio ad ſeptimum, ſcilicet quale debet eſſe officium iu-
61 dicis ad quem, & de hoc plene dixi in c. cum cauſa, ſupra
de re iudi. dicit etiam hic dom. Abb. quod iudex qui aditur,
vt reducat laudum ad æquitatem, poteſt illud reformare, ſi
opus eſt, & ſic in parte reprobare, vel ſupplere, cum ſucce-
dat in locum boni viri, vt dicit Barto. in l. j. in fi. ff. de lega. 2.
& Inno. in ca. ſtatutum. de reſcriptis, in vj. & pro hoc facit quod
petitio reductionis ad arbitriū boni viri, habet inſtar appel-
lationis, vt in l. non diſtinguemus. §. cum quidam. in fi. ff. de
62 arbit. vnde ſicut † iudex appellationis poteſt reformare, &
ſupplere, & in totum reprobare ſententiam iudicis a quo,
ita etiam iudex in cauſa reductionis reformare, & ſupplere,
& in totum reprobare laudum arbitratoris, & de hoc plene
dixi in c. Quintauallis. ſupra de iureiuran. vnde Bald. in addi.
Spec. in rubrica, eodem titu. refert quæſtionem de facto fuiſ-
ſe. Quidam petijt reſciſſionem laudi dicendo, peto reſcindi
laudum remedio appellationis. & ibi Bal. concludit, quod
videatur feciſſe reductionem boni viri, quia verba ex toto
63 non repugnant, cum † reductio ſit quædam ſpecies appella
tionis, vt in dicta l. non diſtinguemus §. cum quidam. ff. de ar
bi. & adde Bald. in addi. Spec. in tit. de ſententiis, in 3. charta.
verſi. ſi appelletur a ſententia nulla. vbi dicit quod ſi appella
tur a ſententia nulla, non ſolum iudex dēt declarare ſenten
tiam nullam, ſed etiam debet reformare & emendare con-
demnando reum in certa quantitate, & vide Barto. in l. ſi
is ad quem, in fi. ff. de acquiren. hæredi. dicit quod dato quod
ſententia ſit nulla, vt quia ſit lata ex falſa cauſa, ſi tamen po
tuit idem iudicare ex alia cauſa, iudex appellationis debet
confirmare ſententiā, vt in l. fi. C. quod cum eo. & iſtud retuli
in c. ſicut. de re iud. vbi adde iſtud dictum Bal. & ex his ſumus
expediti de ſeptimo.
64 Venio ad octauum, ſcilicet ad quem ſit † appellandum,
quando iudex ad quem non reperitur in loco, & in hoc
Barto. in l. prima. §. ſi quis. ff. eodem, dicit, quod an impe-
dimentum eſt modico tempore duraturum, & tunc eſt
expe-

ADDITIO.

a Adde Fely. in c. dilecti, 3. colum. in fi. verſi. nunquam obliuiſcaris, de exce.
qui dicit, quod ſi ſtatutum tollit defenſionem, intelligitur tamen tolle-
re defenſionem ciuilem, non autem naturalem idem dicit Ang. conſi-
lio 177. ſecunda colum. an Papa poſſit tollere appellationem Fel. in c.
j. in prin. de reſcriptis.

expectandus. Aut non eſt duraturum modico tempore, &
tunc debet proſequi appellationem coram ſuperiore ipſius
ſuperioris impediti, vt in l. ſi filius ff. de iudi. & in l. penult. in ſi.
ff. de vaca. mu.

Venio ad nonum. ſcilicet ad quem ſit appellandum a
65 † rectore vniuerſitatis vel collegii? & in hac quæſtione di-
ſtingue tres caſus. Primus eſt, quando rector ciuitatis fert
ſententiam. Secundus eſt, quando rector collegii inferioris ec-
cleſiaſtici, vel ſecularis fert ſententiam. Tertius eſt, quando col-
legium eſt mixtum, vt eſt in vniuerſitate ſcholarium, quorũ
aliqui ſunt clerici, aliqui laici, & quæritur, ad quem ſit appel-
landum a rectore ipſorum ſcholarĩũ. In primo caſu Bar. in
l. j. §. ſi quis & in l. vbi abſunt. ff. de tuto. & curato. dat. ab his. di-
cit quod debet appellari ad populum, qui ipſum poteſtatem
eligit, ſeu ad priores, ſeu antianos dicti loci, vel ad conſilium
ipſius ciuitatis. hoc etiam ſequitur hic Bal. & in hac Rubrica.
dicit enim, quod ſi ciuitas non recognoſcit ſuperiorem a tali
bus magiſtratibus appellatur ad populum, vel ad decuriones,
quia eſt via ſignificatiua eiuſdem effectus, & non refert, quid
66 ex æquipollentibus fiat & ſunt † æquipollentia, quando non
variatur effectus. l. quamuis. C. de fideicommiſ. & ſubdit, quod
67 ſicut, vbi eſt † caput, ibi cenſentur eſſe membra, vt in l. cum
in diuerſis ff. de reli. & ſump. fune. ita ubi ſunt Antiani ſeu de-
curiones, qui ſunt caput, tota ciuitas videtur eſſe. pro hoc vi-
de gl. nota in rubrica. C. quæ ſit lon. conſue. quæ dicit, quod
conſilium ciuitatis repræſentat totum populum, & ipſam ci-
uitatem, quam glo. ſequitur Bar. in c. quotiens ff. ad municipa.
& iſtam opi. ſcilicet, quod poſſit appellari ad conſilium, vel ad
priores, ſeu antianos ciuitatis, ſequitur hic do. Abb. in 5. quæſt.
quam format ſupra hac rubrica. vnde concludo, quod quan-
do appellatur a rectore ciuitatis, ſi ciuitas habet ſuperiorem
qui ipſum rectorẽ dederit, vt faciunt domini prouinciales, q
in ciuitatibus ſibi ſubditis deputant rectores ad eas gubernã
das, & a talibus rectoribus ad ipſum dominum eſt appellan-
dum, & ſi eſt populus ciuitatis non recognoſcentis ſuperio-
rem, vt eſt ciuitas Florẽtiæ & Senarum, quæ eligunt ſibi recto
res ad reddendum ius in ipſis ciuitatibus, & a tali rectore eſt
appellandum ad populum, vel ad conſilium, ſeu ad priores,
vel antianos, qui ſunt caput ciuitatis, & iſta eſt concluſio Bar.
coniungendo ipſum in l. vbi abſunt ff. de tut. & curato. dat. ab
his, cum his quæ dicit in l. j. §. ſi quis. ff. de appel. quam conclu-
ſionem ſequuntur hic Bal. & dom. Abb. in hac rubrica, hoc ta-
men intelligas, niſi per ſtatutum ciuitatis eſſet prouiſum de
iure appellationis, quia in multis ciuitatibus conſtituitur iu-
dex appellationum interponendarum ab ipſo rectore ciuita-
tis, tunc enim ad ipſum eſſet appellandum, & hoc de primo ca
caſu.

68 In ſecundo autem caſu ſcilicet, quando † appellatur a re-
ctore, vel priore collegii alicuius artis, & in hoc diſtinguit, quia
aut collegium eſt ſeculare, puta collegium artificum, vel no-
tariorum & tunc eſt appellandum ad ipſum rectorem ciuita-
tis, cui collegium eſt ſubditum pro hoc allegat dom. Abb. no-
tabile dictum Innoc. in cap. dilecta. in fi. de exceſſ. præla. vbi di-
cit, quod collegia inferiora, & rectores eorum, ſunt ſubiecta
maioribus, & ordinariis poteſtatibus, & quod ad eorum libitũ
deſtrui poſſunt, & etiam prohiberi a principio, ne incipiant. q
d. Abb. dicit eſſe notan. & hoc eſt verum, niſi per ſtatutũ & cõ
69 ſuetudinẽ loci ſit prouiſum aliter de iudice † appellationis, vt
in c. Rom. §. j. & § debet, e. ti. in vj. & ita dicit Io. de Imo. in d. §.
ſi quis. Aut collegium eſt eccleſiaſticum, & rector ſitr eccle-
ſiaſticus, & tunc eſt appellandum ad proximum & immedia-
tum ſuperiorem, puta epiſcopum, vt in d. cap. Romana. §. j. eo.
dem titu. in 6. & iſtud ſequitur hic dom. Abb. & hoc de ſecun-
do caſu.

70 In tertio autem caſu, quando † collegium eſt mixtum, vt eſt
vniuerſitas ſcholarium, in qua ſunt clerici & laici, in hoc diſtin
guit d. Abb. quod aut appellatur a rectore pronũtiãte in cauſa
vniuerſitatis, aut appellatur a rectore ſñiante in cã ſcholaris.
In primo caſu dicit d. Abb. quod aut ſcholares pro maiori par
te ſunt clerici, & cenſetur collegium eccleſiaſticum, iuxta no.
per Bar. in l. fin. ff. de colle. illi. & in c. ex literis de conſtit. & hoc
etiam tenet glo. in capi. j. in glo. penult. de loca. vnde hoc caſu
appellandum eſt ad eccleſiaſticum hoc eſt ad epiſcopum lo-
ci, & pro hoc facit d. c. ex literis, vbi fuit recurſum ad iudicem
eccleſiaſticum, & dicit ſe non putare, quod valeant ſtatuta di
ſponentia, quod a ſententia rectoris non poſſit appellari, niſi
eſſent confirmata per Papa, quia hoc eſt contra canones per-
mittentes appellationem, & contra ius ſuperioris, vt in cap. ve
nientes. ſupra de iureiur. Aut vniuerſitas eſt ſecularis, vt quia
ſcholares pro maiori parte ſunt laici, rector ſit clericus pro-
pter ſcholares clericos, & tunc eſt appellandum ad iudicem
ſecularem, cui ſubeſt. Aut appellatur a rectore ſententiante
71 in cauſa ſcholaris, & tunc ſi † ſcholaris eſt clericus, debet ap-
pellari ad iudicem eccleſiaſticum, quia iudicat, vt iudex eccle-
ſiaſticus, aliter non caderet in eum iuriſdictio contra clericũ
vt nota Inno. in cap. cum ab eccleſiarum, de officio ordi. vnde
debet appellari ad epiſcopum, quia reg. eſt, quod ad ſuperiorẽ
ſententiantis debeat appellari, vt in l. j. ff. eodem titu. & dixi § j.
quæſtione, in diffinitione appellationis. Sed ſi ſcholaris eſt
laicus, dicit dom. Abb. quod non eſt appellandum ab epiſco-
po tanquam clerico, licet ipſe rector ſit clericus, ſed tanquam
a laico, & allegat tex. cum glo. in c. Romana. §. debet, eodem ti.
in 6. vbi patet, quod ſi epiſcopus iudicat tanquã ciuilis iudex,
vt quia habet iuriſdictionem infeudatam a principe ſeculari,
non appellatur ab ipſo ad Archiepiſcopum, ſed ad principem
a quo licet in feudum. Idem not. Inno. in capitu cæterum. § de
iudi. & in c. verum. § de fo. compe. & Barto. in l. j. §. ſi quis. ff. eo.
in ver. quaro pone quod aliquis epiſcopus, & eſt ad ſi ſui com
menti, & idem dicit in l. ſi quando. C. de appella. Sed aduer-
te, quia domin. Abb. loquitur, quando vniuerſitas eſt ſecularis,
quo caſu iudicat abſque dubio de laico tanquam laicus. Sed
maius dubiũ eſſet, ſi vniuerſitas eſſet eccleſiaſtica, ut quia ſcho
lares pro maiori parte eſſent clerici, & in hoc caſu videtur ta-
cite innuere dom. Abb. quod etiam ſi ferat ſententiam con-
tra ſcholarem laicum, appellandum ſit ad epiſcopum, ex quo
vniuerſitas, cuius eſt caput, eſt eccleſiaſtica. Ego vero puto,
quia licet quo ad ipſam vniuerſitatem cenſetur iudex eccleſia
ſticus, tamen quo ad ipſum ſcholarem, contra quem iudicat,
cenſetur eſſe ſecularis iudex; non enim haberet iuriſdictionem
in laicum, niſi conceſſa fuiſſet a ſuperiore ipſius laici. vnde ſi
non reputaretur habere iuriſdictionem ſecularem, non poſſet
laicus conueniri coram eo, ſed deberet cõueniri coram recto-
re ciuitatis laico, ex quo non agit de facto pertinẽte ad ipſam
vniuerſitatem, ſed de facto ipſius laici. vnde videmus, quod ſtu
dia recipiunt iuriſdictionem, & ab imperatore & a Papa, ad
hoc vt rectores ipſorum ſtudiorum habeant iuriſdictionem
contra ſcholares laicos, & contra ſcholares clericos, quæ ta-
men iuriſdictio contra ipſos ſcholares laicos datur a iure com
72 muni, ſed electio iudicum detur † ſcholari, vt in auth. habita,
73 C. ne filius pro patre. Decima quæſtio eſt, ad quem ſit † appel
landum, quando prælatus iudicat in temporalibus, vel tan-
quam rector alicuius ciuitatis, vel tãquam delegatus alicuius
principis ſecularis. Quo ad primum, ſcilicet quando iudicat
in temporalibus, dic quod aut totaliter eſt translata in eccle-
ſiã, & tunc eſt appellandum ad iudicem eccleſiaſticum, nõ au
tem ſecularem, & hoc tenet Inno. in c. ſolitæ. de maior. & obe.
vbi vero non eſſet in totum translata, vt quia iuriſdictionem
ſecularem recognoſceret ſicut in feudũ a principe ſeculari, &
tunc deberet appellari ad ipſum principem ſecularem. de hoc
eſt tex. cum glo. in d. c. Romana. § debet, de app. in 6. hoc etiam
ſequitur Ioan. And. & d. Do. in d. § debet, & Bar. in l. j. §. ſi quis,
in vltima quæſtione ff. eo. & in l. ſi quando. C. de app. idem te-
net Archi. xj. q. j. cap. iſta. hoc tamen intelligas, niſi conſuetu-
do, vel priuilegium aliter diſponeret, quia indiſtincte etiam ſi
iuriſdictio temporalis totaliter fuiſſet translata, appellandum
eſſet ad ipſum principem, ex quo conſuetudo, vel priuilegium
taliter diſponit, & de hoc eſt tex. in d. ca. debet.

74 Et ex hoc infertur ad ſecũdum, ſcilicet ad quem ſit † appellan
dum, ſi clericus eſt rector, vel officialis alicuius ciuitatis: nam
cum iudicet tanquam officialis laicus, & non tanquam cleri-
cus, eſt appellandum ad iudicem ſecularem, & non ad eccleſia
ſticum, & hoc tenet Bar. in l. j. §. ſi quis. ff. eo ti. & in l. ſi quando.
C. de app. vnde concludendum eſt, quod qualitercunque cleri-
cus habeat iuriſdictionem a iudice, vel a domino temporali
& iudicet tanquam ſecularis, appellandum eſt ad iudicem ſe-
cularem, & hoc ſequitur Pet. de Ancha. in d. c. debet.

Et ex hoc infertur, quod ſi epiſcopus, vel clericus eſt delega
tus a iudice ſeculari, quod appellandum eſt ad ipſum iudicem
ſecularem, & hoc tenet glo. 23. quæſt. 8. ſæpe. Et ex præmiſſis
dicit Bar. o. in l. ſi quando. in fi. quod ſi plures domini commit
tunt vni plures prouincias, in eo quod iudicat ut rector vnius
prouinciæ, appellari debet ad ſuperiorem illius prouinciæ, &
eodem modo in alia prouincia, ſed dicit hoc eſſe verum, quan
do vnus gerit duorum officium, ſi vnum vniretur alteri vel cõ
ſederetur in altero, quia tunc non deberet inſpici illud, quod
extinguitur, vt in capitu. j. cum ibi nota. ne ſede vacan. & xvj.
quæſtio. j. & temporis qualitas.

Ex his etiam infertur, quid ſi Rex habet comitatum, & in
illo iudicaret tanquam Comes, an debeat appellari ad ſupe-
riorem eius in comitatu, an vero ad ſuperiorem in regno, &
Bar. in l. prima. §. ſi quis. ff. de app. & in d. l. ſi quando. dicit quod
debet appellari ad ſuperiorem reſpectu comitatus, non autem
reſpectu regni, & hoc ſequitur hic domin. Abb. in vlti. colum.
in penul. quæſtio. allegat. c. cum capella. infra de priuile. Idem
ſequitur Ioan. de Imo. in dicto §. ſi quis. Sed Bal. hic in rubrica
circa princ. dicit quod Barto. in dicta l. ſi quando. C. eodem

dicit, quòd ſi Rex, & Comes pronũciat, vt Comes, quòd poteſt
ad eum appellari tanquam ad Regem, & finaliter dicit, quod
hæc opinio eſt vera dicit tamen quod eſt ſuſpectus, & quod ad
76 euitandã ſuſpicionem debet cauſam alteri delegare, quia † de
legatio facit ceſſare ſuſpicionem, vt in l. ſolet. ff. de iuriſdi. om-
nium iudi ad idem de foro compe. ſi quis contra cle ſed profe
cto Bart. hoc non dicit, ſed loquitur quando Rex habet comi-
tatum, & reſpectu comitatus habet vnum ſuperiorem, reſpe-
ctu vero regni habet alium ſuperiorem, & ita ſupra recitaui
Barto. Sed quæſtio, quam format Bald. loquitur, quando ipſe
Rex eſt ſuperior ſibi reſpectu comitatus, & in hoc caſu, quem
format Bal. dicerẽ, quod aut comitatus eſt vnitus regno, & tũc
non eſt inſpiciendus ipſe comitatus, ſed ipſum regnum, vt in
dicto ca. tunc ſede vacan. & ſic appellabitur ad ſuperiorem re-
ſpectu regni, & iſta eſt concluſio Bar. in l. ſi quando, in fi. C. eo.
Aut comitatus non eſt vnitus regno, ſed ex conceſſione Impe-
ratoris retinet comitatum & regnum, qui tamen comitatus
erat immediate ſubiectus regno ipſius Regis, & tũc puto verã
concluſionem, quam ſequit̃ Bal. per tex in c a collatione, eod.
77 titu in vj vbi text. dicit, quod ſi † epiſcopus interfuit capitulo
tanquam Canonicus, poteſt ad eum appellari tãquam ad epi-
ſcopum, ſecus ſi interfuiſſet, vt prælatus, vt ibi dicitur ergo vbi
vnus aliqd facit reſpectu vnius officii, poteſt ad eum appellari
reſpectu alterius officii. facit illud quod dicit̃ de iudice, a quo
fuit appellatum, qui poſtea factus eſt iudex appellationis, nam
remanet iudex appellationis, licet ab ipſo fuerit appellatũ. ff.
de iud. l. ſi is qui Romæ, & ff. de iuriſd. omnium iudic. l. prætor.
Ad dem 17. di multis. vbi de Archiepiſcopo appellatur ad ſi-
nodum, cui præeſt Archiepiſcopus, tamen ſi appellans petit,
quod cauſam alteri deleget, tenetur eam delegare ad euitandã
ſuſpicionem de quo vide glo fin. in dicto cap a collatione, &
in capit. querelam in prima glo. de elect.

Quid autem, ſi inferior & ſuperior cognoſcãt ſimul de cau-
78 ſa, ad quem † debeat appellari? dic quod debet appellari ad
79 ſuperiorem illius ſuperioris, quia † magis dignum trahit ad ſe
minus dignum, vt in c. quod in dubiis, de conſecra eccl vel al-
ta. facit c. ſi a ſubdelegato, de officio delega in 6 & c ſuper quæ
ſtionum. § ſi vero duo, de officio deleg. & hoc tenet Barto. &
Ioan. de Imo in l. j. §. ſi quis ff. de appella.

Et ex his ſum expeditus de 10. q. Venio ad 11. ſ. ad quem ſit ap
80 pellandum. † qñ iudex eccleſiaſticus, & ſecularis ſimul pronũ
tiant? & Barto in d. §. ſi quis, in penultima quæſt. dicit. quod ſit
appellandum ad proximum ſuperiorem ipſius eccleſiaſtici,
quia magis dignum trahit ad ſe minus dignũ, vt dicto ca quod
in dubiis, de conſe. eccl. vel alta. & quod no. glo. ſingularis in
capit vnico, in glo fin. de iure patrona in vj. & idem dicit Bald.
in l præcipimus C de appel. eſſe dicendum, in reductione ad ar
81 bitrium boni viri. qñ eſt factum † compromiſſum in clericum
& laicum, quia reductio ad arbitrium boni viri eſt petenda co
ram iudice eccleſiaſtico, quia magis dignũ trahit ad ſe minus di-
gnum, & idem ſequitur Saly. in d. l. præcipimus. idem ſequitur
Petr. de Anchar. in regu. ea, quæ. in vj char. in 3. col. dicit tamẽ
in col. præcedenti, quod ſi diſcordarent in pronunciãdo, quod
tam iudex eccleſiaſticus q̃ ſecularis deberet eos cõpellere ad
eligendum tertium. tu autem dic. quod aut tenemus quod re
ductio boni viri peti debeat coram iudice, vt tenuit Bart. in l. ſi
ſocietatem, §. arbitrorum. ff. pro ſocio, & tunc iſta opinio nõ
eſſet vera, ſed deberet peti coram iudice rei, etiam ſi ſit iudex
ſecularis. ſed ſi tenemus opi. quod debeat peti coram ſuperio-
re arbitratoris, tunc Bald. & dom. Per. bene dicerent. Quid au-
tem ſit tenendũ, dixi in ca. Quintauallis, de iureiuran. & ad-
92 Bart. in dicta l. præcipimus. § penult. C. eod. titu. vbi dicit, quod
habens duos debitores obligatos, quorum vnus eſt clericus,
alius laicus rõne mixturæ clerici poteſt conuenire laicum co
ram iudice eccleſiaſtico, ſed Bart. loquitur, qñ obligatio eſt in
diuiſibilis, & de hoc vide Petr de Ancha in d. regula, ea quæ, in
ſexta char. in ii col. facit quod not. Io. And. in c. j. de iurepat in
6. & quod dixi in c illud, ſup 3. gl. ſupra de præſcriptio. in illo ar
ticulo, an laicus hñs rem cõem cum eccleſia gaudeat priuile-
gio eccleſiæ a pro indiuiſo laici, laicus nõ gaudet priuilegio eccl. e.

Et ex hoc expeditus ſum de 11. quæſtione. Nunc venio ad
82 12. & vltim. ſ. an † appellatio regulariter in ſententia omni cẽ-
ſeatur permiſſa. niſi reperiatur prohibita? & gloſſ. ordinaria,
in l qui reſtituere ff. de rei uen dicit quod omnis appellatio in
telligitur permiſſa, niſi reperiat̃ prohibita, & illam glo allegat,
& ſequitur Bal in l j circa prin C. ſi de mom poſſeſ fue app fa-
cit l. & in maioribus. & l ſi quis prouocationem. C. de app. & c.
de appellationibus. infra eod Ex quo ſequitur, quod ille qui
dicit non poſſe appellari ab aliqua ſententia, vel in aliquo ca-
83 ſu, tenetur hoc † probare, ex quo reg eſt in contrarium, ſecũ-
dum doctrinam gl. in Rub. de reg. iu. in vj. circa fi. & in l. omnis
diffinitio. ff eo hinc eſt quod etiam a ſententia lata pro liberta
84 te, poteſt † appellari. ff. eod l illud & idem in ſententiis latis in
cauſis piis, de quo vide glo. ſ. in c. ex ma nobis. de deci licet glo vi-
detur velle contrariũ, 2. q. 6. quotiens fiſcalis & plenè in Spe.
eo. tit. §. 2. ver ſed quid, quando iudex, vbi plene examinat, &
ibi et tangit, an poſſit appellari a ſententia lata in cã alimen-
torum, ſunt tamen aliq caſus, in quibus non permittitur ap-
85 pellatio. † Primus eſt quando ſententia fertur contra officia-
lem, eo quia deliquit in officio, vt in l. nulli. C. quorum app nõ
reci. & hoc tenet Bal. in addi Spec. in d § ij. ver. 3. non licet, qd̃
qualiter intelligatur, vide Ange & Moder. in d. l. nulli. & gl. 2. q.
vj. ſi quãdo. in § nulli. & adde tex. ſingul. in l. j. de aſſeſſ. vbi tex.
86 dicit, quod ſi † officialis aufugit de officio, non expectato ſin-
dicatu, habet̃ pro confeſſo & conuicto, & ſic non poterit ap-
pellare, quia confeſſus & conuictus non appellat. 2. quæſ. 6. ſunt
quorum. & in l. 2. C. quorum app. non reci. Secundus caſus eſt,
87 quando princeps tulit † ſententiam, vel ſenatus, vt in l. j. ff. in q
bus caſ app. non licet. A ſententia vero præfecti prætorio licet
non poſſit appellari, poteſt ſupplicari, vt in l vna, ff. d coff. præ
88 fecti prætor. Quæ autem ſit † differentia inter ſupplicationem
& appellationem, dic vt in auth quæ ſupplicatio. C. de precib.
Imper. offer. & in c ex literis, de reſti. in integ. vbi dixi. Aduerte
tamen, quia licet a ſenatu non poſſit appellari, tamen a ſentẽ
tia conſilii poteſt appellari, vt in c. ſignificaſti ſ. de elec. Tertius
caſus eſt, quando in reſcripto prohibetur appellatio, & de iſto
dicam in c. paſtoralis. j. c. Quartus caſus eſt, quando quis renũ
89 tiat appellationi, nam valet † renuntiatio appellationis etiam
ſi ſit facta antequam ſit lata ſententia, vt in l. j. §. j. ff. quibus
app. non li. & in l fi. § illud C. de temp. appel. dic tamen, quod
aut renunciatio fit per pactum & tunc valet renunciatio, vt d.
§ illud. aut fit per ſimplicem renuntiationem non interue-
niente pacto, & non valet, vt in l. j cum ibi no. C de pac. niſi fic
rem iudicio, qa calore iudicii tollit ius de futuro ſicut pactũ
tex. cũ no. in d. l. j §. j. ff. quibus app. non licet. Quintus caſus eſt,
qñ alicui denegatur audientia tam in agendo, quam defen-
dendo de quo vide Butr. & Ioan. de Imo in ca. ſignificauit. ſ. de
reſcriptis, & Bal. in l. peremptorias, in 7. col. ver. quæro vtrum
exceptio, cum ver. ſeq. & in l. cum mulier ff. ſol ma. & in Spe de
ap §. 2. ver. 32. Sextus caſus eſt, quando committit̃ cauſa alicui
libere expedienda, & determinanda, de quo vide in c. irrefra-
gabili, de offic. ordin. vbi dixi. Septimus caſus eſt, quando cauſa
cõmittit̃ iudicio ſortis, ſeu fortunæ, puta quando fratres deue
nientes ad diuiſionem bonorum committunt diuiſionem iu-
90 dicio ſortis, nam a † ſententia ſortis ſeu fortunæ non poteſt ap
pellari. quia non habet ſuperiorem, & hoc tenet Bal in l. fin. in
prin. C. communia de le. hoc tamẽ eſt intelligendum. niſi inter
ueniret enormis læſio, quia tunc poſſet implorari officium iu-
dicis & peti in melius reformari, vt in l. maioribus. C. commu
nia vtriuſque iudi. vbi hoc tenet. Bal. Vtrũ autem poſſit peti re-
91 ſtitutio † in integrum, ratione minoris ætatis, ſi datur læſio
in diuiſione facta iudicio ſortis, Bal. tenet quod nõ, in l ait præ
tor, §. planè ff. de minor. mouetur, quia ſicut non appellatur a
ſententia ſortis, ſeu fortunæ, ita non debet dari reſtitutio in in-
tegrum. mouetur per text in l. verum. §. ſciendum & § ſi locu-
pleti. ff. de min. vbi patet quod minor non reſtituit̃ aduerſus ca
ſum vel fortunam ſed dic quod licet non detur ei reſtitutio
in integrum, tamen ſi eſt enormis læſio, poteſt implorare offi-
cium iudicis, & petere diuiſionẽ in melius reformari. Si enim
hoc poteſt petere maior, vt dicit Bal. in d. l maioribus. C. com-
munia vtriuſque iudicii, fortius hoc poteſt petere minor, ſed
non admittetur per viam reſtitutionis in integrum, ex quo de
re communi poteſt petere diuiſionem reformari, nam quãdo
92 minor habet remedium ordinarium, non conceditur ei † reſti
tutio in integrum, vt in l in cauſis. ff. de minor. Octauus caſus
eſt, quando lex vel ſtatutum diſponit, q ſententia ſit omnino
rata, quia tunc non poteſt appellari. Ita dicit Ange. per illum
tex in l. iubemus C. eodem titu Quod tene menti, quia poteſt
facere ad multa. Nonus caſus eſt, quando aliquid cõmittit̃ ar-
bitrio alicuius, de quo vide glo in c. ſtatutum, §. aſſeſſorem. de
reſcript. in vj. & in clem. j. in verſi honoramus. de iurepatron.
Alios caſus plures ponit Specu. eod. titulo § 2 qui enumerat
quaſi omnes caſus, in quibus appellatio eſt prohibita. Et hæc
ſufficiant in hac rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficij facta poſt, & contra appellationem non tenet.*
2 *Querimonia dicitur fieri & ante litis conteſtationem.*
3 *Heres grauatus non moleſtare vxorem in fideicommiſſo, poterit petere Tre bellianicam.*
4 *Collatio facienda a Papa commiſſa, non obſtante collatione facta, intelligitur ſi non valeat.*
5 *Legatus de latere dicitur tantùm Cardinalis.*
6 *Legatus de latere ſolus confert beneficia.*

7 *Rector*

7 *Rector eccleſia collegiata habet collationem beneficiorum, quæ ſunt in ipſa eccleſia.*
8 *Sententia cenſuræ lata poſt appellationem eſt ipſo iure nulla.*
9 *Geſta poſt appellationem reuocantur, præter ſententias cenſuræ, quæ non valent, vnde non reuocantur.*
10 *Collatio beneficij facta poſt appellationem non valet.*
11 *Obtenta omnia poſt appellationem iudicialem reuocantur etiam quod non ſint contra appellationem.*
12 *Appellatio iudicialis dicitur dupliciter.*
13 *Collatio beneficij poteſt fieri parte non citata.*
14 *Epiſcopus poteſt conferre beneficia extra diœceſim.*
15 *Epiſcopus quando poſſit procedere iudicialiter extra diœceſim.*
16 *Exceptio legitima oblata collatori non caſſat collationem.*
17 *Appellatio etiam ab actu nullo datur.*
18 *Rector eccleſię ſi appellat a viſitatione epiſcopi, ſe dicens exemptum, debet ſaltem ſemiplenè probare.*
19 *Conſuetudine introduci an poſſit, ut probatio imperfecta, habeatur pro perfecta, & plena.*
20 *Fama cum vno teſte, vel alijs adminiculis facit plenam probationem.*
21 *Fama facit plenam probationem in antiquis.*
22 *Fama probat ea quorum principium non memoratur.*
23 *Fama facit ſemiplenam probationem, quando habet originem a legitimis coniecturis.*
24 *Statutum loquens quod fama probet delictum, de qua fama intelligatur.*
25 *Statutum debet reſtringi ne quis indebitè lædatur.*
26 *Fama tunc dicitur probare niſi reprobetur.*
27 *Teſtis facit ſemiplenam probationem, quando deponit de actu facto in pręſentia ſua.*
28 *Teſtes deponentes de communi opinione, & credulitate cum fama, faciunt plenam probationem.*
29 *Fama probatur per duos teſtes.*
30 *Indicium eſt minus quam ſemiplena probatio.*
31 *Probationes diuerſi generis coniunguntur ad faciendam plenam probationem.*
32 *Confeſſio facta abſente parte, ſemiplenè probat.*
33 *Confeſſio facta incidenter præſente parte non probat plenè.*
34 *Confeſſio quando coniungi poſſit cum vno teſte.*
35 *Dilatio an ſit danda partibus pro probanda appellatione, vbi vna pars aſſerit legitimo tempore appellaſſe, alia deſertam eſſe aſſerat.*
36 *Appellans an teneatur facere fidem aduerſario de ſua appellatione ante litis conteſtationem.*
37 *Dilatio pro declinatorijs probandis de ſtilo curiæ non datur, ſed pro peremptorijs ſic.*
38 *Termini aſſignatio refertur ad ſcripturas & inſtrumenta, non ad teſtes qui non ita facilè ducuntur.*
39 *Inſtrumenta poſſunt etiam produci in tempore dilationis datæ ad teſtes producendos.*

CAP. PRIMVM.

1 Dilecti. † Collatio beneficii poſt, & con
tra appellationem facta non te
net, hoc dicit ſecūdùm Io. An. Sed do. Ab.
dicit, quod hæc ſummatio eſt nimis gene-
ralis, vnde ipſe ſecundum ſuum intellectū
ſic ſummat. Collatio beneficij facta poſt
appellationē ex probabili, & veriſimili cau
ſa interpoſita, eſt ipſo iure nulla. Diuiditur in duas partes. In
prima ponit querelam appellantium. In ſecunda dat iudi-
ces. Secunda ibi, ſuper quibus. Nota primo ibi, querimo-
2 niam, &c. quod † querimonia ditur fieri etiam ante litis con-
teſtatio. vnde dicit d. Abb. quod ſi aliquis promiſit ſub pœna
non facere querimoniam, exponēdo querelam iudici incidit
in pęnam, de quo vide bo. tex. cum glo. in l. non ſolum. §. ſi ſta-
tus. ff. de procurat. & in l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebel. &
de ſimilibus vide Bart in l. amplius non peti. ff. rem ratam ha-
beri. Intellige tamē, quod faciens querimoniam incidit in pę-
nam, niſi hoc faceret ex iuſta cauſa, quia tunc in nullam pęnā
incidit, pro hoc vide glo. not. in c. pro illorum. in verſi. contra-
dictores. de præben. quæ vult, quod ſi in reſcripto apponan-
tur illa verba, amotis contradictoribus, intelligitur de cōtra-
dictoribus de facto, & non de iure, facit not. dictum Bal. in l j.
C de his quæ pęnæ no. vbi dicit, quod ſi teſtator mandat hære
di, ꝙ nō moleſtet vxorem ſuam in legato, quod intelligitur, ſi
malo animo hoc faciat, ſecus ſi iuſta cauſa. Idem ſentit in l. j.
C. de vſufruc. vbi dicit, quod ſi teſtator mandat, ꝙ hæres non
moleſtet vxorē in vſufructu, nihilominus poterit exigere cau
tionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, per d. l. j. Idē
ſenſit Bart. in l. paterfamilias. ff. de hæred. inſtit. vbi Io. de Imo.
3 dicit, ꝙ † hæres grauatus ne moleſtet vxorem in fideicommiſ-
ſo, nihilominus poteſt petere Trebellianicam, ad idem quod
no. Io. And in cap. poſtulaſti. de reſcrip. vbi dicit, quod ſi Papa
4 mandat alicui prouideri de beneficio non obſtante † colla-
tione alteri facta, reſcriptum debet intelligi de collatione,
quæ de iure non valet. Ex quo infertur, ꝙ vbi aliquid prohibe
tur, vel vbi aliquis permittit aliquid non facere, ſubintelligi-
tur conditio, niſi faciat ex iuſta cauſa, facit optimè c. audita,
de reſtit. ſpoliat. Secundò no. quod legatus, qui non eſt de la-
5 tere, niſi † Cardinalis, etiam ſi ſit legatus natus, prout erat iſte
Archiepiſcopus Eboracenſis, non poteſt conferre beneficia
auctoritate ſuæ delegationis, quorum collatio pertinet ad a-
lios, niſi deuoluantur ad eum ex negligentia, vt probat tex. in
fi. Dic tamen, ꝙ etiam tunc non confert auctoritate ſuæ lega
6 tionis, ſed tanquam Archiepiſcopus, quia † ſolus legatus de la
tere poteſt auctoritate legationis beneficia conferre, vt in c. j.
7 de offic. leg in vj. Tertiò nota, quod prior, ſeu † rector eccleſiæ
collegiatæ cum conuentu, vel collegio habet collationem
beneficiorū, quæ ſit in ipſa eccleſia, de quo dic. vt plene habe-
tur in c. 1. & in c cū eccleſia Vulterana, de elect. Quartò nota,
8 iuncta glo. 2. quod ſententia † cenſuræ, vt eſt excommunicatio
ſuſpenſio, vel interdictum, vt in cap quærenti, de verb. ſignifi.
ſi profertur poſt appellationem eſt ipſo iure nulla, vt in cap.
per tuas, de ſent. excom. & dicit do. Cardin. in capi. cum nobis
9 olim, ſupra de elect. quod licet regulariter † geſta poſt. & con
tra appellationem extraiudicialem non ſint nulla ipſo iure,
ſed veniunt reuocanda, vt in cap conſideramus, de elect. & te-
nent communiter doct in dicto cap. cum nobis olim. Fallit
tamē in ſententijs cenſuræ, quia latæ poſt appellationem ex-
traiudicialem non valent, vt in d. c per tuas. & in cap. cum con
tingat. ſupra de offic. deleg. Multos autem caſus, in quibus ſen
tentia excommunicationis eſt nulla. notat glo. in cap. præſen
10 ti, de ſenten. excomm in vj. Vltimo no. in fi. quod † collatio fa
cta poſt appellationem non valet. Et ex hoc colligit Inno. ꝙ
actus factus poſt appellationem extraiudicialem eſt reuocan-
dus. Sed Hoſt addit, ꝙ etiam requiritur, ꝙ ſit contra appella-
tionem, & de hoc eſt tex. in c cum olim, ſupra de elect. vbi pa-
tet, quod non reuocatur actus factus poſt appellationem ex-
traiudicialem, niſi ſit contra ipſam appellationem, & iſta eſt
vna ex differentijs inter appellationem iudicialem, & extraiu-
11 dicialem, quia omnia † attentata poſt appellationem iudicia
lem reuocantur, etiam ſi non ſint contra appellationem, vt
in c. non ſolum. §. 1. de appell. in vj. Ratio differentiæ eſt, ſecun
dùm Inno in c quia propter, circa fin. de elect. quia appellatio
iudicialis facta in vno articulo ſuſpendit iuriſdictionem iudi-
cis quo ad totam cauſam, vt in ca. ſi a iudice. de appellat. in vj.
Ideo omnia attentata poſt appellationem reuocantur, vt in
dicto cap. non ſolum. de appellat in vj. Secus in appellatione
extraiudiciali, quia per eam non ſuſpendit iuriſdictio, ex quo
extraiudicialiter proceditur, & ideo propter hoc non reuoca-
tur, niſi illud ſolum, quod eſt factum in grauamen appellatio
nis, & ſic contra appellationem, & nō alia, & de aliis differen
tiis inter appellationem iudicialem, & extraiudicialem, dice-
12 tur infra eod. bonæ. Dicitur autem appellatio † iudicialis du
pliciter. primo modo, quando non appellatur a iudice, ſed a
parte, infra eod cum ſit §. ſi vero a grauamine. Alio modo di
citur appellatio extraiudicialis, quando appellatur a iudice ta
men extraiudicialiter procedente, & hoc modo loquitur iſte
tex. quia iſte Archiepiſcopus erat diœceſanus illorum prioris,
13 & conuentus, ſed † collatio beneficij eſt actus extraiudicia-
lis, vnde poteſt fieri parte non citata, vt in ca. licet epiſcopus,
14 de præben. in vj. Item pōt † epiſcopus extra diœceſim conferre
beneficia, vt in cap nouit, de offic. leg vbi hoc tenet glo & do
ctores, idem tenet glo. penul in c. ſtatutum. de præbend in vj.
15 ſed † extra diœceſim non poteſt eps procedere extraiudicia-
liter, niſi in caſibus cle. 1. de ſo. compet. ſed cōtra iſtum tex. op-
ponit do. Abb. per Innoc. in c. cum inter. 2. & in cap. quia pro-
pter. de elect. in c ad diſſoluēdū. de deſponſ. impub. vbi dicit, ꝙ
16 licet quis proponat legitimā † exceptionem coram collato-
re, & offerat ſe eam probaturum, & appellet, ſi fiat collatio
in contrarium, per hoc non caſſatur collatio niſi probetur
veritas exceptionis, quia collatio ſit extra iudicium non te-
netur pars differre ius ſuum propter appellationem alterius,
nec obligatio ꝓbationis ſuſtificat appellationem, quia cum
non procedit vt iudex, ſed vt pars, non tenetur recipere pro-
bationes, & ſic non obſtat c. iuſte poſita, infra eod quia loqui-
tur in appellatione iudiciali. Huius timore contrarii do. Abb.
tripliciter iſtum tex. intelligit, ſed ero conuentus recitare duos
intellectus. ſ. ſecundum & tertium omiſſo primo. dicit ergo, ꝙ
contrarium procedit, quando non negatur poteſtas conferen-
di, ſed excipitur, ne fiat collatio certæ perſonæ ex aliqua cau-
ſa, puta quia dicitur crimininoſus & excipiens offert ſe probatu
rum, hic autem negabatur poteſtatem conferendi eſſe deuolu
tā ad Archiepiſcopum, vnde dicebatur collationem eſſe nul-
lam ex defectu poteſtatis, vt in c. cum Bertholdus, ſupra de re
iud. Nec obſtat, ſi diceretur, ꝙ non erat neceſſaria appellatio,

ex quo

ex quo non habebat poteſtatem conferendi, nam etiã ab actu
17 nullo poſt † appellan, vt inf eo dilecto. vnde ex quo proſeque-
bant grauamen per viam appellationis, oportet, quod probẽt
appellationem, quia eſt cauſa ſuæ intentionis, & quia hanc
viam proſequebãtur, oportebat eos docere de appellatione,
& ꝙ collationes fuerint factæ poſt appellationem, ideo Papa
mandat de his inquiri, nõ tamen per hoc ſequitur, quod ſi in
hac via ſuccumberent, ꝙ non poſſit redire ad remedium nul
litatis, vt not infra eo. dilecto. & p Bar. in l. ſi expreſſim, ff eo.
facit quod no in c. licet, de ſent. excõ in vj. Et ex hoc infertur,
quod etiam ſine appellatione collatio fuiſſet nulla, cuius in-
tellectus eſt, ꝙ iſte archiepiſcopus dicebat collationem ad ſe
deuolutam propter negligentiam prioris: prior autem pro-
ponebat cauſam probabilem, & verſimilem, propter quam
dicebat poteſtatem conferendi remanſiſſe penes eum, & vi-
dens archiepiſcopum diſpoſitum hoc non obſtante ad con-
ferendum appellauit ad Papam. Ideo dicitur hic, ꝙ collatio
facta poſt appellationem non tenet, & intelligit dom. Abb.
etiam ſi in veritate poteſtas fuiſſet deuoluta ad archiepiſco-
pum, quia propter appellationem ex probabili, & verſimili
cauſa interpoſitam negotium totum fuit deuolutum ad ſupe
riorem. Ideo ante omnia debet reuocari, quicquid fuerit in cõ
trarium innouatum, vt in c. bonæ, infra eod niſi conſtiterit, ꝙ
doloſe ille prior diſtulerit conferre. puta vt interim reciperet
redditus illorum beneficiorum, nam tunc patet, quod nõ ex
probabili cauſa appellauit, & ideo in fine reſeruauit cauſam
doli commiſſi, & ſubdit do Abb. quod quamquam hic non
dicatur de probabili, & veriſimili cauſa, tamen ita debet intel
ligi, quia ſi appellatio non fuiſſet talis, non fieret reuocatio at
tentatorum, antequam fuiſſet probata veritas cauſæ appella-
tionis, & allegat Dom. de Ro. deciſ. 231. vbi dicunt, quod ſi
18 † rector eccleſiæ appellat a viſitatione epiſcopi dicens, ſe eſſe
exemptum, non ſufficit ad reuocandum medio tempore at-
tentata docere de appellatione, & quod poſt ipſam appellatio
nem fuerit attentata, niſi doceat de veritate cauſæ, ſcilicet exe-
ptionis ſaltem ſemiplene. allegant no. in cap. dilecti, de maio.
& obed. & in cap Rodulphus, & in c ſignificauit, de reſcrip &
in cap non ſolum. de appell in ſexto hæc enim appellatio nõ
erat probabilis, & veriſimilis, cum ius commune faceret pro
epiſcopo, & contra appellantem, facit quod no. Inno in cap.
venerabili, de cenſi. Et per iſtum caſus poſitionem appellatio
inducit nullitatẽ collationis ſine qua valuiſſet collatio vterq;
intellectus eſt verus in ſe, ſed primus magis congruit litteræ,
quia in tex non apparet, ꝙ fuit interpoſita appellatio ex pro-
babili, & veriſimili cauſa. Nec obſtat deciſ dominorũ de Ro.
quia ſi epiſcopus dicit ad ſe collationem deuolutam propter
negligentiam inferiorum ius commune in hoc non facit pro
epiſcopo. Sed dubium conſiſtit in facto, an ſit deuoluta pote-
ſtas, vel non. & regulariter an & quando geſta poſt appellatio
nem valeant, vel veniant irritanda, dicetur infra eod. bonæ.
tangitur etiam in cap conſuluit, infra eod ¶ In glo 1. de hoc,
ſcilicet qua pœna debeat puniri iudex, qui non defert appella-
tioni, dicetur infra eo. de priore. ¶ In glo in verſic. vel idoneus.
Hoſt autem intelligit iſtum tex. quod loquatur de teſtibus, qui
ſecundum conſuetudinem loci deponebant de fama, aſſeren
tes ſe credere ita eſſe, & ita eſſe communem opinionem nam
talis conſuetudo etiam ſi duodecim teſtes ita deponerent. nõ
eſſet toleranda in ſententiis proferendis, allegat Hoſt no. in c.
2. & in c. ad noſtram. de probat. Ex quo dicto infert But. quod
19 non poteſt † conſuetudine introduci, quod probatio imperfe
cta habeatur pro plena probatione pro hoc facit quod not.
Bal. in cap. ſi non ſpeciali C. de teſtam. vbi dicit, quod non va-
let ſtatutum, vt teſtes reddentes malam cauſam dicti ſui pro-
bent contra bannitum. vide etiam Bal in l. ſolam. C. de teſtib.
vbi dicit, ꝙ habens arbitrium pronunciandi tunc de iure, &
de facto, non poteſt credere teſtibus reddentibus malam cau
ſam ſui dicti. Sed in cõtrarium. ſcilicet quod valeat ſtatutum,
vel conſuetudo, quod probatio non plena habeatur pro ple-
na, habet tex. in c. cum dilectus. de fi. inſtrum hoc etiam tenet
Io. And. in Spec. de inſtru edit. §. compendioſe, verſic. ſed nun-
quid de conſuet. & de hoc dixi in cap. 2. de probat. per docto.
¶ In glo in verſic. & famam no. iſtam glo quia quotidie allega-
19 tur, quod † fama cum vno teſte, vel aliis adminiculis facit ple
nam probationem. Idem tenet glo. in. quæſt. iij § ſæpe Idem
ſenſit gloſ in l. iij §. eiuſdem quoque principis. ff. de teſtib. quæ
dicit, quod fama facit ſemiplenam probationem. Si facit ſemi
plenam, ergo cum vno teſte facit plenam probationem. iuxta
ea, quæ dixi in c. ſi ſupra de iureiur. & hoc intellige, quod fama
facit ſemiplenam probationem, ita quod cum vno faciat ple-
nam in cauſa ciuili, in criminali aũt fama cum vno teſte non
probat plenè crimen, vt in c. veniens 1. de teſti. & illa glo. pro-
cedit etiã ſi de crimine agatur ciuiliter, vt dicit Bu. & do. Abb.
in dicto cap. veniens & idem dicit Spe. in tit. de not. cri. § fama.

verſic quid ſi agentes, licet Io de Imo. dicat, famam cum vno
teſte facere plenam probationem quando de crimine ciuili-
21 ter agitur. Interdum autem fama † facit plenam probatio-
nem, quia in factis antiquis fama plene probat, vt dicit Inno.
in cap veniens, de verbo ſignific & Bal in auth. quas actiones,
C. de ſacroſanct eccl vbi dicit, quod antiquiſſima dominia, &
iura patronatus probantur per famam vt in l. proprietatis. C.
22 de probat vbi dicit, quod per † famam probantur antiqua do
minia, de quorum principiis nõ extat memoria, vt c. quid per
nouale, de verbor. ſig. nif & in l. ij aliter. ff. de probat. dicit, quod
hæc maxime procedit in vniuerſalibus dominiis; puta Regũ,
Comitum, & in territoriis ciuitatum, allegat no. in l. at qui nã.
§ cum me abſen. ei. de nego geſt. quæ dicit. quod per famam
probatur dominium. nam debet intelligi, quãdo fama eſt an-
tiqua, de hoc, an fama antiqua faciat plenam probationem,
dixi in dicto capitu. veniens. ſupra de teſtibus. vbi adde hæc di-
23 cta Bal. Vt autem faciat † ſemiplenam probationem, requi-
ritur vt habeat originem a legitimis cõiecturis, ſeu adminicu-
lis, alias non probat ſemiplene, vt vult Bart in l de minore. §.
tormenta. ff de quæſtio. Idem etiam Bal. hic dicit enim, quod
tex non debet intelligi de fama nuda, quæ habuit ortum de ni
hilo Idem dicit in l. proprietatis, C. de probat. Ex quo infer-
24 tur, quod ſi † ſtatutum dicat, quod ſufficit probare delictum
per famam contra magnates, ſtatutum debet intelligi non de
fama nuda, ſed de fama legitimis adminiculis inſtituta, nam
ſtatutum debet reſtringi, vt minus lædat ius commune. quam
fieri poteſt, etiam impropriando verba ſtatuti, de hoc eſt tex.
25 ſingul. in cap cum dilectus de conſuet. Item † ſtatutum debet
reſtringi, ne quis indebite lædatur. l. ij C. de noxal l. fi. §. in com
putatione C. de iure delib. & dixi in cap. ad noſtram. 3 de iu-
reiur ſed ſi ſtatutum intelligeretur de fama nuda, indebite læ
deret, & nimium violaret regulas iuris communis. Item da-
to, quod talis fama eſſet inſtituta ex huiuſmodi adminiculis,
nihilominus magnates admitterentur ad probandum contra
talem famam, & communiter datur hæc cautela, vbi ſtatutũ
dicit. quod ſola fama probat delictum cõtra magnates, quod
probent contra illam famam, nam ſtatutum debet intelligi,
26 quod † fama probet, ſcilicet niſi talis fama reprobetur, vt in
l diuus ff de teſtamẽ. milit. & in l ſi tutor. C. de peri. tutor & in
l. fin ff de edẽ 1. & in l. qui accuſare. C. eod hæc firmat Petr. de
Anchar. in reper. c canonum ſtatuta, de conſtit. pro quo, quia
ſi dicit ſtatutum, quod damnum probetur per iuramentum,
ſtatutum debet intelligi, niſi pars aduerſa probauerit ſe dam-
num non dediſſe vt tenuit Bald in l contra negantes, in fi. C. ad
leg. Aquil. & dixi poſt Io. de Imo. in cap. fin. quod met. cau &
poſt do Abb. in cap continebatur. de deſpon. impub Secun-
4 do requiritur ad hoc. vt fama faciat ſemiplenam probationẽ,
ita quod cum vno teſte faciat plenam probationem, quod te-
27 ſtis † faciat ſemiplenã probationem, vt quia deponit de actu
facto in præſentia ſua, iij. q. ix. teſtes. alias etiam ſi plures teſtes
deponerent de auditu cum fama, non facerent plenam, quia te
ſtes de auditu non probant, nec plene, nec ſemiplene, tamen
28 hic habes, quod † teſtes deponentes de communi opinione, &
de credulitate cum fama, faciunt plenã probationem, & hoc
clare colligitur ex intellectu Hoſt. Et hoc ſenſit do. Abb. in
cap. cum cauſam. ſupra de probat. ubi dicit, quod unus teſtis
de uiſu, & plures teſtes de credulitate faciunt plenam proba-
tionem, ſed fama ſemiplene probat, ſicut vnus teſtis, quod te
ne menti. Tertio requiritur ad hoc. vt fama cum vno teſte fa-
ciat plenam probationẽ, quod probetur per duos teſtes, quia
tunc fama facit ſemiplenam, quando orta eſt ex legitimis
29 coniecturis, & eſt probata per duos teſtes, quia † requiruntur
duo teſtes ad probandam famam, vt dicit gloſ ij. q 1 § quanto.
& in l. 3 § eiuſdem quoque principis. ff. de teſtibus. Item fama
cum aliis adminiculis facit plenam probationem, niſi admi-
30 nicula plene probentur: licet enim † indicium ſit minus, quã
ſemiplena probatio, vt dicit glo. notab in l. cum probatio ff. de
prob. tamen debet probari per duos teſtes. Bar in l fi. in fi ff de
qõ. & tenet gl. no in l. fi. C. fa. erci vbi ẽt hoc tenet Bal ad hoc
ẽt vt fama probet cum aliis adminiculis requiritur, ꝙ ẽt fama
ſit plene probata, & alia adminicula ſint plene probata, vnde
notabiliter dicit Bal. in l ſi quis argentariis §. 1. ff de edẽ quod ſi
unus teſtis deponit de ueritate, & ſubſtãtia cõtractus, vt quia
fuit præſens contractui, alius deponit de fama, tertius de ali-
quo indicio, ſeu adminiculo, non ſunt iungendi tales teſtes ad
plenam probationem faciẽdam, quia probatio facta per vnũ
teſtem de fama, vel de aliquo adminiculo, nõ eſt perfecta pro-
batio, quia nec fama, nec indicium eſt plene probatum. ergo
non poſſunt coniungi cum vno teſte, ex quo non eſt facta per
fecta probatio ipſius famæ, uel indicij, allegat l. 1. C. qui num.
tute. quod no. Idem ſenſit Bart in l 1 § item Cornelio. in prin.
ff. de quæſtio, & But. poſt Ioan Cald in cap. ueniens, de teſti. &
do. Abb. in cap. cum cauſam, de proba. ubi dixi, ubi hæc adde,

31 & quæ ſtatim dicam. Item no. gl. quod † probationes diuerſi
generis coniunguntur ad faciendam plenam probationem,
nam probatio per vnum teſtem de veritate contractus, ſeu
actus, eſt una ſpecies probationis, probatio per famam eſt
alia ſpecies, probatio adminiculorum, uel indiciorum eſt
alia ſpecies probationis. Probationes ergo diuerſi generis
coniunguntur ad faciendam plenam probationem, & ſic
quæ non proſunt ſingula. Ratio eſt, quia tendunt ad facien
dum unum totum, ſcilicet ad faciendam fidem iudici, ut di-
cit Bart. in d. l. 1. §. item Cornelio. ff. de quæſtio. & in l. admo-
nendi, ff. de iureiur. ubi Bart. dicit, quod unus teſtis de verita-
te, & confeſſio facta abſente parte, faciunt plenam probatio
32 nem, quia † confeſſio facta abſente parte probat ſemiplene,
vt in cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſt. & ſimiliter unus teſtis pro-
bat ſemiplene, ergo iungi debent ſimul ad faciendam ple-
nam probationem. Sed tu aduerte, quia in ueritate in d. cap.
fin. de ſucceſſ. ab inteſt. confeſſio facta fuit præſente parte &
tamen nõ probat plene, ut ibi dicitur, ſed cum uno teſte de
ponẽte de ueritate probat plene, ut uidetur probare ille tex.
ſed do. Abb. ibi dicit, quod confeſſio præſente parte non fa-
ciebat ibi plenam probationem, quia facta fuit incidenter.
propter hoc allegat l. fin. ff. de interrog. actio. facit optime gl.
50. diſt. ex pœnitentibus. & dicit Abb. in dicto cap. fin. illum
33 tex. ſingulariter not. quod † confeſſio facta præſente parte
incidenter, non facit plenam probationem, & ita dicit etiã
Lud. de Roma, in dicta l. admonendi. Ille tamen tex. etiam
habet alios intellectus, ſed hunc tene menti. An autem con
feſſio incidenter facta probet crimen, dixi in cap. 1. de exce-
ptio. & plene per do. Abb. in cap. at ſi clerici, de iudic. & in c.
2. de ordi. co. Intellige tamen, quod confeſſio facta ſit abſen
te parte per duos teſtes, ſecus ſi per vnum tantum, quia tunc
non probaret ſemiplene, quia talis probatio eſt imperfecta,
& ſic cum vno teſte de veritate non probaret plene, per ſu-
pradicta. Item aduerte, quia ſi confeſſio fieret principaliter
præſente parte, & probaretur per vnum teſtem, probaret ſe-
miplene, & ſic cũ vno teſte de veritate probaret plene, ſicut
fama cum vno teſte, vel cum pluribus de credulitate, vt hic,
ſecundũ intellectum Hoſt. hoc tamen intellige, niſi depo-
neret de diuerſa ſpecie contractus, puta teſtis dicit ſe vidiſſe
pecuniam numerari, alius verò dicit de confeſſione mutui
facta præſente parte, nam vnus intelligitur de mutuo natu-
rali, alius de mutuo ciuili, & ſic non poſſunt coniungi ſimul,
cum non deponunt de eadem ſpecie contractus. hoc modo
loquitur do. Abb. in cap. cauſam, de probat. & hoc modo in
tellige Bal. in auth. rogati. C. de teſtib. & in cap. licet cauſam.
de probat. quia in hoc caſu loquitur. ſecus ſi reſultaret tantũ
vna ſpecies cõtractus, verbi gratia vnus teſtis deponit, quod
34 vidit rem commodari, alius vero deponit de † confeſſione
facta præſente parte; tunc enim debent ſimul iungi ad faciẽ-
dam plenam probationem, quia confeſſio ſemiplene proba
ta debet iungi cum vno teſte deponente de veritate contra-
ctus ad faciendam plenam probationem, iuxta theoricam
Bart. & doct. in d. l. admonendi. ff. de iureiurã. vide do. Abb. in
cap. cum dilectus. 1. col. in fi. ff. de ſucceſſ. ab inteſt. & ibi apo-
ſtillam meam, & Archid. in cap. Lotarius in glo. 31. quæſt. 2.
¶ In glo. vlti. dum dicit, quod ſi iſte prior, & conuentus di-
ſtulerint conferre infra ſex menſes, deuoluitur collatio ad
Archiepiſcopum, quod Archiepiſcopus erat diœceſanus,
alias elapſis ſex menſibus deuoluta fuiſſet collatio ad epi-
ſcopum, & infra alios ſex menſes ad Archiepiſcopum, vt in
cap. ſecundo, de conceſſio. præben. Intellige ergo glo. quod
iſte Archiepiſcopus volebat conferre tanquam diœceſanus
propter negligentiam Prioris, & conuentus. ¶ Extra gloſ.
quæro, quid ſi opponatur in curia per appellatũ appellatio-
nẽ eſſe deſertam, quia infra decem dies non fuit appellatũ,
& appellans dicit ſe appellaſſe intra legitimum tempus, nec
35 ſe deſeruiſſe appellationem, an ſit danda † dilatio ad partes
pro probanda ipſa appellatione. & Hoſt. & Io. And. dicunt,
quod aut opponitur iſta exceptio in vim dilatoriæ ante litis
conteſtatio. & tunc appellans non auditur, ſed debet proba
re in curia ſe appellaſſe, quia debuit venire inſtructus, facit
cap. Romana. §. ſi vero, de appell. in vi. Et ex hoc infertur, an
36 † appellans teneatur facere fidem aduerſario de ſua appel-
latione ante litis conteſtatio. & Spec. in tit. de inſtrum. edit.
§. nunc dicamus, verſic. ſed pone, dicit quod non de rigore iu
ris, ſed ſecus de æquitate. Dñs autem Phyl. de Per. dicit, quod
etiam aduerſario teneatur facere fidem de appellatione an
te litis conteſtatio. per dict. cap. Romana. §. ſi verò. iuncta ibi
gloſ. vbi ſumitur regula notabilis, quod iudex appellationis
non debet procedere in cauſa, nec mittere inhibitoriam iu-
dici a quo, priuſquam ſibi conſtiterit legitime ad eum fuiſſe
appellatum, & ſi ante inhiberet, eſſet legitima cauſa grauami-
nis, & poſſet ex hoc appellari ſecundum Archid. & Ioan.
And. in dicto § ſi verò. Ergo debet fieri fides de appellatione
ante litis conteſtatio. cum aliter iudex non debeat procede-
re. Aut iſta exceptio opponitur poſt litis conteſtatio. in
uim peremptoriæ, & tunc ſecundum Hoſt. debet dari dila-
tio ad ipſam probandam in partibus, & imputet ſibi aduer
ſarius, quod non oppoſuit ante litis conteſtatio. cum ſit de
ſtylo curiæ, quod pro declinatoriis. & dilatoriis probandis
37 non detur dilatio † extra curiam, ſed pro peremptoriis ſic,
vt nota. Spec. in titu. de dilat. §. 1. verſicu. ſed & ſi. hoc tamen
intelligas, niſi ſtatutus ſit terminus ab homine, vel a iure, vt
compareat inſtructus cum omnibus actis, & munimẽtis, vel
niſi appellatus hoc petierit, tũc enim debet cõparere inſtru
ctus etiam ad probandam peremptoriam, vt in c. 1. de appel.
in vi. & ibi per Hoſt. & in cap. 1. de elect. in vi. hoc tamen in-
tellige quo ad probationem faciendam per ſcripturam, vel
per inſtrumenta, & ſibi imputet cum teneretur comparere
inſtructus, & ipſa inſtrumenta portare, & ita determinant
Domini de Ro. deciſio. 248. quæ incipit, item quando cau-
38 ſa. Talis tamen aſſignatio † termini debet intelligi quo ad
inſtrumenta, & ſcripturas, quæ potuit ſecum portare, ſecus
in teſtibus, quos difficile eſt ſecum ducere, nam tunc non
obſtante tali aſſignatione termini, poteſt petere remiſſio-
nem ad partes, pro teſtibus producendis, ut dicit glo. notab.
in cap. cupientes. §. ſi verò. in ver. alibi. de elect. in vi. cui iun-
ge glo. eod. capit. in princ. in ver. contingentibus. hoc tamen
intellige, niſi teſtes eſſent examinati, & publicati, tunc enim
deberent portari atteſtationes, & eſſet eadem ratio, quæ eſ-
ſet in inſtrumentis, & eadem ratione dicendum eſſet, & e cõ
uerſo, quod ſi productis inſtrumentis in cauſa opponeretur,
ſigilla non eſſe authentica, aut conficientem inſtrumenta
non eſſe notarium, quia pro eis probandis deberet dari dila
tio extra curiam. & fieri remiſſio ad partes, ex quo tunc oc-
currit probatio fienda per teſtes, quos ſecum ducere nõ po-
tuit. & hoc firmant Domini de Rota, deciſ. cclxiij quæ in-
cipit, item licet pro inſtrumẽtis, & ſequitur etiam D. Domi.
in dicto c. cupientes. § ad hæc, de elect. in vi. Aduerte tamen,
quod etiam vbi non eſt danda dilatio extra curiam, ſeu locũ
iudicij pro inſtrumentis, vel aliis ſcripturis producendis, ſi ta
men datetur dilatio aduerſario pro teſtibus producendis po
39 terit infra eandem dilationem † inſtrumenta producere, ar-
gum. cap. peruenit, de teſtib. cog. & l. petendæ, C. de tempo. in
integ. reſtit. peten. & ita determinant Domini de Rota, deciſ.
ccxlviij pro quo dicto facit tex. in ſimili, in ca. ſeries, de teſti.
de quo vide per doct. in dicto ca. peruenit, el primo, de teſti.
cogen. quæ tene menti. Et hæc ſufficiant in hoc cap. ſequi-
tur cap. inter cætera.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio generalis in omni cauſa non valet.*
2 *Abbas eſt conueniendus coram ordinario loci, hoc eſt epiſcopo.*
3 *Monachus debet obedire potius Abbati, quam epiſcopo.*
4 *Transgreſſor Canonum quo pœna puniendus ſit, remittit.*
5 *Prælatus regularis poteſt pro modicis cauſis a regimine remoueri.*
6 *Abbas ex quibus cauſis poſſit remoueri abbatia.*
7 *Negligentia ſola an ſufficiat ad remouendum rectorem eccleſiæ ſecularem, ſicut ſufficit in prælato.*
8 *Appellatio hodie non valet niſi cauſa grauaminis exprimatur in appellatione.*
9 *Appellans temere de iure canonico pœna extrinſeca non punitur.*
10 *Delictum calumniæ non debet remanere impunitum etiam de iure canonico.*
11 *Temere appellans de iure ciuili variis pœnis punitur.*
12 *Appellatio generalis, vel alternatiua, an valeat, per ſeptimas quæſtiones diſcutitur.*
13 *Appellatio ſimpliciter facta: puto appello, an valeat.*
14 *In dubiis non eſt recedendum a iure.*
15 *Ius commune in dubio cenſetur electum in agendo.*
16 *Interpretatio vt magis actus valeat, quam pereat eſt facienda.*
17 *Appellatio debet fieri gradatim etiam de iure canonico.*
18 *Neglecta quaſi videntur facta, niſi ſpecialiter [illegible].*
19 *Appellatio an valeat ſi dicatur, appello ad iudicem competentem.*
20 *Appellatio poteſt fieri duobus & tribus verbis, ſecundum Bald.*
21 *Appellans debet eligere iudicem, ſi plures fuerint.*
22 *Appellatio concepta hoc modo, ſcilicet appello ad maiorem iudicem, an valeat, ſi proſequatur coram Papa.*
23 *Appellatio alternatiua, puta appello ad archiepiſcopum, vel ad Papam, an valeat.*
24 *Conſuetudo vt appellari poſſit ad Archiepiſcopum, omiſſo Epiſcopo valet.*
25 *Tempore elapſo appellationi quid addi, vel detrahi non poteſt.*
26 *Intereſſe incipit currere appellato eo tempore quo aſſignatur terminus.*
27 *Citatio ſatis certificat appellatum coram quo iudice debeat comparere.*

Tempore

28 *Pꝛimò videtur l.m tantum reo ad reſpondendum actori, libello porrecto ſibi.*
29 *Declarans libellum nihil de nouo inducit.*
30 *Ratihabitio non poteſt fieri poſt terminum.*
31 *Appellatio copulatiua.puta, Appello ad Archiepiſcopum, appello ad legatum, appello ad Papam, an valeat.*
32 *Appellatio ita concepta, Appello ad Archiepiſcopum, & ad quemlibet alium iudicem competentem, an valeat.*
33 *Appellans copulatiuè, uel alternatiuè ſi elegerit iudicem appellationis, an poſſit poſtea variare.*

CAP II.

1 INter cætera. Appellatio † generalis in omni cauſa nõ valet,hoc
dicit. In primo ponit reprehenſio appellantis.
In ſecunda reprehēſio appellationis: ſecunda ibi,
nec huius. In tex.ibi,in clauſtro.Ioan.Andr. dicit, quod tex.
conſueuit diuerſe punctari, vno modo quod coniungatur
cum illo verbo, Sancti Apollinaris, & tunc eſt cognomē ipſius monaſterii. alio modo, quod punctus fiat ante verbū,
in clauſtro, & tunc deſignat locum appellationis interpoſitæ. hoc eſt dicere, quod appellatio fuit interpoſita in clau-
2 ſtro monaſterij. No.primò, quod † Abbas eſt conueniendus coram ordinario loci,hoc eſt coram epiſcopo,concordat cap.cum venerabilis,infra de relig domi.& 18.q 2. Abbates & ca.monaſteria cum ſimilibus.non tamen ſubiiciuntur
in tãtum epiſcopo loca religioſa,& perſonæ regulares,ſicut loca ſæcularia,& perſonæ ſæculares,de quibus dictum eſt,vt
not in cap.dilectus.& in cap.conquerente. de offic.ordin. &
per Inno in cap.1 de ſtatu monach.vnde glo.11. q 3. qui reſi-
3 ſtit. dixit, quod † monachus potius debet obedire Abbati,
quam epiſcopo.de quo in cap.cum ab eccleſiarum,de offic.
ordin.& in cap.quanto,eod tit. Secundo no. quod ex qualibet contrauentione canonis debet prælatus regularis remoueri,vel deponi nam ille Abbas temere,& ſic cõtra iura appellauit, nec tamen fuit remotus ab Abbatia, nec punitus tanquam pro mortali peccato. Qualiter autem ſit punien-
4 dus † tranſgreſſor Canonum, vide glo.xix.diſt.nulli fas.& in
cap.generali,in verſic.inhibemus.de elect.in vj. & vide omnino do Abb in cap.nam concupiſcentiam.de conſtit.vbi tangit poſt ſanct.Thom. an tranſgreſſor canonis,vel ſtatuti peccet mortaliter. Et ex prædictis infert dom. Abb. quod licet
5 prælatus† regularis poſſit pro modicis cauſis a regimine remoueri,vt in cap.qualiter & quando.2.in fi.de accuſ.& in c.
pet iuas. ſimiliter in fi.de ſimo. non tamen ſufficit quælibet
cauſa leuis, vt hic. Tu autem dic, quod nec etiam prælatus
regularis poteſt remoueri, niſi pro manifeſta,& rationabili
cauſa, puta ſi incontinenter vixerit,vel fuit dilapidator, vel
quid ſimile commiſerit, vel pro neceſſitate maioris officij
fuerit transferendus,de quo vide tex.not in c.2.in fi. de ſtatu
monac. Dic ergo quod licet poſſit remoueri ex facilioribus
cauſis, non tamen ſine manifeſta,& rationabili cauſa debet
remoueri,& vide bo tex.18.q ij.ſi quis Abbas qui ponit mul-
6 tas cauſas, ex quibus † Abbas poteſt remoueri ab Abbatia.
& inter cæteras ponit,quando eſt negligens vel remiſſus circa monachos,vel in cura monaſterij, & ſic ſola negligentia
7 † eſt cauſa ſufficiens. propter quam prælatus poteſt remoueri.Vtrum autem ſit ſufficiens ad remouendum rectorem eccleſiæ ſæcularis,vide bo gloſ in cap ea,quæ, de offic.Archid.
Tertio nota, quod licet ſecundùm antiqua tempora valeret appellatio,non expreſſa cauſa grauaminis,vt not inf.eo.
vt debitus. tamen vbi appellatio erat manifeſte friuola, non
valebat,nec deuoluebat cauſam ad ſuperiorem,& hoc operabatur olim illa decretalis ante diſpoſitionem cap vt debi-
8 tus, infra eod hodie vero non tenet † appellatio niſi exprimatur cauſa grauaminis in ipſa appellatione, vt in dicto ca.
vt debitus,& in clem.appellanti,eo ti. Vltimo nota,quod te-
9 mere† appellans de iure canonico nõ punitur pęna extrinſeca,& pro hoc videtur optimus tex.in capit 1.§ adiicientes,
& § quomodo defecerit,de elect.in vj. vbi ponitur caſus ſpecialis, in quo appellans ſuſpenditur per triennium a beneficiis ſuis.ergo in contrarium eſt ius commune. Et in hoc do.
Abb hic multum inſtat, ſed concluſio eius eſt, quod de iure canonico non habeat locum pęna legalis, tamen ſi iudici
viſum fuerit vltra condemnationem expenſarum poterit appellantem punire pęna arbitraria,argu.opt.in cap.frequens,
de reſtit ſpoliat.in vj.& infra eod cum parati,ſecundum vnū
10 intellectum.non enim † delictum calumniæ debet remanere impunitum. etiam de iure canonico,vt infra de calū per
totum & de pęn. calumniam. De iure autem ciuili temere
11 †appellans punitur pęna extrinſeca. nam aliquando perdit
litem,& punitur pęna infamiæ,vt in l.a proconſulibus.C.de
appell. aliquando punitur quinquaginta libris argenti, vt in
l.ab executione, & in l. quiſquis. C.quorum appell. non recip.Circa quod non multum inſiſto,quia illę pęnæ de conſuetudine non exiguntur, ſed temere,vel calumnioſe appellantes conſueuerunt condemnari in expenſis tantum. ¶ In gl.j.
in prin c.dic vt hodie habetur in d.cap vt debitus, infra eod.
& in cap.1.eod tit.in 6. & in clem appellanti,eod.titu. vbi patet, quod cauſa grauaminis debet eſſe nominatim expreſſa,
nec appellatio poteſt iuſtificari ex alia cauſa,quam expreſſa.
¶ In eadem glo ibi,argum contra,infra eod conſuluit.dic,ꝙ
hic reprobatur generalis appellatio non habito reſpectu ad
aliquam certam cauſam,ſed ibi a contrario ſenſu probatur,
quod valet appellatio generalis reſpectu certæ cauſæ:ſed an
hodie valeat, dicetur in dicto cap.conſuluit. Extra glo.quia
12 do.Abb. hic examinat, an valeat † appellatio generalis, vel
alternatiua,latius & clarius examinando quæro de ſeptem.
Primo, an valeat appellatio ſimpliciter facta, puta ſi appellans dicat ſimpliciter, appello. Secundo,an valeat appellatio, ſi appellans dicat, appello ad iudicem competentem.
Tertio,an ualeat appellatio, ſi dicat,appello ad maiorem iudicem. Quarto, an valeat appellatio alternatiua, puta appello ad epiſcopum,vel ad Papam. Quinto,an valeat appellatio copulatiua ad plures iudices, puta appello ad Archiepiſcopum, appello ad Legatum, appello ad Papam. Sexto,
an valeat talis appellatio, appello ad Papam, & quemlibet
alium iudicem competētem,vel appello ad Archiepiſcopū,
& ad quemlibet iudicem competentem. Septimo,an ſi appellans generaliter,vel copulatiue,vel alternatiue elegerit infra decem dies,iudicem ad quem poſſit poſtea variare. Quo
13 †ad primum videtur tex in l.1.in fi cum l.ſeq ff eo in fi.quod
ſufficit dicere, appello, & hoc plane procedit de iure ciuili,
ſecundum quod non poteſt appellari omiſſo medio, etiam
ad principem, vt l.Imperatores.ff.eod.ſed de iure canonico
eſt dubium, quia ad Papam poteſt appellari omiſſo medio,
vt 2.q.6 ad Romanam,& infra eo ſi duobus. & quod illa appellatio non valeat,tenuit Io. And.in addit.Spec in tit.de appella.§.nunc tractemus,ver ſed quid ſi quis dixit ſimpliciter,
appello,& ver quid ſi appellans.dicit tamen,quod ſi infra decem dies appellationis interponendæ declaret,ad quem iudicē appellauerit,ſtandum eſt appellationi. Item ſi appellās
haberet probabile dubium, ad quem deberet appellare,puta ſi appellaretur a ſubdelegato, & neſciretur, an delegatus
ſubdelegaſſet in totū vices ſuas, an vero in parte,iuxta no.in
c ſuper quæſtionum.§.ſi vero duo,ſupra de offic.delega. nec
per iudicem, vel aduerſarium de hoc certificaretur: tunc
enim propter probabile dubium valeret appellatio ſimpliciter facta,pro hoc facit quod not glo.in c.ſi is,cui.de offic.de
leg.in vj.& videtur ſentire Io.Andr in reg.in alternatiuis, &
in tit.de appell § nunc tractemus.ver.ſed pone,aliquis.in addit.Spec. Et illam partem,ſcilicet quod non valeat appellatio,etiam ſequitur hic do.Abb.& in c.ut debitus,infra eo. &
do Phyl.de Peru.ſupra eod.dilecti filii prior,in xvj.q.Sed Specu in dicto §.nunc tractemus,ver.ſed quid ſi quis dixerit ſimpliciter, appello, indiſtincte tenet, quod ualet talis appellatio, & quod intelligitur appellaſſe ad proximum ſuperiorē,
14 quia † in dubiis non eſt recedendum a iure,vt ff.de re iudi in
obſcuris. De natura enim appellationis eſt,vt fiat gradatim.
dicit tamen,quod quidam dicunt,talem appellationem nõ
valere,& opin.Specu ſcilicet quod talis appellatio valeat,ſequitur Archi in quæſt.vj anteriorum vbi dicit, quod ille, qui
appellat nullo iudice expreſſo in dubio intelligitur appellaſſe ad immediatum ſuperiorem, ideo valet talis appellatio.
Illam opinionem etiam videtur ſequi Ioā.And infra eod. vt
debitus.& ſic Ioan.And fuit ſibi contrarius.Illam opi.etiam
firmat hic Bal.dum dicit, quod appellatio poteſt fieri vnico
verbo. puta ſi grauatus dicat, appello.Idem dicit in l.apertiſſimi. C.de iudic.vbi dicit,quod ſufficit ſimpliciter dicere,appello,& quod intelligitur gradatim appellatum cum illa ēt
opin.reſidet Ioā.de Imo. poſt multa in l 1.§ ſi quis.ff.eodem.
vbi Bart. videtur etiam hoc tenere. nam Io.de Imo.ibi in vltima col.dicit,quod etiam de iure canonico valet talis appellatio, dato quod alia declaratio non fiat infra tempus datū
ad appellādum,quia in dubio debet cenſeri eſſe appellatum
ſecundum formam iuris, & ſic ad proximum ſuperiorem:
pro quo allegat, quia vbi quis poteſt vti iure ſpeciali, & iure communi,nõ videtur in dubio elegiſſe viam ſpecialis,ſed
15 iuris † communis, vt no.in l quamquam.C de teſta.milit.&
in l.precibus. C.de impub.& aliis ſubſtit.& quia in dubio de-
16 bet fieri † interpretatio, vt actus magis valeat quam pereat,
vt in cap. Abbate, de verb ſignifi. & in l quotiens. ff.de rebus
dub.& iſta opinio communiter tenetur,quam etiam ſequutus fuit Tan.& Bart.Brix in quæſt.vener.lij. vt refert Io.And.
in d § nunc tractemus. verſ.ſed quid ſi quis ſimpliciter dixerit,

xit, appello.& iſtam opin.firmauit etiam glo licet per docto.
non allegetur,in cap cum in eccleſia in 3.glo. & in cap cum
cauſam,in glo.fina infra eod quæ dicit,quod ſufficit ſimpli-
citer dicere, appello ab iniuſta ſententia & pro iſta opinio-
17 ne ego allego, quia de iure communi etiam canonico † ap-
pellatio debet fieri gradatim,vt in c.omnis oppreſſus.ij.q.vi.
& quãdo appellatur ad Papam, appellatio interponitur de
iure ſpeciali tanquam ad matrem, & caput omnium eccle-
ſiarum,vt in cap ſi quis veſtrum. & in cap.ad Romanam.&
in multis capitulis ead q vnde quando appellatio interponi
tur ſimpliciter,non intelligitur appellatum ad Papam, quia
ea quæ naturaliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, videntur
18 quaſi † neglecta. l. item apud Labeonem. §. hoc edictum ff.
de iniur. Præterea ius ciuile intelligitur approbatum per ius
canonicum, niſi appareat expreſſe ius canonicum diſpone-
re contrarium,ſed de iure ciuili talis appellatio valet, & in-
telligitur interpoſita ad proximum ſuperiorem, ergo idem
dictum eſt de iure canonico.ex quo ius canonicum non ſta-
tuit contrarium. Nec obſtat ij.q.vj. § forma.vbi videtur pro
bari,quod iudex appellationis debet eſſe certus,quia ſatis eſt
certus, ex quo appellatio intelligitur interpoſita ad proximũ
ſuperiorem,& hoc puto procedere etiam in appellatione ab
interloquutoria, dummodo exprimatur cauſa rationabilis
in ipſa appellatione, puta appello a tali interloquutoria, q a
me grauaſtis, & c. & iſtud eſt de mente Docto.quia loquun-
tur indiſtincte in qualibet appellatione,puto tamẽ cautum
eſſe ad omne dubium tollendum,quod declaratio fiat infra
decem dies, qui dantur ad appellandum, & quod intime-
tur parti,iuxta theoricam,quam ponit gl.in c.ſi is cui. de of-
fic.deleg.in vj. Et hæc ſufficiant in 1.q.

19 Venio ad ſecundam,ſcilicet an valeat † appellatio,ſi dica
tur, appello ad iudicem competentem?& iſta quæſtio vide-
tur eadem cum præcedenti, & in eiſdem rationibus funda-
ta, tamen pro meliori declaratione allego tex. in l. qui Ro-
mæ. §. Seia.ff.de verb oblig.& glo.hoc tenet in terminis in c.
cum proponas.in glo.fi.C.de bon.auctor.iudic poſſ.& illam
glo.ſequitur Bar.in l.1.ſi quis.ff e tenet talem appellationem
valere, & quod intelligatur interpoſita ad proximum ſupe-
riorem.& illam glo.ſequitur etiam ibi Bal.in fi.& etiam An
gel.& Salic.ibi dicentes, quod iudex debet etiam dare apo
ſtolos eodem modo,ſcilicet ad iudicem competentẽ, quod
dicit Salic. eſſe bene notandum. Iſtam opinionem ſequitur
20 etiam hic Bal.dum dicit,quod poteſt fieri † appellatio duo-
bus verbis, puta appello ad iudicem, vel tribus, puta ap-
pello ad iudicem competentem, & ſi ſunt plures iudices ap-
pellationis, electio eſt appellantis,coram quo proſequatur,
21 quia † appellans habet eligere iudicem, & non appellatus,
allegat Inno.infra eo.ſi duobus. In dubio autem dicit, quod
intelligitur appellatum ad immediatum ſuperiorem, quia
hoc eſt magis iuridicum,& magis æquum. Iſtam etiam opi-
nionem,ſcilicet quod appellatio valeat,& quod intelligatur
appellatum ad proximum ſuperiorem,firmat etiam Bald.in
l.apertiſſimi,circa medium C.de iudic. & iſtam etiam opin.
Io.de Imo.in l.1.§ ſi quis,in vij.col ff.eod & dicit eam de iu-
re canonico poſſe ſuſtineri, cum debeat intelligi appella-
tum ad proximum ſuperiorem, ad quem de iure communi
debet appellari, & allegat rationes, quas allegaui in præce-
denti quæſt.vnde iſta quæſtio in effectu eſt eadem cum præ-
cedenti.ſed do.Abb.hic.& in cap vt debitus, infra eod dicit
hanc appellationem non valere, niſi appellans declaret iu-
dicem infra decem dies. Tu autem dic, vt iſta appellatio va-
leat,vt dixi in præcedenti quæſtione,a qua non differt niſi in
verbis,non autem in effectu.

Venio nunc ad tertiam quæſtionem,ſcilicet an valeat ap
22 pellatio,† ſi dicatur, Appello ad maiorem iudicem,an talis
poſſit proſequi appellationem coram Papa? & Ang in d l.1.
§.ſi quis.ff.eodem, refert Spe.in dicto §.nunc tractemus.ver.
quid ſi appellans ab epiſcopo. qui dicit,quod ſic, ſecundum
eum,& ita reſidet ibi Ang.ſed Specu ibi videtur velle. quod
intelligitur appellatum ad proximum ſuperiorem, & quod
videatur electa via iuris communis potius, quam iuris ſpe-
cialis, & illam opinionem ego ſequor per ea, quæ dixi in
prima quæſtione, & iſtæ tres quæſtiones in effectu ſunt vna
quæſtio.

Venio nunc ad quartam quæſtionem, ſcilicet an valeat
23 † appellatio alternatiua, puta appello ad Archiepiſcopum,
vel ad Papam?& iſta proprie eſt quæſtio, quam format glo.
in cap. ſi is cui, de offic. deleg. in vj. & in hac quæſtione tres
ſunt caſus indubitabiles. primus, quando ſubeſt probabile
dubium. Secundus,quando appellans declararet infra decẽ
dies,quem intelligeret eſſe iudicẽ appellationis,& iſtos duos
caſus ponit gloſ. præallega. Tertius caſus eſt, quando alter
tantum ex iudicibus eſſet iudex competens,puta ſi appella-
retur de Archidiacono ad Epiſcopum, vel Archiepiſcopũ,
quia tunc intelligeretur appellatum ad Epiſcopum, ex quo
ad inferiorem a Papa non poteſt appellari,niſi gradatim,in-
24 fra eod dilecti filii prior.niſi eſſet † conſuetudo, quod poſſet
appellari ad Archiepiſcopum omiſſo epiſcopo,nam talis cõ
ſuetudo valet,vt in cap Romana §.1.eod.tit in vj tunc enim
dicendum eſſet,vt ſtatim dicam. Vnde dubium reſidet,quan
do vterque eſt iudex competens, nec declarat infra decem
dies, nec ſubeſt probabile dubium,& in hoc glo.in dicto ca.
ſi is cui.tenet quod talis appellatio non valeat tanquam in-
certa. Ideo firmat Ioan. And in regula,in alternatiuis,in mer
cur. & iſtam opinionem ſequitur hic do.Abb & etiam Bal.
hic,in fi. dicit enim quod talis appellatio non valet,nec de-
fert iuriſdictionem iudici ad quem,& quod nõ poteſt decla-
rare corã quo iudice velint proſequi appellationem elapſis
25 quinque † diebus,quia tempora nõ ſuffragantur, nec poteſt
aliquid addi,vel detrahi,vt in l accuſaturus.ff de adulte & in
l.fi. ff rem ratam haberi. Iſtam opinionem etiam hic firmat
domi Abb.licet Domini de Rota,deciſio ccxc. dicant talem
appellationem valere, etiam ſi non fiat electio iudicis, in-
fra decem dies,quia cum appellans appellationem proſequi
tur,eo ipſo iudicem eligit,& per citationem ſubſecutam cer
tificat aduerſarium de iudice,arg.in cap præterea.de dila &
in clem.cauſam,de elec.& in clem ij.vt li.pend. & dicunt Io.
de Ligna hoc tenuiſſe ſed do.Abb ſequitur opin Ioan And.
nec ei placet opi.Dominorum de Ro. D.autem Dominicus
in dicto ca ſi is cui.reducit opinionem ad concordiam, hoc
modo, quod aut appellatio eſt recepta a iudice, vel a parte
approbata, & iudex aſſignauit terminum appellationi proſe
quendæ,& tunc procedit opin. Io.And. quia cum aſſignatio
talis termini habet vim peremptorij in tãtum, quod poteſt
procedi contra abſentem, ac ſi peremptoriè fuiſſet citatus,
vt infra eodem, ſæpe. intereſt appellati ſcire coram quo iu-
dice debeat comparere, & hoc modo concludunt rationes
Ioan. And.ſubdit tamen,quod ſufficit,quod appellans decla
ret iudicem,ad quem eo tempore, quo aſſignatur terminus
a iudice a quo ad proſequendam appellationem, quia tunc
26 incipit intereſſe † appellati,cum ex tunc incipiat ſibi currere
terminus,vt in d.ca. ſæpe. aut appellatio non eſt approbata,
nec terminus eſt ſtatutus a iudice ad proſequendam appella
tionem, & tunc procedit opin.Dominorum de Ro. quia ſa-
27 tis erit certus appellatus,quando † citabitur,coram quo iu-
dice debeat comparere, & iſtam opinionem videtur ſequi
Bal in l.appellatione. C.de appellat. & Ang in l cum propo-
nas.C.de bo auct.iudic poſſ qui dicunt,quod talis appellatio
valet,& quod iudex ſimpliciter dabit apoſtolos, & quod de-
claratio poterit fieri poſtea ex interuallo, allegat l.hæredes
palam.§ ſed ſi notam.ff de teſtam vbi habetur,quod declara
tio poteſt fieri poſt terminum,& ibi hoc notat Bal ſed Ioan.
And in dicto §.nunc tractemus.ver.quid ſi appellans.dicit,q
hoc procedit,quando tempus non eſt limitatũ Secus,quan
do eſt tempus limitatum,vt eſt tempus decem dierum,quod
datur ad appellandum.pro hoc facit,quod not glo.in cap vt
circa. in ver.adhærentes,& in c quam ſit.in ver petere de ele
ctio.lib.vj.& multa circa hoc poſſent adduci,ſed vide Ioã.de
Imo. qui nititur concordare opin.in d l.1.§ ſi quis. ff eo quæ
concordia mihi non placet. Sed puto concordiam D.Do eſ
ſe veram,& ſic poteſt etiam intelligi Bal & Ang nec eſt ue-
rum, quod vbi tempus eſt limitatũ. quod non poſſit fieri de-
claratio poſt terminum, nam vbi eſt porrectus libellus per
28 actorem, † tempus eſt limitatum reo ad reſpondendum li-
bello actoris,ut in auth.offeratur.C.de lit conteſt. tranſum-
ptiue 3.q 3.offeratur.& tamen reus poſtquam porrexit libel
lum reſpõſiuum libello actoris, poteſt declarare ſuum libel
lum vſque ad ſententiam,vt dicit glo.in l.1 §.ſi quis argentũ.
ff.depoſi.& not.Bart. in l inter ſtipulantem §.1. ff.de verbor.
29 oblig.ratio eſt,quia ille qui † declarat,nihil facit de nouo,vt
in dicta l hæredes palam § ſed ſi notam ff de teſtam vnde po
terit fieri talis declaratio tempore quo intereſt aduerſarij.
Nec obſtant glo præalle. ſupra in dicto c.ꝓ ut circa. & in d.
30 cap.quam ſit.de elect lib.vj. quia dicunt, quod † ratihabitio
non poteſt fieri poſt terminum,& ratio eſt. quia ille, qui ra-
tum habet, aliquid facit. Sed ille, qui declarat, nihil facit,
vt dixi.& iſta opinio eſt probabilis,licet in hoc articulo ſint
multæ opin. Et ex hoc ſum expeditus de quarta quæſtione.

31 Venio ad quintam,ſcilicet an valeat † appellatio copula-
tiua ad plures iudices,puta appello ad Archiepiſcopum,ap-
pello ad Legatum,appello ad Papam, an ualeat talis appel-
latio,& Spec in d.§.nunc tractemus,ver.ſed pone aliquis di-
cit quod obtinuit,talem appellationem ualere,& quod Pa-
pa,ad quẽ poteſt appellari omnibus omiſſis, debeat de hac
appellatione cognoſcere. dicit tamen, quod quidam dicũt,
talem appellationem non valere, & iſtam ultimam opinio-

nem

nem tenuit Ioan And. ibi in addit. niſi infra tempus decem dierum elegerit alterũ ex ipſis, vel niſi probabilem cauſam habuerit ſic appellandi, allegat not. per glo. in dicto cap. ſi is cui, & ea quæ dixi in regula, in alternatiuis. & iſtam opin. ſequitur etiam Ang. in l i. §. ſi quis. ff. eo. & Io. de Imo. ibi in iiij. col. & dicunt hoc verum de iure canonico, ſecus de iure ciuili, quia valeret talis appellatio, & intelligeretur appellatum ad ſolum iudicem competentem. cum de iure ciuili non poſſit appellari omiſſo medio. Tu autem dic, quod iſta quæſtio dependet a præcedenti, quia in effectu eſt eadem quæſtio.

32 Venio ad ſextam, ſcilicet an valeat † appellatio dicendo, appello ad Archiepiſcopum, & ad quemlibet alium iudicẽ competentem? Et in hac quæſtione Bal. in l. cum proponas. in fi. C. de bon. auct. iudic poſſ. dicit, quod ſic, & dicit, quod iſta clauſula eſt vtilis, quãdo quis propter aliquam incertitudinem iuris, vel facti neſcit, ad quem ſit appellandum. Item dicit, quod eſt vtilis in appellatione alternatiua, quod addantur illa, vel ad iudicem competentem, quia tunc procedit talis appellatio, idem ſequitur ibi Salic. & iſta practica vtuntur communiter aduocati, & procuratores. Idem ſequitur Ioã. de Imola in l. i. §. ſi quis. ff. eodem, vbi dicit, quod ſi in appellatione alternatiua apponitur illa clauſula, vel ad quẽlibet iudicem competentem, valet appellatio, & quod in dubio videatur elegiſſe viam iuris communis potius, quam iuris ſpecialis, & quod videatur elegiſſe viã, per quam appellatio melius poſſit ſuſtentari, vt in l 3. ff. de teſtam. mili. Et ſic vt potius valeat appellatio, quam pereat. l. quotiens ff. de reb dub. & in cap. Abbate, de verb ſignific. Sed do. Abb. hic, & in cap. vt debitus, infra eod ſentit, quod ſta appellatio non valet. Idem ſequitur do. Phylipp de Peru in c. dilecti filij prior, infra eod. ad fi & per hoc dicit, quod illa clauſula, & ad quemlibet alium iudicem competentem, non eſt inferenda de iure canonico, quia videtur inducere incertitudinem, & attribuere actum pluribus, allegat not. in l hoc articulo, ff. de hæred inſtit. & in cap ſi duo. de procur. lib vj. & per Ancha. ij. quæſt. vj. §. poſt datam Ego autem puto idem eſſe dicendum, ſicut dixi in appellatione alternatiua, ſup. in quarta quæſt. quia iſta includit plures iudices, ſicut appellatio alternatiua.

33 Venio nunc ad ſeptimam quæſtionem, ſcilicet an ſi † appellans copulatiue, vel alternatiue elegerit iudicem appellationis, poſſit poſtea variare? & Ioan. And. in dicto §. nunc tractemus, verſ. quid ſi dicat, appello, tenet quod non, quia vno electo videtur ad illum ſolum appellatum, de quo dicam in cap. ſua nobis, inf eo. Et hæc ſufficiant in iſto capitulo. Sequitur cap. ad noſtram.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio non datur a correctionę legitima, niſi modus excedatur.*
2 *Appellatio permittitur etiam religioſis, quando indebite grauantur.*
3 *Ordo iudiciarius non eſt ſeruandus vſquequaque circa perſonas regulares.*
4 *Teſtes, quandoque non integri admittuntur contra religioſos.*
5 *Monachus grauiſſime tortus ex cauſa leui, poteſt ſine licentia exire de monaſterio.*
6 *Monachus comparatur ſeruo, ſecundùm Innoc.*
7 *Apoſtatam facit animus, non fuga*
8 *Deus interrogat cor, non manum.*
9 *Fugitiuus dicitur qui habet animum fugiendi, licet nondum fugerit, ſecundùm Bal.*
10 *Monachus dicitur ſubditus Abbati.*
11 *Appellatione ſubditorum, veniunt ſubditi ratione domicilij propriè.*
12 *Appellatione diœceſis, veniunt qui domicilium habent propriè, non alij.*
13 *Prælati non debent tractare clericos vt ſubditos, nec in eos dominari, ſecundum Abba.*
14 *Subditi non debent appellari filij a prælatis, ſed ſocij.*
15 *Subditi debent honorare prælatos vt dominos.*
16 *Effectum res debet operari, ad quem introducta eſt.*
17 *Appellatio non datur a pęna iuris.*
18 *Appellari poteſt a ſtatuto iniquo ad illum, qui poteſt ſtatutum corrigere.*
19 *Pęna legis habet clauſulam derogatoriam, ſcilicet non obſtante alia lege, conſuetudine, vel ſtatuto contra ipſam facto.*
20 *Religioſi nedum tenentur ſeruare ea quę continentur in regula, ſed etiam quæ continentur in conſtitutionibus.*
21 *Differentia inter conſtitutionem & regulam, ſecundum Abb.*
22 *Fratres prædicatores ex regula non ſunt mendicantes, ſed ex conſtitutione.*
23 *Monachi an poſſint eſſe Abbatis tenentis duos, vel tres monachos, & non ſeruantis regulam.*
24 *Papa non poteſt in voto diſpenſare ſine cauſa.*
25 *Papa non poteſt dare licentiam alicui non obſeruandi regulam, quam profeſſus eſt.*
26 *Conſtitutiones ordinis ſunt ſeruandæ tanquam regula, ſecundum Bal.*
27 *Conſtitutiones regulæ an ſint de præcepto.*
28 *Copula, &, ponitur inter diuerſa.*
29 *Differentia inter corrigere, & caſtigare.*
30 *Correctio monachorum ſpectat ad ſolum Abbatem.*
31 *Abbas maiorem habet poteſtatem in monachos, quam epiſcopus in clericos.*
32 *Inquiſitio an ſit formanda contra monachum accuſatum ex delicto.*
33 *Vita ſeuerior an indici poſſit poſt ingreſſum religionis monachis, ſeu religioſis.*
34 *Clerici ſeculares inuiti ad arctiorem vitam induci non poſſunt, bene futuris clericis indici arctior vita poteſt.*
35 *Appellare ab interlocutoria non poſſunt, nec ſeculares, nec regulares, niſi exprimant cauſam grauaminis.*
36 *Clerici ſeculares non tenentur in appellatione a diffinitiua exprimere cauſam appellationis.*
37 *Clericus regularis appellans tenetur in cauſa correctionis exprimere, & facere mentionem in petitione de cauſa condemnationis.*
38 *Impetratio literarum debet continere cauſam condemnationis.*
39 *Præſcriptio non currit contra correctionem.*
40 *Correctio exceſſuum poteſt fieri non ſolum in iudicio, ſed etiam in domo.*

C A P I I I.

AD noſtram. A correctione non appellatur, vel ſic ſecundũ do. Abb.
1 inſpecta mente a † correctione legitima non appellatur, niſi modus excedatur. Diuiditur in duas
partes. In prima ponit cauſam mandati. In ſecunda mandatum. ſecunda ibi, mandamus. In text ibi, exorbitanti. i. quaſi per cæcitatem mentis deuianti. Ho. item ibi ad remedium appellationis conuolauerit. ſupple ne corrigatur exceſſibus ab eo commiſſis. Item ibi, regula prædicta, ſcilicet in parte deciſa. Item ibi, & inſtitutionem ordinis. præter enim regulas habent conſtitutiones, ad quas tenentur, de ſtatu monac. recolentes. Item ibi, caſtiges, loquitur cuidam Abbati. No. pri
2 mo ex tex. a contrario ſenſu, quod † appellatio permittitur
etiam religioſis, quando indebite grauantur per ſuperiorem,
& hoc clarius probatur infra eod. repræhenſibili, ad fi. Et ex
hoc declara tex. in cap. qualiter & quando, in fi. q de accuſat.
3 vbi dicitur, quod † ordo iudiciarius non eſt ſeruandus circa
perſonas regulares; quia poſſunt facilius, & liberius amoueri
a ſuis adminiſtrationibus. nam ille tex debet intelligi, quod
nõ eſt ſeruandus vſquequaq; i. per omnia, hoc eſt, quo ad ea,
quæ requirunt ſolemnitatem iudicis, quia poteſt procedi de
plano, & ſine ſtrepitu iudiciorum, vt in c. olim, de accu. tamẽ
defenſiones legitimæ, & ea quæ ad inquiſitionẽ veritatis cauſa
ſunt reſeruata etiã religioſis, ſicut dicitur de cauſis, in quibus
poteſt procedi ſine ſtrepitu, & figura iudicij, vt in cle. ex
parte, de verb. ſignif. ſaluo quod contra religioſos, quando-
4 que admittuntur † teſtes non integri, vt in cap. per tuas, el ij.
de ſent. excom, & ex hoc no. quia ſæpe religioſi conqueruntur
ſuos ſuperiores non legitime proceſſiſſe cõtra eos, & petunt
proceſſus reuocari, & dicit hic Bald. vnum notabile ver-
5 bum, ſcilicet quod † monachus ex leuiſſima cauſa intolera-
biliter tortus poteſt exire de monaſterio ſine licentia Abba-
tis, allegat ff. de his qui ſint ſui, vel alie. iur. l. ij §. dominorum.
vult dicere, quod ſi quemadmodum ſeruus poteſt fugere a
domino propter eius ſæuitiam, vel intolerabilẽ iniuriam, ita
6 monachus poteſt fugere de monaſterio, quia † monachus cõ-
paratur ſeruo, vt dicit Innoc. in c. cum olim. ij de priuil. & vi-
de bonum tex. cum glo. in cle. ne in agro. § ad ampliationem.
☞ de ſtatu monach. & dicit Bal. ſe fuiſſe interrogatum de hoc
a generali fratrum minorũ, & ſubdit quod animus, & non
7 fuga facit † apoſtatam, allegat l. quid ſit fugitiuus. §. Celſus. ff.
8 de ędil. edic. & ratio eſt, quia † Deus interrogat cor, & non
manum, xiiij. quæſt. v. ſi quid inueniſti. & quod no. glo. notab.
in cap 1. de colluſio. Si tamen conſtaret de tali animo, poſſet
puniri tanquam apoſtata, ex quo conſtat de animo, ſcilicet
quod habet intentionem exeundi de monaſterio, & fugien-
9 di, ſicut dicitur † fugitiuus ille, qui habet animum fugiendi,
licet nondum fugerit. Vnde no. hæc duo dicta Bal quia ſunt
menti tenenda. Secundo no. ibi, quilibet ſubditorum, iun-
10 cta ſupraſcriptione, quod † monachus dicitur ſubditus Ab-
bati. Idem poteſt dici de ſæcularibus reſpectu prælatorum,
vt in cap. irrefragabili, de offic. ordina. & in cap. cum apoſto-
lus. §. prohibemus. de cenſi. & vide glo. ſingularem in clem. 1.
in verſic. ſubditos, de foro competen. quæ dicit, quod appel-
11 latione † ſubditorum, proprie comprehenditur ſubditus ra-
tione domicilij, non autem proprie dicitur ille, qui deliquit,
vel contraxit in loco, & adde aliam glo. notab. in cap. ſtatu-
tum, in princ. quæ incipit, olim dicebamus, de reſcript. in vj.

quæ

quæ hic ſequuntur, quoniam omnia corroſa deletáque erant, vt minimè legi poſſent, viſum ſuit hic apponere, quæ Eximius Decretorum Doctor Benedictus Capra ad idem caput ſcripſit, non aſpernanda quidem, ne pagina penitus alba remaneret. quod, candide Lector, æqui bonique conſule, quouſque ex altero exemplari fortè inueniendo, quantum ad præſens deeſt, futura tibi præſtitem editio longe enim copioſius Alexander de Neuo rem pertractauit quàm ipſe Capra, vt ex ſummis ipſis colligere licet, quas nullo modo de libro tollere voluimus, vt quilibet facillime intelligeret, quantum alijs in hoc præſentum capite exponendo præcelleret.

SVMMARIVM.

1 *A correctione non appellatur.*

2 *Introducta ad vnum effectum, non debent trahi ad contrarium effectum.*

3 *Monachi dicuntur ſubditi Abbatis.*
Quod & de ſæcularibus dici poteſt, reſpectu prælatorum ſuorum, vt ibi.

4 *A pœna iuris non poteſt appellari.*

5 *Monachi compelli poſſunt non ſolum ad obſeruantiam religionis, ſeu regulæ, ſed etiam ad obſeruantiam conſtitutionis ipſius ordinis.*

6 *Obſeruantia religionis, & obſeruantia ordinis differentia, & circa quæ conſiſtant, quæve concernant.*
Religioſis poſt ingreſſum religionis ſtrictior regula indici poteſt, ſecundum Nicolaum.

7 *Correctio monachorum an ad Abbatem ſolum ſpectet, cum huius nulla fiat mentio.*

8 *Abbatis auctoritas in monachos, quare maior eſt, quàm Epiſcopi in clericos.*

9 *Correctio monachorum principaliter ad Abbatem etiam excluſo Epiſcopo ſpectat.*
Vnde ipſe Abbas iuriſdictionem habet in ipſos monachos, vt patet ibi.

10 *Monachus, vel*
Clericus, an poſſit à correctione appellare.
Et quomodo in hoc differant clericus & monachus reſpectu proceſſus extraiudicialis, num. 11.

12 *Correctionis ſæcularium & regularium clericorum differentia magna olim erat, & hodie eſt.*
Reſpectu verò facultatis appellandi non eſt vlla hodie inter eos differentia.

13 *Secularis clericus hodie non appellat extra iudicium, vel in iudicio ante ſententiam.*
Niſi prætextu grauaminis, quod exprimere tenetur, vt ibi remiſſiuè tamen.
Quod in religioſis locum habet.
Solemnitas maior requiritur in procedendo contra ſæculares, quàm in procedendo contra regulares.
In vtriſque tamen debet ſubeſſe grauamen.

14 *Sententia ſi notorie iure fulcita eſt, non admittitur appellatio tam in religioſis quàm in ſæcularibus.*
Secus autem vbi poſſet competere excuſatio.
Vel poſſet habere locum illud, non probatum probabo.
Cauſa appellandi ſemper exprimi debet in appellatione, puta quia iudex excedit modum literarum in impetratione ſuper cauſa appellationis, etiam poſt ſententiam non ſolum in ipſa ſententia exprimenda eſt.

15 *Conſuetudo, vel*
Præſcriptio contra correctionem non operatur, nec allegari poteſt: in alijs autem cauſis, & iuriſdictionibus, ſecus, cum in ipſis operari poſſit.

CAP. III.

1 AD noſtram. † A correctione non appellatur. hoc dicit hæc decretalis, quæ primo præmittit caſum mandati. ſecundo ibi, mandamus, ponit mandatum.

2 In textu ibi, quia vero. Nota † quod introducta ad vnum effectum non debeat trahi ad contrarium effectum, ad hoc quod habetur ff. de legatis primo, in l. legata inutiliter.

In textu ibi, ſubditorum. nota ex hoc textu, iuncto

3 ſupradicto, † quod monachi dici poſſunt ſubditi abbati ipſorum, quod & dici poteſt de ſecularibus reſpectu prælatorum ſuorum, vt in capitulo, cum Apoſtolus. §. prohibemus, infra de cenſibus. & ſupra de officio ordinarij, irrefragabile.

4 In textu ibi, quod in prædicta regula. Nota † quod a pœna iuris non poteſt appellari, ad hoc infra eodem, quia nos, & quod not. ff. de verborum ſignificatione, in l. ſi qua pęna.

5 In textu ibi, & inſtitutionem. Nota † quod monachi compelli poſſunt non ſolum ad obſeruantiam religionis, ſeu regulæ, ſed etiam ad obſeruantiam conſtitutionis ordinis, ad hoc clementina prima, de priuilegijs.

6 Item † nota differentiam inter obſeruantiam religionis & ordinis. nam obſeruãtia religionis propriè conſiſtit circa id quod continetur in regula illius religionis: obſeruantia vero ordinis concernit contenta in ſtatutis & conſtitutionibus poſt regulam editis ab illis de illo ordine, ſeu per ſuperiorem habentem ad hoc poteſtatem, quod facit vt religioſis poſſit poſt ingreſſum religionis indici ſtrictior regula ſecundum Nicolaum, vt plenius hic per eum. circa quod vide nota. infra de regularibus, in capitulo, ſuper eo. & in regula, quod omnes, in ſexto.

In textu ibi, & caſtiges. Nota ex hoc textu, iuncto ſu-

7 præſcripto, † quod correctio monachorum ſpectat ad Abbatem ſolum, cum hic nulla mentio fiat, & capitu. ad hoc, quod habetur decimaoctaua quæſtione ſecunda, nullam. & per Ioannem Andręam infra de regula-

8 ribus, In capitulo, Ioannes. Ex quo infertur, † quod maior eſt in hoc auctoritas Abbatis in monachos, quàm Epiſcopi in clericos, cum Epiſcopus illos non corrigat ſine conſilio capituli ſui, decimaſexta quæſtione ſeptima, epiſcopus nullius.

9 † Item nota ex hoc textu, quod correctio monachorum ſpectat principaliter ad Abbatem etiam excluſo Epiſcopo, vnde habet ipſe Abbas iuriſdictionem in ipſos monachos, ad hoc bonus textus extra de officio ordinarij, quanto. quod ſine dubio procedit in his, quæ ſpectant ad regulam & conſtitutionem ordinis, ſed extra ipſas an poſſit cognoſcere de delicto extrinſeco, plenius notatur in dicto capitulo, quanto, & per Ioannem de Lignano in clemen. ne in agro, de ſtatu regularium.

In gloſſa prima, in fine, quod & licet regulariter ſit verum, tamen fallit interdum vbi vtimur rei ad alium uſum, vt in capitulo, quamuis, de pęnis, in ſexto. & in clementina, quia contingit, de religioſis domibus.

10 In gloſſa finali ibi, cum beatus. ſi enim fieret in forma iudicij poſſet monachus & clericus appellare ſecundum Tancredum & Vincentium, qui ex his videntur ſentire differentiam inter clericum & monachum reſpectu pro-

11 ceſſus extraiudicialis. ſed Innocentius hic dicit, † quod licet olim inter regulares, & alios poterat eſſe differentia, vt plenius hic per eum: tamen hodie non videtur differentia inter regulares & alios, vel inter correctionem, & alium proceſſum, cum ſemper liceat appellare ſi ſuperior excedat, quod idem eſt dicere ſi grauentur, licet regularibus appellare, ſupra de officij ordinarij. licet. ſaluo quam poſt ſententiam latam contra regulares, circa eorum regulam, quia tunc iudex appellationi non defert, ſecus in alijs, ſecundum ipſum qui dicebat idem eſſe in correctione regularium, & aliorum ſubiectorum. de officio ordinarij, irrefragibili, vt plenius hic per ipſum

12 Innocentium. ſed Hoſtienſis hic dicit, † quod quidquid dicat hic Innocentius, olim & hodie magna erat, & eſt differentia inter correctionem ſecularium & regularium clericorum, infra eodem, cum ſpeciali. & de accuſationibus, qualiter, el ſecondo, §. finali. & de ſimonia, per tuas, §. finali. & hoc etiam voluit Guilielmus in Speculo de appellationibus, §. in quibus, verſiculo vndecimo. cum ipſo Hoſtienſe concordans ſecundum Ioannem Andręam, qui ita reſidet. ſed certe per hoc dictum non colligitur opinio ipſius Hoſtienſis. vnde dicendum eſt, quod reſpectu facultatis appellandi nulla eſt hodie

13 differentia inter regulares & ſeculares, † quia etiam ſecularis hodie non appellat extra iudicium, vel in iudicio ante ſententiam, niſi prætextu grauaminis, quod exprimere tenetur, vt in capitulo, vt debitor, infra eodem. & in capitulo primo, eodem titulo, in ſexto. quod in religioſis locum habet, vt ſupra dictum eſt. Qui tamen in hoc differunt a ſecularibus, cum facilius grauari poſſint in ordine procedendi, & in alijs ipſi regulares, quam ſęculares, cum in procedendo contra ſęculares maior

ior ſolemnitas requiratur, quàm in procedendo contra regulares, vt in iuribus ſupra per Hoſtienſem allegatis, in vtriſque tamen debet ſubeſſe grauamen ad hoc vt appellare poſſint, vt ſupra: poſt ſententiam vero diffinitiuam ſi appellare velint, idem erit dicendum. † Nam ſi ſententia eſt notorio iure fulcita, non debet admitti appellatio tam in religioſis, quàm in ſecularibus, vt in capitulo Romana, §. ſi autem poſt ſententiam, eodem titulo, in ſexto. ad hoc capitulum, cum ſit, infra eodem titulo. ſecus autem vbi poſſet competere excuſatio vel poſſet habere locum illud, non probatum probabo, ſupra de fide inſtrumentorum, cum Ioannes, C. de temporibus appellationum, l. per hanc, ſecundum dominum Nicolaum, qui tamen circa hoc concludit, quod ſiue procedatur ad correctionem extra iudicium ſiue in iudicio, ſiue appelletur ante ſententiam ſiue poſt, neceſſe eſt vt ſemper exprimatur in appellat. cauſa appellandi, puta, quia excedit modum. nam cum regulariter interdicatur appellatio a correctione, vt hic, & infra eodem, cum ſpeciali, & capitulo, reprehenſibilis. & hoc niſi in caſu ſpeciali. ſ. cum in corrigendo exceditur modus, vt dicto capitulo, licet. & dicto capitulo, de pri. die. & ſic cum inſerſitat tali appellationi, niſi in dicto caſu oportet, quod ille caſus exprimatur vt appareat, bene appellatum in caſu conceſſ ſicut & obſeruatur cum appellatur ab executione, vt ſupra titulo proximo. quod ad conſultationem, in fine. vbi de hoc. Imo & non ſolum in ipſa appellatione, ſed etiam in impetratione literarum ſuper cauſa appellationis etiam poſt ſententiam exprimenda eſt non ſolum ipſa ſententia, ſed etiam cauſa condemnationis, & hoc tenuit hic Innocentius allegans ad hoc capitulum, dilectus filius Abbas, de præſcriptionibus & capitulo, ſuper eo. de cohabitatione clericorum & mulierum. quæ iura licet hoc non probent, tamen hoc dictum verum eſt, cum pro hoc faciat, quia expreſſa condemnatione Papa forſan ipſas literas delegaſſet niſi vidiſſet tamen rationabilem, argumento capituli, poſtulaſti, de reſcript. ſecundum Nicolaum hic.

15 In eadem in fine, immo plus, quia prout dicit hic Ioannes Andreas poſt Innocentium † in correctione, & contra eam vt videlicet non fiat præſcriptio vel conſuetudo operari non poteſt, nec allegari, ſupra de præſcriptionib. cum non liceat, & capitulo, cum ex officii. licet ſecus ſit in alijs cauſis & iuriſdictionibus, eum in ipſis ipſa conſuetudo & præſcriptio operari poſſit, & eas tollere, ſupra de præſcriptionibus, per totum & de conſuetudine, capitulo ſecundo. & vt notatur ſupra de foro competenti, cum contingat.

S V M M A R I V M.

1 *Appellans ſi infra terminum à iudice ſtatutum à quo appellauit, vel à ſe ipſo appellationem non proſequitur, ſtare compellitur ſententia iudicis a quo appellauit.*

Appellans an poſſit terminum iuris termino breuiorem ſuæ appellatione ſtatuere.

Mediocritas, non prolixitas ſeruetur.

Iudex potius debet concedere longum terminum quàm breuem, ſecundum Hoſtienſem.

2 *Tempus a iure datus pro appellatione proſequenda eſt anni, & aliquando biennij.*

3 *Appellans poteſt ſibi breuiorem terminum ad proſequendam appellationem præfigere & ſibi præiudicare, de quo caſus eſt clariſſimus in hoc capitulo.*

4 *Iudex poteſt præfigere terminum appellanti ad proſequendam appellationem.*

5 *Appellatus non poteſt præfigere terminum appellanti ad proſequendam appellationem.*

Appellans ad proſequendam appellationem quare poteſt ſibi terminum præfigere, & non appellatus: quia appellatus non poteſt imponere legem aduerſario.

Par in parem non habet imperium.

6 *Reus an poſſit ſibi terminum datum à ſtatuto octo dierum ad defendendum abbreuiare.*

Reus ſi infra terminum non facit ſuam defenſionem, ei renunciare videtur.

Caſus in quibus renunciatio non valeat.

7 *Pactum ne quis ſe defendat non valet in quæſtione ſtatus, vel criminis ſecundum gloſſam.*

Quæ gloſſa loquitur in renunciatione nuda ſecundum Baldum: hic autem eſt veſtita negligentia non defendentis.

8 *Renunciatio tacite videtur fieri per receptionem termini breuioris, receptio autem expreſſa non valet.*

9 *Reus de crimine capitali poteſt renunciare ferijs & dilationibus pro liberatione, non vt citius condemnetur.*

Reus ferijs & dilationibus vel alijs beneficijs à lege ſeu ſtatuto inductis renunciare non poteſt.

Aſſeſſores facientes reum renuntiare termino, & defenſionibus ſuis reprehenduntur.

Iudex punire debet reum, qui diceret ſe nolle facere aliquam defenſionem ſecundum gloſſam.

Quod intellige, niſi conſtaret vel aliquis probare vellet ipſum etiam innocentem, tunc enim non eſſet puniendus.

10 *Condemnatus, repertus innocens non debet puniri, ſed ſententia non mutatur, tantum ſcribendum eſt ad Principem qui eum liberabit.*

11 *Iudex poteſt ſtatuere terminum competentem & conuenientem ſecundum diſtantiam viarum &c. appellati ſibi non præfigenti, vel minuere ſeu abbreuiare præfixum prolixum.*

12 *Terminus proſequendæ appellationis in dubio potius longus quàm breuis eſt præfigendus à iudice.*

Iudex apoſtolos appellanti dare debet, in quibus cauſam appellationis exprimat.

Iudex debet aſſignare terminum appellanti ad proſequendam appellationem ſecundum locorum diſtantiam & qualitatem perſonarum & negocij.

13 *Appellatio debet appellato abſenti intimari cum dilatione, & termino præfixo.*

Quod & in ignorante appellato locum habet.

14 *Terminus à iudice poteſt conſtitui non ſolum incontinenti quando detulit appellationi, ſed etiam ex interuallo.*

Iudex poteſt aſſignare terminum ad proſequendam appellationem poſt apoſtolorum traditionem.

Apoſtoli tradi poſſunt poſt appellationem vſque ad triginta dies per cap. 1. eod. tit. in 6.

15 *Dictio poſt, quid poſſit ſignificare.*

Et deſignat atque comprehendit actum, qui fit poſt actum etiam ex interuallo, vt in cap. cum appell.

Iudex poteſt aſſignare terminum ad proſequendam appellationem etiam ex interuallo.

16 *Terminus duplex poteſt præfigi appellanti, ſcilicet ad ſe præſentandum coram iudice ad quem, vel ad proſequendum appellationem, de quo duplici termino diſcutit, vt ibi.*

17 *Appellatio vt eſt deſerta lapſu biennij, ita etiam per lapſum termini aſſignati ab homine ad proſequendam appellationem, vel ad ſe præſentandum coram iudice.*

Termino aſſignato ab homine ad appellationem proſequendam, vel ad ſe præſentandum lapſo, ſententia remanet firma executionique mandari poterit.

Terminus aſſignatus ab homine ad appellationem proſequendam lapſus, vel ad ſe præſentandum coram iudice, poteſt ſtatui tam in appellatione à diffinitiua quàm interlocatoria.

Et tam à iudice ordinario, quàm à delegato: ſi tamen eſſet talis cauſa in qua iudex poteſt ex officio procedere.

18 *Mora an poſſit purgari, poſt lapſum termini proſequendæ appellationis.*

Purgatio moræ contra ſtatutum legis non admittitur.

Quod tamen diſtinguitur.

19 *Pœna legis non recipit appellationem.*

Nec moræ purgationem.

Mitius agitur cum lege quàm cum homine.

20 *Iudex non poteſt cogi ad terminum præfigendum appellanti, licet poſſit ſtatuere terminum.*

Appellans vbi non eſt ſtatutus terminus nec per iudicem, nec per appellationem habet terminum iuris, & ſic annum, & ex cauſa biennium ad proſequendam appellationem.

Terminus vbi nullus eſt præfixus, appellatio non deſeritur, niſi elapſo anno vel biennio.

21 *Terminus in proſequenda appellatione tripliciter conſtituitur, de quibus diſtinctiuè diſcutitur.*

Termini appellanti vt ſe præſentet, & ad iter arripiendum, ab homine ſtatuuntur.

Terminus ad proſequendam & finiendam appellationem a lege quandoque ſtatuitur.

22 *Terminus ſtatutus à iudice vel parte non poteſt præueniri, ſecus eſt de termino ſtatuto à lege.*

Cap. ex inſinuatione, infra eodem, de termino dato à lege intelligitur ſecundum Ioannem.

23 *Iudex à quo non poteſt imponere legem iudici ad quem, ad appellationem diffiniendam.*

24 *Iudex à quo, quot modis poſſit aſſignare terminum appellanti, & dicitur ſeptem modis hic.*

25 *Iter arripere in termino dicitur qui vltima die iter arripit.*
26 *Præſentare quis propriè dicatur, qui exhibet ſe conſpectui alterius.*
27 *Iudex appellanti poteſt aſſignare terminum breuiorem ad recipiendos apoſtolos.*
28 *Terminus iuris ad recipiendos apoſtolos incipit currere, quando incipiunt currere decem dies appellationis.*
29 *Termino elapſo ſi appellans non habet copiam iudicis debet proteſtari coram teſtibus per ſe non ſtetiſſe.*
30 *Appellans, qui comparuit pro recipiendis apoſtolis, & iudex non dedit, non tenetur amplius comparere pro illis recipiendis.*
31 *Pœna appellantis, & iudicis in cauſa appellationis, quæ ſit.*
32 *Verba iudicis, aſſigno terminum decem dierum ad recipiendum apoſtolos, vel ad audiendum reſponſum, & poſtea quandocunque, an importent nouam dilationem.*
33 *Termino conſtituto, an ſufficiat appellanti iter arripere.*
34 *Appellationem proſequi non videtur, qui libellum porrigit iudici ſine partis citatione.*
35 *Libellus porrectus licet ſit de officio, non tamen dicitur de proceſſu, niſi facta citatione partis.*
36 *Proceſſus non poteſt fieri die feriata in honorem Dei.*
37 *Terminus non poteſt conſtitui ad impetrandas literas.*
38 *Præſentans, an ſufficiat quod ſe præſentet coram iudice contradictoriorum, appellatione interpoſita ad Papam.*
39 *Iudex a quo poteſt executioni ſententiam mandare, deſiſtente appellante ſe præſentare.*
40 *Iudex a quo etiam deſerta appellatione non poteſt exequi ſententiam appellante non citato.*
41 *Iudex ſtatuere terminum ad finiendam appellationem non poteſt.*
42 *Appellans ſi in termino aſſignato ſatisfecit, an petente appellato, vt proſequatur appellationem, cogi poſſit.*
43 *Libelli decreto contrarij an admittantur.*
44 *Appellatus poteſt impetrare iudicem & appellationem proſequi, appellante deferente, & petere confirmationem.*
45 *Appellans vtrum poſſit appellationem proſequi coram iudicibus ab appellato impetratis.*
46 *Terminum ad proſequendam appellationem, quæritur quis aſſignare poſſit.*
47 *Iudex ad quem, an poſſit abbreuiare terminum appellanti per iudicem a quo ad proſequendam appellationem.*
48 *Iudex qui non detulit appellationi, nunquid poſſit præfigere terminum ad proſequendam appellationem, & aſſignato termino an poſſit in cauſa procedere.*
49 *Iudex a quo non debet mittere ſententiam executioni, antequam citet appellantem.*
50 *Terminus ſi in tantum lapſus eſt, vt impoſſibile ſit proſequi appellationem infra tempus, quod reſtat, an appellatio cenſeatur deſerta.*
51 *Dictio ex tunc, denotat temporis extremitatem.*
52 *Pœna appoſita ab homine, ſi aliquid non fiat infra certum tempus, ſtatim committitur, cum certum ſit, non poſſe fieri, ſecus in appoſita a lege.*
53 *Dictio tunc, quid importet, ſecundum Bal.*
54 *Dictio ex nunc, prout ex tunc, quid importet.*

CAP. III.

1 PErſonas. Si † appellans infra terminum ſi-
bi ſtatutum a iudice, a quo appel
lauit, vel a ſe ipſo appellationem non proſequitur
ſententiæ, vel iudicio illius iudicis a quo appella-
uit, ſtare cōpellitur h d ſm Io And. & cōmuniter doc. vel ſic
ſm do Abb. Appellās poteſt terminū iuris termino breuio-
rem ſua appellatione ſtatuere. Eo aūt nimis prolixum termi
nū ſtatuere, vel nullū, pōt iudex terminū ſtatuere competen
tem, infra quem ſi nō ſatisfecerit, deſerta eſt appellatio, hoc
dicit. cum princ. ſeq cap. Diuiditur in duas partes, prout duo
ſunt dicta. ſecundum ibi, ſi autem. In tex. ibi, conueniātur. ſer
uabitur ergo mediocritas, non prolixitas. dicit tamen Hoſt.
ꝙ iudex potius debet concedere longum, quam breuem ter-
2 minum. No primo, ꝙ licet † a iure detur annus, & ex cā bien
nium ad proſequendam appellationem, vt in auth. ei qui. C.
de temp. appell. & infra c ſeq & in c. ex ratione, & in cle. ſicut,
3 eo. tit. tamen † appellans poteſt ſibi præiudicare in præfigen
do ſibi terminum breuiorem ad proſequendam appellatio-
4 nem, vt hic eſt caſus. Similiter poteſt facere † iudex, qa appel-
lante non præfigente ſibi terminum ad proſequendā appel
lationem, poteſt iudex præfigere, vt in c ſeq. & in c ad hæc 3.
5 in ſ.e. Sed nunqd † appellatus hoc eſt aduerſarius appellātis,
poſſit talem terminum præfigere ipſi appellanti ad proſequē
dam appellationem. & dic ꝙ non, quia non reperit iure cau
tum, & hoc tenet Spec. eo. ti § qualiter. ver hoc autem. & Io.
And & D Do. in c. 1. § poſt hęc. eo. ti in vj. Et hoc ſequitur hic
do Abb. in 2 col. allegat D. de Ro. dec. ccuij dicas ergo, ꝙ ap-
pellans poteſt ſibi præfigere terminum ad proſequendā ap-
pellationem, qa poteſt ſibi legem imponere, reſtringēdo ter
minum iuris, ſed non appellatus, quia non poteſt imponere
legem aduerſario, cū par in parem nō habeat imperium, vt
in c. innotuit, ſupra de elect. & in l. quin etiam. ff. de arbi. Et ex
iſto tex. infert Bal. ad ſtatutum, ꝙ dat terminum octo dierū
6 ad ſe defendendū, nunquid † reus poſſit ſibi ipſi terminum ab
breuiare? & dicit ꝙ ſic, per iſtum tex. Et ſubdit, ꝙ ſi infra ter
minum non facit ſuam defenſionem, vr̄ ei renuntiare, arg. l.
ſi ea. C. qui accu. non poſſ. Sed contra hoc multum facit, ꝙ
no glo. valde not. in l. pactum inter hæredem. in glo. fin. ff de
pact. quę ponit caſus, in quibus non valet renuntiatio, & in-
7 ter cætera dicit, ꝙ non valeat † pactum, ne quis ſe defendat
in quæſtione ſtatus, vel criminis, vt in l 3 & 4. ff. de lib cau &
in l. non tantum ff. de appell. ſed Bald. dicit, quod illa glo. lo-
quitur in renunciatione nuda, hic autem renunciatio nō eſt
nuda, quia eſt veſtita negligentia non defendētis, & vt dictū
Bal procedat, intellige ipſum in renuntiatione tacita, quia in
8 telligitur tacite fieri renunciatio † per receptionem termini
breuioris. Secus, ſi renunciatio fieret expreſſè, quia non vale
ret. Et hoc tenet Bart. in l cuſtodias, in fi. ff de pub iud ubi di
9 cit, quod † reus de crimine capitali poteſt renunciare feriis,
& dilationibus ad ſui commodum, vt abſoluatur, ſed non
ad ſuum damnum, vt citius condemnaretur ad mortem. vn
de concludit, quod non poteſt renunciare feriis, & dilationi-
bus, nec aliis beneficiis inductis a lege, ſeu a ſtatutis, argum.
l non tantum. ff. de appell. & licet Bar ibi hoc pro certo non
firmet, hoc tamen firmat Ang in d. l. pactum inter hæredem.
vbi reprehendit aſſeſſores facientes reum renuntiare termi-
no, & defenſionibus ſuis. Si tamen reus diceret ſe nolle fa-
cere aliquam defenſionem, iudex deberet eum punire, hoc
tenet glo. ſingularis in l. j. ff. de furt. balne. hoc tamen intel-
ligo, niſi conſtaret, vel alius vellet probare, ipſum eſſe inno
centem, tunc enim non eſſet puniendus. Immo ſi fieret pro
10 batio, quod eſſet innocen, etiam poſtquam eſſet † condem
natus per iudicem ad mortem, ſententia non eſſet mitten-
da executioni, ſed iudex deberet ſcribere principi, & prin-
ceps debet per reſtitutionem in integrum talem abſoluere,
vel pœnam minuere, de quo vide duos tex. notabiles, ſcili-
cet in l. j. § ſi quis vltimo. ff. de quæſtionib. & in l. diui fratres,
ff de pœn. & hæc tenebis menti. Secundo no quod ſi appel
lans nullum terminum ſibi præfixit, vel nimis prolixum, iu-
11 dex † poteſt ſibi ſtatuere terminum competentem, & conue
nientem, ſecundum diſtantiam viarum, & ſecundum quali
tatem, & naturam cauſæ, locorum, & perſonarum, & hoc
clarius probatur in cap ſequen. In dubio autem iudex debet
12 potius aſſignare † terminum longum, quam nimis breuem.
& iſtum terminum poteſt aſſignare iudex, etiam ſi detulerit
appellationi, & de hoc eſt tex in cap j. § poſt hæc, eodem ti-
tu in ſexto. nam in ver præcedenti tex dicit, quod iudex de-
bet dare apoſtolos appellanti, in quibus exprimat cauſam
appellationis, & cur appellatio non ſit admiſſa, vel ſi appel-
lationi ſit delatum ex reuerentia ſuperioris. deinde in § poſt
hæc. dicit, quod debet aſſignare terminum appellanti ad
proſequendam appellationem, ſecundum locorum diſtan-
tiam, & qualitatem perſonarum, & negocij. Sic ergo ſen-
ſus literæ eſt, quod poſtquam dedit apoſtolos, in quibus con
tinetur, an detulerit, vel non detulerit appellationi, poteſt
aſſignare terminum ad proſequendam appellationem, ergo
ſiue detulerit appellationi, ſiue non, poteſt aſſignare termi-
num ad proſequendam appellationem, hoc etiam probatur
13 in clem. 1. de appel. vbi tex. dicit, quod quando † appellatio in-
terponitur abſente appellato, & ignorante, debet ei intima-
ri appellatio, & delatio iudicum, & termini præfixio, & aſſi-
gnare terminum ad proſequendam appellationem, & iſtud
firmat glo in cap. 2. in glo antepen. infra de matri. contracto
cont. inter. eccleſ & Archid. & Ioan Andr in d. c j in d § poſt
hæc & in cap. cum appellationibus, eod. tit. in vj & Domi de
Ro. dec. cclvj quę incipit, item ſi appelletur. & talem termi
14 num † poteſt aſſignare non ſolum incontinenti, quando
detulit appellationi, ſed etiam ex interuallo, & hoc probat
tex. in dicto § poſt hæc vbi tex. probat, quod iudex poteſt aſ
ſignare terminum ad proſequendam appellationem poſt
traditionem apoſtolorum. ſed apoſtoli poſſunt tradi poſt ap
pellationem vſque ad triginta dies, vt in capit ab eo, eodem
titulo, in ſexto. Item notanda ſunt illa verba, quia dictio,
15 † poſt, poteſt deſignare, ſeu comprehendere actum, qui
fit poſt actum etiam ex interuallo, vt in capitulo, cum ap-
pellationibus, in fine, eodem titulo, in ſexto. Et iſtam con
cluſionem, ſcilicet quod iudex poteſt aſſignare terminum
ad proſequendam appellationem etiam ex interuallo, fir-
mat D. Domi. in dicto §. poſt hæc, & dom. Cardin. in dicta
clementi. prima, in xxviij. queſtione, eodem titulo, & hæc
tene menti, quia vidi iudices multotiens in hoc dubitare.

16 Tertio no. ex tex. duplicem terminum † poſſe præfigi appel-
lanti, ſcilicet ad ſe præſentandum coram iudice ad quem, vel
ad proſequendum appellationem. primum probatur in princ.
huius cap. in quo fit mentio in primo termino, ſcilicet ad ſe
præſentandum coram Papa, ad quem fuerat appellatum. In
ſecundo autem reſponſo, ſcilicet in ver. ſi autem, tractat de
ſecundo termino, ſcilicet ad proſequendum appellationem,
& de his & alijs terminis dicam ſuper glo. ij. Vltimo no. & te
ne menti iſtũ tex. quod ſicut per lapſum anni, vel biennij de
17 ſerta eſt † appellatio, ita per lapſum termini aſſignati ab ho
mine ad proſequendum appellationem, vel ad ſe præſentan
dum coram iudice, hoc probat apertè iſte tex. & c. ſequens,
& hoc ſequitur hic Inno. & communiter doct. hoc etiam ſic
mat do. Abb. & ita etiam conſuluit Fed. de Sen. conſi. ſuo 37.
quod incipit, punctus talis eſt. pro quo etiam facit c. licet. de
ſent. excom. in vj. & dicit Inno. & doct. quod lapſo tali termi-
no ſententia remanet firma, & poteſt mandari executioni,
nec poterit vlterius appellare, niſi modus excederent in exe
quendo, vt ſup. ti. prox. quod ad conſultationem. & talis ter-
minus poteſt ſtatui tam in appellatione a diſſinitiua, quam
interlocutoria, & tam a iudice ordinario, vt hic quam a de-
legato, vt eſt tex. infra eod. ad aures. ſi tamen eſſet talis cauſa,
in qua iudex poteſt ex officio procedere, vt c. l. cauſa benefi-
cialis. poterit ex officio ſuo inquirere, vt no. infra eod. con-
ſtitutus. Sed quærit Bald. an poſt lapſum talis termini poſſit
18 † mora purgari. & in hoc multum ſe inuoluit, & in effectu
dicit, quod ſi lex ſtatuit terminum, & vltra procedit ſtatuen
do, quid poſt terminum fieri debeat, non poteſt mora pur-
gari, quia eſt terminus iuris, & de iure, & contra ſtatutum le
gis non admittitur purgatio moræ, vt in l. fi. § 1. C. commu.
de le. no. ita verba. quæ tene menti, quod aut lex ſtatuens ter
minum vltra procedit ſtatuendo quid fieri debeat lapſo ter
mino, & tunc nõ admittitur moræ purgatio: exẽplũ in c. ſi. tu.
huius c. & ſeq. in quibus ſtatuitur, quod lapſo termino deſer
ta ſit appellatio, vnde non poteſt mora purgari, cum lapſo
19 termino, ſuccedit pœna † legis, contra quam ſicut non ad-
mittitur appellatio, vt in l. ſi qua pœna ff. de verbor. ſignif. ita
non admittitur moræ purgatio, ita dicit glo. not. in c. cupien
tes. §. quid ſi per viginti. in ver. expectan. de elec. in vj. Aut lex
ſimpliciter ſtatuit terminum nõ ſtatuendo quid fieri debeat
poſt terminum, & tunc admittitur purgatio moræ. vnde quã
do lex non imponit pœnam lapſo termino, poterit mo-
ra purgari, quia ſi poteſt purgari poſt terminum hominis,
vt in l. ſi inſulam. ff. de verbor. oblig. fortius poſt terminum
legis, quia mitius agitur cum lege, quam cum homine l. Cel
ſus. ff. de arbitr. facit optime capit. potuit, infra de locato. &
hoc tene menti pro declaratione gloſ. præallega. ſed contra
tex. opponitur, quia iſta litera videtur ſuperflua, cum videa
tur idem repetere in ver. ſi autem. dictum eſt, in princip. Sol.
ſecundum doct. tres differentiæ poſſunt colligi. Prima, quia
in prima parte loquitur de termino præfixo ad ſe præſentan
dum coram iudice ad quem, in ver. vero, ſi autem, loquitur
de termino ad proſequendam appellationem. Secunda dif-
ferentia, quia in principio loquitur de termino per iudicem
abbreuiato, in ver. ſi autem, loquitur, quando appellans ſta-
tuit ſibi terminum congruentem. Tertia differentia, quia
principium loquitur in appellatione interpoſita ante ſentẽ-
tiam, in ver. vero, ſi autem, in appellatione interpoſita a ſen
20 tentia diffinitiua ¶ In glo. i. in fi. dic, quod licet † iudex poſ-
ſit ſtatuere terminum ad proſequendum appellationem,
non tamen tenetur, nec poteſt ad hoc cogi, vt in dicto cap.
ad hæc, allega. per glo. infra eod. & ibi dicetur, & vbi non eſt
ſtatutus terminus, nec per iudicem, nec per appellantem, ha
bet ipſe appellans terminum iuris ad proſequendum appel-
lationem, & ſic annum, & ex cauſa biennium, vt in cap. ſeq.
& cap. ex ratione. infra eod. & in auth. ei qui, C. de temp. ap-
pel. & ante ipſum terminum iuris elapſum non eſt deſerta ap
pellatio, & hoc modo intelligendum tex. quia loquitur, quã
do eſt præfixus terminus ab homine; vbi autem nullus ter-
minus eſt præfixus, appellatio nõ deſeritur, niſi elapſo anno,
vel biennio, & de termino iuris videbitur infra eod. ex ratio-
ne. ¶ In glo. ij. illa gloſ. quotidie allegatur, quia eſt notanda,
& diuiditur in duas partes. In prima parte ponit triplicẽ ter-
minum, qui datur ad proſequendum appellationem. In ſecũ
da parte tractat, an talis terminus poſſit præueniri. Secunda
ibi, terminum ſtatutum a parte.

21 Venio ad primam partem, in qua glo. dicit, ꝙ quando † ter
minus ſtatuitur, vt appellans ſe præſentet coram iudice ad
quem, & de illo loquitur iſte tex. in prin. aliquando ſtatuitur
terminus ad iter arripiendum. & de illo loquitur infra eod.
peruenit. & ſupra tit. prox. cum cauſa. & iſti duo termini ſta-
tuũtur ab homine. Quandoque & tertio terminus ſtatuitur
a lege ad proſequendam, & finiendam appellationẽ, & talis
terminus eſt annus, vel ex cauſa biennium, vt in cap. ſequẽ.
& in auth. ei qui, C. de temp. appell. & in clem. ſicut, eod. tit. &
22 hoc vult prima pars glo. ¶ In ſecunda parte glo. dicit, † quod
terminum ſtatutum a parte, vel a iudice neutra pars, ſcilicet
nec appellans, nec appellatus poteſt præuenire in impetran-
do iudicem. vt infra eod. ſa pe. & ca. oblatæ. Terminum non
ſtatutum a lege poteſt vtraque pars præuenire, dummodo
appellans doloſè non præueniat appellatum, vt infra eod.
oblatæ. & de hoc ibi dicetur. & ſubdit glo. quod Ioannes in-
tellexit cap. ex inſinuatione, infra eod. de termino dato a le-
ge, quod glo. reprobat, quia ibi loquitur de termino dato a
iudice a quo, ad finiendam appellationem, quod non poteſt
23 fieri, quia non eſt in poteſtate † iudicis a quo, imponere le-
gem iudici ad quem, ſcilicet infra quem terminum appel-
lationem diffiniet, & hoc declarat glo. magna, infra in cap.
ſequen. & ibi dicam. vnde quia materia iſtius capituli reſidet
in eo, quod tangit gloſ. in prima parte, pro cuius declaratio-
ne, & materia huius notabilis cap. duo principaliter ſunt vi
dẽda. Primum eſt, quot modis iudex a quo poſſit terminum
aſſignare appellanti, & per quem actum dicatur eſſe ſatisfa-
ctum ipſi termino aſſignato. Secundo, an & quando iudex
a quo, vel ad quem, poſſit ipſum terminum aſſignare. Cir-
24 ca primum ſciendum eſt, quod ſeptem modis poteſt † iudex
aſſignare terminum appellanti. Et primo poteſt aſſigna-
re terminum ad iter arripiendum, vt in c. peruenit, infra eo.
& hoc caſu ſatis eſt, quod iter arripiat infra terminum, nec
tenetur aliter ſe præſentare coram iudice ad quem, de hoc
eſt tex. notab. in cap. 1. §. 1. de elect. in vj. vbi hoc tenet D. Do.
25 & ſufficit vltima die termini † iter arripere, & hoc tenent
Domi. de Ro. deciſ. 155. & But. & Io. de Imo. in cap. ex inſinua
tione, infra eod. in 3. col. Secundo poteſt ſtatuere terminum
ad ſe præſentandum coram iudice ad quem, & de hoc loqui
tur iſte tex. & glo. & de illo termino, & præcedẽ. facit etiam
mentionem glo. in clem. 1. in glo. penult. eod. tit. & tunc non
ſufficit infra terminum arripere iter, ſed neceſſariũ eſt, quod
repræſentet ſe coram iudice ad quem, quia ille propriè dici-
26 tur ſe † præſentare, qui exhibet ſe conſpectui alterius, vt di-
cit glo. in clem. dudum, in ver. præſentari, de ſepul. & ſi non
poſſet tunc habere præſentiam iudicis ad quẽ debet de hoc
facere proteſtationem in valuis Palatij ipſius iudicis, non
tamen tenetur aliter proſequi appellationem in ipſo termi-
no, quia ſatisfecit termino præſentando ſe iudici ad quem in
termino, vel proteſtando in valuis palatij, vt ſupra dixi. &
iſtam concluſionem firmat hic d. Abb. in 3. col. & D. de Ro.
in præalleg. deciſ. 155. & But. in cap. ex inſinuatione, in ij. col.
infra eod. vbi ponit materiam, de qua hic. idem ſequitur ibi
27 Ioan. de Imo. Tertio modo poteſt † iudex appellãti aſſignare
terminum ad recipiendos apoſtolos, licet etiam a iure detur
terminus triginta dierum ad ipſos petendos, vt in c. ab eo, &
in c. ſuper eo, eod. tit. in vj. tamen iudex poteſt aſſignare termi
num ad recipiẽdos apoſtolos, vel terminum iuris vel breuio-
rem, & de hoc eſt tex. in clem. ij. in ver. verum, ſi iudex, eod.
tit. de iure ciuili non reperitur niſi vnus textus, qui faciat mẽ
tionem de illo termino, ſcil. in l. præſes C. eod. & ibi Bal. in j. col.
dicit, ꝙ talis terminus eſt arbitrarius, & quod debet aſſignari
cum congruo ſpatio, aliàs appellatio non intelligeretur eſſe
deſerta, ſecus quando terminus competens aſſignatur; tunc
enim lapſo termino, & appellante nõ comparente, eſt deſer-
ta appellatio, & idem dicit Bal. in l. fi. circa prin. C. de tempo.
appel. ſed de hoc eſt tex. apertus in d. cle. ij. ver. verum. vbi autẽ
iudex nõ aſſignaret terminum, vt dixi, habet triginta dies, &
28 talis † terminus iuris incipit currere a tempore ſententiæ, vel
ab eo tempore, quo incipiunt currere decem dies ad appell.
interponendam, de quo vide glo. 3. in cle. a. eo. ti. & ſi iudex aſ
ſignaret certum terminum ad recipiẽdos apoſtolos, puta vt
compareat decimo die, hora duodecima ad recipiẽdos apo-
ſtolos: ſi compareret lapſa illa hora, eſſet deſerta appellatio,
vt probat d. cle. a. eo ti. & iſtud multũ no. D. Matthæus Math.
ſuo not. 23. & circa hoc vidi aliquos iudices machinari frau-
dem contra appellantes, quia aſſignauerunt terminum ad re
cipiendum apoſtolos certa hora diei, & occultauerunt ſe, ne
appellãtes eos inuenirẽt hora illa deſignata ad hoc, vt appel
29 latio efficeretur deſerta. † Sed ego contra hanc fraudem pra-
cticaui, vt appellans ante lapſum horæ proteſtationem face
ret in præſentia teſtium fide dignorum, ꝙ per ipſum non ſta
bat quo minus hora deſignata reciperet apoſtolos, ſed per
iudicem cuius copiam hi non poterat, & pro hoc vide opt.
tex. in c. ſi an. ſ. eo. & vide glo. no. in d. cle. ij. in ver. vt etiam. quæ
30 dicit, ꝙ ſi † appellãs poſt appellationem comparuit coram iu
dice pro recipiẽdis apoſtolis, & iudex tunc non dat ſibi apo
ſtolos, non tenetur amplius comparere coram eo pro apo-
ſtolis recipiendis. adde etiam glo. in ead. clem. in ver. infra di-
ctũ. quæ facit differentiam, an iudex aſſignet terminum ad
recipien-

recipiendum apoſtolos infra terminum iuris, an vero in ter-
mino iuris, nam in primo caſu ſatis eſt, ꝙ infra terminum ite
rum petat apoſtolos in termino iuris, vel dic pen vel vltima
termini iuris, tunc non ſufficit petere ante dictū terminum,
ſed debet comparere in termino aſſignato. Idem dicit illa gl.
qñ aliquis eſſet citatus, vel iuſſus, vt compareat, vel aliquid
agat infra certum terminum, quia ſatis eſt, ꝙ infra terminū
quantumcunque congruo tñ loco, & tpe compareat, vel il-
lud agat, ſed qñ debeat comparere in termino, vel aliquid fa
cere in termino, nō poteſt terminum præuenire. Vnde illam
glo. tene menti, quia etiam ad alia eſt notabilis. & de hoc vl
timo vide Bart. in l. quę ante Kalendas. in vlt. q. ff. de verb. obl.
& adde glo. in ead. clem. in ver. aut ſi quæ incipit, ſecundus ca
ſus, quæ notabiliter dicit, ꝙ ſi iudex reſpondit ſe daturū apo
ſtolos nullo termino ſtatuto, vel nihil reſpondit, qñ petūtur
apoſtoli, ſeu ipſos denegauit, non tenetur appellans amplius
comparere, & illam glo. tenebis perpetuò menti, quia multo
ties hř in practica & egn etiam practicaui ipſam, & iunge gl.
fi. in ead. clem. quę ex ipſa clem. elicit quatuor caſus contra
31 appellantem, & quinque contra iudicem: nam pęna † appellā
tis eſt, vt intelligatur renunciaſſe appellationi, pęna vero iu-
dicis eſt, vt proceſſus per ipſum factus non teneat, vt in ca. vt
ſuper & in c. ab eo. eo. tit. in vj. Quid autem ſi iudex dicit, aſſi
gno tibi terminum decem dierum ad recipiendū apoſtolos,
vel ad audiendum reſponſum, & poſtea quandocunque: an
illa verba importent nouam dilationem. Bart. in l. cum ſtipu
latus ſim mihi a Proculo. ff. de verb. obliga. dicit ꝙ non, & in
terminis tenet Bal. in c. mandatum. in fi. de reſcrip. & per eun
32 dem in l. appellatione. C. eod. tit. Quarto, † ſtatuitur termi-
nus ad proſequendam appellationem. & de hoc loquitur c.
cum cauſa, ſup. tit. prox. & in c. ex parte. ij. ſupra de reſcript. &
in c. ad hæc 3. infra eod. licet Bart. in l. præſes. C. eod. teneat iu
dicem non poſſe ſtatuere talem terminum, & male, & hoc
33 caſu ſufficit appellanti † iter arripere pro ipſa appellatione
proſequenda, vt eſt tex. in d. c. cum cauſa, ſupra tit. prox. & ita
tenet Spec. eod. titu. §. nunc breuiter. ver. item quid ſi pars. &
ibi dicit, ꝙ ſufficit etiam vltimo die termini iter arripere. Idē
tenent Do. de Ro. deciſ. clv. & deciſ. xciiij. quæ incipit, item ſi
iudex. vbi dicunt, ꝙ ſatis eſt appellanti arripere iter, licet ali-
ter in termino nō præſenti ſe, vel porrigat libellum, ſeu ſup-
plicationem coram iudice ad quem, vt in d. c. cum cauſam.
& hoc tenet hic, & ibi. do. Abb. & But. infra eo. ex inſinuatio-
ne. Sed Io. And. in addit. Spec. in §. nunc breuiter, eod. ti. re-
citat, alios dicere, ꝙ non ſit ſatisfactum termino aſſignato
ad proſequendum, ſi ſolum iter arripiatur, ſed quod debeat
ſe præſentare, & porrigere libellum, ſeu ſupplicationem co-
ram iudice ad quem, quia ex vi verborum plus importat ter
minus ad proſequendum, quam ſimpliciter ad iter arripien-
dum. & ita reſidet ibi Io. And. cuius opin. Io. de Imo. infra eo.
ex inſinuatione. dicit eſſe veriorem, ſed quod in practica pro
pter auctoritatem Specu. & D. de Ro. ſeruaretur opin. præce-
dens. ſed tu dic, ꝙ etiam eſt verior de iure, quia probatur in c.
cum cauſa, ſupra tit. prox. & hoc etiam vltra prædictas deciſ.
ſequuntur Do. de Rot. deciſ. xlv quæ incipit, item ſi poſt. Sed
limita prædicta, quia debet intelligi, niſi iudex ad quem eſſet
in curia, ſeu in loco, in quo terminus aſſignatꝰ, quia tunc non
eſſet ſatisfactum termino dato ad proſequendum, ſi ſolum
iter arriperetur, ſed tunc debet adhiberi maior diligentia, in
proſequendo, ex quo iudex ad quem poteſt faciliter haberi,
& ſic neceſſe eſt, ꝙ adeatur ipſe iudex ad quem, & coram eo
porrigatur libellus, ſeu ſupplicatio, ſi eius præſentia poteſt
haberi, alias proteſtetur, & de proteſtatione faciat fieri pu-
blicum inſtrumentum, & ita limitant Do. de Rot. in d. deci-
ſiu. 135. & hoc ſequitur hic do. Abb. in 3. col. & But. & Ioā. de
Imo. infra eod. ex inſinuatione. ſed Ang. in Authē. de iudici-
bus. § appellationibus. dicit, quod ille qui porrexerit libellū
34 iudici ad quem, non dř proſequi † appellationem, niſi citari
faciat aduerſarium, & allegat gloſ. quæ ſecundum eum. ita
dicit in l. fin. §. illud. C. de temp. appell. & inducit ad quæſtio-
nem ſtatuti diſponentis, quod quicunque ab aliqua ſenten-
tia duxerit appellandum infra decem dies, debeat appellare,
& infra viginti dies nuntium mittere, & proſequi in eadem.
Abinde vero in antea nullatenus audiatur, & contingit, ꝙ
quidam appellauit, & nuntium miſit, & produxit libellum
appellatorium coram iudice, non tamen fecit partem cita-
ri, & determinat quod talis non debeat audiri, quia libelli
oblatio non interrumpit præſcriptionem, niſi executor mit
tatur, vt in l. licet. C. de præſcrip. triginta annorum. Nec ob-
35 ſtat, quod † libellus ſit de actis, vt in cap. quoniam contra
falſam, de probatio. licet ſit de actis, non tamen eſt de pro-
36 ceſſu, antequam pars citetur, quod † proceſſus non poteſt
fieri in die feriata in honorem Dei, vt in cap. fin. de ferijs. ſed
bene libellus offerri parte non citata, vt ibi not. & in cap. fin.
de Iudæ. & ſic debet intelligi l. miles. §. ſexaginta ff. de adulte.
quæ verba Angeli multum nota. Ex quibus apparet, quod
vbi terminus ad proſequendam appellationem importat a-
liud, quam itineris arreptionem, vt quia ſit aſſignatus termi
nus ad iter arripiendum, & proſequendum appellationem,
vel iudex ad quem, ſit in loco, in quo ſit lata ſententia, a qua
eſt appellatum, tunc non ſufficit libellum porrigere, niſi par
te citata, & ſic limita Doct. hic, quod nota. Quinto modo
ſtatuitur terminus appellanti ad præſentandum ſe coram iu
dice ad quem, & ad redeundum cum literis impetrans, & ta
lem terminum aſſignare non poteſt, quia licet iudex a quo
poſſit præfigere terminum appellanti ad proſequendum ap
pellationem, & ad præſentandum coram iudice ad quem,
37 † non tamen poteſt aſſignare terminum ad impetrandas li-
teras, nec ad redeundum cum literis impetratis, quia hoc eſ
ſet legem imponere ſuperiori, vt ſic iudex ad quem det lite-
ras ſecūdum terminum ipſius iudicis a quo, & hoc tenet do.
Abb. in dicto cap. ex inſinuatione. in vij col. infra eod. valet
tamen talis terminus quātum ad hoc, vt teneatur ſe præſen-
tare coram iudice ad quem, & vltra non ligat, vt in d. cap. ex
38 inſinuatione. ſed circa hoc dubitatur: Nūquid ſufficit ſe ſpræ
ſentare coram auditore contradictarum, ſi eſt appellatio in
terpoſita ad Papam. & Fed. de Sen. cōſ. 103, quod incipit, pun
ctus quęſtionis, dicit quod ſic, quod auditor contradictarum
habet iuriſdictionem ordinariam, vt dicit glo. 1. in clem. audi
tor. de reſcrip. & idem dicit Spec. in ti. de offic. ordi. in princ.
¶ Glo. tamen prædicta in fi. refert Archid. 11. q. 1. experientiæ.
dicentē Boniſa. VIII. fuiſſe interlocutum, quod in curia nul
lus habeat iuriſdictionem ordinariam niſi Papa. & dictum
Fed. de Sen. ſequitur But. infra eod. in d. c. ex inſinuatione, in
3. colu. dicit tamen hoc eſſe intelligendum, quando eſt talis
cauſa, in qua auditor poteſt cognoſcere ſine alia ſpeciali cō
miſſione, alias ſecus, & ita etiam dicit ibi Ioan. de Imo. facit
quod no. Io. And. & D. Do. in cap. quāmuis, de offic. ord. in vj.
vbi dicunt, quod ſi quis tenetur ſe pręſentare apoſtolico cō
ſpectui, non ſufficit quod ſe præſentet coram cathedra papa
li, ſed debet præſentare ſe coram perſona ipſius Papæ, ſi po-
teſt eius copia haberi, alias proteſtetur, vt ſupradictum eſt.
Et de quibus appellationibus poſſit auditor Rotæ cognoſce
re, vide per Do. de Ro. deciſ. 136. quæ incipit, item ſi a iudice.
Sexto modo conſueuit aſſignari terminus ad ſe præſentan-
dum, & faciendum fidem de præſentatione. vel ad faciendū
fidem de proſecutione: & dicendum eſt. vt dictum eſt in præ
cedenti caſu, quod iudex non poteſt aſſignare hunc termi-
num, ſcilicet vt faciat fidem de pręſentatione, vel de proſecu
tione appellationis, quia non reperitur iure cautum, & hoc
tenet Fed. de Sen. in prælleg. conſil. & Bal. in l. præſes. C. eod.
operatur tamen talis ſtatutio termini vnum notabilem effe
ctum, quia ſi appellans nullo impedimento ceſſante non fa-
ciat fidem iudici a quo de ſua præſentatione, vel de ſua pro-
39 ſecutione, poterit † iudex a quo ſtatim mandare ſententiam
executioni, nec reuocabitur executio in viam attentati, ſed
pendebit ex futuro euentu ipſius cauſæ appellationis, ſicut
in ſimili dicitur in cap. paſtoralis ¶ In glo. antepenult. circa
medium, infra eodem, ita dicit Feder. de Sen. in dicto conſil.
idem ſequuntur Domini de Rota, deciſio. xciij quæ incipit,
idem ſi iudex. & idem ſequitur Butr. in dicto capitu. ex inſi-
nuatione, in tertia colum. & dom. Abb. hic ſimiliter in tertia
colum. in quarto caſu. ſed dubitat Feder. in dicto conſilio, an
iudex a quo poſſit in dicta forma aſſignare terminum. & di-
cit quod non, quia non ſpectat ad eius officium, argum. di-
cti cap. ex inſinuatione. Concludit tamen, quod talis præ-
fixio termini operatur præfatum effectum, ex quo non fuit
ſibi contradictum per appellationem, & hoc etiam ſequitur
hic dom. Abb. in loco præalleg. & Butr. in dicto capit. ex inſi-
nuatione, & idem dicit Ioan. de Imola circa finem illius ca
pituli. Plus dicit hic dominus Abb. quod a priuilegio ap-
pellans poteſt contradicere, vt non teneatur facere fidem
de præſentatione, ſeu de proſecutione. Mouetur per capit.
ſi a iudice, eodem titulo, in ſexto, vbi habetur, quod appel-
lans non tenetur comparere coram iudice a quo, niſi ad re-
uocationem grauaminis. dicit tamen, quod ſi pars non con
tradixerit, imputabitur ſibi reſpectu executionis fiendæ, ſi
non fecit fidem infra terminum, quia veriſimiliter iudex po
tuit cogitare appellationem eſſe deſertam. facit quod notat
Innocent. in dicto cap. ex ratione, infra eod. & quod not. in-
fra cap. prox. ſed tamen appellatio non eſt deſerta, ſi in veri-
tate fuit proſecutus infra terminum. Iſtud in effectu etiam
tenet Federicus de Senis, & Butr. & Ioan. de Imola in capit.
ex inſinuatione, infra eodem. Sed tu aduerte, quia ſi tene-
mus opin. legiſtarum, de quo dicam ſuper gloſ. fina. ſcilicet
40 quod † iudex a quo etiam deſerta appellatione non poſſit
exequi ſententiam appellante non citato corruet iſtud dictū
Alex. de Neuo. in ſecundum Decr.

Fed de Sen quod canoniſtæ communiter ſequuntur, qui iu-
dex a quo non poterit facere elapſo termino executionem
ſententiæ, & ſi fecerit, reuocabitur in viam attentati ante om
nia. vnde illud dependet ab illo quod dicam ſuper glo. ſi Sed
quid ſi iudex aſſignat terminum ad faciendum fidem de præ
ſentatione, & comminatus fuerit quod ſi non fecerit fidem
in termino ſibi præfixo, quod appellatio ſit deſerta, an iudex
poſſit hoc facere Lap. in clem eo tit. tenuit, quod ſic, ſed But.
ibi, & Io de Imo. in iij col. tenent contrarium, quia non re-
peritur iure permiſſum, arg. d c ex inſinuatione. Solum enim
permittitur aſſignatio termini, quia tendit in faciliorem exi
tum appellationis, ad hoc infra eo. cum teneamur Sed quod
fiat intimatio notificatio iudici, a quo, non tendit in facilio
tem expeditionem appellationis, merito igitur non permit
titur, & ita etiam ſequunt do. Per de Auch & do Card in d.
41 clem. q. xxiii. Septimo, & vltimo † Iudex quandoque ſtatuit
terminum ad finiendam appellationem, & hoc non poteſt
facere, vt in d c ex inſtitutione, infra eo. & hoc tenet ibi do.
Abb in fi & gl in mag. in c. ſeq. & Bart in l. præſes. C. eod. ſed
bene poſſet iudex ad quem præfigere terminum ex iuſta cau
ſa, vt dicit do. Card. in clem. i eo. tit q 22. & Innoc. in d cap.
ex inſinuatione in fi vbi etiam tenet, quod talis aſſignatio
termini non eſt inutilis, quia habet vim termini ad proſe-
quendam appellationem, & hoc tenet etiam But in d. cap ex
42 inſinuatione. Sed circa prædicta quæro, quid ſi appellans in
termino ſibi aſſignato per iudicem a quo, ad proſequendum
& præſentandum ſe coram iudice ad quem comparet, & ſatisfa-
cit termino & etiam appellatus comparet, petens quod ap-
pellans proſequatur appellationem, an poſſit ad hoc cogi per
iudicem ad quem? Spec. eo. tit. §. nunc breuiter. ver item po-
ne, perfi... ſe ſet quod non, ex quo habet annum a iure ad
appellationem finiendam, vt in c ſeq & beneficium iuris ne
mini eſt auferendum, vt in regula indultum, lib. vj ſed dom.
Abb. hic in 2. col. dicit hoc eſſe verum. niſi ſit talis cauſa, ex
cuius dilatione poſſit periculum imminere, vt infra eo obla
tæ, ad fin. Et ſubdit notanter Spec. in loco prææalleg quod ap-
pellatus poteſt ſe præſentare coram iudice ad quem, & por
rigere petitionem ſuam. in qua petet ſententiam prolatam
contra appellantem confirmari, & appellationem aduerſa-
rij infirmari, & ſic indirecte compelletur appellans proſe-
qui, & hoc ſequitur do. Abb. in præalleg. 3. col in tertio caſu.
Et ex hoc dicit, quod ſtatutio termini ad ſe præſentandum
coram iudice ad quem, habet iſtum bonum effectum, ſed D.
Phyl de Perui in antepen. col. hoc reprobat, quia ex quo ap-
pellans coram iudice ad quem dedit ſententiam infirma-
ri, non debet admitti libellus directo contrarius. in quo ap-
pellatus petit ſententiam confirmari, & illud fuit notabile
dictum Innoc in c cum contingat, circa medium, ſupra de
offic deleg. & dicit, quod idem tenet Ang in l in tribus. ff. de
iudi. dicens per illum tex quod de iure non admittatur libel
43 li † directo contrarij. pro quo facit ſecundum eum, quia pri-
mus libellus appellatis eſt præiudicialis ad ſecundum, & ſen-
tentia lata ſuper primo libello pareret exceptio. rei iudicatæ
in ſecundo. vnde non perdit ſecundum iudicium l fundi, &
fundum ff. de excep. rei iudic. & ibi per Bart. mouetur etiam,
quia in cauſa appellationis eſt vna inſtantia ſufficiens tā pro
appellante, quam pro appellato, vt in l fi. C. quando prouoc.
non eſt neceſ & dicit, quod quantum ad hunc caſum eſt tex.
in cap oblatæ, infra eod. vbi patet, quod ita demum appella-
tus poteſt agere ſuper confirmatione ſuæ ſententiæ, quando
ipſe appellans fuit in nimia negligentia in proſecutione ip-
ſius cauſæ appellationis, aliàs autem non poſſet, vt ibi eſt ex-
preſſum. In alia autem materia an admittantur libelli con-
trarij, remittit ad inn in c in præſentia, ſupra de probat & in l.
ſi inter me & te, ff de excep rei iudic ſed tu dic quod videtur
tex. in d. cap. in præſentia, ſupra de probat. quia ſuper eodem
poſſunt a diuerſis porrigi libelli contrarij, & idem probatur
in d. l. ſi inter me ff de excep. rei iudic vbi Bar cōcludit, quod
quādo iudicia ſunt æqualia, nec una cauſa eſt maior alia, ad-
mittuntur libelli contrarij, & quæſtionem noſtram in termi
nis ponit Bart. in l. ſi expreſſim, ad fi. ff eo. vbi dicit, ꝙ ſi victus
appellauit, & appellationem nō eſt proſecutus, victor poteſt
ingredi iudicium ſuper illa appellatione interpoſita per ap-
pellantem, & petere ſententiam pro ſe latam confirmari, al
legat l. fi. C. quando prouoc. non eſt neceſ & Auth. de his, qui
ingred. ad appell. §. volumus. Modo ſi appellans nō vult pro
ſequi appellationem, cum reperiatur eſſe in loco iudicis ad
quem, ſatis apparet de negligentia ſua, & tex. in c. oblatæ, in-
fra eo. facit pro opi. Spec dum dicit quod ſi terminus non eſt
præfixus ad proſequendam appellationem poteſt impetrare
iudicem, dummodo nō ſupplantet appellantem in cōmiſſio
ne impetranda, ita ꝙ ſi appellans noluerit agere coram eo,
44 ipſe appellatus poteſt proſequi appellationem, nō, ſicut ap-
pellatus pōt impetrare iudicem, & coram eo proſequi appel
lationem appellante nō proſequente, ita quando non vult
proſequi appellationem coram iudice appellationis, ipſe ap
pellatus poteſt proſequi & petere ſentētiam confirmari, vn-
de vſ verior opi. Spec. quam ſequitur d. Abb. & idem vſ ſequi
hic Bar licet remittat ad Ioan. in c. i. eo. ot. in vj. & ad c. cum ſu
per, ſup de re iud. Secundo quæro circa prædicta, quid ſi ap-
pellans non comparuit in termino ſibi ab homine præfixo,
appellatus tamē infra illum terminum iudices impetrauit,
45 † nunquid appellans poſſit coram iudicibus ab appellato im
petratis appellationem proſequi. & iſta quæſtio differt a præ
cedenti, quia præcedens quæſtio loquitur, quando appellās
ſe præſentauit infra terminum ſibi præfixum ad præſentādū
ſe corā iudice ad quē, licet nolit poſtea vlterius proſequi ap
pellationem. Iſta autem quæſtio loquitur, qū non ſatiſfecit
termino & per conſequens appellatio eſt deſerta. in qua do.
Abb. h c in vlt colum. concludit, ꝙ aut appellans fuit legiti-
me impeditus infra terminum, & poterit proſequi, q̄a lapſus
termini non debet ſibi obeſſe, arg inf. eo. ex ratione. & tenent
Do. de Ro. deciſ 270. Sed tu dic, ꝙ hoc probatur in c oblatæ.
parum ante ſi infra eod vbi dī, ꝙ appellans poteſt proſequi
appellationē coram iudicibus impetratis ab aduerſario. vbi
autem dat legitimum impedimentum. appellatio non eſt de
ſerta ergo coram iudicibus impetratis ab aduerſario poterit
appellationem proſequi aut non fuit impeditus, & tunc aut
reſiſtit appellatus, & non poterit proſequi, quia quantum ad
eum eſt deſerta appellatio, vt hic, & infra c. prox. nec diligen-
tia appellati debet ſibi prodeſſe, ex quo nō vult amplius pro
ſequi arg regulæ ex eo quod, lib. vj & ſic dicit debere intelli-
gi, & reſtringi dictum Spec eo tit § nunc breuiter verſ. item po
ne. aut appellatus vult proſequi petendo confirmationē ſen
tentiæ, & tunc poterit appellans ex perſona appellati pro-
ſequi, arg. l. petendæ. C de temp. in integ reſt peten. & hoc ca-
ſu dicit eſſe intelligendos D. de Ro. deci. 61. & ſubdit quod ſic
diſtinguendo nulla erit contrarietas, inter D de Ro & Spec.
licet ipſi aliter videantur ſentire, & ſubdit quod per omnia
idem eſt dicendum, quando appellatus incœpit proſequi, &
elapſo termino inſtat petendo ſententiam confirmari, ꝙ po
teſt facere, vt in auth ei qui C. de temp. appell & ij. q. vj. appel-
latorem. nec obſtat clem. ſi appellationem, eo. tit quia intelli
git quādo neuter impetrauit, vel fuit proſecutus appellatio-
nem in termino, quo caſu nō poſſunt etiam ambo proſequi
poſtea, cum ſemel per negligentiam vtriuſq; deſerta ſit appel
latio, vt ibi dicetur, quod dicit eſſe bene notādum. & ex hoc
habes vnam limitationem ad d. clem. ſi appellationem, eo ti.
q̄a procedit, qū nec appellans, nec appellatus infra terminū
fuit proſecutus appellationē, ſecus ſi appellans fuerit proſe-
cutus, vel impetrauit iudicem ante lapſum termini, ſed adde
alias quatuor limitationes ad d. clem. & ſic erunt quinque.
Secunda ergo limitatio eſt, quando iudex pronunciaſſet, ap
pellationem non eſſe deſertam. Tertia limitatio eſt, quan-
do vtraque pars ſciens, & volens, prorogaſſet iuriſdictionem
iudicis appellationis, dummodo eſſet iudex, cuius iuriſdictio
poſſet prorogari. Quarta limitatio, quando iudex appella-
tionis poſſet adiri per viam querelæ, vt eſt Papa, & Legatus,
vt in c. i. de offic. leg Et iſtas tres limitationes ad d. clem. ſi
appellationem. ponit But. in c. quoniam cōtra falſam, ſupra
de probat. & eas ſequitur ibi do. Abb. in xvij col. ver quando-
que non allegatur error patens ex actis. Quintam limitatio
nem ponit Bal in l eos. in fi. 2. colum. C. eod. vbi dicit, quod
cle. ſi appellationem, de appell habet locum, quando appel-
latio eſt deſerta exiſtēter & apparenter, vt quia ex actis appa-
ret, eam eſſe deſertam. Secus ſi non apparenter ſit deſerta,
licet exiſtenter ſit deſerta, & iſtas quinque limitationes no.
& ipſas adde ad d. clem ſi appellationem. Et ex his ſum expe
ditus de primo.

Venio ad ſecundum, ſcilicet quis poſſit aſſignare termi-
46 num † ad proſequendum appellationem, & de iudice a quo
ſupra viſum eſt, an poſſit aſſignare terminum, & in notabi-
libus examinatur, an appellans, vel appellatus, vel an iudex
qui detulit appellationi, poſſit terminum aſſignare, & an
poſſit ex interuallo ipſum terminum aſſignare.

Poſſem etiam examinare, an iudex a quo, qui ſemel aſſi-
gnauit terminum ad proſequendam appellationem, poſſit
ipſum poſtea prorogare, de quo dicam infra eod. ſæpe. vbi
glo. & do Abb. tangit.

Videndum eſt ergo, an iudex ad quem, poſſit aliquid di-
ſponere circa terminum proſequendæ appellationis.

47 Et primo quæro, an † iudex ad quem poſſit abbreuiare
terminum præfixum appellanti per iudicem a quo, ad
proſequendum appellationem. & Speculat. eodem titu-
lo, §. nunc breuiter, uerſiculo, item pone, dicit quod
non, quia pendente dilatione non eſt iudex, cum non

debeat

debeat aliquid innouari, & officium iudicis tūc cōquieſcat,
vt inſ eo ſignificante & in l. ſiue pars. C. de dilat & ita reſidet
Spec. in loco præalleg licet referat alios dicere contrarium,
& iſtam opin ſequitur hic Io de Imo. in fi. & d Abb hic, in 4.
col ver. ſed circa prædicta, niſi ſubſit cauſa reſtringendi, puta
quia imminet cura animarum, tunc enim poteſt perſtringe-
re, vt inſ eo. oblatæ. alias ſecus, quia beneficium iuris nemini
eſt auferendum, vt in regula, indultum, in vj. & eadem ratio-
ne dic, ꝙ iudex ad quem, nō poteſt abbreuiare terminum an
ni, qui datur ad appellationem proſequendam, niſi ſubſit pe
riculum animæ: & hoc probatur in d c. oblatæ in fi vbi dicitur.
& hoc caſu poteſt ex officio & appellato nō petente termi-
48 num abbreuiare. Nunquid autem iudex † qui non detulit ap
pellationi, poſſit præfigere terminum ad proſequendam ap-
pellationem, & an ſi aſſignat terminum ad eam proſequen-
dam poſſit in cauſa procedere, dicam in c. ſeq. vbi do. Ab. tan
git, niſi ſubeſſet iuſta cauſa, vt dicit Inno. inſ. eo ex inſinuatio
ne, in fi & do Abb. in c ſeq & d. Card in clem. in xxij. q. eo. tit.
& hoc intelligas aſſignando dilationes breuiores, nō autem
poſſet abbreuiare inſtantiam, puta ſi aſſignaret terminum, ꝙ
finiretur inſtantia infra ſex menſes, vt dicam in c. ſeq. Et hoc
ſufficiat de ſecundo principali. ¶ In glo. vlt. dom Abb dicit,
quod c ſæpe, loquitur de iudice ad quem, ſed reſpectu iudicis
a quo dicit, quod non tenetur appellantem citare, per c ij de
do. & contum lib. vj & pro hoc allegat dictum Innoc. inſ eo,
ex ratione vbi tenet, ꝙ ſi appellans non proſequitur appella-
tionem in termino, poteſt iudex lite alia citatione ad ſenten
tiam procedere & idem vſ tenere Ioā. And. in d. c ex ratione.
& ſequitur etiam do. Abb in c directæ. inſ eo. & in c. cum cau
ſam, ſup prox. Sed Bar. in d. l. 1. in vlt q. ff. nil no. app pen tenet
49 contrarium. vbi dicit, ꝙ iudex a quo non debet mittere ſen-
tentiam executioni, niſi prius citet appellantem, vt opponat
quicquid velit. quare non debet fieri executio, & niſi oſtende
rit de proſecutione, vel de impedimento, mandabitur ſenten
tia executioni. Iſtam eandem opi ſequitur Bal. & Sal in d. l.
ſi contra maiores. C. de appell. & dicit Bal. ꝙ Bar. etiam ita cō
ſuluit. Idem ſequitur Ang in d. l ſi contra maiores. & dicit ſe
ita practicaſſe infinitis vicibus & de hoc vſ tex in d l. ſi cōtra
maiores. vbi dicitur, ꝙ ſi iudex animaduerterit appellantem
non fuiſſe proſequutum appell. ꝙ debet exequi ſententiam.
non poteſt autem animaduertere, niſi cauſa cognita. & par-
te citata. ad idem opt. tex in l. ij. in fi. C. de temp. app. vbi dicit,
ꝙ ſi præſente aduerſario, vel a iudice, vbi aduerſarius deeſt,
oppoſitum fuerit, appellationem eſſe deſertam, & hoc pro-
batum fuerit, perinde videbitur, ac ſi ſententiam ſpōte ſuſce
piſſet. hoc eſt dicere, ac ſi approbaſſet ſententiam latam con
tra ſe. vnde ibi eſt tex. apertus, ꝙ iudex nō poteſt mittere ſen-
tentiam executioni, niſi prius citetur appellans, & cognoſca-
tur, an appellatio ſit deſerta, & ibi Bal. dicit ibi eſſe tex. quod
lapſis fatalibus non debet fieri executio ſine cauſæ cognitio-
ne. i parte non citata. & audita, & ibi Bald. dicit, ꝙ eſt melior
tex. qui eſt in iure & idem tenet do Abb. in c ex ratione, in fi.
inſ. eo. de quo ibi latius dicam. ¶ Extra glo. quæro, quid ſi eſſet
50 lapſum tantum de † termino, quod ſit impoſſibile appellan-
tem proſequi appellationem, ſeu ſatisfacere termino infra tē
pus, quod reſtat an appellatio ſit deſerta? Hoſ dicit quod ſic.
allegat ff. de verb oblig l. ſi ita ſtipulatus eſſem. & l. continuus.
& iſtud ſequitur Bal. hic in fi. ſed Io. And. tenet contrarium,
& remittit ſe ad c. reprehenſibilis, inſ. eod & do. Abb. dicit, ꝙ
iſtud c. melius hoc probat, quam d. c. reprehenſibilis, propter
51 dictionem † ex tunc quæ denotat extremitatem temporis, vt
in l. iiij ff de condit. & demonſtr. & ſic clare vult iſte tex. quod
poſt terminum lapſum. & nō ante, eſt deſerta appellatio. pro
hoc etiam vide bo tex. in c. commiſſa, de elect. lib. vj & dic, ꝙ
52 aut † pœna apponitur ab homine, ſi aliquid non fiat infra cer
tum tempus, & tunc pœna committitur ſtatim cum eſſet cer
tum fieri non poſſe, etiam ſi terminus nondum ſit lapſus, &
hoc modo procedunt iura allegata per Hoſt. Aut pœna ap-
ponitur a lege, & tunc pœna nō committitur, niſi totum tem
pus ſit lapſum, etiam ſi certum ſit infra terminum fieri non
poſſe, vt in d. c. commiſſa, de elect in vj. & ratio eſt, quia execu
tio, quæ fit per legem, requirit lapſum termini, arg. de vſufr.
lega l. Sempronius Attalus. & ita diſtinguit Bart. in l. cum ſti
pulatus ſim mihi a Proculo. ff. de verbor. obligat. Bal. autem
circa hoc ſe inuoluit, ideo eius verba non curo referre. Et de
hoc articulo vide D. Do. in d. c. commiſſa, de elec in vj. modo
ad propoſitum, licet iſte tex. loquatur de termino præfixo ab
homine, pœna tamen, ꝙ appellatio ſit deſerta imponitur a
iure, ideo requiritur quod totus terminus ſit lapſus, & de di-
53 ctione, † tunc, vide not. dictum Bal in l. ſi ex cautione, in iii.
col ver. quæritur ſexto. C. de non num pec. vbi dicit, ꝙ ſi no-
tarius dixit, quod Titius dedit & numerauit, ſubintelligi-
tur aduerbium, tunc, ita quod ſi probetur, quod tunc non nu
merauit, inſtrumentum præſumitur falſum, vide Bar. in l. poſt
dotem. ff. ſol. matr. & glo & Bart. in l lecta. ff. ſi cer. pe vide etiā
54 de dictione, ex nūc & de dictione, ex tunc, & de dictione, † ex
nunc, prout ex tunc, glo in ea vinco. in ver. ex nunc, de con-
ceſſ præben. & no. per doct. inſ eo. præterea. & per Bal in au-
then. contra rogati. C. ad Trebell. & in c. 1. de milite vaſſallo,
qui contumax eſt, & in l. quibus diebus. §. quidam. ff. de cond.
& demonſt. & in l. quibus diebus. & hæc ſufficiant in iſto ca-
pitulo. Sequitur cap cum ſit Romana Dominus Alexander
Neuus Vincentinus I. V. Doct. Canonicus Vincentinus, &
Taruiſinus iura Canonica in Florentiſſima, & Illuſtriſſima
Academia Patauina ordinarie legens, de menſe Decem-
bris MCCCCLXXIII. hęc ſcripta ſua in ſcholis edidit,
& publicauit, ad omnipotentis Dei laudem, & gloriam.

SVMMARIVM

1 *Appellans quantum temporis habeat ad proſequendam appellationem a iure ſibi ſtatutum vide.*
2 *Tempus proſequendæ appellationis a iure ſtatutum in appellationibus interpoſitis in iudicio competit.*
3 *Inſtantia in cauſa appellationis eſt eadem & iuris ciuilis, & iuris canonici, ſecus in cauſa principali.*
4 *Appellanti qualiter competat tempus biennij ad proſequendam appellationem.*
5 *Iudex a quo poteſt ad proſequendam appellationem ex officio ſuo præfigere terminum, vel reſtringere terminum iuris.*
6 *Iudice non deferente appellationi, an habeatur pro non appellato.*
7 *Apoſtoli poſſunt tradi ex interuallo, ſcilicet per triginta dies poſt appellationem.*
8 *Differunt aſſignare terminum ad appellationem proſequendam, & deferre appellationi.*
9 *Iudex qui non detulit appellationi, & aſſignauit terminum ad proſequendam appellationem, an poſſit ad vlteriora procedere.*
10 *Varia ſunt quod iudex a quo aſſignet terminum ad proſequendam appellationem, vel ad iter arripiendum.*
11 *Terminus præfixus ab homine lapſus, ſuccedit loco termini iuris, qui eſt vnius anni pro appellatione proſequenda.*
12 *Audiri qui non debet, nec citari debet.*
13 *Appellatio extraiudicialis non dicitur propriè appellatio, ſed potius prouocatio.*
14 *Prouocatio propriè loquendo non comprehendit appellationem.*
15 *Appellatio requirit iudicem a quo & ad quem, cum prouocatio tantum ad quem requirat.*
16 *Terminus præfixus appellationi, ſcilicet decem dierum, non poteſt a iudice alterari, nec de voluntate partium.*
17 *Tempore decem dierum elapſo partes efficere non poſſunt, vt iuriſdictio deuoluatur ad non habentem, nec poſſunt facere quod ſententia non tranſeat in rem iudicatam.*
18 *Partes mutuo conſenſu poſſunt ſuſpendere tempus ſtatutum ab homine, vel iure, ad proſequendam appellationem.*
19 *Conſenſus partium in prorogando termino proſequendæ appellationis debet eſſe expreſſus, non tacitus.*
20 *Conſuetudo de appellando infra decem dies valet.*
21 *Statutum quod infra eandem diem, in qua lata eſt ſententia, debeat appellari, an valeat.*
22 *Tempus quadriennij ad petendam reſtitutionem in integrum, an minui, vel prorogari poſſit.*
23 *Terminus trium menſium ad petendam confirmationem electionis non poteſt abbreuiari a iudice.*
24 *Terminus quilibet cauſa cognita pōt abbreuiari, vel minui, ſecundū Bar.*
25 *Iudex poteſt abbreuiare, vel prolongare inducias in pertinentibus ad ſuā iuriſdictionem, non autem ſuperioris, ſecundum Ang.*
26 *Dilatio quæ datur cum miniſterio iudicis, poteſt minui, non alia.*
27 *Dilatio data in priuilegium alterius ex litigantibus non poteſt a iudice alterari, cum iudex non poſſit auferre priuilegium conceſſum a iure, vel ſtatuto.*
28 *Terminus præfixus iuriſdictioni poteſt prorogari de conſenſu partium.*
29 *Diſpoſitio facta de re quæ confertur in tempus, in quo res non erit diſponentis, non valet.*
30 *Termino ſtatuto a iudice lapſo, an in beneficialibus ſententia tranſeat in rem iudicatam.*
31 *Contumaci pœna imponitur, vt in eius abſentia procedatur.*
32 *Appellationi per partes renunciari poteſt etiam in beneficialibus.*
33 *Pars non contradicendo iudici cenſetur conſentire.*
34 *Appellatio extraiudicialis an requirat cauſæ expreſſionem.*
35 *Appellatio debet fieri ex veriſimili cauſa pro obtinenda retractatione attentatorum.*
36 *Proteſtatio ne ſibi fiat violentia, vel iniuſtitia ex parte iudicis, cū itineris arreptione, habebit vim appellationis.*
37 *Denunciatio facta in foro non valet, quia debet fieri in ipſa re.*
38 *Iudex nunquid poſſit committere parti, vt citet aduerſarium.*
39 *Appellare an liceat ante litis conteſtationem.*
40 *Appellationem proſequens ante ſententiam, infra terminum a iudice præfixum, an puniatur eadē pœna, qua punitur appellās a ſententia diffinitiua.*

CAP IIII.

1 Vm ſit Romana. Appellans † habet annum, & ex cauſa biennium a iure ad proſequendam, & finiendam appellationem, niſi iudex rectius tempus moderetur. & ſi intra illud tempus non proſequitur, rata manet ſententia, vel remittitur ad iudicem a quo, ſi ante ſententiam appellauit. hoc dicit vſque ad §. præterea. Diuiditur in duas partes, quia in prima ponit terminum appellationis proſequendæ in ſecunda ponit pœnam non proſequentis. ſecunda ibi, infra quod ſi. No. primo ex tex. quod appellans poſt ſententiam, vel ante ſententiam, a iure habet annum, & ex cauſa biennium quod intelligas, quãtum ad appellationẽ proſequendam, & finiendam. & hoc non ſolum procedit in ap-
2 pellationibus † interpoſitis in iudicio, ſed etiam in appellationibus extraiudicialibus, vt in clemen ſicut, eod tit. Et addunt, quia licet ius canonicum quo ad inſtãtiam cauſæ principalis diſcrepet a iure ciuili, quia de iure ciuili inſtantia cauſæ principalis durat triennio, vt in l. properandum. C. de iudic. de iure autem canonico inſtantia cauſæ principalis durat perpetuo, quia ſemper poteſt ferri ſententia, vt in cap. ve-
3 nerabilis, ſupra de iudic. Tamen in inſtantia † cauſæ appellationis non eſt differentia inter ius ciuile, & canonicum, quia de iure ciuili inſtantia cauſæ appellationis durat anno, & ex cauſa biennium, vt in auth. ei qui. C. de temp. appell. & idem de iure canonico, vt hic, & infra eod. ex ratione, & in d. clem.
4 ſicut, eod tit. Secundo no. quod ad hoc, vt † appellanti detur biennium, duo debent concurrere. primo, quod non potuerit appellationem proſequi, & finire infra terminum ex cauſa neceſſaria. Secundo, quod illa cauſa ſit euidens. non ergo ſtatur ſuæ aſſertioni, ſed oportet quod probetur, vel quod ſit notoria, de quo dicam infra eod ex ratione. & inquantum tex. requirit, quod cauſa ſit neceſſaria, patet, quod ſi impedimentum contingit culpa appellantis, quod non debet habere biennium. vnde pone, quod appellans formauit libellum ineptum, ſuper quo fuit diſceptatum, & tandem fuit pronunciatum ſuper ineptitudine, vel miſit procuratorem, cum nõ ſufficienti mandato, tandem pronunciatum fuit, mãdatũ nõ tenere. nam tale impedimentum contingens culpa ſua, non excuſat appellantẽ, nec erit cauſa quod det̃ ſecundus annus, quia eſt ei imputandum, quia porrexit libellum ineptum, vel dedit procuratorem non idoneum, vel cum non ſufficiẽti mandato, de quo vide Bart. in l. intra vtile, ff. de mino. & in
5 l. ij. §. non ſolum. ff. ad Turpill. Tertio nota, † iudicem a quo poſſe ex officio ſuo præfigere terminum breuiorem termino iuris ad appellationem proſequendam, & reſtringitur terminus iuris tantum reſpectu proſequutionis, non autem reſpectu finis, nam vbi habebat integrum annum ad proſequendum, & ad finiendum appellationem, ita quod non tenebatur proſequi infra annum, niſi prout habetur. ij. q. vj. appellatore, & in auth ei qui, C de tempo appellat. nunc oportebit eum proſequi in termino præfixo a iudice, & hæc reſtrictio fit propter cauſam, de qua hic in glo ſed do Abb. dicit iſtum tex. eſſe limitandum, quia debet intelligi quando iudex appellationis recipit, vel ſaltem ad vlteriora non procedit. Si autem appellationem non admitteret, & ad vlteriora procederet, tunc non poſſet terminum ſtatuere ad proſequẽdum appellationem, & dicit, ꝙ ita ſingulariter dixit Inn. in c. ſi. de accuſ. quem allegat Rot eo tit. in antiquis, quæ incipit, iudex
6 qui non detulit, quia quo ad iudicem ex quo † non detulit appellationi, hr̃ pro non appellato, argu. in c. cum qui de do. & contum in vj. & eorum quæ not. in c. ij de eo qui mit. in poſ. cau rei ſeruan & iſtud dictum Inn. quod ſequitur hic do Ab. refert etiam Spec. in tit de remiſſ. §. videndum. ver. verum ſed ipſe idem Spe in iiii parte ſui operis, in tit. de appel. in forma, quæ incipit, Reuerendo, vel Reuerendiſſimo, Sanctiſſimo, vr̃ ſimpliciter concludere, quod etiam iudex qui non detulit appellationi, poſſit præfigere terminum ẽt ex interuallo ſub pœna excommunicationis, & idem tenet Io. An in c. cum appellationibus. de appell in vj. & idem ſequitur ibi Lap. Abb. & Per de Anch & D. Do. Idem ſequitur d. Card. in cle. i. in xvii. q. eo ti. & pro iſta opi. vr̃ tex. in c. i. ver. in quibus. iuncto §. poſt hæc, eo ti in vj nam in d. ver. in quibus dicitur, ꝙ iudex debet in apoſtolis exprimere, an appellationi nõ detulerit, vel ſi ei detulit ex reuerentia ſuperioris, deinde immediate ſubiungitur in ver ſi cum. in § poſt hæc. quod iudex poſt hæc poteſt aſſignare terminum ad proſequendum appellationem ſecundum locorũ diſtãtiam, & perſonarum qualitatẽ, & negocij. vult ergo ille tex ꝙ ſiue iudex detulerit appellationi, ſiue nõ detulerit, poſſit aſſignare terminum ad proſequẽdam appellationẽ. Item nota dum eſt verbum poſt, ꝙ poteſt ſignificare actũ faciẽdum ex interuallo, vt in c. cũ appellationibus, in fi. de app. lib. vj. & maxime, quia tex in d c j dicit, ꝙ põt terminũ
7 aſſignare poſt traditionẽ apoſtolorum, ſed † apoſtoli poſſint tradi ex interuallo, poſt appellationem vſq; ad triginta dies numerandos a tp̃e ſententiæ vt dicit glo. 3. in cle. 2. eo. ti. item
8 aſſignare terminum ad appellationem proſequẽdam, † & deferre appellationi, ſunt diuerſa, ita ꝙ iudex qui aſſignauit terminũ ad appellationẽ proſequẽdam nõ vr̃ deferre appellationi, vt probatur inf. eo. oblata. & in cle. j. in fi. eo. ti. & hoc tenet glo. in d. c. cum appellationibus. in ver. remittenda. eod. ti. li. vj & doct. communiter ſequuntur Si ergo iudex põt terminũ aſſignare ad appellationem proſequendam, nec per hoc vr̃ deferre appellationi, & ſic põt poſtea nõ deferre, ita econuerſo poteſt primo non deferre appellationi, & poſtea terminum aſſignare ad proſequendã appellationem. Nec eſt bona ratio do. Abb. dum dicit, ꝙ iudex qui nõ defert appellationi reputat appellantem pro nõ appellante, quia hoc non eſt verum, ſed reputat eũ pro cõtumace, qñ nõ defert appellationi, & ita loquitur c. ei qui. & ſi eſſet verũ dictũ D. Abb. nõ poſſet iudex, qui aſſignauit terminum ad proſequendam appellationem, appellationi nõ deferre, quia aſſignatio termini reputat eũ pro appellante, & nõ deferendo appellationi, reputaret eũ pro nõ appellante, & ſic eſſet ſibi contrarius ꝯ regulã, vbi repugnãtia, & inf eo. ſollicitudinem. Item iſta dec. & c præcedens, & c ad hæc, el iij. indiſtincte dicunt, ꝙ iudex põt aſſignare terminum ad proſequendã appellationem, nec reperit aliqs tex. qui faciat dĩam in hoc, an iudex detulerit, vel nõ detulerit appellationi: ergo debet intelligi generaliter, ſiue detulerit, ſiue nõ detulerit appellationi. 1. 8. di ſi Romanorum & in c. j de trãſla. præl. & in c. ſolitæ, ad ſi. de mai. & obe. & in l. de pretio, ff de pub. cũ ſi. Aliud quoq; hic poſſum exa-
9 minare ſ. an † iudex qui nõ detulit appellationi, & aſſignauit terminum ad proſequẽdam appellationẽ poſſit ad vlteriora procedere. & Inn. vr̃ ſentire ꝙ nõ in d. c. ſi. de accuſ. & hoc firmat d. Ab. in c. cũ eã ſup de re iud. & idẽ vr̃ ſentire Bal. in l. appellatione, in ix. col. C eod. vbi dicit, ꝙ ſiue iudex aſſignet terminum ad audiendum reſponſum, an appellatio ſit admittẽda, vel nõ, vel ad iter arripiendũ, vel ad recipiẽdos apoſtolos, ſiue ad audiẽdum reſpõſum ſuper receptione apoſtolorum quælibet iſtarum dilationũ facit, ꝙ interim officium iudicis cõquieſcit, & mouetur per illum tex. cum glo & dictum Bal. facit in ꝯtrium, inquãtum dicit officium iudicis cõquieſcere,
10 qñ eſt aſſignatus terminus ad iter arripiendum. nam † paria ſunt, quod iudex a quo aſſignet terminũ ad proſequẽdam appellationem, vel ad iter arripiẽdum, vt in d. cum cauſa, & dixi in c. p̃ced. Item receptio apoſtolorum eſt de proſecutione appellationis, iõ ſicut officium iudicis debet cõquieſcere pẽdente termino ad recipiendos apoſtolos, ita deberet cõquieſcere pendẽte termino ad proſequendum, ſi eſſet verũ dictũ Bal ſed ego in d. c. cũ eã, per multas rationes, & auctoritates reprobaui iſtã opi & tenui, ꝙ iudex a quo, qui nõ detulit appellationi, nõ obſtãte aſſignatione termini ad proſequẽdam appel poſſit ad vlteriora ꝓcedere, vnde vide q̃ ibi dixi. & adde ꝙ iudex qui aſſignat terminũ app ad proſequẽdam app. cẽſetur cã deuoluta, Rot. c. ti. in antiqs, dec. ij. incip in eã profana. Quarto no. tex expreſſum, maxime iuncta glo in. adñ ꝙ ſicut deſeritur appellatio ꝑ lapſum termini iuris, ita ꝑ lapſum termini hoĩs, ita ꝙ ſi iudex appel. a diffinitiua ſtatuit terminum mẽſis ad ꝓſequẽdam appellationem, lapſo mẽſe appellatore nõ proſequẽte, ſnĩa remanet rata, nec expectat̃ lapſus to-
11 tius anni q̃a † terminus præfixus a iudice ſuccedit loco termini iuris, vt dicit Inn inf eo. ex rõne & hoc ꝓbatur ſup c. prox. ver. ſi aũt. & dicit Bal hic, ꝙ poſt appellationẽ deſertã, ſi hoc eſt liquidum fit executio parte non citata, q̃a ſi nõ debet audiri, ergo nõ debet citari & ad hoc dicit eſſe optimam glo. in l. eos C. eo. in prin. Et hoc vltimum no. ſ. ꝙ qui non debet au-
12 diri, † nõ debet citari. & hoc facit, ꝙ ſi alicui denegetur audiẽtia per legem, vel ſtatutum non debebit citari. quod intellige, quando denegaretur audientia tam agendo, quam defendendo, vt dixi in rubr. in vlt. q. & not. etiam Bald. quia ſenſit, quod vbi eſt liquidum ſententiam tranſiuiſſe in rem iudicatam iudex a quo poteſt exequi parte non citata, de quo dicam infra eod. ex ratione, in vlt. q. Quinto no quod appella-
13 tio † extraiudicialis non dicitur propria appellatio, ſed potius ad cauſam prouocatio & dicit do. Abb. iſtum text. ſemper notandum pro ſtatutis facientibus mentionem de appellatione, nam in odioſis nõ veniet appellatio extraiudicialis noĩe appellationis, ſecus in fauorabilibus, quia largo modo poteſt dici appellatio, vt hic, & inf. eo. bonæ. facit regula, odia,
14 lib. vj. Et ex hoc vltimo no. quod † prouocatio proprie loquendo non compræhendit appellationem iudicialem, ſed extraiudicialem, & hoc voluit Innoc. hic in ver. prouocationes qui dicit, quod prouocationes fere, & per omnia cenſent̃ iure appellationum & quod tamen eſt dĩa, quia proprie, & ſtricto modo loquendo illa dr̃ appellatio, quæ fit in iudicio.

Prouo-

Prouocatio verò, quæ fit extra iudicium, & ꝙ ideo proprius
dicitur prouocatio ad cauſam, quia tunc cum interponitur,
fit inceptio cauſæ. Appellatio verò pure, & ſtricte loquẽdo,
dicitur illa, quæ interponitur cauſa iam cępta, ſed Bal. hic in
15 fi. aſſignat aliam differentiam dicens, quod † appellatio requi
rit iudicem a quo, & ad quem, ſed prouocatio non requirit
niſi iudicem ad quem, & pro hoc dicit, quod in appellatione
extraiudiciali proprie non dantur apoſtoli, ſed hoc intellige
in appellatione, quæ interponitur a parte, ſecus ſi interpona
tur a iudice, quia in ea dantur apoſtoli, ſicut in appellatione
iudiciali, vt in c. j. eod. tit. in vj & dictum Innoc. ſequitur etiam
hic do. Abb ſuper glo in ver. nec ſolent. Et iſtud eſt verius quã
illud, quod dixi in ca ſi. de ſeque poſſ. & fruc vbi dixit do. Abb.
quod prouocatio ſecundum propriam ſignificationem com
pręhẽdit appellationem iudicialem, & etiam illam, quæ a ſen
tentia diffinitiua interponitur, & quod habeat locum in ſta
tutis, & in aliis diſpoſitionibus facientibus mentionẽ de pro
uocatione, quod videtur eſſe contra iſtum tex in quo patet,
quod prouocatio dicitur appellatio extraiudicialis, appella-
tio vero iudicialis, ſiue interponatur ab interlocutoria, ſiue a
diffinitiua, propriè dicitur appellatio, vnde in odioſis, vel in
his, in quibus debet fieri ſtricta interpretatio, appellatione
prouocationis non comprehenditur appellatio, nec ecõtra,
& de hoc tetigi in Rubr. in prima quæſt. circa diffinitionem
appellationis, & me huc remiſi, & ideo tene menti iſtum tex.
¶ In gloſ. 1. dum dicit, quod ex iuſta cauſa datur triennium,
hoc nullibi probatur, ſed de hoc plenius dicetur inf. eod. ex
ratione. ¶ In gl. 2. vide etiam bo. tex qui concordat cum iſto
in c. 1. §. poſt, eod tit. in vj. ¶ In glo. 3. iſtam glo. diuide in duas
partes. In prima tractat, an iudex poſſit dilationes datas a iu
re, poſſit abbreuiare. In ſecunda quærit de vna quæſtione. ſe-
cunda ibi, ſed nunquid. In prima parte glo. concludit, quod
induciæ quæ d iur a lege, vel canone, poſſint per iudicem iu
ſta cauſa interueniente abbreuiari. & ſic ponit regulam affir
16 matiuam, excipit tamen duos caſus. Primus in † termino x.
dierum præfixo ad appellationem interponendam. Iſtud e-
tiam tenuit glo. in l. indultum, lib. vj & in c. cupientes. §. quid
ſi per viginti, in ver. quindecim, de electio. in vj & idem tenet
gl. in auth. offeratur. C. de lit. conteſt. & plus dicit, quod etiam
de voluntate partium non poteſt tale tempus prorogari. &
iſtam glo. ſequitur ibi Bal. in auth. ei qui. C. de tempo. appell.
17 quia partes non poſſunt facere, quod elapſis decem † diebus
deuoluatur iuriſdictio ad non habentem l. priuatorum. C. de
iuriſdictio. omnium iudic. & quia non poſſunt partes facere,
quod ſententia non tranſeat in rem iudicatam poſt lapſum
decem dierum, ſupra tit. proxi. quod ad conſultationem, no-
ta in l. 1. C. de tranſactio. licet ego hoc dictum non viderim
per aliquem reprobatum, de ipſo tamen multum dubito,
18 quia † partes mutuo conſenſu poſſunt ſuſpendere tempus
ſtatutum ab homine, vel a iure, ad proſequendam appella-
tionem, vt eſt tex. in clementi quamdiu. eod. titu. vnde ſicut
poſſunt terminum anni de expreſſo conſenſu prorogare, eo
dem modo videtur, quod poſſit tempus decem dierum da-
tum ad appellandum prorogare, puta conſentiendo, quod
interim decem dies dati ad appellandum non currant. Sed
poſtea reperi, quod Pau. & Ioan. de Imola, in dicta clement.
quamdiu, in prima quæſtio. tenet, quod tempus decem die-
rum non poſſit prorogari de expreſſo conſenſu partium, vel
per compromiſſum, licet tempus proſequendæ, vel fiendæ
appellationis poſſit, vel per compromiſſum, vel de expreſſo
conſenſu partium, & idem ſequitur ibi dom. Card. in penul.
quæſt. Et idem dicit But. in penult. quæſt. in cap. licet cauſam,
in ſexta colum. ſupra de probationibus. vbi allegat Domin.
de Rota, deci. cccl x quæ incipit, item fuit dubitatum, vtrum
curſus. dic tamen, quod non poſſet fieri prorogatio termini
proſequendæ appellationis de tacito conſenſu partium, ſed
19 requiritur † conſenſus expreſſus, vt dicit glo. ibidem, in ver.
expreſſo. Item aduerte, quia licet per iudicem nõ poſſit tem
pus x. dierum prorogari, vel minui, tamen põt per ſtatutum
ciuitatis prorogari, vel minui, hoc tenet Ang. in l. ij ff. de re iu
dic. allegat gl. quam dicit ſingularem in l. præſcriptiones. C. ſi
20 contra ius, vel vtil. publ. quæ dicit, quod valet † conſuetudo,
vt poſſit appellari inf. ſeptẽ dies, quaſi innuat, quod ſicut po-
teſt prolongare, ita poteſt abbreuiare & ita firmat Ang. in d.
l. ij. nec mirum, quia tale tempus ſtatutum eſt a iure poſitiuo,
vt patet in l. j § biduum. ff. quando appel. ſit, & ij. quæſt. vj. § bi-
duum vbi patet, quod olim infra biduum, vel triduum debe
bat appellatio interponi, hodie vero dantur decem dies ad
appellandum, vt in authent. hodie. C. de appellationibus. &
ij. quæſt. vj. anteriorum. meritò per legem, vel ſtatutum po-
teſt immutari. plus dicit domi. Abb quod licet ciuitas reco-
gnoſcens ſuperiorem, non poſſit ex toto tollere appellatio-
nem, vt in cap. venientes, de iureiuran tamen poterit minue-
re, vel prolongare terminum appellandi, quod dicit eſſe no-
tandum pro innouatione, d cap venientes. Sed quæritur, di
21 xi in cap venientes, poſt Bald. vbi tetigi, an valeat † ſtatutum,
quod infra eandem diem, in qua eſt lata ſententia debeat ap
pellari. & Bald. ibi dicit, quod ſic. ſed vide quæ ibi dico. plus
adhuc voluit do Abb quod exiſtente magna cauſa, puta ſcã
dalo, vel aliqua publica vtilitate ſuadẽte. poſſit iudex a quo
minuere terminum decem dierum præfixum ad appellan-
dum. & licet communiter teneatur opin. gloſ ſcilicet quod
tempus decem dierum datum ad appellandum, non poſſit
minui per iudicem, tamen forte illa limitatio dom. Abb po-
teſt ſuſtineri, quia quandoque propter cauſas emergentes li
citum eſt iudici leges tranſgredi, vt notabiliter dicit Inno. in
cap. 1. de conſtitutio. & Bal in cap. iurgantium, in fi. ſupra de
re iudic. dicit, quod hoc dictum multum defendit aſſeſſores,
qui pro officio ſuo bene exercendo, quandoque ſtatuta tráſ
grediuntur. Secundus caſus exceptus per glo eſt in tempore
22 † quadriennij, quod datur ad petendum, & ad obtinendum in
reſtitutionem in integrum Idem dicit glo. in dicta regula in-
dultum, & in dicto cap. cupientes. § quod ſi per viginti, in ver.
quindecim, de electio. in vj. Sed tu dic quod licet non poſſit
minui, tamen quandoque poteſt prorogari. Si enim propter
cauillationes, & ſubterfugia aduerſarij non poteſt expediri
cauſa reſtitutionis in integrum infra quadriennium, poterit
etiam elapſo quadriennio concedi reſtitutio in integr. & de
hoc eſt tex. no. ſecundum vnum intellectum. in l. iatra vtil
ff. de minor. Fauore etiam eccleſiæ prorogatur quadrieniũ
interueniente præuaricatione, vel fraude, vel alia cauſa ratio
nabili, vt in c. j de reſtit. in integ. in v..to. And autem, & Do. t.
addũt hic alios tres caſus, in quibus terminus non poteſt mi
nui per iudicem est ergo tertius caſus in termino ſex menſiũ
dato ad redhibẽdum animal morboſum vel rem vitioſam,
de quo in l cum ſex. ff. de ęd il edic. Quartus caſus eſt in ſex
menſibus, qui dantur ad conferendum beneficium, de quo
in c. ij. de conceſſ præben. & in c licet, de ſuppl. negli prælat.
Quintus eſt in quadraginta diebus, qui dantur marito, vt poſ
ſit accuſare vxorem iure mariti iiij q iiij aliquãdo. Tu adde
23 ſextum caſum, ſcilicet in termino † trium menſium, qui dan
tur electo ad petendum confirmationem, vt in ca quam ſit,
in ſi. ver. cęterum de elect. in vj. non enim poteſt iudex ſtatue
re, vt infra menſem petat confirmationem. vt dicit glo. in
in d regula, indultum Poſſem etiam alios caſus enumerare,
in quibus iudex nõ poteſt tempus minuere. ſed quoniam
concluſione, quam infra ſubdam, poterunt omnes caſus de-
cidi, putaui ſuperfluum omnes caſus enarrare. Bar. autem in
24 l. i. ff. de re iudi. indiſtincte dicit, quod quilibet † terminus cau
ſa cognita poteſt augeri, ſiue minui per iudicem, ſiue detur a
lege cum miniſterio iudicis, ſiue detur ſine miniſterio iudi-
cis, & hoc probat, In exceptionibus dilatoriis proponendis,
datur terminus viginti dierum vt in auth offeratur. C. de lit.
conteſt. & iiij q iij offeratur. & tamen iudex poteſt iſtum ter-
minum reſtringere, vt in cap. paſtoralis de excep. in vi. Ad
agẽdum dantur triginta anni a iure, quia tanto tempore du-
rat actio, & datur ſine miniſterio iudicis. & tamen iudex cau
ſa cognita poteſt allegare certum terminum actori, infra
quem actor agat, & quod eo lapſo ſi non egerit, vlterius non
audiatur. vt in l. Titia ff. de accuſat & in l. diffamari C. de in-
genu. & manumiſſis. & in capit. conquerente, & ibi per Inno-
cen. ſupra de officio ordi. Tertiò in tempore dato ad peten
dam, & finiendam in integrum reſtitutionem, vt in lege, in-
tra vtile. ff. de minoribus. Sed ibi non dicitur, quod iudex
poſſit minuere illud tempus, ſed ſolum quod ex cauſa po-
teſt concedi reſtitutio in integrum, puta vltra quadriennium,
& iſtud declaraui ſuper gloſ. in ſecundo caſu excepto per
eam. Quarto in termino quatuor menſium dato condem-
natis in actione principali. nam datur a lege ſine miniſterio
iudicis. quinimmo, quod plus eſt, lex ſupplet, ſi iudex mi-
nuit, vt in l. quarta §. ſi quis condemnatus. ff de re iudica. &
tamen iudex ex cauſa poteſt iſtum terminum abbreuiare, vt
in l. ſecunda, eodem titu & in cap quod ad conſultationem,
ſupra de rebus dubiis. Quinto, in tempore dato ad hæredi-
tatem adeundam non poteſt hæreditas adiri vſque ad trigin
ta annos, vt in l. licet, C. de iure deliberan & tamen illud
tempus poteſt abbreuiari per iudicem, licet detur a lege
ſine eius miniſterio, & quod poſſit abbreuiari per iudicem,
eſt textus in l ſi quis inſtituatur. ff de hæredibus inſtituen.
Ange. verò in dicta l. ſecunda, dicit opinio. Barto eſſe ve-
25 ram, quando † iudex vult abbreuiare, vel prolongare in-
dutias, in pertinentibus ad iuriſdictionem ſuam. Secus, ſi
vellet diſponere in pertinentibus ad iuriſdictionem ſupe-
rioris, & pro hoc dicit, quod terminus decem dierum ad
appellandum, vel annus ad proſequendum, & ad finien-
dam appellationem non poteſt minui per iudicem a quo,

quia hoc tangit iuriſdictionem ſuperioris, & pro hoc dicit, quod
ſtatutum ciuitatis, quo cauetur, quod declinans iuriſdictionem
Poteſtatis, tanquam clericus debeat clericatum probare co-
ram epiſcopo, infra certum tempus, non valet, quia aſſi-
gnare terminum ad iſtam probationem pertinet ad epiſco-
pum, qui non eſt ſubditus ſtatuentibus, facit optime capitu.
venientes, ſupra de iureiuran. & infra eod. ex inſinuatione.
& quod no. Barto. in l. præſes. C. eodem. D. autem Abb. dicit,
quod ſibi placet, quod iudex non poſſit terminum minue-
re, vel prolongare in præiudicium Poteſtatis ſuperioris. Sed
quatenus tangit ius partis, bene poteſt, dũmodo ſtatuatur in
pertinentibus ad poteſtatem ſuam, licet illud veniat tractan
dum coram ſuperiore, de hoc videtur tex. hic, & ſupra eod.
perſonas. nam annus datur ad proſequendam, & finiendam
appellationẽ, & tamen iudex poteſt iſtum terminũ reſtringe
re reſpectu proſecutionis, quia hoc concernit ius partis, licet
proſecutio debeat fieri coram ſuperiore, & ſic dicit limitan
dum dictum Ange. Item dicit, quod iſte tex. aperte probat,
cum c. præced. opin. Bal. ſcilicet vt etiam a lege præfixum ſi-
ne miniſterio iudicis poſſit minui, & reſtringi. Nec obſtat, ſi
dicatur, quod hoc a lege conceditur expreſſe, quia iura iſta
non loquuntur diſpoſitiue, ſed narratiue, imo iure ima tacite cir
ca hoc poteſtatem iudicis. Sed tu dic, quod per hoc non di-
minuitur terminus anni reſpectu finis, licet iudex a quo poſ
ſit facere, quod incipiat proſequi ante finem ipſius anni, vel
terminum anni iudex a quo non poteſt abbreuiare, quia nõ
poteſt facere, vt non habeat animum ad proſequendum, &
finiendum appellationem, dummodo incipiat proſequi in
termino ſibi præfixo, immo plus, nec iudex ad quem poteſt
minuere tempus anni, quod datur ad finiendum appellatio-
nem, vt dicit Cyn. in auth. ei qui. C. de temp. appell. ſed Bal. in-
telligit, quod quando ipſe iudex vellet imponere tempus. &
metam inſtantiæ, ſed quando ipſi iudici liqueret de cauſa,
poſſet quandocunque pronunciare præſentibus partibus, vel
etiam altera abſente, l. ampliorem. C. eod. titu. & hoc modo
poteſt imponere finem cauſæ, & inſtantiæ appellationis per
ſententiam, etiam ante lapſum anni tamen videtur tex. infra
eo. ex inſinuatione, quod iudex ad quem poſſit præfigere ter
minum ad finiendam appellationem. & per conſequens ipſi
inſtantiæ appellationis. & hoc tenet Innoc. in d. c. ex inſinua
tione, & do. Card. in clem. i. in 22. q. eod. tit. Dicit vlterius do.
Abb. quod opin. Bart. eſt de mente Innoc. in c. ad petitionem,
de accuſat. vbi plus dicit, quod etiam vbi ius diſponit, quod
non detur minor dilatio triginta diebus, nihilominus iudex
poteſt minuere dilationem ſi ſubeſt cauſa moderationis. Sed
26 tu dic, quod in hoc loquitur de † dilatione, quæ datur cum
miniſterio iudicis, & hoc modo loquitur l. per interuallum.
ff. de iudic. per quam mouetur Inno. Et ſubdit do. Abb. quod
ſi iudex male fuit arbitratus in minuendo, vel ampliando di-
lationem, ſine iuſta cauſa poterit pars appellare, quia in cõ-
miſſis arbitrio iudicis poteſt appellari, ſi iudex male ſit arbi-
tratus, vt dicit gloſ. not. in c. ſuper his, in ver. arbitrium, infra
de accuſat. & idem dicit Bart. in l. ſi qua ff. de verb. ſign. proba
tur in c. i. de dilat. & hoc in terminis tenet Innoc. in c. ad peti-
tionem, de accuſ. Sed Dyn. & glo. in regula indultum, lib. vj.
dicũt, quod aut dilatio datur a iure communi miniſterio iu-
dicis, & tunc iudex poteſt talem dilationem ex cauſa minue
re, & abbreuiare. Aut datur a lege ſine miniſterio iudicis, & tũc
talis dilatio nõ poteſt immutari per iudicem, niſi in caſibus,
in quibus reperitur expreſſum, & hoc modo non obſtant iu
ra, in quibus reperitur eſſe expreſſum, quod iudex poſſit im-
mutare dilationem datam ſine miniſterio iudicis, quia hoc
ideo eſt, quia reperitur expreſſe conceſſum. Bal. etiam in au-
then. offeratur. C. de lit. cont. eodem modo diſtinguit dicens,
quod aut dilatio debet dari cum cauſæ cognitione, & ſic ex
miniſterio iudicis, & per iudicem poterit immutari, niſi lex
vltra procedit inhibendo iudici, ne dilationem immutet, vt
in l. ij. ff. de iure delib. Sed contra iſtud, quod addit Bal. mul
tum facit, quod not. Innoc. in c. ad petitionem de accuſat. vbi
dicit, quod etiam ſi lex dicat, quod non detur minor dilatio,
nihilominus iudex poteſt eã ex cauſa abbreuiare, & pro hoc
videtur tex. in l. iiij. § ſi quis condemnatus. ff. de re iudic. con-
iuncta l. ij. eod. tit. & in l. ad peremptorium, cum l. ſeq. coniun
cta l. nonnumquam. ff. de iudic. Sed concorda opin. & dic, quod
aut lex ſimpliciter dicit, quod non detur minor dilatio, & quod
ſi data fuerit nihilominus, debet habere integram dilationẽ,
& tunc iudex ex cauſa poteſt eam abbreuiare, & hoc modo
procedit dictum Innoc. & iura ſuperius allegata. Aut lex, vel
ſtatutũ expreſſe inhibet iudici, ne impediat ſe circa dilatio
nem abbreuiandam, & tunc ex quo apparet de mente ipſius
legis, vel ſtatuti, quod non vult ipſam dilationem abbreuia-
ri, per iudicem non poterit eam abbreuiare, etiam ex cauſa.
facit cap. pi. a. de exceptio. in vi. & quod ibi no. glo. in ver. die

rum, & cap. frequens, de reſtit. ſpol. in vj. & hoc modo poteſt
procedere dictũ Bal. aut datur dilatio, vel terminus ſine cau-
ſæ cognitione, ita quod non requiritur aliquod factum iudi-
cis in aſſignatione ipſius dilationis, ſeu termini, & tunc cum
non ſpectat ad iudicem, non poterit dilationem immutare,
ſecundum Bal. vbi ſupra, & Ioã. de Imo. hic dicit, quod com-
munis opinio eſt, quod aut dilatio datur a lege ſine miniſte-
rio iudicis, & tunc iudex non poſſit eam immutare. fallit in
caſibus, in quibus reperitur expreſſum, & hoc modo ceſſant
contraria aſſignata per Bart. quia in eis reperitur expreſſum,
aut datur cum miniſterio iudicis, & tunc poteſt ex cauſa di-
lationem immutare, & ſic theorica quam tenet Dyn. & glo.
in regula, indultum, lib. vj. communiter tenetur per doct. Idẽ
tenet Io. de Imo. in c. cupientes § quid ſi per viginti. ſuper glo.
in ver. quindecim, vt ibi refert D. Dom. de elect. in vj. Conclu-
de ergo, quod aut datur dilatio cum miniſterio iudicis, &
tunc iudex poteſt eam immutare ex cauſa, etiam ſi lex dicat
quod non detur minor dilatio, & quod ſi dederit minorem,
nihilominus habeat integram dilationem, niſi lex expreſſe
inhibeat iudici, ne de dilatione immutanda ſe aliquo modo
impediat, & hoc modo procedit limitatio Bal. in d. auth. of-
27 feratur. Secundo limita, quando † dilatio, vel terminus dare-
tur in priuilegium alterius ex litigantibus, quia tunc iudex nõ
poſſet auferre priuilegium cõceſſum a iure, vel ſtatuto, dato
quod requiratur ad vſum priuileg. j miniſteriũ iudicis, & hoc
ſentit Franc. Vercellen. & Io. And. & D. Do. in c. pia, ſuper glo.
in ver. octo dierum, de excep. in vj. Aut terminus aſſignatur
a lege, ſeu ſtatuto ſine miniſterio iudicis, & tunc iudex non
poteſt illud immutare, niſi in caſibus a iure expreſſis, & dicit
hic Bal. quod quando terminus præfigitur iuriſdictioni, iudex
de termino nihil poteſt diſponere, & dicit de hoc eſſe tex. no-
tab. in l. ſi in lege. ff. loca. Sed tu vide meliorem tex. in cap. de
28 cauſis, de offic. deleg. vbi patet, quod terminus † præfixus iu-
riſdictioni, poteſt prorogari de conſenſu partium. Idem pro
batur in l. ij. § ſi iudex. ff. de iudi. vbi probatur, quod terminus
præfixus iuriſdictioni, poteſt prorogari de conſenſu partium
niſi prorogatio fuerit prohibita per ſuperiorem in delegatio-
ne cauſæ. Et ex hoc habes declaratum iſtum articulum. In
ſecunda pa. glo. hæc glo. in effectu duo vult. primo, quod
iudex a quo poſſet præfigere terminum ad iter arripiẽdũ, vel
ad proſequendum appellationem coram iudice ad quẽ, non
tamen pro hoc poteſt abbreuiare tempus anni, vel biennij,
quod datur a iure ad proſequendam, & finiendam appella-
tionem, & dicit do. Abb. quod nec iudex ad quem poteſt di-
minuere tempus anni, vel biennij, licet poſſit ipſum reſtrin-
gere dando breuiores dilationes, & compellendo partes ad
repellendam appellationem, vt infra eo. oblatæ. vbi dicitur.
& iſtam gloſ. inducit Bart. ad quæſtionem in l. præſes. C. eod.
Pone quod coram iudice ſæculari opponitur aliqua exce-
ptio, quæ debet remitti ad epiſcopum, & iudex ſæcularis, co
ram quo opponitur, ſtatuit terminum viginti dierum ad cõ-
parendum coram epiſcopo, & probandum illam exceptio-
nem, & dicit Bart. quod ſtatutio talis termini valet, inquan-
tum ſtatuit terminum ad comparendum, ſed non inquantũ
ſtatuit terminum ad probandum exceptionem, quia hoc per
tinet ad alterius iuriſdictionem, vnde ſicut non valet diſpo-
29 ſitio † de re, quæ confertur in tempus, in quo res non erit di-
ſponentis, vt in l. Stichus. ff. de manu. teſta. ita non valet præfi
xio termini ſuper eo, quod ſpectat ad iuriſdictionẽ alterius,
vnde cum probatio debeat fieri coram epiſcopo, ad eũ ſpe-
ctat dare terminum ad probandum, & limitandum tempus,
infra quod fiat probatio, & iſtud dictum Bartoli fuit de men-
te Innocent. in capitu. tuam de ordi. cogni. & ibi hoc expreſ-
ſe firmat domi. Abb. in penulti. colum. ad finem, in penulti.
quæſtio licet de Bart. ibi nullam faciat mentionem, licet ta-
men, quod poterit iudex laicus impetrare a ſuperiore epiſco
pi, vt ſtatuat ſibi terminum, infra quem cauſam expediat,
argum. in cap. nullus, de iure patrona. ſed tu vide meliorem
tex. in cap. lator, infra qui fil. ſint leg. iſtud dictum Bar. etiam
in ſimili ſenſit Ang. in l. a. ff. de re iudic. dum dixit, quod non
valet ſtatutum diſponens, quod declinans iuriſdictionem iu
dicis ſæcularis propter clericatum teneatur probare ſe cleri
cum coram epiſcopo infra certum terminum, & iſtud di-
ctum ſequutus fuit do. Abb. ſuper præcedenti parte gloſ. hoc
tene menti. Secundo habes ex gl. quod ſicut lapſo anno, vel
biennio ſententia tranſit in rem iudicatam, ita lapſo termi-
no ſtatuto a iudice ſententia tranſit in rem iudicatam non
expectato, quod labatur terminus iuris. Sed dubitatur, nun-
30 quid idem dicendum ſit in † cauſis beneficialibus. & Lap.
in clement. prima, eodem titulo, dixit quod ſic. Sed Petrus
de Anchara. ibi tenuit contrarium, quia in beneficialibus iu
dex a quo non poteſt aſſignare alium terminum, quam ſit
expreſſum in cap. 1. & in c. cupientes. §. quod ſi per viginti, de
electi

elect.in vj.& ibi hoc tenet glo.in ver.quindecim, & præſup-
poſito,quod iudex a quo hoc poſſit, tamen appellante non
comparente non eric propter hoc appellatio deſerta, quia
31 imponitur alia pęna ipſi † contumaci, quia in eius abſentia
proceditur,vt in d.c.j.de elect in vj. vnde appellatio eius nō
debet eſſe deſerta,ne puniatur duplici pęna.ſed Barto & Io.
de Imo in d.ele j.concordāt opi.dicentes, quod aut appellās
contradicit,vel aduerſarius,& tunc iudex non poteſt immu
tare talem terminum,& hoc tenet gl.in d.c. cupientes.§. qđ
ſi per viginti, in ver. quindecim . Aut partes conſentiunt,
vel ſaltem non contradicunt, & tunc valet ſtatuitio termi-
ni, quia etiam in beneficialibus partes poſſunt renunciare
32 † appellationi,vt in c quamuis.de elec.in vj.in beneficialib.
ſententia tranſit in rem iud.ut in c.cum dilecti. in fi.de elec.
de quo vide glo.not.in c.j.de conceſ.præben.& vbi iudex ali-
33 quid facit præſentibus partibus, & † non contradicentibus,
cenſentur conſentire,vt dicit notabiliter Bar.in l j.C.de re-
lat.& ſequitur.dom.Abb.in cap.quoniam contra, de proba.
& hoc modo poteſt procedere opi.ap in d.clem.& ex hoc
limita iſtum tex.& glo quia non habet locum in beneficiali
bus, niſi iudex à quo ſtatuerit terminum partibus conſen-
tientibus,vel ſaltem non contradicentibus, & circa hoc ēt
vide dom.de Ro deci. 321 .quę incipit,item ſi appellans.¶In
34 glo.in ver.paſſim.Inquantum hæc glo.dicit,quod in † appel-
latione extraiudiciali requiritur expreſſio cauſæ.Hoſt.diſtin
guit,quod aut appellatur a iudice extra iudicium,& tunc de
bet exprimi cauſa,vel probabiles coniecturę,vt ĵ.c.bonæ.ad
ſi.& in c.dilectus.§.quia uero, eo.tit. Aut appellatur extra iu
dicium a iudice aduerſario,& tunc nulla cauſa requiritur,ſe
cundum eum.& dicit, ſecundum hoc intelligendum eſſe c.
cordi, eod tit.in vj.tamen glo.in c.conſiderauimus,ſ̃. de ele.
dicit cauſam eſſe exprimendam, licet non appelletur a iudi
ce,ſed glo.in d cap.j.in ver.interlocutoria.eodem tit in vj. re-
fert diuerſas opiniones,& ibi Ioan.And.in nouella.D.autem
Abb.diſtinguit,quod aut appellatur extraiudicium a iudice
& eſt clarū,quod debet cauſa exprimi.de hoc eſt tex.in ca.j.
eodem ti.in vj.Aut appellatur extra iudicium ab aduerſario
eo caſu,quo appellatio neceſſitat aduerſarium ad proſecu-
tionem abſque alia citatione, & cauſa debet exprimi, hoc
probatur in c.j.iuncto cap.vt circa.de elec. in 6. aut appella-
tio non neceſſitat ad proſecutionem abſque alia citatione,
quod eſt regulare in appellatione interpoſita ab aduerſa-
rio,vt no.glo ſequens,& Inno.in c.dilecti. de maio. & obed.
& tunc reſpectu validitatis non requiritur expreſſio cauſæ,
cum ſit parui effectus,ſicut nec in citatione,ut no.in c.præte-
rea,de dila.& per Bar.in l.inter accuſatorem,ff de publ. iud.
ſed quo ad effectum obtinen. retractationem attētatorum,
35 oportet,quod † appellatio fiat ex veriſimili,& probabili cā.
ſic intellige Bar.in l de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.ff.de no
ui ope.nun. vbi dicit,quod ſi aliquis timet ne fiat ſibi aliqua
violētia poteſt proteſtari ex parte Poteſtatis,ne fiat ſibi vio-
lentia,& ita arripere ad ipſum,& habebit effectum, quod ſi
interim aliquid ſibi fiat,reuocabitur in viam attentati, nam
talis itineris arreptio cum tali proteſtatione habēte cauſam
inſertam,ſcilicet. quod fiat ſibi violentia, habet vim appella
tionis,vt in c.dilecti.ĵ.eodem,& eſt optima pratica,quando
aliquis timet ſibi fieri aliquam uiolentiam,vel iniuſtitiam,
36 quod proteſtetur † ex parte iudicis,quod non fiat ſibi violē
tia, vel iniuria, & talis proteſtatio cum itineris arreptione
habebit vim appellationis,ſecundum theoricam Barto.Tu-
tius tamen eſt,quod dicat,quia timeo mihi fieri iniuſtitiam,
vel iniuriam,in tali re appello ad Poteſtatem,& talis appel-
latio habebit vim reuocationis attētatorum, ex quo habet
cauſam probabilem,& veriſimilem expreſſam,& hoc dictū
notabis,quia poteſt multotiens praticari.In gl in ver.nec ſo-
lent.hæc gl.voluit opponere de c.bonę.ĵ.eo.vbi patet,quod
prouocatio extraiudicialis dicitur appellatio,ſed gl.reſpon-
det,quod poteſt dici appellatio largo ſumpto vocabulo,quia
appellatio non ſit,niſi a iudice.hinc eſt.quod appellatio di-
citur prouocatio iniquæ ſententiæ querelam continens, &
dixi in Rubrica,circa diffinitionem appellationis.ſed extra-
iudicium non eſt ſententia,nec iudex, ergo appellatio extra
iudicialis,non eſt propria appellatio, & dom.Abb hic poſt
Inno.ponit aliquas differentias inter appellationem iudicia
lem,& extraiudicialem,quas non curo referre,quia plene di
cam infra eodem,bonæ.Deinde gloſ.ponit duplicem prati-
cam appellationis extraiudicialis.Prima eſt, quando aliquis
dicit aduerſario,appello,& ad curiam, vel uenias ad iudicē,
vt faciat mihi iuſtitiam,& dicit gl quod aduerſarius non te-
37 netur venire,ſicut † denunciatio facta domino in foro non
valet,ſed debet fieri in ipſa re,vt in l.de pupillo §. ſi quis for-
te ff.de no.oper.nunc. & nota iſtam glo. quod prætextu ap-
pellationis extraiudicialis aduerſarius ipſius appellantis non

tenetur comparere coram ſuperiore,niſi per ipſum ſuperio
rem citetur,& idem tenet Inn.in c.dilecti.de maior.& obed.
& dom.Abb.dicit hoc probari in l.fi.C.de cuſto.reorum.vbi
patet, quod etiam nuntij deputati ad citationes faciendas,
non poſſunt citare,niſi de ſpeciali mandato iudicis, de quo
ibi per Barto.& vide ipſum in l.Palatinos.C.de colla. fundo.
fiſcal lib.x.& per But.& dom.Abb.in ca j de iudi.dicam infra
38 eodem,cum parati. Nunquid autem parti † poſſit commit-
ti,vt citet aduerſarium.vide text.& ibi Bart. in l. cum qui.§.ſi
epiſtola.ff.de furt.qui dicit, quod ſic, ſed parti non creditur,
niſi oſtendat literas de commiſſione iudicis, de quo etiam
in l.miles.§.qui iudicati,ff.de re iudi. & idem ſequitur Spec.
in titu.de citationibus.§.ſequitur, poſt princi. de quo dicam
in dicto capitulo cum parati. intellige tamen iſtam glo. in-
quantum dicit, quod aduerſarius appellantis non tenetur
comparere virtute appellationis extraiudicialis,nam proce-
dit regulariter.fallit,vbi a iure aliud ſtatuitur,vt in caſu c.j.&
cap.vt circa,de elec.in vj.Et ex hoc expeditus ſum de prima
pratica glo.Venio ad ſecundam,in qua gloſ. dicit, quod iſte
tex.loquitur de appellatione extraiudiciali,quæ fit ab aduer
ſario,ne faciat aliquid in præiudicium appellantis ſuper eo,
pro quo interponitur appellatio,& tales appellationes ſunt
quaſi uocationes ad cauſam,quibus eſt deferendum,ut ĵ.eo
dem bonæ.& ſubdit gl.quod clerici faciunt tales appellatio
nes frequenter inter ſe in electionibus,& aliis negotiis eccle
ſiæ.& dicit glo.quod cauſa debet allegari in tali appellatio-
ne,ſicut in appellatione iudiciali.ſed hoc intelligas, quantū
ad effectum reuocationis attentatorum, ſed non quantum
ad ualiditatem ipſius appellationis, quia ex quo non inter-
ponitur a iudice valet appellatio,abſque expreſſione cauſæ
licet non proſit quantum ad reuocationem attentatorum.
Item intelligas,quod licet talis appellatio,quando cauſa eſt
expreſſa valeat,& inducat reuocationem attentatoru, non
tamen aduerſarius appellantis tenetur comparere,niſi cite-
tur per iudicem, vt ſupradixi. Item iſta gl.multum facit pro
notatis per Bart.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prętorij.ff.de no.
ope.nun.de quo dixi in gl.præcedenti,in fi.¶In glo.in ver.an
te ſententiam.gl.intelligit ver.ſi autem,ante ſententiam,quę
loquitur de appellatione interpoſita poſt lit.conteſt.ut diffe
rat a ver.præcedenti,ſed dom.Abb.ipſam reprehendit, & di
cit,quod iſte tex.ponit tres caſus.Primus eſt,quando appel-
latur poſt ſententiam,& iſte caſus ponitur in primo c.Secun
dus caſus eſt, quādo appellatur extra iudicium, & iſte caſus
ponitur in ver.ſi uero a grauamine,& exponit tex.ibi,& an-
te litis ingreſſum, ideſt antequam partes ueniant ad iudiciū.
Tertius caſus ponitur in uerſi. ſi autem ante ſententiam. in
quo prouidetur, quod ſi appelletur in iudicio ante ſenten-
tiam,ſiue ante lit.conteſt.ſiue poſt, & appellatio deſeratur,
quod iudex a quo poſſit in cauſa procedere, & quod appel-
pellans compellatur ſtare eius iudicio perinde,ac ſi nulla ap-
pellatio fuiſſet interpoſita, poſſet enim ex nouo grauamine
iterum appellare,ut dicit Ioan.And.in c præſenti.ſed iſta ex
poſitio do.Abb.ſ.inquantum exponit,ante litis ingreſſum,
ideſt antequam partes ueniant ad iudicium, eſt contra text.
vnde ego dicerem,quod iſte tex ponat tres caſus. Primus de
pœna appellantis a ſententia diffinitiua, & appellationem
non proſequentis infra terminum præfixum a iudice,& iſte
39 caſus ponitur in prin.ca. Secundus caſus,an liceat † ante lit.
conte.appellari? & reſpondetur,quod ſic, quia etiam extra
iudicium admittitur appellatio, licet talis non dicatur pro-
prie appellatio,ſed prouocatio ad cauſam,& iſte caſus poni
tur in uer.ſi uero a grauamine,in quo aduerte,quia in d.uer.
nihil agitur de pœna non proſequentis appellationem, ſed
ſolum an ualeat appellatio ante lit.ingreſſum, & reſponde-
tur,quod ſic,quia etiam extra iudicium canones paſſim per
40 mittunt appellare.Tertius caſus eſt,an non proſequēs † ap
pellationem ante ſententiam infra terminum præfixum a
iudice puniatur eadem pœna,qua punitur appellans a ſentē
tia diffinitiua.& iſte caſus deciditur in uerſic. ſi autem ante
ſententiam,& iſte verſi. habet relationem ad principium c.
quia ibi text.loquitur de appellante poſt ſententiam,uel an
te ſententiam,& ibi ponitur pœna non proſequentis appel
lationem interpoſitam poſt ſententiam.hic autem ponitur
pœna non proſequentis appellationem interpoſitam ante
ſententiam,& differt a ver.præcedenti,quia in uer. præcedē
ti tractat, an liceat ante litis ingreſſum appellare,hic autem
tractat de pœna appellantis ante ſententiam . vnde ſiue ap-
pellet ante lit.conteſta.ſiue poſt,dicitur appellaſſe ante ſen-
tentiam,& per conſequens incurrit eandem pœnam, quia
appellatio efficitur deſerta,& compellitur ſtare iudicio iudi
cis,ac ſi non appellaſſet,& iſtum puto eſſe verum intellectū
iſtius text.licet per neminem legerim ipſum eſſe tactum, &
hæc ſufficiant in iſto principio

SVMMARIVM.

1 *Appellare poteſt de crimine impetitus, niſi crimen fuerit notorium.*
2 *Cauſa criminalis recipit appellationem.*
3 *Tertius appellare poteſt in cauſa capitali inuito condemnato.*
4 *Citatio non requiritur in notorijs, nec in quibus abſenti nulla defenſio competit.*
5 *Abſens in notorijs poteſt excommunicari ſine citatione.*
Factum Apoſtoli, pro lege obſeruandum eſt.
7 *Scriptura ſanctorum, quã uim canonum habeant, uide.*
8 *Manifeſtum pro notorio interdum ſumitur.*
9 *Appellatio admittitur in manifeſtis.*
10 *Notorium eſt præco, qui non mentitur.*
11 *Notorium præſumitur ex tribus, ſcilicet ex loci qualitate, ex numero aſtantium, & qualitate temporis.*
12 *Occultum quoque e contrario notorio opponitur, & per eadem cognoſcitur.*
13 *Excommunicatio qualiter ſit inferenda.*
14 *Citatio etiam in cauſis ſummarijs requiritur.*
15 *Peccator non audiens eccleſiam poteſt excommunicari.*
16 *Iudex poteſt citare per ſuum familiarem.*
17 *Condemnari nemo debet ſine citatione.*
18 *Condemnatio nimis accelerata odioſa eſt, maxime criminis.*
19 *Citatio vnica in notorio ſufficit, non ad ſe defendendum, ſed ad ſententiã audiendam.*
20 *Citatio omnis neceſſaria ad defenſionem eſt de iure naturali, uerum nunc uno cum modo eſt de iure ciuili.*
21 *Nocens quis eſſe non deſinit per pœnitentiam.*
22 *Excommunicatio eſt medicina ad correctionem.*
23 *Citatio ad domum non ſufficit, ut quis poſſit excommunicari.*
24 *Contumacia procuratoris nõ ſufficit pro excommunicatione, niſi dominus ſciuerit, & non purgauerit.*
25 *Excommunicari an quis poſſit extra territorium.*
26 *Abſens extra territorium, an abſolui ab excommunicatione poſſit.*
27 *Confeſſio, an & quando faciat notorium.*
28 *Confeſſio facta poſt ſententiam latam, non dicitur facta in figura iudicij, unde non excludit appellationem.*
29 *Reus conuictus, an cogi poſſit ad confitendum.*
30 *Confeſſio, quando cenſetur extorta non legitimè.*
31 *Vulnus potentis inducit iuſtum metum.*
32 *Confeſſio extorta non præcedentibus indicijs non ualet.*

1 **§. Præterea** Qui de crimine impetitur † appellare poteſt, niſi crimen ſit notorium. hoc dicit. diuiditur in duas partes. In prima ponitur regula In ſecunda exceptio ſecunda ibi, niſi forte. Nota primo, quod
2 in † cauſa criminali quis poteſt appellare, immo pendente termino appellationis interponendæ non debet ſententia mandari executioni, etiam ſi immineat pęna mortis, de quo per Bar. in l. qui vltimo ff de pęnis. idem eſt in cauſa ciuili, vt probatur in c. non ſolum j reſponſo, eodem titu. in vj eſt ta-
3 men ſpeciale in cauſa capitali, quia in ea † tertius inuito cõdemnato poteſt interponere appellationem, vt in l. non tantum. ff eod. not glo. 2 q. vj. in ſumma Secundo nota hic text.
4 expreſſum, quod in notorijs non requiritur † citatio, quando conſtat abſenti nullam defenſionem competere, de quo dixi in c. cum olim ſupra de re iud. & in c. ad noſtram, el 3. ſ. de iureiur. Tertio no. quod in notorijs etiam † abſens extra territorium etiam non citatus poterit excommunicari ſed poteſt dici, quod diœceſes non erãt olim diuiſæ, ſicut hodie, vt not in c cum cauſam, ſ. de proba ſed dicit do. Abb. quod notabile in ſe eſt verũ, de quo remittit ad plene not. per ſe in c. ſi de foro compet. & aliquid infra dicam, vltimo not. quod
6 factum † Apoſtoli, pro lege eſt ſeruandum ad idem, de conuerſ. coniug vetum & c. ex parte. in quibus patet, quod eccleſia mota exemplis Sanctorum ſtatuit matrimoniũ ante co-
7 pulam carnalem poſſe diſſolui. Quibus autem † ſcripturis Sanctorum ſit danda fides tãquam Canonibus, vide bo. tex. xx. diſt in prin. & c. j ¶ In gl in ver manifeſtus. no. ex gl quod
8 † manifeſtum interdum accipitur pro notorio. ad idem ij. q. j manifeſta ſed propter ſtricte loquendo manifeſtum differt a notorio, de quo in c. coram. de coha cler. & mul. & ex glo-
9 no quod in manifeſtis admittitur † appellatio, idem tenet glo ij. q. j in prin. ſummæ, & eſt tex. iuncta glo 3. quæſt 5. quia
10 ſuſpecti. Bal autem hic dicit, quod † notorium eſt pręco, qui non mentitur. concor. illud, quod dicit in capit ſuper eo de teſti. cogen. vbi dicitur, quod notorium per negationem, nõ
11 efficitur dubium & ſubdit hic Bal quod † notorium præſumitur ex tribus ſcilicet ex loci qualitate, ex numero aſtantium, & ex qualitate temporis e contra præſumitur aliquid
12 non † manifeſtum ex qualitate tẽporis, vt quia de nocte, ex qualitate loci & ex multitudine aſtantium. allegat gl. quam dicit ſingularem, in l. ſi cum exceptione § 2 ff. quod met. cã.

Vtrum autem in notorijs admittatur appellatio, dicetur infra eod. cum ſpeciali §. porro. In gl. vltima, pro expeditione iſtius gl opponitur contra tex. in eo, quod dicit, quod Apoſtolus excommunicauit illum Corinthium irrequiſitum.
13 Excommunicatio enim non eſt ferenda, niſi competẽti monitione præmiſſa, etiam ſi delictum ſit notorium, quia excõmunicatio non fertur ab homine, niſi pro contumacia, vt not. glo. xi. quæſt. 3 epiſcopi & c. nemo. Glo ſoluit tribus modis. Primo, quod non fuit requiſitus per edictum peremptorium, admonuit tamen eum ad pœnitentiã, & quia crimen erat notorium, non vocauit eum, quia non expediebat, ex quo nolebat ſe corrigere ſed Bu. iſtam ſolutionẽ impugnat, quia oportet, quod ſpecialiter citetur ad ſententiam allegat glo in cle. ſæpe, in uer. ad idem, de uerb. ſignificat quæ dicit,
14 quod etiam in cauſis ſummarijs requiratur † citatio & ita reſidet etiam hic Ioan de Imo. ſed dom. Abb. hoc dictum reprobat, quia ſufficit. quod per priores citationes, vel per unicam peremptoriam appareat de contumacia excommunicandi: tunc enim ſine alia citatione poteſt talis excommunicari. ut in capitu. j. de iudi & dicit, quod hoc aperte tenet Innoc. in c. ex parte. de verborum ſignifi. vbi dicit, quod ſi prælatus pręcipit ſubdito, quod faciat, vel non faciat certum quid, quod ſpectat ad officium ſuum, & ille trãſgreditur mãdatum, poteſt illum excommunicare ſine alia monitione, quia non habet eum in contumacia, & hoc potuit Innoc. in d. cap. ex parte in ultima colum & de forma citandi, quo ad excommunicationem ferendam, vide tex. no. in integ. in c. conſtitutionem de ſent. excommu. in vj & ſubdit dom. Abb. quod hæc ſolutio poteſt tolerari quo ad hunc text. quia ex quo factum erat notorium, non requirebatur citatio, cauſæ cognitio & per conſequens, nec factum iudiciale, ut in cap. quoniam, de ſi. præsby. ideo ſufficiebat illum admonere extraiudicialiter, vt ſe emendaret, quod cum nõ fecerit potuit excommunicari pro hoc fac. c. cap. nouit de iud. vbi dicitur,
15 quod ſi † peccator non audierit eccleſiam, debet haberi ꝓ ethnico, & publicano, & excõmunicari facit quod legitur, & no. in c. dilecti. de ſenten. excommun. ibi etiam per Doct. Secunda ſolutio eſt, quod non requiſiuit eum illa uice, ſed per prius eum requiſiuerat. Et hæc ſolutio facit pro his, quæ ſupradicta ſunt quia iſta ſolutio vult, quod præcedens citatio ſufficiat ad ferẽdam excommunicationem ſine alia monitione Tertia ſolutio gl eſt quod requiſiuit ipſum ꝑ Apollinem diſcipulum ſuum, & nota iſtam ſolutionem, ex qua in-
16 fertur, quod iudex † poteſt citare per ſuum familiarem facit quod not. in c. cum dilecta. de do. & contum. Sed dom. Abb. dicit hoc eſſe verum, dummodo conſtet iudicem illi hoc iniunxiſſe, ideo poteſt fieri commiſſio, cum litteris iudicis tamen ampliùs iudicis facit e prudentiam. de officio deleg. & hanc ultimam ſolutionem ultimus gl ſequitur hic Tan. & Inno. Hoſt. vero dicit, quod licet notorius quo ad ſatisfactionem abſens, & requiſitus poſſit condemnari, nunquam tamen excommunicabitur. niſi monitione præmiſſa, vt in c ſacro. de ſenten. excomm. in vj. ratio, cum hic loquamur de excommunicatione, debet litera per ſuppletionem legi, vt ſequitur in gl. Alij vero dicunt ſecundum eum, nullum abſentem condemnandum, niſi ſit contumax; quæſt 9 per totũ. C. quomodo & quando iu. ea. quæ ſen. re. non poſſ. j §. idem cum ex delicto. & de hoc eſt tex cum gl de iureiuran. ad noſtram el 3 unde nullus, quantumcunque notorius, ſine cita-
17 tione & admonitione condemnandus † eſt, & hoc fatetur Hoſt. eſſe iuſtius & tutius. Tamen quia multi dicuntur notorij, qui non ſunt, vt infra eod conſuluit. Tum quia etiam ſi notorius ſit, quandoq; tamen legitimas habet exceptiones, quæ ſunt admittendæ, de offi. deleg. ex parte. ij. de teſti. ꝑpoſ.
18 litteras. tum quia omnis † condemnatio, maxime nimis accelerata, odioſa eſt. arg. c. cum Bertholdus, & c. ſi. de re iud. & de reſti. in integ. tum ex literis. Dom autem Abb diſtinguit, quod ſi quærimus, an in notorijs requiratur citatio, quod aut loquimur in alijs ſententijs diuerſis a ſententiis cenſuræ eccleſiæ. Aut loquimur de ipſis ſententijs cenſuræ eccleſiaſticę. Primo caſu dicit, quod ſi factum eſt ita notoriũ, quod certum ſit abſenti nullam defenſionem competere, non requiritur citatio ad ſententiam vt in ca cum olim. de ſent. & re iud. & in ca. bonæ, el primo de elect & in l. ij. §. ſi de frumẽtaria. ff. de admin. re. ad ciui pertin & in l. ictus fuſtium. ff de his qui no. infa. & vtrobique per Barto. facit tex & quod ibi no per Inno. in ca. quanto de transla prælat. & hoc modo loquitur iſte tex. Aut eſt dubium, an abſenti poſſit competere aliqua exceptio, & tunc requiritur citatio, alias non valet ſententia. & ſic intellige c. ſi §. vices. de offi. dele. in vj. & quod no. Inno in c. tua. de cohab cle & mulie. Dic tamen, quod etiam quoniam in notorio, licet requiratur citatio, non tamen requiritur peremptoria citatio, ut dicit hic gl. & probat in cle.

in cle.ſæpe.ad fi.in ver.non perẽptoric. de verb.ſig. vbi patet,
quod in ſummarus non requiritur citatio peremptoria ad
ſententiam,ergo multo minus in notorijs.hoc tenet hic Io.
And.& Io.de Imo.& dom.Abb.& etiam Bal.qui dicit,quod
in crimine notorio non requiritur peremptoria citatio, ſed
19 ſolennis.Vnica † tamen citatio eſt neceſſaria non ad ſe defen
dendum,ſed ad ſententiam audiendam, & dicit ita debere
intelligi quod hic dicit Innoc. & ſubdit, quod prima citatio
eſt de iure naturali,vt in clem.paſtoralis,de re iudic. aliæ ue-
ro citationes,vel peremptorium, non ſunt de iure naturali,
ſed de iure ciuili introductæ, & no.hoc dictum Bal ſed intel
20 lige ſane, quia omnis citatio, † quæ eſt neceſſaria ad defen-
ſionem,eſt de iure naturali, ſed quod fiat trina citatio, vel
mittatur peremptorium,eſt de iure poſitiuo. & hoc proba-
tur in cle.ſæpe,in fi in ver.non peremptorie.de verb. ſignific.
& hoc modo intellige Bar.in l.filius.ff.de don. & in extrauа.
ad reprimendum,in ver. citatio.ſuper dicto crimine. vbi di-
cit,quod omnis citatio,quæ fit ut reus ſe defendat, dicitur
de iure naturali.Item dum dicit Bal. quod in notorijs requi-
ritur vnica citatio,non ad ſe defendendum,ſed ad ſententiã
audiendam,intelligas ſane,nam ſolum citatur ad ſententiã
audiendam, tamen ſi opponeret aliquam legitimam exce-
ptionem,eſſet audiendus,vt ſupra dixi,& de hoc ſcilicet,an
citatio requiratur,& qualis,plene dixi in c ad noſtram el 3.
ſupra de iureiur.tetigi etiam in c.cum olim ſupra de re iudi.
In ſecundo vero caſu,quando agitur de ſent.excommu do.
Abb.tenet quod ſemper competens admonitio debet præ-
cedere,quia prius non conſtat de contemptu. Ideo dicitur,
quod nunquam fertur excommunicatio ab homine, niſi ra
tione contumaciæ,vt not.gl.in d.c epiſcopi & in d c. nemo.
xj.q.3.ſecus in alijs ſententijs,per quas infertur pœna delin-
quentibus,cum enim cõſtat de delicto, fruſtra fieret admo
21 nitio, cum per pœnitentiam non deſinat eſſe † nocens.l.qui
22 ea mente.ff.de furt.& in l.penult ff. ui bon rapt.† excõicatio
autem eſt medicina,& fertur,vt quis ſe corrigat,vt in c.1.de
ſent.excomm in 6.ergo requiritur vt primo appareat,an ve-
lit ſe corrigere.Vnde modo in c fi.de eo qui mitt in poſſ.di-
23 cit,quod non ſufficit † citatio ad domũ,ad hoc ut quis poſ-
ſit excommunicari,ſed requiritur citatio perſonalis.nõ ſuf-
24 ficit etiam † contumacia procuratoris, niſi dominus ſciue-
rit,& eam non purgauerit,ut in c.j. ut li. non conteſt.vbi eſt
tex.nota Extra gl.opponitur inquantum dixi in tertio nota
25 bili, quod quis poteſt excommunicari extra territorium d.
ca.2 § 1 de conſti in vj.vbi dicitur,quod ſtatutum, per quod
fertur excommunicatio contra committentes furtum, non
ligat delinquentes extra territorium.Sol. dic, quod iſte tex.
procedit in ſententia particulari.Contrarium autem proce-
dit in ſtatuto,vel in ſententia generali. ratio eſt, quia inten-
tio ſtatuentis,vel ferentis ſententiam generalem, eſt punire
delinquentes in territorio,& non extra territorium,nec etiã
iudex poſſet excommunicare pro delicto cõmiſſo extra ter-
ritorium. Et ex hoc habes duas limitationes ad iſtum text.
prima eſt, quia non procedit in ſtatuto, vel in ſententia ge-
nerali,& ita limitat Ioan And.in d.c.2.de conſti.in vj. Secun
da limitatio eſt,quod iſte tex. debet intelligi in delicto com
miſſo infra territorium.ſecus ſi eſſet commiſſum extra terri
torium iudicis excommunicantis,quia ex quo cauſa delicti
eſt originata,ſeu commiſſa extra territorium, ſeu diœceſim
non poteſt proprius iudex eum excommunicare, ut eſt tex.
nota.in d c.ij.§.j.de conſt.in vj.& hoc tenet D. Do.ibi,& But.
in c.a nobis,el primo de ſenten excom. vbi plene examina-
ui in addit.quam ibi feci ad ſcripta dom Abb.Tertio limita
quia debet intelligi de ſubdito ratione domicilij. ſecus ſi eſ-
ſet ſubditus ratione contractus,vel delicti ſiue rei ſuæ, quia
tunc abſens extra territorium, non poſſet excommunica-
ri, niſi ſit præuentus per citationem ante diſceſſum, tunc
enim,cum ſit in contumacia conſtitutus etiam abſens extra
territorium poterit excommunicari, & hoc tenet Innoc. in
c.ij de dila.& in c.fi.de foro compet.vbi Doc hoc ſequuntur.
& hoc modo poſſet procedere iſte tex & de iſta materia,ſci-
licet an poſſit quis extra territorium citari, vel excommuni
cari,remittam in ca.meminimus.j eodem.vbi plures remiſ-
26 ſiones dabo an autem abſens † extra territorium poſſit ab-
ſolui ab excommunicatione? dic vt per Inno.& doc. in c.nn
27 uit,de officio del Bal.autem hic quærit,† an confeſſio faciat
notorium.& dicit,quod aut eſt facta in forma iudicij, & ſpõ
te tunc faciet notorium,& quod non poteſt appellari, quia
cogitur perſeuerare,ſed de hoc dic, ut in l.creditor. § iuſſus.
ff.eo & uide opt.tex.cum glo in ca.Romana §. ſi autem poſt
ſententiam.eodem tit.in vj aut non eſt facta in forma iudi-
cij,& tunc dicit,quod poteſt appellari,vt in l.ſi filium. C. de
lib.cau.& probatur in d.§.cum autem, a contrario ſenſu. &
28 ſubdit Bal.unum not.dictum,quod † confeſſio facta poſt ſen
tentiam latam non dicitur facta in figura iudicii,& ideo nõ
29 excludit ius appellandi.tene menti. Tangit etiam an † reus
conuictus per teſtes poſſit cogi ad confitendum,nam de iu
re ciuili conuictus per teſtes appellat,ſed confeſſus & conui
ctus non poteſt appellare,vt in l.obſeruare,quando prouo.
non eſt ne. Vnde dubitatur, an iudex poſſit conuictum per
teſtes torquere ad hoc,vt confiteatur.& Cy. in d.l. obſerua-
re,dixit quod non,ne auferat bonum appellationis.ſed Bal.
dicit,quod non poteſt ei mandare,quod confiteatur,vel de-
cernere eum tandiu torquendum donec confiteatur, ſed de
bet moderate torquere,ſicut faceret ex ſolis indicijs,& dicit
qd ita praticatur,ſed mihi magis placet op.Cy. quia ex quo
eſt conuictus per teſtes,poteſt condemnari.vnde iudex non
dẽt ita facere,quod auferat ei bonum appellationis.Nec ob-
ſtat,quod reus ꝓpter indicia ſola poſſit torqueri, quia illud
fit ad eruendam veritatem, ſed ex quo delictum eſt proba-
tum per teſtes, inde ueritas habetur. Vnde non eſt neceſſe,
quod torqueatur,ſed poſſet procedere dictum Bal. in locis,
vbi eſt conſuetudo,quod reus non poſſit condẽnari ad mor
tem etiam ſi ſit conuictus per teſtes,niſi confiteatur. no. ta-
men dictum Bal dum dicit, quod iudex non poteſt manda-
re reo,ut confiteatur,nec decernere eum torquẽdum tam
diu,quod confiteatur, nam tortura debet eſſe moderata,&
idem ſentit Bar.in l ſi in prin ff. de quæſtionibus. Et ex hoc
poſſet inferri,quod ſi iudex aliter extorqueret confeſſionem
30 rei,ꝙ non valeret,nec poſſet reus condemnari, quia † con-
feſſio non eſſet legitime extorta,& poſſet dici metu extorta.
pro quo vide Bald in capit.j in §.iniuria,in vj colum. de pa-
31 ce firmanda. vbi dicit,quod † uult potentis terribilis inducit
iuſtum metum,& facit vt videatur confeſſio metu extorta.
vide etiam Bal.in cap at ſi clerici de iudi vbi dicit, quod tor-
menta inducunt iuſtum metum,quando ſunt talia, quæ fa
32 ciunt incurrere metum in conſtantem virum, & pro hoc fa
cit,quia † confeſſio extorta non præcedentibus iudicijs non
valet,vt in l.qui aliena,in fi ff.de acqu.hæred & hoc tene mẽ
ti,quod ſæpe iudices non præcedentibus indicijs ponunt ad
torturam,& interdum extorquẽt confeſſionem per minas.
& hæc ſufficiant in iſto c.ſequitur c ad hæc ſi in una.

S V M M A R I V M.

1 *Conueniri quis poteſt coram eodem iudice, a quo in vna cauſa appellauit niſi eum recuſauerit.*
2 *Iuriſdictio iudicis ſuſpenditur per appellationem in cauſa,in qua eſt appellatum.*
3 *Appellatio interpoſita ſuper uno articulo per totam cauſam ſuſpendit iuriſdictionem.*
4 *Appellatio iudicialis omnia attentata poſt appellationem reuocat.*
5 *Appellatio in vna cauſa non retardat proceſſum in alia cauſa,vbi ſunt inuicem ſeparatæ.*
6 *Verbum maxime,eſt implicatiuum importans idem in caſu contrario.*
7 *Iudex qui ſemel grauauit poteſt ſemper recuſari, vt ſuſpectus in omnibus cauſis.*
8 *Cauſa appellationis,an poſſit delegari iudici a quo.*
9 *Proceſſus non valet,quando erratur in fundamento iuriſdictionis.*
10 *Contumax nunquam intelligitur conſentire,nec iuriſdictionem prorogare ſecundum Inn.& nu.57.*
11 *Iudex an efficiatur ſuſpectus,vt recuſari poſſit per ſolam pendentiam appellationis.*
12 *Grauamen ex re probare ſufficit in cauſa appellationis.*
13 *Malus animus ex malefactis præſumitur.*
14 *Salutationem non reddens, quando inimicus reputetur.*
15 *Iudicia ſuſpicionis requiruntur ad allegandum ſuſpectum.*
16 *Teſtificatus ſemel in cauſa contra aliquem, an in alia cauſa teſtificari poſſit.*
17 *Liquidum dicitur,quod ex legitimis coniecturis præſumitur.*
18 *Præſumptio omnis,ſiue iuris, ſiue hominis debet allegari, alias nihil releuat.*
19 *Ius ex facto oritur.*
20 *Notorium conſiſtens in facto eſt alligandum.*
21 *Appellare quis ſine cauſa non præſumitur, cum veniat condemnandus in expenſis.*
22 *Appellatio non infert iniuriam iudici a quo.*
23 *Iniuria conſiſtit in animo.*
24 *Appellari poteſt propter iniuriam verbalem,vel realem a iudice.*
25 *Ordinarius iudex.*
26 *Iudex poteſt recuſari propter iniuriam verbalem,non ſolum ab offenſo, ſed a tota eius familia.*
27 *Recuſatio iudicis iuſta eſt probato grauamine.*
28 *Iudex a quo poteſt cognoſcere ſine aliqua delegatione, an appellatio ſit deſerta,uel non.*
29 *Appellans non auditur amplius ſuper appellatione deſerta.*

CAP.

CAP. VI.

AD hæc ſi in una, Coram eodem iu-
dice ordinario, vel
delegato, a quo quis in una cauſa appellauit, po-
1 teſt in ea † conueniri, niſi cum recuſauit, vt ſuſpe-
ctum. hoc dicit, & non diuiditur, qa diuiditur vnico contru
ctu Nota primu ex tex quod licet per appellationem ſuſpẽ-
2 datur † iuriſdictio iudicis, vt in c. ſi a iudice, eodem titu lib.
vj. tamen ſuſpenditur ſolum in cauſa, in qua eſt appellatum
non in aliis cauſis ſeparatis: nam licet ſit appellatum in vna
cauſa poteſt appellans conueniri ſuper alia coram iudice a
quo appellauit, & remanet in aliis cauſis ſub iuriſdictione
ipſius iudicis, quia ipſius iuriſdictio non eſt ſuſpenſa in aliis
cauſis, in quibus non eſt appellatum, vt hic patet, & in c. Ro
mana. § cum vero. & per glo. eodem tit. in vj ſed interpoſita
3 † appellatione ſuper uno articulo ipſius cauſæ bene ſuſpen-
ditur iuriſdictio quo ad totam cauſam, vt probatur in c. nõ
ſolum §. i eodem titulo, in vj & in c. ſi a iudice, eodem tit. &
lib. & tenet Innocent in ca quia propter. in fi. ſupra de elect.
4 vbi dicit, quod † appellatio iudicis facit, ut omnia attentata
poſt appellationem reuocentur, non ſic in extraiudiciali ap
pellatione, quia reuocatur ſolum illa, quæ ſunt attentata cõ
tra ipſam appellationem, vt in c. cum nobis olim, ſupra de
elect. & dixi in ca j ſupra eod in vlti nota. & propter hoc di-
cunt Dom de Ro. deci. 191 quę incipit Item ſi ab excommu
nicatione quod ſi appellatur ab excommunicatione, ſeu ab
eius reintruſione propter cõtumaciam in nolendo reſpon-
dere libello, & interponatur appellatio, & iudex ad quem in
hibeat iudici a quo ne procedat in cauſa principali ſi pro-
ceſſit, totus eius proceſſus erit reuocãdus. Nec obſtat quod
prædicta excommunicatio, ſeu reintruſio videatur nouus ar
ticulus. & ſeparatus a cauſa principali, quia ex quo excom-
municatio eſt lata, ratione negotij principalis appellatio ſu
ſpendit in totum iuriſdictionem iudicis a quo: ſecus, quan-
5 do cauſæ ſunt diuerſæ, & ſeparatæ, quia † appellatio in una
cauſa non retardat proceſſum in alia, ut hic in textu, & ꝟ. ꝓ-
poſuit. Secundo nota, quod quis poteſt compelli ad reſpon-
dendum eod. tempore coram diuerſis iudicibus in diuerſis tamẽ
cauſis: nam in cauſa appellationis litigabat corã iudice ad
quem, & de nouo in alia cauſa poterit recuſari, uel conueni
ri coram iudice a quo. cõcordat tex. in l. vnica. ff. cum qui ap-
pella def deb. Vltimo nota in verbo maxime, quod diſpo-
ſitio huius capi. habet locum non ſolum in ordinario, ſed
etiam in delegato, cui commiſſæ ſunt plures cauſę: quia etiã
ſi appelletur ab eo in vna cauſa, in alia procedere poterit, &
6 hoc probat tex. per verbum † maxime, quia eſt dictio impli
catiua importans idem in caſu contrario, vt dicit gl in c au-
ditis, in ver. maxime. de elect. & in c. ad abolendam glo. 2. de
fi. presby. & in c. ſponſam de ſpon. vbi dixi. licet D. de Ro. de-
ciſ. ... tenuerint contrariũ dicẽtes, quod ſi delegato cõ-
miſſæ ſit plures cauſæ, & apparet in vna appellans non ſolũ
in illa, ſed etiam in omnibus aliis cauſis eximitur a iuriſdi-
ctione iudicis delegati per nota per Inno in c. cum olim. de
offic. deleg. ſed iſte tex probat contrarium, qui etiam in dele-
gato loquitur & hoc ſequitur hic dom. Abb. in vltimo no-
tabili & ſimiliter But in vltimo not. hoc etiam ſequitur Io.
And ſuper tex. in ver maxime, & tenet etiam D. Do in cap.
Romana in § cum vero eodem titu. in vj. & adde glo. in cap.
diſpendia in ver ſuper omnibus. de reſcriptis, in vj quæ dicit,
7 quod ſi † iudex delegatus ſemel me grauauit, poſſum eum
ſemper recuſare, vt ſuſpectum in omnibus cauſis, et ſepara-
tis, & ita etiam no. illam gl. D. Do. ibi, & ſic diſpoſitio huius
capit. habet locum in omni ſui parte in delegato. Abb. tamẽ
in d. ca. diſpendia dixit quod in aliis cauſis, quæ eſſent cęptæ
ante appellationem in vna cauſa interpoſita non poteſt iu-
dex recuſari, vt ſuſpectus, ſed Io. An. cum quo tranſit D. Do.
ſuper glo prædicta tenet contrarium, ſcilicet quod etiam in
cauſis ante appellationem cœptis poteſt recuſari, vt ſuſpe-
ctus, & hoc no. quia ex hoc habes, quod iſte tex proced. tã-
dum in cauſis, quæ poſt appellationem mouentur, ſed etiã
in motis ante appellationem, quod tene menti. Sed quæro,
8 an † iudici a quo poſſit delegari cã appellationis, & de hoc
eſt tex in l. eos in prin C eod. quod non. & ibi tenent Bar. &
Bal. quod ſolus princeps poſſit delegare, ſiue ſit appellatum
ab interlocutoria, ſiue a diffinitiua, licet gloſ ibi tenuerit, ꝙ
etiam inferior a principe poſſit delegare interlocutoriam
iudici a quo, ſed illa gl communiter reprobatur, quia eſt ea-
dem ratio in interlocutoria quæ eſt in diffinitiua, vnde non
tenet delegatio, niſi fiat a principe ex certa ſcientia. Plus di-
cit Bal quod etiam ſi partes ſponte procederent coram iudi
ce a quo proceſſus eſſet nullus ipſo iure per illum tex. quem
dicit ad hoc eſſe tenẽ. me. ti ſed contra hoc facit, quia ſi fit
delegatio cauſæ iudici notorie ſuſpecto, valet delegatio, cũ
ſaluum ſit ius recuſationis. hoc tenet gl in c. ad hæc de reſcri
ptis, & Inno. in c. ex tranſmiſſa. de foro compe. Sed reſponde
quod delegatio facta iudici a quo, ipſo iure eſt nulla ab ip-
ſo principio, ideo non valet eius proceſſus partibus conſen-
tientibus ¶ Glo. autem prædicta & Inno. loquuntur in caſu,
in quo delegatio tenet, licet iudex poſſit recuſari, tamen for
te poſſet dici, quod etiam in caſu d. l. eos. ſi iudex procederet
partibus conſentientibus tacitè, uel expreſſè, quod valeat ꝓ
ceſſus, non uirtute delegationis, ſed virtute prorogationis.
nam cum poſſint appellationi interpoſitæ renunciare, ut in
l. ſi quis libellos. C. de appella. litigando ſponte uidentur iu-
riſdictionem prorogare, & per conſequens debet valere pro
ceſſus ſaltem virtute prorogationis, & tacitę renunciationis
ipſius appellationis. ſed forte dictum Bal poteſt ſaluari, ꝙ in
telligat, quando iudex proceſſit virtute delegationis. nõ au-
tem virtute prorogationis iuriſdictionis. Ex quo enim erat
9 in fundamento iuriſdictionis, non ualet eius † proceſſus, ut
in l. ij. & ibi per Bar. ff. de iud. & in l. multum. ff. de cond. & de-
mon no etiam Inno. in c. prudentiam. de officio dele. ſi ergo
proceſſit tãquam delegatus, cum delegatio ſit nulla, eius ꝓ-
ceſſus eſt nullus, non obſtante conſenſu partium, ex quo er-
ratur in fundamento iuriſdictionis. ſecus ſi procederent ra-
tione prorogationis tacitę. vel expreſſę, quia tunc valeret ꝓ-
ceſſus, & hoc modo limita Bald in d. l. eos. & hoc intellige,
quando utraque pars conſenſit. ſecus ſi altera tantum con-
ſenſiſſet altera exiſtente contumace. nam tũc abſque dubio
10 proceſſus eſſet nullus. quia † contumax nunquam intelligĩ
conſentire, nec iuriſdictionem prorogare, vt ſingulariter di-
xit Inno in c. Innotuit. infra de eo, qui mit. or. re. Secundo li-
mita l. eos, quia debet intelligi, quando appellatio eſt legiti-
ma. ſecus ſi eſſet friuola, & ex ca falſa interpoſita, licet enim
detuliſſet appellationi, nihilominus poſſet ſibi delegari per
iudicem ad quem etiam inferiorem a principe, & valeret de
legatio & proceſſus. hoc tenet gl. no. in c. cũ appellationib in
ver. refutari de appel. in vj. & etiam ſequitur ibi D. Do ceſſat
enim ratio ſuſpitionis, ex quo non grauauit appellãtem. hẽ
& tertio limita, quãdo iudex ad quem committeret iudici,
a quo cognitionem deſertionis appellationis. hoc tenent
D. de Ro. deciſ. 138. item ſi auditor. qui eſt alius articulus, a
cauſa principali: qa iudex a quo poteſt exequi ſententiam, ſi
pars non ſuit appellationem proſecuta, ut in c. præced & in
c. ꝑſonas ¶ In gl j. diuide eam in duas partes. In prima oppo-
nit & ſoluit. In ſecunda quærit. Secunda ibi, ſed quid fiet. In
prima parte. intentio ergo glo eſt, quod de iure ciuili iudex a
quo non poſſit recuſari, vt ſuſpectus in alia cauſa, ſed bene
de iure canonico, niſi accuſetur de crimine manifeſto, vt ꝟ.
c. propoſuit, & in hoc ſunt multa opi. & Doc. referunt vj. Sed
ero contentus recitare opi. Ioan. And quæ eſt communis &
opi. Io de Imo quæ forte in diſputationibus poteſt ſuſtine-
ri opinio ergo Ioan. Andr eſt quod ſola pendentia appella-
11 tionis non facit † iudicem recuſari, ut ſuſpectum. Abſurdum
enim eſſet, cum ex facto meo, & a nuda voluntate mea pro-
cedat appellatio forte ex falſa cauſa, & ad hunc finem inter
poſita, vt effugerem, & impedirem iuriſdictionẽ iudicis mei,
quod talis appellatio faciat iudicem ſuſpectum in alia cau-
ſa. ideo ipſe dicit, quod ſicut in aliis recuſationibus, ſic & in
iſta recurritur ad arbitros, coram quibus non erit ſatis pro-
bare pẽdentiam appellationis, immo appellans habebit ne-
ceſſe probare veritatem grauaminis, quo probato arbitri ꝓ-
babunt ipſum ſuſpectum, licet ad alium finem, ſcilicet ad re
uocationem grauaminis. Idem habent neceſſe probare co-
ram iudice appellationis, nec eſt hoc nouum quod idem ha
beat bis neceſſe probare, ex quo ad diuerſum finem agitur,
ſimile de teſtibus, veniens ij. de reſtitu. ſpol. ſollicite. dicit ta-
men Ioan. And. quod ad recuſationem iudicis non eſt ſatis
probare grauamen ex re tantum, niſi etiam appareat iudi-
cem ex mente grauaſſe. Sed in cauſa appellationis ſufficit ꝓ-
12 bare † grauamen ex re tantum, ut no. ꝟ. eo. ex parte, & illam
lect. Ioan And. communiter ſequuntur Doc. ſed dom. Abb.
dicit, quod Butr. aliter refert Ioan. And. quam ipſe ſe intelle
xerit: dicit enim But referendo Ioan. And quod ad obtinen-
dum in cauſa ſuſpitionis non ſufficit probare grauamen ex
re tantum id eſt ex re ipſa, ſed oportet, quod probetur graua
men ex mente, id eſt quod ex propoſito grauauerit. ſic etiam
ipſum refert, & ſequitur Bar in d. l. una. ff. cum qui appella. in
prouinc. deſer. debe ſed dom. Abb. dicit quod Ioan. Andr.
non ſic loquitur. ſed ſolum dicit, quod non ſufficit, quod ap-
pareat grauamen ex re tantum, non autem requirit, quod
probetur grauamen proceſſiſſe ex mente iudicis, ſed quod
non appareat de contrario, ſcilicet quod ex re tantum gra-
uauerit vnde dicit quod putat, quod in dubio probato gra-
uamine dẽat præſumi, quod ex malo animo proceſſit, quia
in ma-

13 in malefactis præſumitur † malus animus, ut in ca j & quod
ibi nu Inn ſupra de præſump & in l nam ludus ff ad legem
Aqui ad hoc etiam allegat gl. not. in c. cum Adrianus 63 di.
14 quæ dicit, quod eo, quod quis alium non † ſalutat, præſumi
tur eius inimicus. ſed dicit dom. Abb. illam gl intelligendã,
quando ſolitus erat ante ſalutare, vel ſalutatus non vult re-
ſpondere ad idem, quod no. gl. in c cum ſuper de offi dele. &
vide dom Abb. in ca. repellantur. de accu. & ſubdit do. Abb.
quod hanc ſententiam expreſſe ſentit gl i 2 q. vj hoc etiam
& in c. propoſuit, j. ſtra eo. concludit ergo dom. Abb. quod
de iure canonico non ſufficit probare appellãti conuento
coram iudice a quo in alia cauſa, quod habeat ipſum ſuſpe-
ctum propter pendentiam appellationis, ſi enim hoc proba
ret coram arbitris, hoc nihil proficeret, ſed eſt neceſſe proba-
re grauamen non ſolum re ipſa, ſed etiam ex propoſito, ſed
in dubio præſumendus eſt malus animus, ſi autem appare-
ret ex coniecturis iudicem non grauaſſe ex mente, hoc non
ſufficeret, quia ſuſpicio fundatur ſuper iniquo animo, non
autem ſuper grauamine. ut no. in d. c cum ſuper. de off. dele.
& ſic intellige Ioan. And. Bal. autem hic dicit, quod eſt neceſ-
15 ſe, quod appareant † indicia ſuſpicionis, vel iniquitatis ad
hoc, ut in alia cauſa poſſit recuſari tanquam ſuſpectus alle-
gat l. non diſtinguemus. §. cum quidam. ff de arbi ubi gl. no-
tabiliter dicit, quod ſi arbiter efficitur inimicus propter lau
dum latum ab eo, talis inimicitia non attenditur, quia ex
hoc arbiter non reputatur inimicus illius, contra quem tu-
lit laudum, licet pars eum velit reputare pro inimico. & idẽ
dicit Bal ibi in teſte, ſi inimicitia cauſata eſt ex eo, quia tulit
teſtimonium contra aliquem, ſed de hoc, an ille, qui fuit ſe-
16 mel † teſtificatus contra aliquem poſſit in alia cauſa teſtifi-
cari contra eundem, dic vt in l. produci. ff de teſti. & in c. præ
terea, de teſti. eod & per Cyn. in l ſi quis teſtibus. C. de teſtib.
& hoc, quando teſtificatur in cauſa ciuili, in criminali autẽ
dic, ut in c cum P. Manconella. de accu. ubi habetur, an ille,
qui teſtificatur contra aliquem in cauſa criminali efficiatur
eius inimicus, ita ut poſſit eũ repellere ab accuſatione. Sed
ad propoſitum redeundo Bal. vult, quod iudex non cenſea-
tur inimicus ex eo, quod tulerit ſententiam contra partem.
Sed recurrendum eſt ad indicia, & ſuſpitiones, tamen quod
in dubio debeat præſumi malus animus, ex eo quod appa-
ret ſententiam iniuſtam, facit tex. not in c. innotuit, de elec.
vbi patet, quod non præſumitur ignorantia in eo, qui tene-
tur aliquid ſcire, vel inquirere, niſi probetur. Iudex autem te-
netur diſcutere, & cauſam examinare, ne aliquam ex parti-
bus grauet, vt in c. iudicãtem. 30 q. vlt. & C. de ſen. ex pericu.
reci. per totum. & in c. j de re iud in vj. ergo ſi apparet eum in
iuſte pronunciaſſe in dubio debet præſumi malus animus,
vnde dicerem primo eſſe recurrendum ad coniecturas, & ſi
ex qualitate facti, vel ex conditione perſonæ præſumitur iu-
dicem ex animo non grauaſſe, quia non poſſit recuſari in a-
lia cauſa. in dubio autem ex quo conſtat de grauamine, de-
bet præſumi, quod ſcienter grauauerit per prædicta, & hoc
modo debet intelligi Bal. hic, & Bar. & Barto in d l j. ff. eum,
17 qui appel. in prou. n. deſ deb. illud enim dicitur eſſe † liquidũ
quod ex legitimis coniecturis præſumitur, vt in l. licet impera
tor, ff. de leg. j. & in l. ſi quis locuples. ff de manu. teſta. ſed di
cit hic D. Phy de Peruſio, quod ille qui recuſat iudicem pro-
pter grauamen in alia cauſa, debet allegare quod eum ſciẽ-
18 ter grauauerit, quia omnis † præſumptio, ſiue iuris, ſiue ho-
minis, debet allegari, alias nihil releuat, vt in l. ſi adulteriũ
cum inceſtu § idem Pollio. & ibi per Bar ff. de adult. & in l.
cum quid. ff ſi cert. peta. Hinc eſt, quod licet notorium non
ſit probandum, tamen allegari debet, vt dicit gl not in clem.
appellanti. in verbo alias, eodem titu. & no. Io. And & Doc.
in c accedens, el primo, vt lite non conteſt. ſed ego hoc di-
ctum non puto verum, quia licet præſumptio iuris deſcen-
dens ex facto proprio ſit allegãda, tamen præſumptio de-
ſcendens ex facto alieno non eſt allegãda de neceſſitate,
iſtam theoricam ponit Bar. in d. l. cum quid. ff. ſi certum pet.
& ſequitur Bar in d. ca. ſi 7. colum. ſeu in prin. 8. colum de
libel. oblat. & in ca. ſi cautio. de fi- inſtrum. & Ioan. de Imo. in
c. ſuper hoc. in ix. colum. ſupra de renun. & dnm Abb in c. af
ferte. de præſumpt probatur in l. omnes §. Lucius. ff. quæ in
frau. cred. nam lex præſumit alienantem omnia bona ſua,
vel maiorem partem bonorum alienare in fraudem credito
rum, & tamen non requiritur, quod exprimatur in libello,
quod alienauerit in fraudem creditorum, ſed ſatis eſt, quod
exprimatur in libello. ipſum alienaſſe omnia bona, vel ma-
iorem partem. Vnde in caſu noſtro idem eſt dicẽdum, quia
præſumptio oritur ex facto alieno ſ. iudicis qui eum graua-
uerit, non autem ex facto recuſantis. vnde ſatis eſt, quod di-
cat, quod iudex eum in alia cauſa grauauit, & de hoc eſt tex.
hic, & infra eod. propoſuit. in quibus ſolum fuit mentio de
grauamine iudicis, nec exprimitur, quod debeat allegari, q
ſcienter grauauerit. Nec obſtat illud, quod dicitur de noto-
rio, quia notorium eſt maioris potẽtiæ, quam præſumptio,
& conſiſtit in facto, licet factum ſit notorium. vnde ſemper
19 eſt allegandum, quia ex facto † ius oritur, ut in l. ſi ex plagis.
§ in cliuo. ff ad legem Aquil. nec facta præſumũtur, niſi alle
20 gentur l. quæcunque. ff. de publica. vnde † notorium conſi-
ſtens in facto, eſt allegandum, licet non ſit probandum, &
hoc modo loquitur gl in d. clemen. appellanti & Doct. in d.
cap. accedens. vt lite non conteſta. Et ex his declaratus eſt in
tellectus Ioan. Andr. Io. autem de Imo. ponit alium intelle-
ctum dicens, quod ſi appellatur a iudice in una cauſa, & pẽ-
dente appellatione conuenitur in alia cauſa coram iudice
a quo, quod ſola pendentia appellationis in alia cauſa, eſt
iuſta cauſa ipſum recuſandi, cum aliqualis iniuria videatur
inferri iudici a quo ex ipſa appellatione, vt in l ſi C. quando
prouo. non eſt neceſ. & j. eo. ut debitus. Nec obſtat ratio ab-
ſurditatis, quam allegat Io. And. ſcilicet quod de facili quis
poſſet allegare falſam cauſam appellationis ad hoc, ut poſ-
ſit iudicem recuſare in alia cauſa, quia non debet præſumi,
21 quod aliquis abſque iuſta cauſa † appellet, cum veniat con-
demnandus in expenſis, vt d. c. ut debitus. Et ſi appellatio eſt
calumnioſa, aut friuola. non debet admitti, & non induce-
ret tunc recuſationem, vt infra eod. propoſuit. Doct. tamen
communiter tranſeunt cum intellectu Ioan. Andr. vt dicit
etiam Ioan. de Imo. D. autem Phy. de Peruſ. dicit, quod intel
lectus Io. de Imo. poteſt procedere, quando iudex conſueuit
ſe vlciſci contra appellantes ab eo, vt dicit Bar in l de pupil-
lo. § ſi quis ipſi prætori. ff de ope. no. nunc. & Doc. j. eo. ſi iu-
ſtus metus. Alias autem procedit intellectus Ioan. And. tan-
22 quam æquior. cum ex † appellatione non dicatur inferri in-
iuria iudici a quo, vt dicit tex. in l. & in maioribus. C. eo. ſed
ego puto, quod indiſtinctè in puncto iuris verior ſit opin. Io.
de Imo quia ille tex. & c. propoſuit, j. eodem. ſolum ponde-
rant pendentiam appellationis, nec requirũt probationem
grauaminis. Nec obſtat l. & in minoribus. C. eo. quia fateor,
quod iudex non debeat ſibi reputare ad iniuriam, quod ab
eius ſententia appelletur: tamen vt experientia docet, iudex
a quo pendente appellatione reputat appellantem facere
contra honorem ſuum, ex eo quod quærit ſententiam reuo-
cari. vnde videtur quod iudices communiter ſunt infeſti ap-
pellantibus ita quod ſi quis appellat ab uno articulo cauſæ
habet iudicem contrarium in tota cauſa, quod non proce-
23 dit ex alio, niſi quia appellauit, & ideo quia † iniuria conſi-
ſtit in animo, vt in l j. ff. de iniur iſtud c. & c. propoſuit. j. eo.
conſiderant ſolam pendentiam appellationis. & illum intel
lectum puto de iure veriſſimum, licet communis opinio ſe
quatur intellectum Ioan. And nec ab eo eſt recedendum in
iudicando, vel conſulendo. & ſubdit Ioan de Imo quod iſta
cauſa ſuſpicionis eſt addenda ad alias cauſas, quas ponit Io.
And. in c. legitima. de app. in vj. & præſuppoſito intellectu Io.
And. pro uero, quæro, an de iure ciuili idem debeat obſer-
uari. & Bar. in d. l. vna ff eum, qui appellauit, in prouinc deſ.
deb dicit, quod ſic. quia probato grauamine ex propoſito di-
citur probata iniuria verbalis, ſed propter iniuriam verba-
24 lem, vel realem poteſt † appellari. vt in l. ſi quis prouocatio
ne C. eod. quæ appellatio ſuſpendit iuriſdictionem iudicis a
quo non ſolum in illa cauſa, ſed etiam in aliis cauſis, vt in l.
j. C. ſi quacunque prędit. pot. Sed dom Abb hoc reprobat.
vnde ipſe diſtinguit quod aut loquimur in delegato, & tunc
de iure ciuili poteſt recuſari. etiam ex nuda voluntate, dum-
modo recuſatio non appareat manifeſte fruſtratoria. vt in l.
apertiſſimi. & in l. cum ſpecialis. C. de iudic. & ſic de iure ci-
uili non oportet, quod probetur veritas grauaminis Aut lo
25 quimur in † ordinario, & dicit quod olim non potuit recu-
ſari, vt in d. l. vna. ff. eum qui appel. in prouin hodie vero pro
uiſum eſt, vt propter ſuſpicionem poſſit petere epiſcopum ad-
iungi, non autem vt ordinarius, poſſit in totum recuſari,
vt in auth. ſi vero contigerit. C. de iud vnde dicit. quod etiã
de iure ciuili probato grauamine, modo prædicto, ſi conue-
niatur in alia cauſa, poterit peti, quod adiũgatur epiſcopus,
& ſic dicit limitandam ſupradictam legem vnicã. Ad l. ſi qs
prouocatione. reſpõdet, quod ſolum deuoluitur iuriſdictio
quo ad illam cauſam. Ad l. j. C. ſi qua præd pote. reſpondet,
quod loquitur, quando infertur iniuria verbalis, vel realis
26 extraiudicialiter: tunc enim talis † iudex poteſt recuſari nõ
ſolum quo ad perſonam offenſi, ſed quo ad omnes de ſua do-
mo & familia, & quo ad omnes cauſas, & de hoc eſt caſus ſin
gularis in d. l j. C. ſi qua præditus potes. In ſecunda parte glo.
dic vt in c. ſi quis contra clericum, ſupra de foro compet. &
dicetur j. eo cum ſpeciali. Ex glo. quæro, nunquid ſi appella
tio eſt deſerta per lapſum termini hominis, vel iuris, poterit
tunc appellans virtute illius appellationis deſertæ recuſare

iudicem

iudicem in alia cauſa, & Inn dicit quod nō. cum ceſſet omnis effectus appellationis, vt ſ. c prox & ca perſonas. ſed Butr. tenet contrarium, quia nunc agit ad alium finem, ſci-
27 licet, vt recuſet iudicem, & erit iuſta cauſa † recuſationis, probato grauamine, licet appellationem proſequi non poſſit, & hoc etiam ſequitur dom. Abb. quia recuſatio fundatur ſuper malo animo iudicis, qui nō tollitur per deſertionem appellationis, & ſic ad alium finem poterit hoc probari, vt in c veniens. ii. de teſti. & in c licet. de ſentent. excom in vj. hinc eſt, quod licet ſententia tranſiuit in rem iudi. vel quia ſit cōfirmata per duas ſententias, vel quia ab ea non fuerit appellatum, vel quia appellatio ſit deſerta, tamē ipſe iudex poteſt conueniri in ſindicatu. vt ſentit glo in c paſtoralis. § quia vero de offi deleg. & tenet Inno in c. ſæpe, circa fi. ſ. eo & in c. ſacro. de ſent excommun & Bart in l j. ff. de appella. Nec obſtat, quod notant D. de Ro. deci 188. vbi dicunt, quod cauſa deſertionis appellationis poteſt delegari iudici, qui tulit ſententiam diffinitiuam, licet ab eo ſit appellatum, & detulerit appellationi, & præfixerit terminum ad eam proſequendam, cum articulus deſertionis appellationis ſit alius articulus ſeparatus a cauſa principali, & iudex a quo poſſit ſuam ſententiam exequi, ſi pars non fuit proſequuta appellationem vt in c perſonas. & in ca cum ſit ſupra eod. nam ſecundum dom. Phy poterit recuſari, vt ſuſpectus, ſi appellans velit probare grauamen ſed ego non credo hoc eſſe verum, quia
28 ſiue aliqua delegatione † iudex a quo poteſt cognoſcere, an appellatio ſit deſerta, vel non, vt dicitur ſ. eo. ex ratione nec ad iſtum articulum reputatur ſuſpectus, quia ſi appellatio
29 eſt deſerta, † appellans non auditur amplius ſuper illa appellatione, vt in c præcedenti, & in d c perſonas nec iudex in probatione impedimēti poteſt appellationē multum grauare, cū ſummarie procedatur, & ſi habet teſtes de impedimēto non eſt veriſimile, quod iudex pronūciaret appellationem deſertā. ideo iura voluerunt, quod iudex a quo poſſit cognoſcere, an appellatio ſit deſerta, vt in l. ſi contra maiores, C. e. & in l ii. in fi. C. de temp ap & vtrobique per Bal. & per Bart. in l iii ſi ff. nil no. ap pen & dicam plene ſ. eo ex ratione & ſi eſſet verum dictum dom. Phy. ſequeretur, quod appellantes deſerta appellatione ſemper poſſent impedire executionem ſententiæ allegando iudicem ſuſpectum ex eo, quia ſententia, quam tulit, erat iniuſta vnde tene indiſtinctè dictum Dominorum de Ro. puto tamen, quod ſi eſſet probabile dubium, quod tunc poſſet eum recuſare, & hæc ſufficiant.

SVMMARIVM.

1 Duobus appellantibus vno ad Papam alio ad inferiorem iudicem qui appellauit ad Papam tenetur ad citationem iudicis inferioris comparere, ſaltem allegaturus appellationem ſuam interiectam ad Papam.
2 Partes ambæ appellare poſſunt ab eadem ſententia.
3 Appellatio facta ad maiorem iudicem, quando ambæ partes a ſententia appellarunt.
4 Iudex maior præiudicat minori in appellatione, dum ad eum omiſſo medio appellari poteſt.
5 Proceſſus factus coram iudice, cuius iuriſdictio poteſt elidi valet.
6 Iudex competens dicitur habens iuriſdictionem cum exercitio.
7 Proceſſus factus iudice ſciente ſe non debere procedere propter iuriſdictionem de facili elidibilem, non valet.
8 Scientia aduerſarij de iuriſdictione elidibili, non vitiat proceſſum contumacia punitiuum.
9 Pars vtraque, an appellare poſſit ab eadem ſententia ſuper eodem negotio, & diſcutitur per caſus tres.
10 Grauatus ſolus poteſt a ſententia appellare.
11 Appellatio non datur vtrique parti ſententia non continente plura capitula.
12 Appellatio ſuper vno articulo ſententia deuoluit totum negotium ſuper alijs capitulis connexis.
13 Appellans ab vna parte ſententiæ, & aliam partem approbando deuoluit totum negotium ad iudicem ad quem.
14 Conſuetudo induci non poteſt, quod eſt contra ſubſtantiam appellationis.
15 Appellationis natura eſt tollere grauamen illatum.
16 Appellandum eſt ab abſolutione expenſarum alter non poterit proſequi eas in appellatione.
17 Sententiæ tot cenſentur, quot articuli.
18 Pars vtraque appellans ſententia quatenus faciat contra ſe, quomodo procedendum.
19 Partes ſunt appellare ab vno articulo in quo ſententia lata eſt contra ſe, & appellare quatenus ſententia lata eſt contra ſe.
20 Lex eſt impoſita rebus non verbis.
21 Appellatio limitata limitatum debet parere effectum.
22 Iudex ad quem facta ab vno tamen appellatione ſuper ſententia continente plures articulos poterit ad inſtantiam partis, quæ non appellauit pronunciare ſuper omiſſis.
23 Excommunicatio non valet appellatione pendente.
24 Cauſa non deuoluitur per appellationem, niſi prius conſtet legitimè fuiſſe appellatum.
25 Iuriſdictio deuoluitur ad Papam, ſuper appellatione habita ab eo certa ſcientia.
26 Proceſſus contumaciæ punitiuus valet etiam ſi iudex careat iuriſdictione, & limitationes vide.
27 Citatus, quando non teneatur comparere ad allegandum priuilegium ſuum.
28 Proceſſus iudicis funditus iuriſdictionem non habentis non valet.
29 Citatio euidenter iniuſta non ligat, licet error ſit expreſſus, in ea citatione, citatus non tenetur comparere.
30 Proceſſus non debet valere ob dolum partis, quando pars tacuit, quia appellatum fuit ad Papam.
31 Iudex dicitur competens, licet poſſit opponi contra eum exceptio.
32 Delictum grauius eſt in admittendo, quam in omittendo.
33 Falſum expreſſum contentum abſentem reddit proceſſum ipſo iure nullum.
34 Aduerſarius non tenetur allegare iura aduerſarij, ideo licet iuriſdictio eſſet elidibilis valet proceſſus puniens contumaciam.
35 Proceſſus, an valeat vbi iudex nullam habeat iuriſdictionem, & per caſus diſcutit.
36 Proceſſus valet ſi iudex pronunciauerit ſe in cauſa principali iudicem cōpetentem, licet iuriſdictionem non habet.
37 Vtile eſt valde, quod iudex ſe competentem pronunciet.
38 Exceptio incompetentiæ iudicis nunquam tollitur, quare etiam poſtquā ſententia tranſiuit in rem iudicatam opponi poteſt.
39 Iudex pronunciando ſe competentem iudicem, facit valere proceſſum coram ſe factum, licet careat iuriſdictione.
40 Proceſſus factus ad ulteriora per iudicem, an præſumat iudicem ſe pronunciaſſe competentem.
41 Proceſſus nullus cenſeatur, ſi nulla oppoſita fuit exceptio incompetentiæ iudicis.
42 Iuriſdictio non poteſt prorogari in iudice delegato incompetente, ſecus eſt in ordinario.
43 Litigans ſcienter coram iudice excommunicato, nullum commodum debet reportare.
44 Proceſſus an valeat, quando iudex habeat iuriſdictionem, ſed elidibilem.
45 Iudex ſciens ſe eſſe incompetentem, aut non debet procedere, aut non valet proceſſus.
46 Ignorantia ex alieno facto excuſat, ſecus in proprio.
47 Proceſſus, quando iudex ſcit, vel ſcire debet ſe non habere iuriſdictionem, vel non debere procedere, non valet.
48 Exceptio declinatoria, quæ competit abſenti, ſi contumaciter prætermittatur, non auditur poſtea volens illam proponere etiam præſens.
49 Contumacia facit præſentem ne ſit melioris conditionis, ipſo obediente.
50 Abſens contumaciter non eſt melior præſente.
51 In dolo eſſe præſumitur, qui agit ſine actione.
52 Proceſſus factus, an valeat, quando abſens erat tutus exceptione contra actionem.
53 Iudex, pro abſente de facto debet ſupplere.
54 Iudex nunquid poſſit opponere exceptionem pro reo præſente.

CAP. VII.

1 SI duobus. Si a iudice inferiore vnus † appellat ad Papam, alius ad inferiorem, tenetur appellans ad Papam ad citationem iudicis inferioris comparere ſaltem allegaturus appellationem ſuam interiectam ad Papā. hoc dicit vſque ad § denique Nota primo, quod ab eadem ſenten-
2 tia poſſunt † ambæ partes appellare, quod intellige, quando vtraque pars per ſententiam eſt grauata. cōcordat c. Raynutius & Rainaldus. de teſta. & de hoc ſ. dicetur. Secundo no quod ſi ab eadem ſententia vna ex partibus appellat ad vnum iu-
3 dicem alia ad alium, præualet † appellatio interpoſita ad maiorem iudicem, & hoc eſt indubitatum ſi maior iudex ſit Papa, vt hic. Quid autem ſi appellatur ad alium ſuperiorem citra Papā. Hoſ. hic ſcribit idem, tamē ponit exēplū in legato allegat de off. del. c. j. facit optime, c. ſi a ſede. de præben in 6. & idem tenet Specu. eod. tit §. nunc tractemus, vers quid ſi a ſententia ſuffraganei. ſed domin. Abb. dicit. quod putat hunc tex procedere in quolibet ſuperiore, ad quem poteſt appel-
4 lare omiſſo † medio, quia eſt eadem ratio decidendi. cum enim vna & eadem appellatio tractari non poſſit coram diuerſis iudicibus, oportet quod appellatio interpoſita ad maiorem iudicem præualeat, ar in ca. per hoc, de hæretic. in vj. & in l contra pupillum. §. j ff. de re iud. & pro hoc dicit, quod idem dicendum eſt in legato, ſi præſupponimus, quod a legato poſſit appellari, omiſſo medio, de quo tamen [illegible]

eſt, vt

eſt, vt in c.j.& in cap.quod tranſlationem.de offic. leg. Secus
dicit,ſi eſſet alius ſuperior, ad quem non poſſit appellari o-
miſſo medio, quia tūc præualeret appellatio interpoſita ad
minorem iudicem, cum gradatim ſit appellandum, vt ĩ.eo.
dilectis.& ſ. in Rubrica, in quarta quæſtio. Tertio nota, quod
5 valet † proceſſus iudicis, cuius iuriſdictio poteſt elidi, ſi per
exceptionem nō ſit eliſa, de quo per Inn in c.cęterum de re
ſcriptis, & vide gl. ſemper menti tenendam in clem.2 in ver.
6 competente, vt ibi ite pen.quæ dicit, quod dicitur † iudex com
petens, qui habet iuriſdictionem cum exercitio, dato, quod
per exceptionem poſſit elidi: ſiue exceptio concernat perſo
nam iudicis, vt quia ſuſpectus ſit: ſiue concernat iuriſdictio-
nem, vt quia reſcriptum eſt ſubreptitium, & quod valeat p-
ceſſus etiam in principali, ſi nō excipiatur. Quarto no.quod
7 ſi † iudex ſcit ſe non debere procedere, vt quia habet iuriſdi
ctionem de facili elidibilem, non valet proceſſus contra ab
ſentem, etiam ſi ſit contumaciæ punitiuus. & intelligendo
illum tex.quod iudex inferior haberet iuriſdictionem ipſo iu
re, licet elidibilem per iſtum tex. ſingulariter limitatur gl. quã
in præcedenti not allegaui, ſcilicet quod quando iudex ha-
bet iuriſdictionem, licet elidibilem, quod valet proceſſus, ēt
in principali, ſi non excipiatur, nam ſecundum hoc illa glo.
procederet, quando iudex ignorat ſuam iuriſdictionem poſ-
ſe elidi, alias ſi ſciret non valeret proceſſus, nec in principa-
li, nec etiam contumaciæ punitiuus, & ſic iſte text. ſingulari-
ter limitat illam gl. Sed an iſte intellectus ſit verus. ĩ. dicā.
8 Vltimo nota, quod † ſcientia aduerſarii intelligentis, quod
iuriſdictio iudicis eſt elidibilis, non vitiat proceſſum contu-
maciæ punitiuum, de quo ĩ. dicam. Sed pro declaratione li-
teræ antequam veniam ad gl. quæro, an ſuper eodem nego-
9 cio, & ab eadem ſententia poſſit vtraque † pars appellare: &
in hoc conſidera tres caſus. Primus eſt, quando ſententia cō
tinet vnum capitulum. Secundus caſus, quando cōtinet plu
ra capitula diuerſa, & ſeparata. Circa primum, ſcilicet quan
do ſententia continet vnum negotium, & ſic vnum capitu-
lum, Innoc.hic dicit, quod aut tantum vna pars eſt grauata
10 & tunc non habet locum hæc deci. quia ſolus † grauatus po
teſt appellare. non autem ille qui non eſt grauatus, vt ĩ eod.
vt debitus.& in l.fin C.quando prouo. non eſt ne. vnde non
grauatus non poteſt dicere, ego appello ad Papa, vel volo,
quod tua appellatio agatur coram Papa, quia nō ad ipſum,
ſed ad grauatum pertinet appellare, & eligere iudicem ap-
pellationis. Aut vtraque pars eſt grauata, puta, quia actor pe
tit.x.vel fundum, & iudex cōdemnat in 5. uel in dimidio fun
do, & ab aliis quinque abſoluit, vel alia dimidia fundi: tunc
enim, quia vterque eſt grauatus, vterque poteſt appellare, &
ſi vnus ex eis appellat ad proximum ſuperiorem, & alter ad
Papā, præualet appellatio interpoſita ad Papā, & ita uidet
velle iſte tex. & ſequitur But.& dom.Abb.& eſt etiam de mē
te Inno Sed contra hoc videtur tex in l.ampliorem.C.eo.&
in l.fi.C.quando prouoc.non eſt neceſ.in quibus patet, quod
ſi alter ex grauatis, primo appellat, ſcda appellatio eſt ſuper-
uacua, nec valet, quia per primam appellationem totum ne
gotium fuit deuolutum ad iudicem ad quem, ex quo conti-
net vnum articulū & ſi ſnīa erit cōfirmanda in totū, in totū
confirmabit, & ſi erit infirmanda in totū, in totū infirmabit
licet ſit appellatum a parte ſententiæ, & non a tota, & ſic
reum abſolutum a quinque poterit abſoluere in x. & ſic in
totum, & reum condemnatum in quinque poterit condem
nare in x & ſic in totum, & hoc ſummat Bal in d.l. amplio-
rem & in d.l fi C quando prouoc non eſt nec.& idem tenet
Cy.ibi, & Bar.etiam ibi in fi.idem tenet gl.ij.in fi in c ſignifi-
cauerunt.ſ. de except. quæ dicit, quod niſi ſententia conti-
11 neat plura capitula, non poteſt vtraque pars † appellare ab
ea, & iſtud firmat hic do.Phy.Ro.& dicit, quod idem tenent
D.de Ro.deci.365.quę incipit, item ſi a diffinitiua, vbi ad iſtū
tex.reſpondent, quod hic contigit ſic in facto, quod vtraque
pars appellauit, tamen non fuit, nec eſt neceſſarium. ego ta-
men pro concordia ſic dicerem quod aut appellatur ad eū-
dem iudicem, & tunc non poteſt interponi, niſi una appella
tio, ita quod nedum non eſt neceſſaria, ſed etiam nō ualet,
& hoc modo intelligatur gl.ij.in d.c.ſignificauerunt, de exce
ptio. & le. Doct.ſupra allegati. Aut appellatur ad diuerſos
iudices, vt quia unus appellat ad proximum ſuperiorem, al-
ter vero ad Papam, vel ad legatum, ad quos omiſſo medio
poteſt appellare, & tunc præualet appellatio illius qui appel
lauit ad Papā, vel ad Legatum Ita loquitur hic facit optime
c.per hoc.de hæret in vj & c.ſi a ſede, de præben.eo.li. Et hoc
intelligo, ſiue appellatio interpoſita ad Papā, vel Legatum
ſit primo, vel ſecundo loco interpoſita, quia indiſtincte præ
fertur appellatio interpoſita ad maiorem iudicem, & hoc p
bat iſte tex quia indiſtincte loquitur, & indiſtincte, ēt hoc fir
mant But.& dom.Abb. ſi tamen tantum altera pars appel-
laret illa appellatio ſufficeret pro vtroque etiam ſi appellaſ
ſet tantum ab illa parte, in qua ſententia faceret contra ſe, qa
ex quo ſententia continet vnum capitulum, ſeu vnum ne-
gotium, appellatio interpoſita deuoluit in totum iuriſdictio
nem ad iudicem ad quem, ut ſupra dixi, & ſic intelligo D. de
Ro. dum dicunt, quod hic in facto contigit, quod utraque
pars appellauit ſuper eodem negotio, tamen non fuerit ne-
ceſſarium, nam fateor, quod non fuerit neceſſarium quan-
tum ad hoc, vt in totum deuolueretur iuriſdictio ad iudicē
ad quem, ſed bene fuit neceſſarium quantum ad hoc, ut de-
uolueretur ad maiorem iudicē, & quod ſolus maior iudex
cognoſceret de appellatione, & hoc modo debent intelligi
Domini de Rota, & illud puto procedere de iure canonico
non autem de iure ciuili, quia de iure ciuili nō poteſt appel
lari omiſſo medio. vnde appellatio intelligit interpoſita ad
eundem, ſed ad eundem iudicem non poteſt ſuper uno capi
tulo interponi duplex appellatio, quia ſi appellatio prima
interpoſita valet, ſua tanquam ſuperuacua non valet, & hoc
modo concordantur leges & canones, & Doct legiſtę, & ca
noniſtæ, & ideo tene menti, nec per aliquem hoc reperi de-
claratum Circa ſecundum caſum, ſcilicet quando ſentētia
continet plura capitula connexa, & in hoc d.c, vt dixi in pręc
12 cedenti caſu, quia † appellatio ſuper uno articulo deuoluit
totum negotium ſuper aliis capitulis connexis, & hoc tenet
gl.in l ampliorem, in prin.C.eo.per tex no in l etiam, §.j ff.de
mino.& per illum tex Bald.ibi dicit, quod quando capitula
ſunt connexa, reputantur eſſe vnum & idem capitulum ra-
tione cōnexitatis, adeo quod licet appellatio, vel in integrū
reſtitutio ſit appoſita ſuper uno capitulo per alteram par-
tem tantum, facit ut altera pars non poſſit appellare, vel in
integrum reſtitutionem petere. hoc etiam ſentit Bart in l.
omnem honorem, in fi C quando prouo non eſt nec.idem
tenet poſt Dy.in l appellanti.ff.eo. vbi dicit, quod appellatio
interpoſita ab uno capitulo contento in ſententia extenda-
tur ad capitula connexa. vnde in hoc caſu præciſe dicendū
eſt, ut dixi in caſu præcedenti Sed dom.Phy de Peruſio mo-
13 uet quæſtionem. Quid ſi appellans † a ſententia continente
vnum capitulum, vel plura connexa, appellat ab una parte,
quæ facit contra appellātem, & pro alia parte approbat ſen
tentiam & dicit, quod appellatio deuoluit in totum cogni-
tionem ad iudicem ad quem, quia appellans non poteſt fa-
cere, quod iura non haberent locum in ſua appellatione, vt
in l.nemo poteſt ff de leg j. & infra de teſtam requiſiſti. hoc
enim eſſet contra naturam appellationis, q̃ eſt, quod in con
nexis, vel etiam in parte vnius capituli totum deuoluat, etiā
ſi in parte ſolum ſit appellatum facit gl.not.in ca.ij. de con-
ſuetu.in vj in verbo officiali quæ dicit, quod non poteſt per
14 † conſuetudinem induci id quod eſt contra ſubſtantiam ap
pellationis, tamen dicit, quod dom Abb tenuit contrarium
in c ſignificauerunt, in 3.col ſupra de except. non recordor
nunc quid ibi tenuerim. Sed ſi tu uis ſubſtinere opi. D.Abb.
potes dicere, quod non eſt contra ſubſtātiam appellationis,
quod ſententia in uno connexo approbetur, & quod in alio
connexo ab ea appelletur & quod non ſit de ſubſtantia pa-
tet, quia non ponitur in diffinitione appellationis. Item ap-
pellatio fuit introducta ad tollēdum grauamen illatum per
iniquitatem, vel per imperitiā iudicis, ut in l.1 ff. eod. vnde ſi
appellat tantum in ea parte, in qua ſententia facit contra ip
ſum, & in alia parte approbat ſententiam, non facit contra
15 naturam appellationis, † quia natura appellationis eſt tolle-
re ſolum grauamen Nec obſtat, quod connexa non ſint di-
uidenda, quia appellatio ad connexa extenditur ſolum ex
diſpoſitione iuris. vnde pars approbando ſententiam in par
te, quæ facit pro ipſa tollit tacitam iuris prouiſionem. facit l.
fi.C.de pact.conuen.& connexa quandoq; diuidūtur, & hoc
patet, quia procuratio eſt annexa uiſitationi, vt in c. cum ex
officii.de præſcr & tamen ſi quis præſcripſit viſitationem, nō
debebitur ei procuratio, quia præſcriptio nō extenditur ad
connexa, ut dicit Ioan.And in addi. Spec.in Rubrica de his,
quæ fi.a mai.parte ca. Item dom. Abb. loquitur in connexo,
quod poteſt diuidi, nam loquitur quando iudex in ſenten-
tia abſoluit victum ab expenſis, qui appellauit tantum in ea
parte, in qua ſententia faciebat contra ipſum, & per hoc di-
16 cit, quod niſi aduerſarius appellet omiſſa abſolutione † ex-
penſarum non poterit eam proſequi in cauſa appellationis
interpoſita per uictum, nam licet condemnatio expenſarū
ſit acceſſoria ad cauſam principalem, tamen poteſt diuidi a
principali, & hoc patet, quia ſi iudex tulit ſentētiam in prin-
cipali omiſſa condemnatione expenſarum, ualet ſententia.
Item ſicut iudex poteſt ferre ſententiam in principali pro
uno, & in expenſis pro alio, ita etiam poteſt victus impugna
re ſententiam in principali, & eam approbare reſpectu abſo
lutionis expenſarum, & opi.dom.Abb.in hoc, ſcilicet quod
non

non ſufficiat tunc unica appellatio. ſequitur etiam Butr. &
Doct. in d. c. ſignificauerunt. & idem diceren in quocunque
connexo, quod poteſt diuidi, vel facto partium, vel iudicis,
& in hoc me vlterius non extendo, quia dixi in d. c. ſignifica
uerunt, ſupra de excep. Circa tertium caſum, iſtum caſum di
uido in tres. Primus eſt, quando a ſententia continente di-
uerſos & ſeparatos articulos, unus appellat ab uno articulo
alius ab alio. Secundus eſt, quando quilibet appellat quate-
nus ſententia facit contra ſe. Tertius caſus eſt, quando vnus
appellat ſimpliciter a ſententia, vel a tota ſententia, ſeu ab
omnibus contentis in ſententia, alter vero appellat ab vno
articulo contento in ſententia, vel quia iudex abſoluit ad-
uerſarium ab una ex rebus petitis in libello. In primo caſu
dicit Butr. & do. Abb. ꝙ quælibet appellatio deuoluit illum
articulum ad iudicem ad quem fuit appellatum, & ſic non
habebit locum hæc dec. Vnde ſi ab vno articulo vnus appel
laſſet ad Archiepiſcopum, alius ad Papam, vterque cogno-
ſceret de articulo, ſuper quo ad ipſum fuit appellatū, & ſic
non haberet locum iſte tex. & pro hoc allegat do. Abb. quia
17 cēſentur tot † ſententiæ, quot articuli, ut in l. etiam §. i. ff. de
mino no gl in c. ij in ver eadem ſententia, de ordi cog. & ſic
perinde habetur, ac ſi a diuerſis ſententiis fuiſſet appella-
18 tum. In ſecundo vero caſu ſcilicet, quādo quælibet pars † ap
pellat a ſententia, quatenus facit contra ſe, ſicut ſernat com
munis ſtilus, dicit do. Abb. quod habet locum iſte tex quia
negotium deductum in iudicium eſt vnicum, nec continen-
tia cauſæ debet diuidi, & per conſequens vna tantum appel
latio valet, ſcilicet illa, quæ fuit interpoſita ad Papam, ſeu
ad Legatum, & maxime, quia ante iuſtificata appellationē
non apparet in quo vtraque pars ſit læſa, & dicit quod iſte
tex. ita uidetur intelligendus ſed Bu. ſentit, quod in hoc caſu
perinde habeatur, ac ſi utraque pars diſtincte appellaſſet ab
19 articulo ſeparato, & iſtud eſt verius. quia illa ſunt † paria,
appellare ab uno articulo, in quo ſententia eſt lata contra
ſe, vel appellare quatenus ſententia lata eſt contra ſe, vnde
potius debemus attendere ſenſum, quam corticem uerbo-
rum, vt in c. intelligentia. & in c. præterea de verborum ſig.
20 maxime, quia lex † eſt impoſita rebus, & non uerbis, vt in c.
commiſſa, de elec in vj. & iſtud ſenſit dom. Abb in c. Raynal
dus. in vj notabili, infra de teſta. ubi dicit, quod eſt bona pra-
tica appellare quatenus ſententia facit contra ſe, quia vide-
tur ſolum appellari in articulis, in quibus ſententia facit cō
tra appellantem, & pro reliquis approbare ſententiam, quia
21 in capitulis ſeparatis limitata † appellatio debet parere limi-
tatum effectum. l. in agris. ff. de acq. re. dom & in c. de cætero.
& in c. ea noſcitur. de ſenten excomm. & idem uidetur ſenti-
re in c. ſignificauerunt, in 3. ſupra de excep. vbi dicit, quod ſi
uictus appellauit a ſententia, quatenus erat contra eum, in-
telligitur approbare ſententiam in ea parte, in qua ſentētia
eſt lata pro eo, & per hoc dicit, quod ſi victus fuit abſolutus
ab expēſa intelligitur approbare ſententiā reſpectu abſolu-
tionis expenſarum, quia tot ſunt ſententiæ, quot ſunt arti-
culi, & quod per appellationem non ſuſpenditur ſententia,
niſi quatenus facit contra appellantem, & hoc dicit neceſſa
rium eſſe. quod aduerſarius appellet ab abſolutione expen-
ſarum, & de hoc dixi ſ. in ſecundo caſu, vnde ibi vult, quod
ſint neceſſariæ duæ appellationes, & quod non ſufficiat vni
ca appellatio pro vtraque parte, & dictis locis melius dixit,
quæ hic. In tertio caſu. ſ. quando ſententia continet plures
articulos, vel plures res, & vnus ſimpliciter appellat a ſentē
tia, quo caſu intelligitur appellare ab omnibus articulis cō-
tentis in ſententia, ut dicit Bar. in l. appellanti. ff. eo. alius ve-
ro appellet, quia iudex omiſit condemnare in vna ex rebus
petitis, vel in vno articulo, cum petitio haberet plures arti-
culos, & hoc caſu dicit Bar. in l ſi in fi. C quando prouo non
eſt neceſ quod non valet ſecunda appellatio, quia iudex ad
quem eſt interpoſita prima appellatio habet cognoſcere
ſuper tota ſententia, & per conſequens etiam ſuper articu-
lo, ſuper quo eſt interpoſita ſecūda appellatio, & de hoc eſt
caſus in d l ſi ſecundum 3. lec quæ ibi ponitur. quam lect. ſe-
quuntur Doct. ut dicit Bar ibi, & hoc etiam ſequitur hic do.
Phy. & allegat Do. de Ro deci 365 vbi concludunt, quod ſi
a ſententia continente diuerſa capitula per alteram partem
22 ſolum appelletur, & non per aliam, quod † iudex ad quem,
ad inſtantiam partis, quæ non appellauit, pronunciare pote
rit ſuper omiſſis in illa ſententia, & ſic in parte ſupplere, & il
li addere. Nec obſtat c. Raynutius & ca. Raynaldus, de teſta.
in quibus dicitur, quod utraque pars appellauit a ſententia
continente diuerſa capitula, nam de facto ibi ita contigit,
ſed non fuit neceſſarium, quia ſufficiebat prima appellatio
interpoſita, quia intelligebatur interpoſita a tota ſententia,
vt ſupradixi. Vel reſponde aliter, quod ibi vterque appella-
uit quatenus ſententia faciebat contra ſe, vnde ita intelligē-
do fuit ibi neceſſarium, quod interponeretur duplex appella-
tio, vt dixi in caſu præcedenti. & iſtam deciſ. Ro. ſequuntur
But & dom. Abb in c. cum Ioannes, in fi. ſupra de fi. inſtrum.
Examinat etiam ipſam dom. Abb. in c. cum inter. de re iudi.
in illo articulo, an valeat ſententia lata ſuper aliquibus in li
bello expreſſis, & non ſuper omnibus in ipſo comprēhēſis,
& ibi etiam poſt eum examinaui ipſam, etiam allegat dom.
Abb cum ea ſimpliciter tranſeundo, in c. ſignificauerunt, in
4. colum. ſupra de except. ſed quantum ad iſtum caſum ego
credo, quod de iure ciuili procedat opi. Bar. in d. l. fi. C. quan-
do prouo. non eſt ne. & etiam de iure canonico. vbi appella-
tur ad eundem iudicem. vbi uero appellaretur, ſecūdum for
mam iſtius capi. puta, quod appellatio interpoſita ad Papā
debeat præualere, quo ad articulum, ſiue ad articulos, in qui
bus eſt appellatum ad Papam, in aliis vero cognoſcet iudex
inferior ad quem etiam fuit appellatum. moueor per iſtum
tex. & per ea, quæ dixi ſupra circa primum caſum: vnde per
inde dicerem in iſto caſu, ſicut dixi ſupra in iſto proximo ca
ſu, ſcilicet quando eſt appellatum ab utraque parte a ſentē-
tia continente plures articulos. Et ex his ſumus expediti de
hoc articulo difficili ¶ In gl. i. pro eius expoſitione oppono
contra tex videtur enim, quod data etiam ignorātia iudicis
non debet valere excommunicatio, quia appellatione pen-
23 dente non valet † excommunicatio, vt in c. per tuas, de ſent.
excomm. Item per appellationem deſiit eſſe iudex, ergo, &
c. de iud. at ſi clerici & C. ſi a non compe iud. l. fi. huius timo
re dicit, quod hoc habet locum propter contumaciam ip-
ſius appellantis, quia debuit ire & allegare priuilegium ſuū.
ſed dom. Abb. dicit, quod licet glo. habuerit bonum ſenſum
non tamen formaliter ſoluit contrarium. vnde ipſe dicit, ꝙ
contraria loquuntur in ſententia excommunicationis lata
a iudice a quo fuit appellatum, quæ nō tenet ipſo iure, cum
ipſius iuriſdictio ſit ſuſpenſa per appellationem, ut in ca. ſi a
iudice, & in c. non ſolum, eod titu. in vj. hic autem loquimur
de excommunicatione lata per iudicem ad quem, qui hēt
iuriſdictionem vigore appellationis, licet illa iuriſdictio poſ-
ſit elidi, & euacuari per exceptionem appellationis interpo-
ſitæ ad Papā. ideo cum iſte nō excepit, eſt ſibi imputandum.
Et ex hoc dom. Abb. videtur velle, quod ſi vnus appellat ad
inferiorem, & alius ad Papam, quod appellatio interpoſita
ad inferiorem, mero iure teneat, licet poſſit elidi per exce-
ptionem, & iſtud etiam firmat hic Inno. & ſequitur d. Abb.
hic, in tertia col. niſi Papa ex certa ſciētia aduocet ad ſe cau
ſam Et dicit, quod hoc notanter tenuit Inn. in ſimilibus ter
minis in c cum M de conſtitu. Dom. autem Phy. de Peruſio
hic tenet contrarium, quia per appellationem interpoſitā
ad Papam, cauſa fuit ad ipſum deuoluta. ſed ego puto eſſe
veriorem opi. Inn & dom Abb. quia per appellationem nō
24 deuoluitur cauſa † ad iudicem ad quem, niſi prius conſtite-
rit legitime fuiſſe appellatum, nec interim poteſt inhibere
iudici a quo, ne procedat ad executionem ſententiæ, & de
hoc eſt tex. in c. Romana. § ſi vero. eod tit in vj vnde in Papa
requiritur, quod ex certa ſciētia appellationem recipiat, ad
25 hoc ut † iuriſdictio ad eum deuoluatur, & de hoc allego op
primum tex in c. paſtoralis. §. præterea uer. nos autem. ſupra
de offi. del. Hoc tamen limito in beneficialibus, in quibus ap
pellatio deuoluit cauſam ad Papam, vt in c. j & in c. ut circa,
de elec. in ſexto, & in clem. cauſam, de elect. tunc enim iudex
inferior nullam funditus habet iuriſdictionem, & ſic non te
neret proceſſus in principali, & ſi ignoraſſet fuiſſe ad Papa
appellatum gl. tamen ſenſit indiſtincte, quod iudex inferior
nullam haberet iuriſdictionem, dum dicit, quod non erat
ſuus iudex, ſcilicet illius, qui ad Papa appellauerat. unde ex
hac gl no. quod licet careat iudex funditus iuriſdictione, ni-
26 hilominus ualet † proceſſus contumaciæ punitus, de quo vi
de bon. gl. in cap fi. de reſcriptis quæ dicit, quod iudex impe-
tratus per reſcriptum ſubreptitium poteſt condemnare in
expen. quia licet non ſit iudex in principali, tamen eſt iudex
in condemnatione expenſarum, & de hoc eſt opt. tex. in cle.
prima, de reſcriptis vbi patet, quod licet reſcriptum ipſo iu-
re non teneat, adeo quod etiam proceſſus ſuper principali,
ſi eſſet ipſo iure irritus, nihilominus poteſt condemnari in
expenſis. vnde eadem ratione poteſt punire contumaciam
non comparentis. Limita tamen iſtam glo. iiij. modis. Primū
quando iudex ſciret ſe non eſſe iudicem, vel eſſet notorium,
ipſum non eſſe iudicem, vt in glo. ſequen. & dicam ſuper ea.
Secundo, quando nō eſſet capax iuriſdictionis. exēplū. Secu
laris procedit contra clericum, quem credit eſſe laicum,
vterque incedit ſine habitu & tonſura, nec de clericatu eſt
aliqua notitia, certe tunc non valet proceſſus, nec in princi-
pali nec etiam contumaciæ punitiuus. hoc tenet Ioan. And.
in reg. ſciēti, in mer. in 6. & Pe. de Anch. in regula ea, quę. Ter
tio fallit, quando ſuperior nullo modo delegaſſet cauſam,
vel

vel per falſum reſcriptum fuiſſet impetratus, quia tunc etiã ſi pronunciaſſet ſe iudicem competentem, non valeret proceſſus contra contumacem factus, vt dicit Innocentius, Io. Andr. & communiter Doctor. in capitu. ſuper literis, de reſcriptis.

Quarto fallit, quando aduerſarius ſcit, non eſſe iudicẽ cõpetentem, & per dolum tacuiſſe, quia tunc non valet proceſſus etiam contumaciæ punitiuus, quatenus concernit commodum ipſius aduerſarij, vel ſaltem veniret vocandus, puta ſi eſſet facta immiſſio ex primo, vel ſecundo decreto, & hoc tenet hic dom. Abb. in quarta column. allegat not. per Innocen. in capit. ſecundo. de dila. & per Ioan. Andr. in cap. dilecti ſecundo, infra de præben. & iſtas quattuor limitationes ad iſtam glo. tene menti. ¶ In glo. in verbo, niſi cognoue
27 rit, no. bene iſtam glo. quod † citatus non tenetur comparere ad allegandum priuilegium ſuum, nec valet proceſſus cõtumaciæ punitiuus, quando iudex qui citat, ſcit ſe non eſſe iudicem. idem ſi eſt notorium, ipſum non eſſe iudicem, & hoc tenet glo. 4. quæſtione ſecunda, ſi quis epiſcopus, & in capi. veniens. in vltima glo. infra de accuſa. quæ dicit, quod ſi eſt euidens, citationem non tenere, non tenetur citatus comparere ad hoc quod no. glo. nota. in clemen. ſecunda. in verbo competentẽ, in fi. vt li. penden. quæ par[illegible]cat competentiam iudicis, & competentiã citationis, dicens quod ſicut requiritur competentia in iudice, ſic in citatione. vidi tamen quoſdam dicere, quod licet ſit notorium iuriſdictionẽ eſſe elidibilem, nihilominus citatus teneatur comparere, q̃a notorium, eſt allegandum, licet non ſit probandum, vt dicit glo. in cle. appellanti. in verbo, alias, eodem titu. & quod not. Ioan. And. & Doct. in cap. accedens, ſecundo, vt lite non conteſt. vbi dicunt, quod licet iudex ſit notorie ſuſpectus, nihilominus eſt proponenda exceptio recuſationis, & ad §. Piſana quoque ciuitas, in clem. paſtoralis. de re iudic. reſpondẽt, quod loquitur in exceptione de loco notorie non tuto, q̃a non eſt præſumptio, quod reus ad illum locum non tutum velit accedere, vt in capitu. accedens, ſecundo, vt li. non conteſta. & faciunt differentiam, an ſit notorium, iudicem carere funditus iuriſdictione, & tunc citatus non teneatur comparere. allegat not. per Innocen. in cap. ij. de dilat. Vbi dicit, quod idem operatur eſſe notorium defectum citationis, ac ſi eſſet expreſſus in citatoria. facit, quod notat Innocent. in ca. primo. de offic. iudic. & dicunt hanc eſſe ſolennem limitationem ad cle. appellanti, cum glo. eodem titu. quæ dicit notorium eſſe allegandũ. Nam fallunt in his, quæ concernunt prin. iudicij, & profecto dictum Ioan. And. & Doctor. in ca. accedens, ij. vt lite non conte. multum ſtringit ad hoc, quod ſi iudex habet mero iure iuriſdictionem, licet notorium ſit, ipſam eſſe elidibilem, nihilominus citatus teneatur comparere, & ſi non compareat, quod poſſit puniri tanquam contumax. & pro hoc facit. quod not. glo. not. in cle. ij. in ver. competente, vt lite pendente, quæ dicit iudicem eſſe competentem, licet eius iuriſdictio poſſit elidi per exceptionem, vel quia perſona eius ſit ſuſpecta. vel quia reſcriptum ſit ſubreptitium. Sed in contrarium facit iſte tex. intelligendo eum ſecundum, quod intelligit Innocen. & dom. Abb. ſcilicet, ꝙ iſte iudex inferior mero iure haberet iuriſdictionem mero iure, licet elidibilem, nam ſecundum iſtum intellectum probat, quod ſi ſcit, ſe non eſſe iudicem, non valet proceſſus ẽt contumaciæ punitiuus, ſed ſi eſt notorium, ẽt iudici præſumitur notum, alioquin eſſet in ſupina, & craſſa ignorantia, ut in capitu. primo. de poſtu. præla. & in capitu. quod dicius. decima ſexta diſtin. & hoc etiam eſt de mente Hoſtien. dum dicit, quod ſi iudex ſcit ſe non eſſe iudicem, vel non debere ꝓcedere, vel eſt in ignorantia non probabili, eius proceſſus nõ valet, & illud dictum infra latius examinabo. vnde pro concordia ſic dicerem, quod aut reus comparet, & tunc licet exceptio ſit notoria, tenetur excipiens opponere exceptionem, alioquin videtur approbare iudicem, & in eum conſentire, & hoc modo intelligitur illud, quod not. Ioan. And. & Doct. in dicto capit. accedens, ij. vt lite non conteſta. facit optime quod not. Innocent. & Doct. in cap. ad audientiam, ij. eodem titulo. Aut non comparet, & tunc non valet proceſſus etiam contumaciæ punitiuus, quia ex quo erat notũ iudici, & aduerſario, iuriſdictionem eſſe elidibilem, non debebat procedere contra abſentem. nec poteſt dici, quod propter contumaciam uideatur conſenſiſſe in iudicem, quia cõtumax nunquam intelligitur cõſentire in iudicem, nec eius prorogare iuriſdictionem, vt notabiliter dicit Innocent. in capitu. i. uto[illegible], infra de eo, qui fur. ordin. rece. & idem dicit Bal. in l. ſi quis ex conſenſu. C. de epiſcop. audi. & hoc modo concordantur opin. Et ex prædictis fac quatuor concluſiones.

Prima eſt, ſi iudex caret funditus iuriſdictione, & hoc cõſtat, vel iudex ſcit, vel ignorat, ſed non probabiliter, non ua-
28 let proceſſus etiam contumaciæ punitiuus. Notorium concernens talem defectum iuriſdictionis, uel principium iudicij, non eſt allegandum de neceſſitate. & ex hoc infertur,
29 quod † citatio euidenter iniuſta non ligat, licet error ſit expreſſus in ea citatione, & ſic citatus non teneatur comparere, & hoc Innocen. in ca. primo. de offic. iudi. vbi dicit, quod nec per partem opponitur alias, vbi notorium non concerneret defectum iuriſdictionis, nec principium iudicij eſſet neceſſario allegandum, licet non ſit probandum.

Tertia concluſio, ſi iudex habet iuriſdictionem tamẽ notorie elidibilem, vel iudex ſcit ipſam eſſe elidibilem, non valet proceſſus etiam contumaciæ punitiuus. vt probatur hic a contrario ſenſu, tenendo intellectum Innocent. & domini Abb.

Quarta concluſio, ſi iudex habet iuriſdictionem [illegible] notorie elidibilem, & pars comparet, & non opponit, valet proceſſus in principali, quia pars di[illegible] non [illegible] in iudice, ex quo nihil opponit, & h[illegible] tene menti. [illegible] opponitur, inquantum [illegible]ctur, quod [illegible] ta[illegible], quia erat appellatum
30 ab aduerſario ad [illegible]ap[illegible] non debe[illegible] valere excommunicati[illegible] propter dol[illegible] p[illegible], ut in l. ſi prætor §. Marcellus, ff de iudi[illegible] patet quod [illegible] t[illegible] feratur [illegible] abſentem per fa[illegible] all[illegible] p[illegible] non [illegible]. Solutio Innocen[illegible] & [illegible] qu[illegible] ad [illegible]ſitatẽ allegauit, ſed tamen [illegible] eius aduerſ[illegible] pa[illegible]tis, quam non tene[illegible]at [illegible] quia cum [illegible] cem aduerſam, non tene[illegible]atur [illegible]rare[illegible] & plus dicit Innocen. in ca. ſequen. quod tenuit et[illegible] in principali contra ab[illegible]tem, & ſic non pote[illegible] ſolo præſentis [illegible] placet domino Abb. [illegible], quia appellatio de[illegible] iudice[illegible] per appellationem interpoſi[illegible] ad Papã. [illegible] eſt ergo quod nõ fuit tempore debito el[illegible] per conflictum exceptionis, & ex his dicit dom. Abb. quod aperitur intellectus [illegible] ca. allegat tamen limitationem, quam ponit Innoc. ad iſtum text. in capitu. ſi de accu. q[illegible]od ſi iſte aduerſarius doloſe tacuiſſet appellationem interpoſitam ad Papam, non valuiſſet per d. l. ſi prætor §. Marcellus. & idem ſenſit hic dicit enim, quod ſi quis acceſſit ad iudicem appellationis, & dicit falſo ſe appellaſſe, vel dolo tacuit, ſe appellationi quam fecit renunciaſſe, quod tunc non tenet proceſſus, vel ſaltem debet reſcindi per condictionem ſine cauſa, vel per reſtitutionem in integrum ex clauſula generali, vel per querelam falſi. & do. Abb. ad hanc [illegible] allegat Ioan. Andr. in regula ſcienti, in merc. in ſexto, & Specu. in titu. de citatione, § j. ver. item pone, & Innoc. in capi. ſecundo de dilat. vbi dicit, quod immiſſio facta contra abſentem dolo præſentis, non valet. ſed Io. And. hic refert, quod Compo. in capi. ſuper literis, de reſcriptis, tenet quod valet proceſſ[illegible] ratione dubij, & idem tenet Archid. & Ioan. Andr. in capitu. Romana §. ſi vero. eodem titu. in ſexto ſed dom. Phi. dicit, quod debent intelligi, quod loquantur de proceſſu punitiuo contumaciæ, ſupple non cõcernentis commodum præſentis, & iſtud dictum ad iſtum text poteſt teneri tenendo, quod iſte iudex inferior haberet iuriſdictionem, licet elidibilem, quia tunc pars non dicitur eſſe in dolo, licet citari fecerit aduerſarium, & etiam proceſ-
31 ſerit ad diffinitiuam ſententiam, quia dicitur † iudex competens, licet poſſit contra eum opponi exceptio, ut dicit gl. in d. clem. ij. in uer. competente, ut li. pend. ſecus ſi exceptio concerneret ipſam partem, ut quia renunciaſſet appellationi, & illud tacuiſſet, quia tunc eſſet in dolo, ſed ſi teneretur alius intellectus, ſcilicet quod iſte inferior nullã omnino haberet iuriſdictionem, tunc ſolue ſecundum Butr. qui pònit aliam ſolutionem diuerſam a præcedenti, ſcilicet ꝙ iſte tex. non loquitur de proceſſu in principali, ſed de proceſſu punitiuo contumaciæ, qui procedit immediate ex contumacia abſentis, quia debuiſſet ire & allegare priuilegium ſuum, vnde non tollitur per dolum partis: ſecus dicit in proceſſu in cauſa principali, qui non valet, quia non ſurgit immediatè ex culpa abſentis, ſed propter iuſtitiam, quæ doloſe tacita per abſentem reddit proceſſum nullũ, quia ſuper iniuſtitia reperitur proceſſus fundatus. ſed Io. de Imo. hic tenet cõtrarium, & dicit, quod per taciturnitatem præſentis non vitiatur proceſſus contra abſentem. Nec obſtat d. §. Marcellus. quia loquitur, quando per falſas allegationes præſens obtinet ſententiam, quia aliud eſt tacere ius abſentis, quod præſens non tenetur allegare, & aliud eſt allegare falſum: nam
32 grauius eſt † delictum in cõmittendo, quam in omittendo, vt dicit glo. not. in l. ſi mora ff. ſolu. matrimo. & iſtud videtur ſenſiſſe Bart. in l. prima. C. de ſatiſdando. vbi in illo articulo, an valeat proceſſus factus poſt renunciationem procuratoris, quando deuenit in notitiam aduerſarij, & non

Iudicis. In quo glo. dicit, quod proceſſus valet, & Bar. reſpon
dendo ad dictum §. Marcellus, dicit quod loquitur in dicen-
te falſum, & quod non procedit in tacente veritatem. tamē
glo. & etiam Barto. tenent, quod quando notitia reuocatio
nis procuratoris deuenit ad ſolum aduerſarium, licet pro-
ceſſus non ſit ipſo iure nullus, tamen dicunt, quod contra
ipſum datur exceptio, vel replicatio, & ſic in effectu caſſa-
tur, & hoc modo poteſt intelligi hic Innocen. & in dicto ca.
pitu. fin. de accuſat. & iſtam opinionem ſequitur hic dom.
Abb. Ex prædictis potes inferre quatuor concluſiones.
33 Prima eſt, expreſſio † falſi contra abſentem reddit proceſ-
ſum ipſo iure nullum, ut in dicta l. ſi prætor. §. Marcellus. ff.
de iudi. & in hoc concordant omnes, ſi tamen eſſet contu-
maciæ punitiuus, valeret, quia deſcendit immediatè ex cul-
pa contumaciæ, ſm Butr. hic quod intelligas, vt ſupra dixi,
niſi concerneret commodum partis, quia tūc non valeret,
vel eſſet reuocandus, & hoc tenet dom. Abb. hic, in quarta
columna.

Secunda concluſio, ſi iudex eſt competens, licet exceptio
ſit elidibilis, valet proceſſus punitiuus contumaciæ, & in
principali, etiam ſi præſens ſciuerit iuriſdictionem elidibi-
34 lem, † quia non tenetur allegare iura aduerſarii, niſi aliter
de eius dolo probaretur.

Tertia concluſio, vbi iudex eſt omnino incompetens, ut
quia caret funditus iuriſdictione, ſi præſens hoc ſciuit, licet
mero iure teneat proceſſus punitiuus contumaciæ, tamen
quatenus concernit commodum ipſius præſentis, eſt reuo-
candus. quia eſt in dolo procedendo ſcienter coram iudice
incompetenti.

Quarta concluſio, vbi exceptio concernit ius partis. puta
quia præſens appellationi renūtiauit, & hoc tacet, licet pro
ceſſus mero iure teneat, tamen eſt reuocandus, vel per con-
dictionem ſine cauſa, uel per reſtitutionem in integrum ex
clauſula generali, vel per aliud remedium, & hoc modo pro
cedit dictum Innocentij hic. tamen vt hæc materia cla-
rius intelligatur, dom. Abb. facit quatuor membra. Primū
eſt, quando iudex nullam omnino habet iuriſdictionem. Se
cundum quando habet ſed elidibilem. Tertium, quando iu
dex habet iuriſdictionem efficacem, ſed actori non compe-
tit ius agendi. Quartum. quando actori competit ius agen-
di, ſed elidibile per exceptionem aduerſarij.

Venio ad primum, ſcilicet an ſi iudex nullam omnino ha
35 bet iuriſdictionem valeat proceſſus? In hoc dom. Abb. di-
ſtinguit. Ex cuius diſtinctione facias tres caſus.

Primus eſt, quando iudex ſcit ſe non eſſe iudicem compe
tentem, & hoc caſu tenet proceſſus, nec in principali. nec e-
tiam contumaciæ punitiuus, & hoc probatur hic a contra-
rio ſenſu. facit l. ſecunda. ff. ſi quis in ius voca. non ierit. & l.
ſi prætor, in fi. cum ibi nota. ff. de iudic & per Innocen. in ca.
ſecundo de dila. & per Ioan. And. in regula, ſcienti.

Secundus caſus eſt, quando iudex ignorat, ſe non eſſe iu-
dicem competentē, & ſimiliter pars: & tunc dicit, quod va-
let proceſſus punitiuus contumaciæ, vt hic, & in l. ſecunda.
ff. ſi quis in ius voca. non ierit, & in l. prima. ff. ſi quis ius di.
non obtem. & in l. ſi quis ex aliena. ff. de iud. Super principa-
36 li autem dicit, quod non valet † proceſſus, niſi pronunciet
ſe iudicem competentem, ſed ſi pronunciaſſet ſe iudicē com
petentem valeret proceſſus in principali, etiam ſi funditus
careret iuriſdictione, & hoc tenuit Innocen. in ca. ſecundo.
de dila. vbi ponit theoricam, quod quando iudex nō habet
iuriſdictionem etiam ſi eſſet caſus, in quo poſſet procedi li-
te non conteſta. tamen nunquam valet proceſſus in princi-
pali contra contumacem, & hoc dicit verum, niſi iudex pro
nunciauerit ſe iudicem competentem, quia tunc ſententia
tenet in principali etiam contra contumacem, etiam ſi eſt
caſus, in quo poſſit procedi ad ſententiam parte contuma-
ci exiſtente, & hoc etiam ſequitur Barto. in l. ſecunda. ff. ſi
quis in ius voca non ierit Idem dicit Ioann. Andr. in regula
ſcienti. & Doctor in cap. ſuper literis, de reſcriptis, & per Io.
And. & D.D. in cap. j de reſcriptis, in ſexto, vbi dicunt, quod
licet reſcriptum impetratum ab excommunicato ſit ipſo iu
re nullum, nec conferat aliquam iuriſdictionem iudici dele
gato, ut dicit text in dicto cap primo. ſi tamen iudex pronū
ciat ſe iudicem competentem, valet proceſſus in principali.
Idem ſequitur hic Ioan. de imo in quarta columna. dicens
37 eſſe valde † vtile, quod iudex pronuntiet expreſſe ſe compe-
tentem, quia alias vbi non pronunciatet per proceſſum ad
vlteriora, non poſſet ſurgere tacita pronuntiatio, nec vide-
retur pronunciaſſe competentem, vt dicit notabiliter Inno.
& Doct. in ca. 2. de dila. hinc dixit glo. ſingularis in clem. vni
ca, in glo fin de ſequeſt. poſſ. & fruc. quod exceptio incom-
petentiæ iudicis poteſt opponi poſt ſentētiam, etiam ſi alias
tranſiſſet in rem iudi. etiam ſi lex, vel canon dicat, quod mit
tatur ſententia executioni, non obſtante aliqua exceptione,
38 quia non intelligitur ſublata † exceptio iudicis incompetē-
tis, quam glo ſingulari et no & vide quod not Bart. in l. j ff.
quod vi, aut clam. Dñi tamen de Ro vt refert hic Butr. in fi.
deci 114. dicunt curiam ſeruare, quod ſententia, per quam p-
nūciatur, cauſam eſſe deuolutam ad Papam per appellatio
nem, non faciat ipſam eſſe deuolutam, vbi non erat. Sed Io.
de Imo. hoc intelligit, quando ex pronuntiatione apparet er
ror iuris, vel quando iudex ſciuiſſet ipſam non eſſe deuolu-
tam, ut hic In tea. ſecus ſi iudex ignoraſſet, poſito etiā quod
pars ipſa ſciuiſſet cauſam non deuolutam, vt hic in tex. dica-
tur, & pro hoc facit not. dictum Innocentij, & Ioan. Andr.
in c. j. §. poſt hæc eodem titulo, in ſexto, quod ſi ſuit appella
tum nullıter, puta ſine ſcriptis, vel abſque ulla cauſa. ſi tamē
iudex ad quem pronunciaret expreſſe ſe iudicem competen
tem, aut cauſam ad eum legitimè deuolutam, talis ſententia
facit ius inter partes, & valet proceſſus in cauſa principali,
nec poterit de cætero dici de defectu iuriſdictionis iudicis,
& hoc ſequitur Butr. & Ioan de Imo. in cap ſuper literis, in
prin. vlt char. ſupra de reſcriptis. Idem ſi iudex pronuntiat,
appellationem non eſſe deſertam, & ſe iudicem competen-
tem, nam valet proceſſus & ſententia, dato quod in ueritate
appellatio ſit deſerta, & ita debet limitari cle ſi appellatio-
nem, eodem titu & hoc tenet But in c ſecundo. in 9. col ſu-
pra de dila. & in dicto cap ſuper literis. & Butr & dom Abb.
in cap quoniam contra falſam, de proba. & iſtam limitatio-
nem poſui inter alias ad dictā clem. ſi appellationem in ca.
39 perſonas, ſupra eodem Et ea his concludo quod vbi † iudex
pronunciat ſe competentem etiam ſi funditus caret iuriſdi-
ctione, talis pronuntiatio facit valere proceſſum etiam in
principali, niſi iudex ſciat ſe non eſſe iudicem idem puto. ſi
pars ſciret, licet Ioan de Imo teneat contrarium, ſed de hoc
ſuperius dixi, & infra dicam. Tertio fallit, quando eſſet facta
delegatio per ſuperiorem, vel reſcriptum eſſet falſum, quia
tunc etiam ſi pronunciaret ſe iudicem competentem, non
valet proceſſus, nec in principali. nec cōtumaciæ punitiuus,
& hoc tenet Innocent. & Doctō in capit ſuper literis, ſupra
de reſcriptis, & dixi ſuper gl prima. Sed circa hoc dubitatur,
40 an per † proceſſum ad vlteriora videatur ſe pronunciare iu-
dicem competentem. & Butr. hic dicit quod non, niſi con-
tra eum ſit oppoſita exceptio incompetentiæ, & ea reiecta,
vel non admiſſa, proceſſerit ad ulteriora dicit tamen, quod
ſi pronuntiat contra abſentem, non valet proceſſus in prin-
cipali, licet valeat in incidēti, ſcilicet an ſit iudex, & hoc quo
ad puniendam contumaciam, allegat nota per Innocen. in
cap. ſecundo, de dila. ſed intellige But. quando expreſſe non
pronunciaret ſe incompetentem, ſed ſolum ad vlteriora p-
cederet, ſecus ſi pronunciaret ſe competentem, quia tunc va
leret proceſſus in principali, etiam contra contumacem, vt
ſupra dixi Sic ergo neceſſarium eſt ad hoc, quod per proceſ-
ſum ad vlteriora videatur pronunciare ſe iudicem compe-
tentem, quod pars, contra quam pronunciat, ſit præſens. &
hoc caſu loquitur glo in l. ij §. ſi dubitetur. ff de iud. & Inno.
in cap primo. de officio deleg. in vi. & in cap ſecundo, de di-
la. & ibi But. in 9. colum. Item hoc debet intelligi, quando iu
dex de exceptione cognouit, alias ſi non cognouiſſet, tunc
per proceſſum ad vlteriora non cenſeretur pronuntiaſſe ſe
iudicem competentem, & proceſſus eſſet nullus, & hoc te-
net Ang in dicta l. ſecunda in penult columna. ff de iudic. &
ſuo conſilio 183 quod incipit, in cauſa accuſationis, in prin
ci quarta columna, & idem conſuluit Pau de Caſt. in conſi-
lio ſuo vigeſimoquinto, quod incipit, in Chriſti nomine do
mini, ſuper primo dubio, dicens hoc idem dicendum, quan-
do oppoſitis exceptionibus proceſſum impedientibus. iudex
procedit ad vlteriora, quia tunc cenſetur tacite pronunciā-
re ſuper exceptionibus, & eas reijcere, quando eas examina
uit & cognouit, & deinde ad ulteriora proceſſit, & ita etiam
diſtinguit Barto. in l a procedente. C. de dilati. Et ex hoc in-
fertur, quod ſi nulla oppoſita exceptione incompetentiæ
41 iudex procedit ad ulteriora, † proceſſus eſt nullus, & hoc p-
batur in capit. primo de reſcriptis. In ſexto. & firmat But. hic
& Inno. in capitu. primo, officio delega. in fi. primæ glo. in
ſexto, & in capitu ſecundo in fi. prima colum de dila. & But.
in fi. octaua colum. & Ioan. de Imo in dicto capit. ſecundo,
in principio, vltima colum & Ang in dicta l. ſecunda ff. de iu
dic hoc tamen videtur limitandum, niſi iuriſdictio eſſet pro
rogabilis, & partes ſcienter litigaſſent. l. prima. ff. de iudic. &
ita dicit But. in dicto capit. ſecundo. in vndecima colum. &
hoc dicit procedere in ordinario, non autem in delegato.
quia ſi delegatus eſſet omnino incompetens, nō poſſet eius
42 † iuriſdictio prorogari, ut in l priuatorum. C. de iuriſdict. om
nium iudic. & in cap. P. & G. de offic. deleg & hanc limitatio
nem ponit But. in d. cap. ij. in 8. colum. in princip. 12. colum.

Et

Et ex his ſum expeditus de ſecundo caſu.

Tertius caſus eſt, quando iudex nullam omnino habet
iuriſdictionem, & pars ſcit defectum iuriſdictionis, & tunc
dicit dom. Abb. quod proceſſus non valet in principali, ex
quo datur defectus iuriſdictionis. & ſentire videtur D. Abb.
licet non explicet, quod etiam ſi pronunciet ſe iudicem cō-
petentem quod nō valet proceſſus in principali, quia in præ
cedenti caſu, vbi ponit iudicem, & partem ignorare incōpe
tentiam, dicit non valere proceſſum in principali, niſi prius
pronunciet ſe iudicem competētem. in iſto autē caſu indiſtin
ctè dicit non valere proceſſum in principali, & aſſignat ra-
tionem, quia pars ſciens et litigando coram tali iudice. vide-
tur eſſe in dolo. & ſe ipſam decipere. ar. in l. ſi prætor. §. Mar-
cellus. ff. de iud. & in l. is qui ſe obtulit. ff. de rei vendi. Sed pro-
ceſſus contumaciæ punitiuus valet propter ignorantiam iu
dicis, quatenus non concernit commodum partis, ar. hic &
in l. ij. in h. ff. ſi quis in ius uoc. non ierit. Sed quatenus concer
nit commodum partis, puta in immiſſione in primo, vel ſe-
cundo decreto, vel non valet proceſſus, vel ſaltem propter
ſuam ſcientiam venit reuocandus. ad hoc, quod not. Inno.
in ca. ij. de dila. & Ioan. And. in c. dilectus. ij. de præben. & Io.
43 Cald. in c. ad probandum de re iud. vbi dicit, quod † litigans
ſciē et coram iudice excommunicato tolerato, non debet
aliquod commodum reportare, vnde proceſſus debet re-
tractari quatenus uenit in ſuum fauorem, & iſtam conclu-
ſionem dom. Abb. puto uerißimam per ea, quæ ſupra dixi,
licet Ioan. de Imo. hic, & D. Phy. dicant, quod quando pro-
nuntiat ſe iudicem competentem quod non obſtante ſcien
tia partis præſentis valet proceſſus in principali, nam non
eſt verum, per ea quæ no. Innocen. in cap. fin. de accu. vult et
Ioan. de Imo hic, & dom. Phy. quod teneat proceſſus con-
tumaciæ punitiuus, & quatenus concernit commodum
partis non obſtante ſcientia partis præſentis, quia non tene
tur allegare iura aduerſarij. Sed puto opi. dom. Abb. eſſe ve-
riorem, quia ſicut ſcientia partis præſentis vitiat proceſſum
in cauſa principali, vbi iudex habet iuriſdictionem, vt dicā
in ſeq. membro, & ſequitur hic Butr. & dom. Abb. ita debet
vitiare proceſſum contumaciæ punitiuum, quatenus con-
cernit commodum partis. vnde tene opin. dom. Abb. & ex
hoc ſum expeditus de primo membro principali ſcilicet,
quando iudex nullam habet iuriſdictionem.

Venio ad ſecundum, ſcilicet quando habet iuriſdictionē,
44 † ſed elidibilem, & in hoc dicit dom. Abb. quod ſi iudex ſcie
bat, non valet proceſſus. allegat l. non videtur latitare, ff. de
iud. & optime probat iſte tex. a contrario ſenſu, tenendo in
tellectum, quod iudex inferior haberet iuriſdictionem, ſed
elidibilem, & dicit dom. Abb. quod hoc notanter ponit In-
noc. in cap. ij. de dilat. Si vero iudex ſciebat ſe habere iuriſdi-
ctionem, ſed ignorabat impedimentum, quod dicit, quod ſi
ue pars ſciebat, ſiue ignorabat impedimentum, tenet pro-
ceſſus tam contumaciæ punitiuus, quam ſuper principali,
vt hic iuncto dicto Innoc. qui dicit, quod in caſu huius cap.
non ſolum ualet proceſſus cōtumaciæ punitiuus, ſed etiam
in principali. ſed Innoc. & dom. Abb. & etiam Bu. intelligūt
iſtum text. niſi forte dolo ſubticuiſſet iura alterius partis,
quia tunc non tenet proceſſus ad ſui commodum, ut notā-
ter voluit Innocen. in cap. fi. de accuſ. & etiam hic, & ſupra
dixi. Et prædicta videntur eſſe de mente Hoſt. quia hic po-
45 ſuit talem regulam dicens, quod ſi † iudex ſciat ſe non eſſe
iudicem, vel non debere procedere, & procedit, nō ualebit
proceſſus, vt hic & in l. ij. in fi. ff. ſi quis in ius voca. non ie-
rit. ſaluo eo, quod legitur & notatur, ſupra titulo proximo,
ad probandum ſi autem ſcit ſe eſſe iudicem, & ignorat im-
46 pedimentum, proceſſus tenebit, quia ignorantia ex † alieno
facto procedens, debet eſſe excuſata, ar. de cle. exc. mi. apoſto
licæ. licet in proprio facto non ſit probabilis ignorantia, ut
in cap. ab excommunicato de reſcriptis. hoc autem dicit ha
bere locum regulariter, quia in caſibus, in quibus appella-
tio etiam fruſtratoria ad Papam facta, ſtatim defert nego-
tium ad Papam, nullius erit proceſſus Archiepiſcopi quan-
tumcunque ignoret, & hoc dicit patere in caſibus ſedi apo.
reſeruatis, de quo remittit ad no. in ca. ut debitus. infra eod.
Sed dicit dom. Abb. quod in illis caſibus non eſt probabilis
ignorantia, de quo remittit ad ca. quamuis, de officio deleg.
Et ex præmiſſis conclude, quod ſi iudex ſcit, vel ſcire debet,
ſe non habere iuriſdictionem efficacem, vel ſe non debere
47 procedere, non valet proceſſus, † nec in principali, nec con-
tumaciæ punitiuus, ſed ſi probabiliter ignorat, valet proceſ
ſus. Fallit in caſibus Papæ reſeruatis, quia tunc quātūcunque
iudex ignoraret, non valeret proceſſus, quia in illis non po-
teſt eſſe probabilis ignorantia. ſi autem pars ſcit iuriſdictio-
nem iudicis eſſe elidibilem, ex hoc non videtur eſſe in dolo
quia non tenetur allegare iura aduerſarij, ſi tamen doloſe
taceret iura aduerſarij, propter talem dolum proceſſus veni
tet reuocandus. & ad hoc optime facit quod not. glo. & Bar.
in l. vnica C. de ſatiſdan. & dicit hic Inno. nota dictum ſem-
48 per menti tenen. quod ſi abſenti competit † exceptio decli-
natoria, vel peremptoria, & fuit abſens contumaciter eo tē-
pore, quo potuiſſet illam proponere, ſi fuiſſet præſens, non
49 auditur poſtea volens illam proponere, quia † contumacia
facit eum præſentem. ut in c. veritatis, de dolo & contuma.
non ergo debet eſſe melioris conditionis contumax quam
obediens. Sed ſi fuiſſet præſens, & debito tempore non exce
piſſet, non audiretur amplius, vt in capit. paſtoralis. de excep-
tio. & in l. ſecunda. C. ſent. reſcin. non poſ. & idem dicit gl.
nota. in capit. ij. in verbo, abſentia, de elect. in ſexto & hoc in-
telligit dom. Abb. ſi præſens ſciat exceptionem competere
abſenti, ſiue non, quia non tenetur ius ſui aduerſarij allega-
re, quia aduerſarius tacendo. videtur iuri ſuo renuntiare. Idō
dixit hic Innocen. quod ſi is, qui appellauit ad Archiepiſco-
pum incepit litem proſequi coram eo, & poſtea compareat
aduerſarius, qui appellauit ad Papam, & contumaciter re-
nuat comparere coram Archiepiſcopo, & ad impediendū
proceſſum dicit ſe appellaſſe ad Papam, non eſt ſuper hoc
audiendus, ſicut nec audiretur, ſi in proceſſu ſemper fuiſſet
50 præſens, & hoc tacuiſſet, quia † abeſt contumaciter non eſt
melior præſente, ut in Authen. ut omnes obedientes iudici.
§. ſi autem colum. quinta. & ex his ſum expeditus de ſecun-
do membro.

Venio ad tertium, ſcilicet quando iudex habet iuriſdictio
nem efficacem, parti autem non competebat ius agendi. &
in hoc dom. Abb. concludit, quod ſi iudex ſciebat, non va-
let proceſſus, vt hic, & idem ſentit Hoſt. dum dicit, quod ſi
iudex ſcit ſe non debere procedere, & procedit, non valet
eius proceſſus. Aut ignorabat, & pars ſciebat, & eodem mo
do dicit, quod non valet proceſſus contra abſentem, quate-
51 nus venit in fauorem præſentis, quia fuit in dolo † agendo
ſine actione, & ſic obtinuit ſententiam per dolum. & de hoc
eſt tex. in l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iudi. & ex his ſum ex-
peditus de tertio.

Venio ad quartum, & vltimum, ſcilicet quando iudex ha
bet iuriſdictionem efficacem, nec præſenti deficiebat ius a-
52 gendi, ſed † abſens erat tutus exceptione contra actionem,
& in hoc diſtinguit dom. Abb. quod ſi iudex ſciebat impedi-
mentum, non debebat procedere, per iura ſuperius allega-
ta, quaſi velit dicere, quod ſi procedit, proceſſus eſt nullus:
53 & ratio eſt, quia † iudex pro abſente debet de facto ſupplere,
vt dicit Barto. in l. quarta. § hoc autem iudicium. ff. de dam.
infec. & in authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex.
vnde ſi ſciebat reo abſenti competere exceptionem debuit
eam opponere etiam ad eam probandam, producendo te-
ſtes, vt dicit Bart. vbi ſupra. vnde ſi iudex condemnat reum,
cum ſciat eum habere exceptionem legitimam, eſt in dolo,
& per conſequens non valet eius proceſſus. Nunquid autē
54 reo præſente poſſit † iudex opponere exceptionem pro ipſo.
vide glo. & Bart. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret, ff. de pact.
& in l. lecta, ff. ſi certum petatur, & in l. cum qui ita. § qui ita.
ff. de verborum obligat. Et adde Bald. in Rubrica huius titu-
li, in ſeptima colum. vbi dicit, quod iudex non poteſt de fa-
cto ſupplere pro parte, niſi eſſet ruſticus, vel miſerabilis per-
ſona, quia non intelligitur eſſe præſens qui ignorat. vnde di-
cit, quod tunc procederet iudicium ſine litis conteſtatione.
Aut iudex ignorabat, pars autem præſens ſciebat, & tunc di
cit dom. Abb. valere proceſſum contra abſentem, niſi dolo
tacuiſſet. ſed ego puto. ſatis ipſum dolo tacere, ex quo petit
indebitum obſtante ſibi legitima exceptione. non puto ta-
men proceſſum nullum ipſo iure, ſed reum poſſe ipſum re-
pellere per exceptionem, vel replicationem doli, argu. eius,
quod no. gl. & Bar. in l. vnica. C. de ſatiſdan. & hæc ſufficiant
in hoc prin. ſequitur. §. denique.

SVMMARIVM.

1 *Appellari non poteſt a iudice, qui non eſt de temporali iuriſdictione ec-
cleſiæ ad Papam.*
2 *Papa non poteſt prouocari a grauato a iudice ſeculari.*
3 *Papa non poteſt vſurpare ſibi iuriſdictionem imperatoris.*
4 *Statuta in ciuitatibus imperij præualent canonibus ſummorum Pontifi-
cum.*
5 *Feudum, niſi fuerit eccleſiaſticum, obſeruat conſtitutiones princi-
pum.*
6 *Canones non ligant laicos, qui non ſunt de temporali iuriſdictione ec-
cleſiæ.*

7 Appellari poteſt ad Papam in defectum iudicis ſecularis.
8 Iuriſdictio temporalis eſt penes Papam ſaltem in habitu.
9 Papa iuriſdictionem temporalem in cauſis arduis, etiam non deficiente principe temporali exercet.
10 Conueniri, an poſſit coram Papa qui non recognoſcit ſuperiorem.
11 Appellari ad Papam poteſt in terris, quæ ſunt de iuriſdictione temporali eccleſiæ.
12 Ius canonicum in terris eccleſiæ potius ſeruatur, quam ius ciuile, vbi fuerit inter iſta iura diſcordia.
13 Appellare ante ſententiam de iure ciuili non licet.
14 Statutum dubium debet concordari cum iure canonico in terris eccleſiæ.
15 Laicus, ſi eſt de terris imperij, & litigat coram iudice eccleſiaſtico, nunquid poſſit appellare ab interlocutoria contra ſe lata.
16 Conſuetudo loci vbi agitur iudicium, in ordinatorijs litis debet attendi.
17 Statutum laicorum limitans tempus inſtantiæ ligat clericum litigantem coram ſeculari, ex quo tale ſtatutum reſpicit ordinatoria.
18 Statutum diſponens, vt non poſſit appellari a diffinitiua dicitur reſpicere deciſoria.
19 Conſuetudo, quod de ſeculari iudice poſſit appellari ad eccleſiaſticum, valet.
20 Conſuetudo poteſt inducere, vt ad inferiorem a Papa omiſſo medio appellari poſſit.
21 Appellari a ciuili iudice ad Papam non poteſt regulariter.
22 Protectionis eccleſiæ ſunt clerici, & perſonæ miſerabiles.
23 Scholares a quolibet grauamine poſſunt appellare ad imperatorẽ, quia ſub eius protectione ſunt.
24 Scholares non legitime nati poſſunt ab imperatore legitimari, tanquam eius filij ſpeciales.
25 Iudex ſecularis non debet ſe intromittere de iuriſdictione eccleſiaſtica tanquam cognitor, ſed tanquam executor requiſitus a iudice eccleſiaſtico.
26 Brachium male inuocantibus non eſt præbendum.
27 Iudex eccleſiaſticus poteſt mandare iudici laico, vt præbeat ei brachium vel milites.
28 Iudex ſecularis antequam præbeat eccleſiaſtico brachium debet ſe informare, an male imploretur.
29 Iuriſdictio ſecularis & eccleſiaſtica debent ſibi inuicem auxiliari, cum fraternizent.
30 Iuriſdictio temporalis eſt filia iuriſdictionis ſpiritualis eccleſiaſticæ.
31 Iudex ſecularis poteſt excommunicari, ſi brachium iuſte petenti eccleſiaſtico iudici denegauerit, quia peccat mortaliter.
32 Excommunicatio non infertur, niſi pro peccato mortali.

1 §.Denique. A iudice, qui non eſt de temporali iuriſdictione eccleſiæ, non poteſt ad Papam † appellari. hoc dicit. Nota primo, quod grauatus coram iudice ſeculari, non poteſt talem iniuſt.nam deduce
2 re † ad Papam, & ad hoc quotidie iſte tex.allegatur. facit capitu. ad verum, & c. Imperator. 96 diſtin. vnde dicit hic Bal.
3 quod † Papa non poteſt vſurpare iuriſdictionem imperatoris, & allegat illud carmen Virgilianum.

Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet.

4 Et ex hoc infert, quod † ſtatuta in ciuitatibus imperij præualent ſacris Canonibus ſummorum Pontificum, quia ſi ad Papam non poteſt appellari a iudice ciuili, ergo Canones non habent iuriſdictionem ſuperiorem in terris Imperij, & hoc etiam dicit, quod in feudis debent ſeruari cõſtitutiones principum & dominorum, magis quam conſtitutiones epi
5 ſcoporum, niſi † feudum eſſet eccleſiaſticum, ut in cap. Ro
6 mana §.debet.de app.in 6. & circa hoc, quod † canones nõ ligant laicos, qui non ſunt de temporali iuriſdictione eccleſiæ, vide glo.in c.ij in ver ciuilis, in fi.de arbit. in vj. & in reg. poſſeſſor malæfidei, eodem lib.ſed dom. Abb. iſtum textum limitat, quando ſuperior deficeret, nam tunc poſſet appellari ad Papam. & hoc tenet Hoſt. in capit.cum Ioannes, de fi. inſtrum. & idem ſenſit Innocen.in cap.licet ex ſuſcepto, de foro compet. vbi dicit, quod deficiente ſuperiore de iure, uel de facto, poteſt Papa adiri. & ideat ſenſit glo.hic, dum dicit,
7 quod propter defectum iudicis ſecularis, poteſt † appellari ad Papam, & pro hoc facit communis opi. Canoniſtarum,
8 quæ habet, quod penes Papam ſit † iuriſdictio temporalis, ſaltem in habitu, ut notant doc.in cap.nouit, de iudi quam opi.Cano. ſecutus fuit etiam Barto.in l.j ff.de req.reis & pro hoc infert dom. Abb.quod deficiente ſuperiore poteſt Pa
9 pa illum habitum deducere ad exercitium, ſicut exercet † iuriſdictionem in cauſis multum arduis etiam ſuperiore non deficiente, vt eſt caſus not.in cap. pro humani, de homi. in ſexto. dicit tamen hoc eſſe intelligendum, quãdo Papa hoc facit in grauibus, & arduis articulis, alias non poſſet conſtitutionem facere, vt ſeruaretur in terris imperij, vt ſingulariter ſenſit Inno.in cap.cum te, de re iud.per capi per venerabilem.qui fi.ſint legit. Et ex hoc habes vnam limitationem ad iſtum textum, quia iſte tex.procedit, quando reperitur ſuperior, qui poteſt cognoſcere de appellatione interpoſita a iudice laico de iure, & de facto. Vbi autem non reperiretur, poteſt de iudice laico appellari ad Papam optime facit, quod not glo. in cap. ex tranſmiſſa, de foro compet.quæ dicit, quod ille qui non recognoſcit ſuperiorem, poteſt con
10 ueniri † coram Papa. gl. tamen ſenſit contrarium. 10. diſt. quoniã.ſed ipſam intellige, quando non conſtat de iniuſtitia ipſius non recognoſcentis ſuperiorem, alias, vbi iniuſtitia eſſet manifeſta, poſſet ab eis appellari ad Papam, & etiã poſſet conueniri coram Papa.& ita not.Ioan.An.l. & Doct. in ca nouit, de iudi. & dixi in Rubrica huius tituli Secundo no quod in terris, quæ ſunt de temporali iuriſdictione eccle
11 ſiæ, poteſt appellari † ad Papam, & iſtum textum ſingulariter no. quia ex ipſo probatur, quod vbi eſt diſcordia in
12 ter leges & canones, in terris eccleſiæ ſeruandum eſt † ius canonicum, & non ius ciuile Et hoc probat iſte tex. dupliciter, nam de iure ciuili non poteſt appellari ad imperatorẽ omiſſo medio, vt in l imperatores, ff eo & tamen hic dicitur quod in terris eccleſiæ a iudice laico poteſt appellari ad Papam omiſſo medio, & hic ſeruatur ius canonicum, & non
13 ius ciuile. Item de iure ciuili non poteſt † appellari ante ſententiam, vt in l ante ſententiæ. C. quorum appel non reci & infra eodem, ſuper eo. el ij. & tamen in terris eccleſiæ poteſt a iudice laico appellari ante lit conteſt. ſiue poſt, ut hic dicitur. vnde vide glo.in dicto cap. ſecundo. in ver ciuilis in fi de arbi.in ſexto, quæ dicit, quod in terris eccleſiæ debet ſeruari ius canonicum, & non ius ciuile, & idem dicit hic Hoſt. qui per iſtum textũ dicit, ꝙ in terris eccleſiæ in his, in quibus diſcrepant leges & canones, ſeruandi ſunt canones, & remittit ad ca cum eſſes, & ca. ſequen infra de teſtam. Et vide ſingulare dictum Baldi, in l.prima. C. qui bon. cedere poſſ. vbi
14 dicit, quod in terris eccleſiæ † ſtatutum dubium debet concordari cum iure canonico, & non cum iure ciuili. Plus dicit hic, dom. Abb. quod in terris eccleſiæ non valet ſtatutum laicorum contra ius canonicum, ſicut nec ſtatutum clericorum, de quo remittit ad cap. quod clericis, de foro compet. & ex hoc habes aliam limitationem ad iſtum textum, in quantum dicit, quod in terris eccleſiæ poteſt appellari a iu
15 dice laico ad Papam. Quid autem ſi † laicus de terris imperij litigat coram iudice eccleſiaſtico, nunquid poterit appellare ab interlocutoria lata per eccleſiaſticum contra ſe. & dicendum eſt, quod ſic. & hoc tenet Archid. ſecunda quæſt. vj. non ita, & ſequitur But. & dom. Abb. in cap. quod clericis. de foro competen. & dom. Abb. in cap. eccleſiæ S. Mariæ. de
16 cõſtitut. & ratio eſt, quia in ordinatorijs debet attendi † conſuetudo loci, vbi agitur iudicium, ut in l ſecunda. C. quemadmodum teſtam. aper. & not. glo. in dicto cap. quod clericis, de foro competenti Quod autem non appellari ab interlocutoria dicitur reſpicere ordinatoria litis, idem ſi ſtatutũ dicit, quod debeat appellari infra quinque dies. Aut quod inſtantia appellationis duret per duos menſes, nam iſta reſpiciunt ordinatoria, & proceſſum cauſæ appellationis. vnde But. & Ioan. de Imo. in dicto c. quod clericis, dicunt quod
17 † ſtatutum laicorum limitans tempus inſtantiæ ligat clericum litigantem coram ſeculari, ex quo tale ſtatutum reſpicit ordinatoria. Dicunt tamen But. & dom. Abb. in dicto ca.
18 quod clericis, quod † ſtatutum diſponens, ut non poſſit appellari a diffinitiua, dicitur reſpicere deciſoria, & ex hoc ſequitur, quod non obſtante tali ſtatuto poterit clericus litigans coram ſeculari appellare a diffinitiua, & hoc etiam ſequitur dom. Abb. in cap. eccleſiæ Sanctæ Mariæ. de conſtit. de quo etiam per eum infra eodem, ut debitus. Vltimo no.
19 quod valet † conſuetudo, quod de ſeculari iudice poſſit appellari ad eccleſiaſticum, & vide tres glo. valde nota. ſcilicet in cap. Parochianos. in fi infra de ſentent. excommun. & in cap. ex tranſmiſſa, in prima gl. de foro compet. quæ dicunt, quod de conſuetudine, & ſtilo curiæ Papa concedit literas indiſtincte clerico contra laicum, & per tales literas conuenitur reus coram delegato. Et dicunt ibi Doct. quod ſi laicus appellaret a delegato nolente eum remittere ad iudicem ſuum, quod curia non daret literas appellationis. Item ſi iudex laicus offerret ſe paratum reddere iuſtitiam clerico, ſi conueniat laicum coram eo, & mandaret ipſi laico ne reſpondeat coram delegato, hoc non obſtante delegatus debet in cauſa procedere. Et ex hoc habes ſecundam limitationem ad regulam poſitam in tex. dum dicit, quod a ciuili iudice poteſt appellari ad Papam. tamẽ fallit, vbi conſuetudo eſt in contrarium. concordat ca ſi clericus laicum, & c. licet ex ſuſcepto, de foro compet. facit cap. Romana. §.j. de
20 app. & §. debet. eod. ti. in 6. vbi dicitur, ꝙ † conſuetudo poteſt inducere,

inducere, vt etiam in inferiori ad Papam omiſſo medio poſ-
ſit appellari, nec mirum, quia etiam priuata perſona, & etiã
in concernentibus merum, & mixtum imperiũ conſuetudo
poteſt dare iuriſdõnem ordinariam & de hoc eſt tex. ſing. in
c. cũ cõtingat. de fo. cõp. & ex præmiſſis habes hic regulã, &
tres limitationes. regula eſt, quod a ciuili iudice non põt ap-
21 pellari † ad Papam. Fallit primo, quando iudex ciuilis non
recognoſcit ſuperiorem, & iniuſtitia eſt manifeſta. Secundo
fallit quando ciuilis iudex pronunciat in terris eccleſiæ. Ter
tio fallit, quando conſuetudo hoc diſponit. ſed Ho. & Butr.
addunt quartam limitationem in c. ſi. de iud. & in c. licet ex
ſuſcepto, de foro compe. quando ſcilicet clericus, vel miſera
bilis perſona litigat coram laico, nam dicunt, quod a iudice
laico poteſt appellari ad Papam ratio eſt, quia clericus, &
22 perſonæ miſerabiles ſunt ſub † protectione eccleſiæ, ut in c.
ſuper quibuſdam, in fi. de verborum ſignif. & dicit But. hoc
probari in c. ex parte. B. de foro comp. ſecus dicit But. in cau
ſa propria ipſorum clericorum, quia tunc ipſe clericus de-
bet appellare ad proximum ſuperiorem ipſius iudicis ſecula
ris, & in hoc vltimo concordat Archi. 11. quæſtio. 6. non ita.
ſed dom. Abb in d. c. licet ex ſuſcepto, de foro compet. tenet
contrarium, quia non reperitur iure cautum, quod eccleſia
vel miſerabilis perſona poſſit a iudice ſeculari appellare ad
Papam, immo regula eſt in contrarium, vt hic, & 11. quæ. ſtio.
vi. anteriorum & j. eodem, dilectis. Non obſtat c. ex parte B.
de foro compet. quia ibi ratione militiæ delegatæ recurſum
fuit ad Papam. ſecus ergo, ſi pro iuſtitia alius ſuperior poſſet
adiri, vt in c. ex tenore, ſupra de fo. compet. Non obſtat c. fin.
de iudic. quia ciuitas Florentina non recognoſcit ſuperio-
rem ſaltem de facto, ideo ibi potuit appellare ad Papam, &
hoc etiam tenuit Inno. ut dicit dom. Abb in ea ſignificanti-
bus. de officio deleg. & illa opin. videtur verior Sed aduerte,
quia ut ſupra dixi, ad imperatorem non poteſt appellari o-
23 miſſo medio, nam hoc fallit in ſcholaribus, † quia ſcholaris
a quolibet grauamine poteſt ad imperatorem appellare, q͂a
imperator ſuſcipit omnes ſtudentes ſub ſua protectione, &
eius ſpeciales filios, & ab omni iniuria promittit eos defen-
dere, vt dicit tex in auth. habita, C. ne fi. pro pat. ergo ad eum
poteſt appellari per ſcholares omiſſis aliis medus, & hoc fir
mat ibi Bal per illum tex. & inquantum ille tex. dicit quod
Imperator recipit omnes ſcholares ſub ſua protectione, &
24 in eius ſpeciales filios, dicit Bal quod † ſcholares non legiti-
me nati poſſunt legitimari per imperatorem tanquam eius
filii ſpeciales, & ſi ſint de terris eccleſiæ. Et hæc duo dicta te-
ne menti, quia ſunt notanda. licet de ſtricto iure poſſint re-
probari, quia non eſt veriſimile, quod per illa verba genera-
lia voluerit illa auth. inducere quod poſſint ſcholares ad eũ
appellare omiſſo medio, cum nulla ibi fiat mentio de appel
latione, ſed ſolum ibi promittit imperator defendere ſcho-
lares ab omni iniuria. ſcilicet puniendo inferentes iniuriam
ſcilicet ſi conqueſti fuerit imperatori vnde ſi conqueruntur
apud inferiorem, non debent violari regulæ iuris, quę dicũr,
ad proximum ſuperiorem eſſe appellandum. Item non vide
tur verum, quod imperator poſſit legitimare ſcholarem exi
ſtentem de terris eccleſiæ, cum non ſit ſibi ſubditus, niſi ra-
tione ſtudii. vnde non poteſt ſibi vſurpare illam legitimatio
nem, quæ pertinet ad Papam, vt in ca per venerabilem, qui
filii ſint legitimi. pro hoc fac quod not. Bald. h. c, qui dicit,
25 quod iudex † ſecularis non debet ſe intromittere de iuriſdi-
ctione eccleſiaſtica tanquam cognitor, ſed bene tanq̃ execu
tor ſi iudex eccleſiaſticus ſibi mandet. allegat nota in ca j. &
in ca in pleriſque. de officio ordina & quod not. Archi. d. 23.
quæſtio. 5. adminiſtratores. dummodo ſibi liquidat de iuriſ-
dictione mandantis, & de proceſſu, & de ſententia & de mã
dato, de quibus tamen iudicialiter non cognoſcet, ſed ad ſim
plicem informationem. allegat l. prohibitũ, C. de iure fiſci,
ver. 12. & l. ſi quis inficiatus. ff. depoſiti, quia male inuocanti
26 bus † brachium alterius iudicis, vel brachium militum, non
eſt præbendus aſſenſus, l. ii. circa medium. C. de his, qui
latro. & ſubdit Bald quod poteſtas ſecularis & eccleſiaſtica
debet ſibi inuicem auxilium mutuare, quia fraternizant, li-
cet in iſta cõfraternitate eccleſia ſit maior. & magis libera.
Item dicit, quod iuriſdictio temporalis dicitur filia ſpiritua
lis iuriſdictionis eccleſiæ, & ei tenetur tanquam matri ſuæ.
27 Item no. quatuor ex verbis Bal. primo, quod iudex † eccle-
ſiaſticus poteſt mandare iudici laico, vt præbeat ei brachiũ,
vel milites ſuos, & hoc tenet glo. in dicto ca j. de officio or-
di & eſt bo. tex in c. j. de maled. vide etiam glo. in l. epiſcopa
le, C. de epiſcopali audi. & Bal. in l. in criminali, C. de iuriſdi-
ctio. omnium iudicum Secundo nota. ex verbis Bal. quod
iudex ſecularis, cuius brachium imploratur antequam præ
beat brachium ſuum, debet facere, quod fiat ſibi fides de ap
pellatione iudicis, & de ſententia, & de proceſſu, de quo de-
28 bet inquirere non iudicialiter, ſed ad ſuam † informationẽ,
& ſi ei conſliterit, quod brachium male ab eo imploretur,
non debet præbere brachium ſuum iudici eccleſiaſtico, ita
concludit Bald. hic, & per eundem in dicta l. in criminali. Et
ex hoc infertur, quod ſi appareret iudicem eſſe incompeten
tem, vel proceſſum non eſſe ita rite agitatum, vel ſententiã
eſſe nullam, non deberet ſecularis præbere ſuum brachium
iudici eccleſiaſtico. Idem, ſi eſſet legitime appellatum a ſen-
tentia, quia per appellationem ſuſpẽditur iuriſdictio iudicis
a quo, vt in c. non ſolum & in capitu. ſi a iudice, eodem titu-
lo in vi & ita concluſi in cap j. de officio ordin. & ibi articu
lum plene examinaui. Adde dom. Abb. in capitu. j tertia co-
lumna, de officio ord. & ibi apoſtillam meam longam. Ter-
29 tio nota ex verbis Baldi, quod † iuriſdictio ſecularis, & ec-
cleſiaſtica debent præbere ſibi inuicem mutuum auxilium,
quia inuicem confraternizant per hoc dicit Hoſt. & Io. An.
in ca. j. de officio ordi quod ſi iudex ſecularis non poteſt do-
mare ſubditum ſuum, tenetur eccleſiaſticus præbere ei auxi
lium, excommunicando & interdicendo ipſum, & denegan
do ſibi cõionem hoſtium, & alias penas ſpirituales infligẽdo,
vt ipſarum terrore perterritus reuertatur ad obedientiã iudi
cis ſecularis, quod tene mẽti. Quarto no ex verbis Bal quod
30 iuriſdictio † temporalis eſt filia ſpiritualis iuriſdictionis ec-
cleſiaſticæ, & tenetur ei tanquam matri ſuę. Ex quo infertur,
quod peccat iudex ſecularis non deferens honorem iudici
eccleſiaſtico, nec præſtans ei auxilium, ſeu brachium, quan-
31 do iuſte petitur, & hoc patet, quod ſi † iudex ſecularis non
vult præſtare brachium ſuum, quando iuſte petitur, poteſt
excommunicari, vt in c. adminiſtratores. 23. quæſtio. quinta,
cum ſimilibus. ſed quis non debet excommunicari, niſi pro
32 peccato mortali, cum † excommunicatio non debeat ferri
pro minimis culpis, hoc eſt pro peccatis venialibus, vt in ca.
nemo epiſcoporum, & in c. nullus, & in c. epiſcopi. 11. quæſt.
3. in quibus patet, quod non debet ferri excommunicatio,
niſi pro peccato mortali, & per conſequens infertur, quod
iudex ſecularis denegans brachium, vel auxilium ſuum, quã
do iuſte petitur, peccat mortaliter, tum quia facit cõtra de-
bitum iuſtitiæ, tum quia non præſtat reuerentiam debitam
iuriſdictioni eccleſiaſticę, quam debet tanquam matrem ho
norare. & hæc tenebis menti, quia ſunt multum notanda, quæ
ſufficiant in iſto c. ſequitur. c. ex ratione.

S V M M A R I V M.

1 *Appellans etiam poſt biennium probato impedimento auditur.*

2 *Tempus anni, vel bienny ad appellationem proſequendam, quando inci-
piat currere de iure canonico.*

3 *Annus proſequendæ appellationis de iure ciuili incipit currere poſt duos
menſes a die interpoſitæ appellationis.*

4 *Tempus decem dierum appellationis ſtatim lata ſententia incipit curre-
re de momento ad momentum ſcienti tantum.*

5 *Iudice non faciente copiam ſui dies appellationis non currunt, ſi appel-
lans proteſtatur.*

6 *Tempus appellandi non currit illi, qui non potuit habere ſententiam, vel
cognitionem.*

7 *Impotentia qualiſcunque ſit, præſtat biennium ad proſequendum appella
tionem.*

8 *Verbum volumus, importat noui iuris editionem.*

9 *Impedimenta proſequendæ appellationis quatuor enumerantur.*

10 *Impedimenta quot poſſint contingere in proſequendo appellationem, &
6. enumerat.*

11 *Infirmus, an teneatur conſtituere procuratorem.*

12 *Metus Tyranni, an dicatur metus iuſtus.*

13 *Detentus a Tyranno poteſt teſtari coram minori numero teſtium, quàm re-
quirat lex.*

14 *Fideiuſſor excuſatur propter paupertatem, ſi non potuit proſequi appel-
lationem.*

15 *Fatalia non currunt condemnato qui appellauit ſi propter paupertatem
proſequi appellationem non potuit.*

16 *Statutum licet durum, ſeruandum eſt.*

17 *Papa non intelligitur per mandatum alicui facere iniuriam.*

18 *Decima debetur de fructibus.*

19 *Collectæ imponuntur perſonæ pro rebus.*

20 *Statuta ſunt interpretanda, vt minus lædant ius commune, quàm fieri
poſſit.*

21 *Statutum eſt reſtringendum, vt nullus indebitè lædatur.*

22 *Statutum, quod hæres teneatur ſoluere debita defuncti, intelligitur ſi in-
uentarium non fecerit.*

23 *Statuto cauente, vt reus caueat de expenſis in cauſa reconuentionis, in-
telligitur, ſi non fuerit pauper.*

24 Inopia non excuſat quo minus deficiat conditio.
25 Appellans qui propter inopiam non potuit proſequi appellationem excuſatur.
26 Impedimentum mixtum dicitur appellantis, & appellati ſimul.
27 Dilatio & cauillatio dicuntur impedimenta proſequutionis appellationis.
28 Impedimentum a quo probandum, & quomodo probetur.
29 Impedimentum, an probetur per iuramentum appellantis;
30 Impedimentum plenè probari debet, cum agatur de magno praeiudicio.
31 Iuramentum non defertur in euidentiſſime probandis.
32 Impedimentum non proſequuta appellationis per teſtes probatur.
33 Probatio reſultans ex alijs coniecturis, dicitur a ſe liquida praeter quã ex iuramento.
34 Probatio ex coniecturis, quando requirat iuramentum.
35 Impedimentum in cauſa matrimoniali probatur per iuramentum, fauore matrimonij.
36 Probatio vbi poteſt fieri per alia quàm per iuramentum debet praetermitti iuramentum.
37 Iuramentum, an ſit ſufficiens probatio, iudex arbitratur.
38 Pars appellare poteſt iudice non recte arbitrante.
39 Iuramentum ſemel tantum deferri poteſt ſuper eodem iuramento.
40 Perditio inſtrumentorum non probatur per iuramentum, niſi ſemel.
41 Proteſtatio de impedimento, vtrum neceſſaria ſit.
42 Proteſtatio requiritur ad declarandum animum, & diligentiam impediti.
43 Impedimentum probare non ſufficit, niſi etiam probetur, quod propter tale impedimentum non potuit proſequi appellationem.
44 Proteſtatio an debeat fieri iudici amplius, quam ſemel.
45 Requiſitio vnica regulariter requiritur.
46 Impedimentum, an impediat fatalium curſum ipſo iure.
47 Fatalia dicuntur primus & ſecundus annus, quia imponunt finem, & mortem appellationi.
48 Fatale primum eſt primus annus, fatale ſecundum eſt ſecundus annus quibus appellatio terminatur.
49 Impedimentum ex perſona appellantis, an impediat curſum primi anni, vel ſecundi.
50 Impedimentum ex perſona appellantis, & appellati veluti pacti, vel cõpromiſſi, an impediat tempus currere.
51 Conſenſus debet eſſe expreſſus, vt impediat curſum temporis inter appellantem & appellatum.
52 Appellans non poteſt proſequi appellationem coram arbitro.
53 Apoſtoli ſunt pars appellationis, & dicuntur de proceſſu appellationis.
54 Tempus appellationis poteſt ſuſpendi, non autem prorogari.
55 Inſtantia appellationis poteſt per partes elongari, vel abbreuiari.
56 Terminus ſtatutarius qui ſubrogatur termino iuris, debet ſapere eius naturam.
57 Vtilitati publicae partes renunciare non poſſunt.
58 Pendentia litis extinguitur ſententia lata.
59 Pena tunc exigi poteſt, quando eſt appoſita clauſula, rato manente pacto.
60 Actio oritur ex laudo, atque exceptio.
61 Laudum habet vim tranſactionis.
62 Penitentia non datur poſt tranſactionem.
63 Compromiſſum, quod dicatur.
64 Compromiſſum efficacius operatur in arbitratorem, quam in arbitrum.
65 Impedimentum occurrens dolo appellati, quid operetur.
66 Fatalia non currunt appellante petente attentata reuocari coram iudice ad quem & obtinente.
67 Appellans impeditus per iudicem debet habere ſecundum annum ad proſequendum appellationem etiam propter aliud impedimentum.
68 Impedimentum interueniens appellanti in ſecundo anno, poterit petere reſtitutionem in integrum.
69 Impedimentum appellanti contingens ex facto tertii, vel procuratoris quid operetur.
70 Differentia inter impedimentum praeſtitum ab aduerſario & a tertio.
71 Soluendo non dicitur, ſeu idoneus qui non habet bona in territorio, vel prope.
72 Procuratoris negligentia in non proſequendo appellationem, an noceat domino.
73 Procurator non poteſt donare ſine mandato ſpeciali.
74 Procuratore non appellante, quando dominus audiatur.
75 Impedimentum occurens ex facto iudicis, quid operetur.
76 Verbum penitus, additum verbo futuri temporis, importat canonem latae ſententiae.
77 Verbum protinus, vel prorſus, quid importet.
78 Impeditus facto iudicis nunquid teneatur adire ſuperiorem, ut compellat iudicem ad quem ad expediendam cauſam appellationis, vt non currant fatalia.
79 Iura iuribus quantum fieri poteſt concordari debent.
80 Impedimentum contingens caſu fortuito, quid operetur in proſequenda appellatione.
81 Eligens malum procuratorem ſibi praeiudicat.
82 Feriae, an ſint iuſtum impedimentum appellanti.
83 Reſtitutio qualiter fiat appellanti impedito occaſione feriarum.
84 Appellante impedito, vel in producendis inſtrumentis, vel teſtibus, videtur ſecundus annus proſequutionis ei tribuendus.
85 Peſtis, an excuſet appellantem a proſequendo appellationem.
86 Iudex competens quis ſit ad reſtituendum appellantem, poſito quod debeat fieri reſtitutio.
87 Ordo iuris, an requiratur in reſtituendo appellantem impeditum.
88 Citatio vtrum requiratur partis, in reſtituendo appellante.
89 Reſtitutio appellantis ad quantum tempus debeat fieri propter impedimẽtum ſequutum.
90 Terminus hominis duplicatur, ſi conſtiterit impedimentum.
91 Terminus aſſignatus ab homine eſt quaedam citatio ad cauſam appellationis.
92 Terminus hominis aequiparatur termino iuris in pluribus.
93 Terminus hominis ſurrogatur loco termini iuris.
94 Impedimentum quale debeat eſſe, vt ſecundum fatale detur.
95 Appellans ſi per totum annum diligens extitit nec appellationem expediuit, habere debet ſecundum fatale.
96 Appellans impeditus per totum annum primum habebit ſecundum.
97 Appellans ſi fuerit impeditus in princ. anni poſtea ceſſauit, quomodo reſtituetur.
98 Cauſa appellationis praeſumitur a iure poſſe finiri infra unum menſem.
99 Impedimento ceſſante, ſi ſuperſit tempus finiendi, & fuerit appellans negligens, an detur ſecundus annus.
100 Appellans qualiter conſequatur biennium, vel ſecundum fatale.
101 Summum quid dicatur.
102 Summum bonum eſt in humanis iuſtitiam colere.
103 Iuſtitiae laudes ex Ariſtotele.
104 Fatale ſecundum non datur appellanti propter impedimentum primi anni, ſi in reliquo ſpatio anni potuerit appellationem expedire.
105 Impedimentum, licet vnius diei, dum conſumit totam diligentiam appellantis, debet dari ſecundus annus.
106 Iudex non reſtituit niſi tantum pro tanto deperdito.
107 Negligens ab initio, an poſtea incidente impedimento ſit ad ſecundum fatale reſtituendus.
108 Caſus fortuitus non poteſt diuinari.
109 Diaeta conſuetudinariae magis attenduntur, quam legales.
110 Appellans ſi inceperit cauſam debito tempore, deinde ſuperuenerit impedimentum, qua ceſſante non fecit diligentiam, nec ſupererat tempus, quid iuris.
111 Negligentia poſterior, ſiue poſt impedimentum appellanti imputatur.
112 Appellans deduxit omnia iura ſua, & fecit diligentiam vſque ad cõcluſionem cauſae, an currant ſibi fatalia poſt cauſae concluſionem.
113 Iudex non debet procedere ad ſententiam niſi ex petitione partis.
114 Proteſtatio facta iudici anteceſſori in officio eſt de nouo facienda ſucceſſori, cui producuntur acta.
115 Iudex dicitur iuſtitiam denegare quoties ad petitionem expeditionis obmuteſcit, ſeu non procedit.
116 Impedimento occurrente appellanti in ſecundo anno, an debeat dari tertius.
117 Caſus fortuitus occurrens in tempore dato ad purgandam moram nocet debitori, nec datur reſtitutio.
118 Reſtitutio fit temporis tantum impedimenti.
119 Impedimento interueniente, an appellans debeat adire iudicem, & docere de impedimento.
120 Poſtulari a iudice non debet, quod a iure communi conceditur.
121 Iudex a quo, vel ad quẽ, an poſſit cognoſcere de appellationis deſertione.
122 Confirmatio ſententiae, an valeat deſerta appellatione.
123 Sententia lata ſuper deſertione appellationis, an reuocari poſſit.
124 Appellari, an poſſit a ſententia lata ſuper deſertione appellationis ſine cauſae expreſſione.
125 Infirmatio ſententiae facta per iudicem ad quem, an ualeat.
126 Appellatio deſerta habetur ac ſi nunquam ſit appellatum.
127 Sententia lata a non ſuo iudice, nulla eſt.
128 Appellatio tacite cenſetur non deſerta cum proceſſum fuerit ad vlteriora.
129 Iudex nunquid poſſit reuocare ſententiam, quam habuit pars in fauorem, ſi ſumatur ſuper ea diſputatio non obſtante, quod tranſiuerit in rem iudicatam.
130 Deſerta appellatione per lapſum anni, an ſententia poſſit executioni mandari.
131 Sententia poſt appellationem non poteſt exequi, niſi lapſo biennio, ſecundum Bal.
132 Executio ſententiae, an poſſit peti coram iudice a quo ante quam lata ſit ſententia declaratoria ſuper deſertione appellationis per iudicem ad quem.
133 Sententia ſtatim poteſt exequi conſtito de deſertione appellationis.
134 Cautela ad impediendam executionem iudicis a quo antequam lata ſit ſententia ſuper deſertione appellationis.

135 Tem-

135 Tempora vtilia requirunt inquiſitionem facti, nec ignoranti currunt.
136 Statutum dicens, quod iudex expediat cauſam, alioquin pœnam incidat infra tantum tempus, ſi appellatio fuerit deſerta nō incidit in pœnam.
137 Executio, an poſſit fieri contra appellantem eo non citato, poſt appellationem deſertam.
138 Iudex à quo non poteſt exequi ſententiam, niſi prius cōſtet appellationē eſſe deſertam.
139 Executio non poteſt fieri parte non citata.
140 Priuatio poſſeſſionis beneficij non fit poſſeſſore non citato prius.
141 Iudex facilis qui fuit in immittendo in poſſeſſionem, debet etiam eſſe facilis in reuocando.
142 Captura perſonæ facta parte non citata ſtatim ſine alia citatione reuocari debet. idem de
Tenuta data &
Immiſſione in poſſeſſionem facta.
143 Executio an fieri poſſit, quando a ſententia non fuerit appellatum citatione partis omiſſa.

C A P. VIII.

1 EXratione. Etiam poſt biennium auditur † appellans, qui ſuam appellationem proſequi non potuit. hoc dicit, ſecūdum Ioan. Andr. vel ſic, ſecundum dom. Abb. Lapſus biennii non præiudicat appellanti, quominus ex cauſa legitima, ſaltem per beneficium reſtitutionis in integrum audiatur. Ponit dictum, cuius rationem interſerit, & eſt dec. valde famoſa, quia habet materiam valde quotidianam. No. primo ibi, a ſententia, ſecundum aliquos, q annus, & ex cauſa biennium, quod datur a iure ad appellationem proſequen-
2 dam, & finiendam, incipit † currere a tempore latæ ſententiæ. Sed hoc eſt falſum, & hodie eſt determinatum, quod tēpus anni, & ex cauſa biennium currit a die interpoſitio appellationis, ſi appellatio eſt iudicialis, & ſi eſt extraiudicialis, & appellatur a futuro grauamine a die illati grauaminis. & de hoc eſt tex. in clem ſicut eodem tit nec dies interpoſitæ appellationis cōnumeratur in tempore anni, vel biennii, qui dantur ad proſequendam, & finiendam appellationem, & hoc tenet glo. in ver. a die, in principio, in d. cle. ſicut, & eadem glo. in ver. item cum x. dies dentur, dicit quod x. dies, qui dantur ad appellandū, non connumerantur in tempore anni. vel biennij, & ſic tempus proſequendæ, & finiendæ appellationis incipit currere poſt diem interpoſitę appellationis, quia ipſa dies, in qua interponitur appellatio, cedit lucro appellantis. Ita dicit gl. præalleg. in prin. & hoc intelligas de iu-
3 re canonico. De iure autem ciuili non incipit † annus currere, niſi poſt duos menſes a die interpoſitæ appellationis, vt dicit tex in Auth. de iudicibus. § appellationibus. ſed Ang. ibi dicit diſpoſitionem illius cle. ſicut, ſeruari de conſuetudine, & in foro ciuili. & hæc tene menti, quia vidi aliquos in
4 hoc errare. † Tēpus autem x. dierum, quod datur ad appellationem interponendam, currit a tempore ſententiæ de momento ad momentum, & ſic ſtatim lata ſententia incipiunt currere. x. dies dari ad appellandum, eſt tamen vtile tempus a principio quia non currit ignoranti, de quo vide tex. cum glo. in ca concertationi in ver. ſciuerit, eodem titu. in 6. item non currit imperito, vnde ſi aliquis non poteſt habere co-
5 piam † iudicis, non currit tempus x. dierum datum ad appellandum, vt in l. j. §. dies. & §. adeūdi. ff. quando app. ſit. vbi text. plus probat, quod ſi non faciat copiam ſui in publico, non currunt decem dies, qui dantur ad appellandum, & vide eoſdem tex. ſecunda, quæſtio. 6. §. biduum. ver. dies. & ver. adeundi. & hoc etiam firmat Specu. eodem titu § teſtat. verſic. ſed nunquid hoc tempus, qui tamen dicit, quod appellās debet hoc proteſtari. & idem dicit Bart. in l. j. § dies. ff. quando app. ſit. de quo dicetur in c. fin. infra eodem. & Specu. in dicto ver
6 ſicu. ſed nunquid hoc tempus. † vbi etiam dicit, quod ſi quis non potuit habere copiam ſententiæ, antequam habeat copiam, non currunt ſibi decem dies, qui dantur ad appellandum. Dic tamen, quod ſi habuiſſet plenam notitiam, vel p aduocatum ſuum, vel per amicum, qui fuiſſet præſens ſententiæ, inciperet currere tempus decem dierum, quod datur ad appellandum, de quo vide glo. in cle. cauſam, in ver. plena, de elect. Secundo no. ibi, per impotentiam, quod eſt verbum generale includens impotentiam, ſiue ſit iuris, ſiue ſit facti, vt in capit. ſciſcitatus. de reſcriptis, quod qualiſcunque
7 ſit † impotentia. præſtat iuſtam cauſam habendi ſecundum annum, & ut non fiat præiudicium ipſi appellanti in ſecundo anno.
8 Vltimo nota in verbo, † volumus, quod importat editionem noui iuris, non autem antiqui iuris declarationem, ut dicit glo. in verbo, volumus. in clem. vnica, de offic. vicar. & glo. in clem. prima, in glo. fin. de rerum permuta. quod impeditus in ſecundo anno, debet audiri per viam reſtitutionis in integrum, & non ipſo iure, alias Papa nō fuiſſet vſus hoc verbo, ſed verbo, declaramus. & dicit dom. Abb hoc eſſe bene notandum, quia facit ad multa. Idem domin. Abb. hic in vltimo not. & Fel. in cap. ex parte, 4. columna, verſi. conſidera bene. de reſcriptis. ¶ In glo. hæc glo. in effectu tractat
9 de quatuor † impedimentis. Primum impedimentum eſt, quando ipſe appellans impeditur proſequi appellationem ex facto contingente in ſuam perſonam. Secundum impedimentum eſt, quando impeditur facto iudicis. Tertium eſt, quando impeditur per compromiſſum, vt q a partes faciunt compromiſſum pendente appellatione, de quo loquitur authen. ſi tamen. C. de temp. appel. & cle. quandiu, eodem titu. Quartum impedimentum eſt, quando appellans impeditur facto tertij, in quo dicit glo. quod ſi ipſe tertius eſt ſoluendo tempus currit cum effectu, & appellans debet agere ad intereſſe contra impedientem, & ſi non eſt ſoluendo, non poteſt petere reſtitutionem in integrum, aduerſus lapſum temporis, vt in l. fi. ff de eo, per quem fac. & in l. eleganter. §. ſi dolo. ff. de dolo. Deinde glo. refert opin. quorundam, qui dixerunt, quod ſi quis impediatur facto proprio, vel facto iudicis, nihilominus mero iure currit tempus, ſed debet dari reſtitutio in integrum, & mouentur per text. in l. fina §. vlt. C. de temp. appel Sed glo. dicit, quod ex hoc tex non colligitur quod debeat dari reſtitutio in integrum, quia text. ſimpliciter dicit, quod non generatur præiudicium, & ad l. allegatā in contrarium reſpondet, quod ibi appellans fuit impeditus per negligentiam iudicis. hic autem appellantes fuerunt impediti ex propria impotentia, & ſic ipſo iure ſeruantur illæſi. & aduerte ne glo. videatur contraria, quia in principio dixit, quod impeditus ex propria impotentia, vel per iudicem vel per compromiſſum, ipſo iure ſeruatur illęſus, vnde intelligenda eſt gl. in principio, de impedimento per iudicem nō tamen negligentem, ſed ex aliqua cauſa impeditum. in fi. autem loquitur de impedimento per negligentiam iudicis, & ſic debet intelligi gl. ne videatur contraria. Sed pro maiori declaratione, quæro de ſeptimo. Primo, quæ & quot impedimenta poſſint contingere. Secūdo, cui incumbat onus probandi impedimentum, & qualiter probetur. Tertio, an tempus hominis, vel iuris non currat contra impeditum, vel an ſit neceſſaria reſtitutio. Quarto, quis iudex poſſit reſtituere, an ordinarius, vel delegatus. Quinto ad quantum tempus debeat fieri reſtitutio ratione impedimenti decurſio in primo, vel ſecundo anno, & tam in termino hominis, quam iuris. Sexto, an iudex a quo, vel ad quem poſſit cognoſcere de deſertione appellationis, & an deſerta appellatione valeat confirmatio ſententiæ. Septimo, an deſerta appellatione per lapſum anni poſſit ſtatim ſentētia executioni mandari. & an ſit neceſſarium pronunciare ſuper deſertione appellationis antequàm fiat executio, & an ſit neceſſaria cita
10 tio partis. Circa primum dic, quod ſex impedimenta † ſunt in conſideratione Primum eſt in impedimento contingente in perſona ipſius appellantis, & in hoc Doct. ponunt tria
11 exempla, puta ſi eſt infirmus, & an † infirmus teneatur conſtituere procuratorem dic ut in c querelam, ſupra de procura. Secundum eſt exemplum, quando aliquis propter metū Tyranni nō eſt auſus cōtra ipſum proſequi appellationem. Et iſtud exemplum ponit hic Bal. requirens, quod tyrannus ſit ita potens, quod contra eum non poſſit haberi recurſus,
12 & de hoc an † metus tyranni ſit iuſtus, dic vt dixi in c. ad audientiam, ſupra quod met. cauſa. & adde Bald. in l. vln. C. de
13 teſta. vbi dicit, quod † detentus a tyranno poteſt teſtari corā minori numero teſtium, quam requirit lex. Et de tyranno vide etiam Pet. de Ancha. in cle. cauſam, de elect. & idem dicit Bal hic de capto a Saracenis, quia tale impedimentum eſt præciſum. allegat l. Cæſar ff. de publ. Tertium exemplum eſt, quando appellans impeditur propter impedimentum paupertatis, nam tale impedimētum excuſat, ſecundū Inn. Io. An. But. & D. Abb. & etiam Io. de Imo qui dicit hoc eſſe bene notan. quia ſæpe de facto poteſt cōtingere maxime in his, qui appellant ad curiam. Idem tenet Bal in c. ſignificantib. in fi. de offi. del. inopia eſt ſpēa defenſionis, vt dixi ſ. e ti. reprehenſibilis. 2. col. in fi. Qui viuunt ex ſuo artificio dicuntur inopes. d. Ab. in c. qđ ſuper 1. no. de voto. Quod valde not. Et pp inopiam non poſſunt proſequi appellationem. iſtud ēt ſequitur hic Bal. qui dicit dictum Inno. eſſe nota. dignum. p hoc allegat l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes ff. mandati. vbi
14 dicitur, quod † fideiuſſor excuſatur, ſi propter paupertatē nō potuit proſequi appellationē. facit c. j. quo temp. miles, in vſibus feu. & idem ſenſit Bald. in l. acceptam, in 24. q C. de vſur. vbi dicit, quod condēnatus pro maleficio, qui appellauit, & propter paupertatem appellationem proſequi non potuit
15 excuſatur, ut non currant ſibi † fatalia, allegat Innocentium

Alex. de Neuo i. in ſecundum Decr.

hic & Guil de Cuneo in l. eos, C. eo. & ibi infert ad ſtatutum
diſponens, quod clerici debeant ſoluere collectam: alioquin
non reddatur eis ius, in fi. nunquid ſi non potuerunt collige
re fructus teneantur ad ſoluendam collectam. & primo di-
cit, quod non per text. ſingularem in l. forma. ff. de cenſi. ſed
16 poſtea determinat contrarium, † quia ſtatutum eſt ſeruan-
dum, licet dutum ſit. facit l. proſpexit, ff. qui, & a quibus. ſe-
17 cus dicit in mandato, quia † Papa non intelligitur, in man-
dato alieni facere iniuſtitiam, vt in c. j. de alie ſeu. melius fa-
cit c. ij. de teſti cog. cum ibi nota per glo. & Doct. Ego tamen
credo, quod etiam in ſtatuto debeat ſubintelligi illa condi-
tio, ſi poſſit ſoluere, quia ad impoſſibile nemo obligatur. Et
per hoc dicerem, quod aut ſtatutũ dicit, quod non ſoluens
decimam non audiatur, vel ei non reddatur ius, & tunc nõ
collectis fructibus non incidit in pœnam ſtatuti ſi eos non
potuit colligere propter caſum fortuitum ſuperuenientẽ.
18 ratio eſt, quia † decima debetur de fructibus, vt in ca. tua, &
in cap. paſtoralis. de deci. & in clem. ij. eodem titu. vnde per-
ditis fructibus per violentiam hoſtiam, vel eis non natis li-
beratur a ſolutione decimæ, & per conſequens non incur-
rit pœnam ſtatuti. Aut ſtatutum dicit, quod non ſoluenti-
bus collectas non reddatur ius, & hoc caſu ſi eſt collapſum
patrimonium caſu fortuito, forte poſſet dici, quod incidit
in pœnam ſtatuti, & hoc caſu expreſſe loquitur Bal. in d. l. ac
ceptam C. de vſur. tamen adhuuc verius credo, quod non in
19 cidat in pœnam ſtatuti, quia † collectæ imponuntur perſo-
næ pro rebus, vt dicit Bar. in l. reſcripto § ſciendum, ff. de mu
ne. & hono. vnde deficiente patrimonio, propter quod im-
ponuntur collectæ, debet releuari a collectis, & per conſe-
quens non incidit in pęnam ſtatuti. Nec obſtat ratio Bal. dũ
20 dicit, quod ſtatutum, licet dutum, ſeruandũ eſt, quia † ſtatu-
ta ſunt interpretanda, ut minus lædant ius cõmune, quam
fieri poteſt, etiam eorum verba impropriando, vt eſt tex. ſin
gu. in c. cum dilectus, de conſuet. & ibi hoc not. But. & Ioan.
21 de Imo & dom. Abb. Item † ſtatutum eſt reſtringendum, vt
ex eo nullus indebitè lædatur, vt in l. ij. C. de noxa. & in l. fin.
§ in computatione. C. de iure deliber. vbi dicit gloſ & Barto.
22 quod ſi † ſtatutum dicit, quod hæres teneatur ſoluere debi-
tum defuncti, ſubintelligitur conditio, ſi inuentarium nõ fe-
cerit. vnde etiam in propoſito ſtatutum diſponens, quod nõ
ſoluenti collectas non reddatur ius, debet recipere conditio
nem, ſcilicet niſi patrimonium ſit collapſum, propter quod
a collectis ſit exonerandus. poſſet tamen procedere dictum
Bal quãdo non petit a exoneratione ageret, quia obligatio
ad ſoluendas collectas remanet antequam ſit exoneratus, &
per conſequens habent locum verba ſtatuti, & eius diſpoſi-
tio. vnde redeundo ad propoſitum Bal in præal. l. acceptam.
ſecutus fuit opi. Inno hic. pro qua etiam facit nota dictum
Ang in l. cum non facile ff. ſi cui plus quam per legem Falc.
23 vbi dicit. quod ſi † ſtatuto cauetur, quod reus debeat caue-
re de expenſis in cauſa reconuentionis, quod ſi eſt pauper
remittitur ſibi illud onus, ſed idem Bald. in l. ſi C. de condic.
inſertis, expreſſe tenet, quod paupertas non excuſat eum, qui
non proſequitur appellationem, & Bald. conſilio 5. 3. volu.
vbi dicit arbitrarium eſſe quis dicatur pauper, & quod cur-
rant ſibi fatalia, & reprobat Innoc. hic, & quidam moderni
eum ſequuntur, per tex. cum glo in l. cum ita, la ij. ff. de con-
24 di. & demonſtra. vbi videtur probari, quod † inopia non ex-
cuſat quominus deficiat conditio, & per l. 1. §. ſi cum duob.
ff. de colla. bono. ubi dicitur, quod non conferens, vel nõ ca-
uens de conferendo propter inopiam, non conſequitur hæ
reditatẽ pro ea parte ꝓ qua non cauet, vel non confert. Sed
tu tene opin. Inno. quæ communiter tenetur, pro qua bene
facit tex. in Auth de his, qui ingre. ad appellan. poſt princ. vbi
25 text. expreſſe dicit, quod excuſatur appellans, † qui propter
inopiam non potuit proſequi appellationem. Non obſtat
tex. cum glo. in l cum ita, quia ibi agitur de lucro non acqui-
rẽdo, hic autem de damno vitando. Ad §. ſi cum duobus, re
ſpondetur, quod non obſtat, quia ſi bene ponderetur ibi ino
pia excuſat a damno, quia vt ibi dicitur, debet dari curator
bonis, cui res ſaluãda debet committi, & habebit rationem
illius, qui propter inopiam non confert. extimabit enim
quantum valet illud, quod conferre debebat, & facta com-
putatione reddit ſibi illud, quod debebat habere, ſi collatio
nem feciſſet. vnde ibi nõ dicitur, quod perdat hæreditatem
ex eo, quod non cauet propter inopiam, ſed non traditur ſi-
bi portio hæreditatis donec curator detur bonis, quod habi
ta ratione collationis faciendæ et partem reſtituat in qua
ſuccedere debebat. vnde ille tex. nullo modo facit in contra
rium, & ex hoc ſum expeditus de primo impedimẽto, quod
concernit perſonam appellantis. Secundũ impedimentum
26 eſt concernens factum † mixtum appellantis, & appellati,
puta, quia pendente appellatione factum compromiſſum,
vel expreſſe conſentiunt, quod interim non currant tempo
ra appellationis, & de hoc habetur in authẽ. ſi tamen. C. de
temp. app. & in clem. quandiu. eodem titu. Tertium impedi-
mentum poteſt contingere ex facto appellati tantum, vt ſi
impediuit appellantem in proſecutione appellationis pe-
27 tendo longiores † dilationes, vel prorogando iudicium per
ſuas cauillationes, & appellatio. eſt enim iuſtum impedi-
mentum, ſecundum Innoc & Docto. hic. Quartum impedi-
mentum eſt, quando appellans impeditur facto tertiæ per-
ſonæ, vel ꝓꝓ negligentiam procuratoris, qui non fuit pro e
cutus appellationem, & de hoc infra dicetur. Quintum im-
pedimentum eſt reſpectu iudicis, qui noluit, vel non potuit
in cauſa procedere. Sextum & ultimum impedimentum eſt,
quando impeditur per caſum fortuitum, puta propter diſcri
mina viarum non potuit tranſire per terram, vel propter tẽ
peſtatem non potuit tranſire per mare. ſi tamẽ eſſet duplex
via, vna per terram, alia per mare, ſeu per flumen, debet in-
teruenire impedimentum vtriuſque itineris, ut eſt tex. no. in
l. imperator Alexander. ff. eodem vbi Bart. dicit, quod impe-
dimentum itineris nunquã excuſat, ſi potuit habere iter tu-
tum, licet eſſet aliquantulum magis longum. Et de aliis im-
pedimentis ſingulariter infra examinabo, an & quando ex-
cuſent, & quid operentur,

Venio nunc ad ſecundum, ſcilicet cui incumbat onus ꝓ-
28 bandi, & qualiter probetur † impedimentum, & an ſit neceſ
ſaria proteſtatio. & dic quod onus probandi incumbit ap-
pellanti, vt hic, in tex. in ver. conſtiterit, & in l. fi § illud. C. de
temp. app. Qualiter probetur impedimentum, & quale dẽat
eſſe impedimentum, Bal conſilio 366 j. volum. & 119. ij. vol.
& 308. 4. vol. ver. ego dico. vbi bene loquitur, & Io. de Anan.
conſilio 31. colum. Qui dicit, quod nõ datur biennium, niſi
euidentiſſimis probationib. cõſtet de impedimento, & quod
difficile eſt hoc probare creditur dicenti ſe impeditum fuiſ-
ſe, aut eſſe D. de Rota ii de iureiur in antiquis deci. incip. vbi
aliquis dicit ſe impeditum iuramento. Qualiter autem pro-
betur impedimentum Spec. eodem ti. § nunc breuiter, verſ.
quid ergo, & ver. quid ſi appellatur, tenet quod probetur im
pedimentum per iuramentum appellantis. Hoc verum, quã
do appellatus reportaret, paruum commodum, ſecus ſi ma
gnum. Bar. in extrauaganti, ad reprimendam, ver ſummarie.
& Io. de Ana. conſil. j. a. col. ver. uerum quia idem dicit ſi alle
gat ſe infirmum, & ita conſuluit Fe. de Sen. conſilio ſuo 109.
quod incipit, ſuper puncto etiam. vbi adducit multa iura
29 probantia, † impedimentum probari per iuramentum, ſcili
cet l. ſcire oportet §. ſufficit. ff. de excu. tuto. & glo. in ca. cum
olim, de priuil. & in l. fi. C. de fi. inſtru. facit c. ſtatutum §. j. in
ver iuramentum. de reſcriptis. in vj. & c. vt circa. in fi. eod ti.
de elec. & c paſtoralis. de excep. & c. præſentium, de teſti. ſed
Ioan. And. in addi. Spe. in loco præalleg dicit quod prædicta
procedũt in appellationibus ad curiam de longinquo, quia
difficile eſſet ducere teſtes, & ſi remiſſio fieret ad partes, oc-
cuparet multum tempus, ſecus, quãdo appellatur ad locum
propinquum, & ſic non eſt difficilis probatio: tunc enim, ſe-
cundum eum impedimentum debet aliter probari, quam
per iuramentum, & cum opi. Ioan. And. tranſit hic But. in 5.
colum. in prin. ſed dom. Abb. in iuj. q. in 5. col. dicit, quod etiã
data diſtantia locorum non ſufficit appellanti probare im-
pedimentum per iuramentum, quia impedimento nõ dato
ſententia tranſit in rem iudi. ergo cum agatur de maximo
præiudicio, & de abdicando iure quæſito appellato per de-
30 ſertionem appellationis, debet † impedimentum plene pro
bari, ſicut ꝓbari dẽt in quolibet facto graui, non obſtante lo
corũ diſtantia. & de hoc vr tex. in ca. cũ ſit Romana, in prin.
ẽ. eo. vbi tex. dicit, ꝙ de impedimento appellãtis debet euidẽ
ter conſtare ad hoc vt detũ ſecundus annus. & hoc clarius ꝓ-
batur in l. fi § illud. C. de temp. app. ubi tex. requirit euidentiſ-
ſimam probationem fieri ad hoc, vt detur ſecundus annus
appellanti, ſed ubi aliquid debet euidentiſſimè, non defer-
31 tur † iuramentum in ſupplementum probationis, vt dicit gl.
fi in l. non eſt veriſimile, quod me. cau. & in l. cum de inde-
bito. ff. de proba. & illud etiam ſequitur hic Io. de Imo. in 8.
col. & concludit Ioan. de Imo. & etiam dom. Abb quod in
cauſis grauibus non ſufficiat probatio per iuramentum,
ſed bene in cauſis non grauib. puta ſi agitur de dãda dilatio-
ne, & idem dixit Pe. de Anch. in c. cupientes §. inſuper. de ele.
in 6. vbi dicit eſſe ſpeciale in caſu § quod ſi per viginti, quod
non ſtetur iuramento allegantis ſe impeditum, vt dicit ibi
glo. in verbo, fidem, quia ibi agitur de magno præiudicio, ſe
cus ſi agatur de modico præiudicio, vt in danda dilatione,
& ſimilibus, & ideo dicit de facto ſe conſuluiſſe, non ſuffi-
cere in cauſa appellationis probare impedimentum per iu-
ramentum, per text. in d. l. fina. §. illud. C. de tempor. appella.
facit capitu. ex literis, de reſtitutione in integrum, vbi potet,

quod

quod per iuramentum non probatur impedimentum ple-
ne. iſta etiam fuit concluſio Bart. iungendo ea, quæ dicit in
l.quæſitum. ff.de re iudica.& in l.ij. §.quod diximus. ff.ſi quis
cautio.item in dicta l.quæſitum.quæ loquitur de reuocanda
32 ſententia lata contra abſentem, dicit quod † impedimētum
debet probari per teſtes. dicit tamen,quod etiam teſtes fami
liares, & domeſtici poſſunt probare impedimentum infirmi
tatis, videlicet quod fuerit infirmus, vt in l.conſe.iſu, C. de
repu.& in c.veniens, el ij.in fi. ff.de teſtib.dicit tamen, quod
poterit etiam probari per iuramētum cum aliis indiciis,pu-
ta quia facies eius erat extenuata, quaſi hominis ſurgētis ab
infirmitate, arg l.minor viginti quinque annis ex aſpectu. ff.
de minor.ſed in l.a § quod diximus. ff.ſi quis caut. vbi agitur
de probando impedimentum ad excuſationem illius, qui
non comparuit, dicit Paul poſt Guil. ibi, quod iudex poteſt
arbitrari, vt deferatur iuramentum illi qui allegat ſe impedi-
tum habito reſpectu ad qualitatem perſonæ. Sed quidam
Moderni dicunt,quod appellans poteſt probare impedimen
tum per iuramentum interuenientibus aliis coniecturis, quia
33 † probatio quæ reſultat ex aliis coniecturis, dicitur eſſe liqui
da probatio, vt in l.licet Imperator.ff.de leg 1. & ibi per Bar.
& in l.ſi quis locuples.ff.de manum.teſtamē Et quia proba-
tio,quæ fit per iuramentum, dicitur legitima, vt dicit glo.fi.
in cap.paſtoralis, de excep.& in cap præſentium, in ver iura
mento,ſupra de teſtib & in cap.ſtatutum.§.1.in ver.iuramen-
tum,de reſcrip in vj.& ſic concludunt,quod concurrentibus
aliquibus coniecturis,& qualitate perſonæ poterit iudex ſta-
re iuramento appellantis, arg l.non omnes.§.a Barbaris. ff.
de re milit.& in l.ſcire oportet § ſufficit.ff.de excuſ.tuto.& di
cetur tunc euidens, & legitima probatio,& pro hac opin. li-
cet non allegent,facit quod no.Bar.in dicta l.quæſitum ff.de
re iudic.vbi ſentit,quod etiam vbi agitur de probando impe-
dimento ad reſcindendum ſententiam impedimentum poſ-
ſit probari proprio iuramento, & aliis indiciis. facit etiam,
quod no.glo.in cap placuit,vt quotienſcunque, in ver.ratio-
nem,quę incipit.not.xviij.diſt quæ dicit,quod per vnum te-
ſtem, & proprium iuramentum probatur impedimentum.
ſed referendo illam glo ad tex.non loquitur, quando agitur
de damno alterius, ſed quando allegans impedimentū vult
euadere pęnam, puta quia non venit ad ſynodum,& ſic non
multum facit ad caſum noſtrum,& verior mihi videtur opi
nio tenentium, quod requiratur, quod appellans probet ple
ne impedimentum, & quod non ei debet deferri iuramen-
tum, hoc probat tex.in dicta l fin.§ illud. C.de temp. appell.
vbi requiritur euidentiſſima probatio, & idem probatur in
cap cum ſit Romana,in princ.ſupra eod Adde Phyl.in c.ſta-
tutum §.cum vero in fi. vbi etiam glo. in verbo, proprium iura-
mentum,de reſcrip.in vj qui dicit, quod vbi requiritur legiti-
ma probatio non admittitur probatio per iuramentū. Nec
obſtat,quod dicatur liquida probatio,quæ fit ex coniecturis,
quia hoc debet intelligi, quando ex coniecturis reſultat ple-
na probatio,quod quando ſit, vide Bal in l.non hoc.C.vnde
cog.ia.& in l.neque natales. C. de probat.dixi in c. tertio lo-
co, ſupra de probat.

34 Poſſet tamen dici,quod ſi ex † coniecturis reſultat violen
ta, vel quaſi violenta præſumptio, quod tunc debet ſtari iu-
ramento allegantis impedimentum, & hoc clarè poteſt cō
præhendi ex exemplo, quod ponit Bart.in dicta l.quæſitum.
vnde vult, quod ad hoc vt ſtetur iuramento allegantis ſe fuiſ
ſe infirmum,quod appareat facies extenuata,quaſi hominis
ſurgētis ab infirmitate, talis enim eſt quaſi violenta præſum
ptio,quod fuerit infirmus, hoc etiā modo intelligatur Bald.
in dicta l.ſcire oportet.§.ſufficit.ff.de excuſa.tutor. vbi ſentit,
quod per cōiecturas poſſit impedimentum probari, licet in
c.j. C.de dilat. videatur velle, quod etiam in cauſis grauibus
poſſit iudex decernere, vt ſtetur iuramento, vt infra eius ver
ba referam. Nō obſtat,quod dicatur legitima probatio,quæ
fit per iuramentum, quia hoc eſt verum, vbi in iuramento
exprimitur, quod talis probatio ſit legitima, & hoc modo
loquuntur glo.ſupra allegatæ. Alias illa probatio dicitur eſſe
legitima, quæ fit per teſtes omni exceptione maiores, vt di
cit glo.not.in c.at ſi clerici. in ver legitima, de iudi.

Fateor tamen, quod tales poſſent eſſe coniecturæ, quod
ponderata qualitate perſonæ allegantis impedimentum cū
iuramento, fieret euidens probatio,& hoc modo poſſet pro
cedere opinio iſtorum modernorum,qui dicunt, quod inter
uenientibus coniecturis,ſeu indiciis, & ponderata qualitate
perſonæ, poteſt iudex ſtare iuramento appellantis, ſublimi-
to tamen iſtud dictum duobus modis. Primo, in cauſa ma
trimoniali per tex.not.in c.ex literis, de reſtit.in integ. vbi eſt
35 ſpeciale in cauſa matrimoniali, quod probatur † impedimē
tum per ſolum iuramentum. & hoc fauore matrimonij, vt
ibi dī, & ſecundum vnum intellectum, quem etiam Ioan. de
Hyſp. & do.Abb ſequūtur,ille tex. intelligitur, quod illa mu
lier fuit audita contra ſententiam per viam reſtitutionis in
integrum. Et ex hoc inferunt, quod in cauſa matrimoniali,
vel in alia cauſa pia probatur impedimentum per ſolum iu-
ramentum,& tamen ibi ſecundum illum intellectum reſcin
ditur ſententia probato impedimento per ſolum iuramen-
tum, vnde eodem modo debet probari impedimentum ad
obtinendum reſtitutionem in integrum aduerſus lapſum
temporis in cauſa appellationis, & ita pronunciaui hoc an-
no in quadam cauſa matrimoniali Secundo limito,vbi con
ſtaret appellantem fouere ius in cauſa principali: tunc enim
etiam impedimento minus ſufficienter probato deberet
ei ſubueniri aduerſus lapſum tempus. de hoc eſt tex.nota in
cap.cum Bertholdus.ver.licet autem,ſupra de re iudic. & ibi
hoc no.do.Abb. & ita ſit concluſio, quando agitur de pro-
bando impedimento in cauſa appellationis, vel in alia cau-
ſa magni præiudicij. Vbi vero non agitur de magno præiudi
cio tunc dicerem, quod aut poteſt fieri probatio per teſtes,
vel alio modo, & tunc non debet recurri ad iuramentum,
36 ex quo poteſt aliter fieri † probatio,& hoc tenet glo.not in
ſimili,in dicto cap ſtatutum,in ver.ſaltem,de reſcrip.in vj. &
idem dicit Bal.in l.j. C de dilat.in j.quæſt.vbi dicit,quod ſi im
pedimentum de facili poteſt probari, non ſufficit ſolum iu-
ramentum,ſed debet interuenire qualiſqualis probatio, vel
coniectura impedimenti cum iuramento allegantis impedi
mentum, argu l.3.§.duæ cauſæ.ff ad Carbon. Sed Hoſt. Ioā.
Mo.& Ioan.And.& d.do.in cap 1.de do.& contuma.in vj.di-
cunt hoc relinquendum eſſe arbitrio iudicis inſpecta graui-
tate, vel paruitate præiudicij, & inſpecta qualitate impedi-
menti, ſcilicet an impedimentum fuerit in loco longinquo,
vel ſolitario, in quo non poſſit eſſe copia teſtium,vel an im-
pedimentū interuenerit in loco propinquo, & publico,& in
ſpecta qualitate perſonæ impeditæ.ſcilicet an ſit perſona bo
nę famæ,quā non ſit veriſimile velle deierare,vt in c.in lite-
ris,in fi.ſupra de teſtib nam inſpectis prędictis iudex habet ar
37 bitrari, an † iuramentum ſit ſufficiens probatio. iſtud idem
dicit hic do. Abb. & in c.cum Bertholdus, in 13. colu. ſupra
de re iudic.vbi dicit eſſe communem concluſionem, vt inſpe
cta qualitate cauſæ impedimenti allegati,& perſonę allegā-
tis quandoque ſufficit iuramentum allegantis, quandoque
ſufficit iuramentum allegantis, quandoque exigitur alia ſe-
miplena probatio, quandoque plena. Bal.etiam in d.l.j. C de
dilat.in 1.q. eodem modo diſtinguit, quod aut agitur de ma
gno præiudicio aduerſarij,& non ſtatur iuramento, vt in l.fi.
§ illud. C.de temp. appell. aut non agitur de excludendo iu-
re aduerſarij, ſed ſolummodo de admittendo probantem,
& tunc ſtatur iuramento per l.theſaurus, ff ad exhib. ſed po
ſtea dicit, quod quicquid ſit, ſi iudex arbitratur de ſtando iu
ramento, & defert iuramentum, quod præſumitur recte fa-
ctum, allegat Innoc.in cap innotuit,de eo,qui fur.or.rece.&
in vltimo videtur recedere a diſtinctione, quam fecit & ſen-
tit, quod etiam ſi agatur de magno præiudicio iudex poſſit
arbitrari, quod ſtetur iuramento allegantis ſe impeditum,
ſed non puto,quod hoc ſit verum,niſi pars omitteret appel-
lationem, quia quando iudex non recte arbitratur, poteſt
38 pars † appellare,vt dicit glo.in ca.ſuper his,in ver arbitrium,
de accuſ.& Bart.in l.ſi qua pęna ff.de verb.ſignif. Et aduerte,
39 quia pro eodem facto non poteſt, niſi ſemel deferri † iura-
mentum ad probandum impedimentum.vnde ſi poſtquam
probaſſet impedimentum per iuramentum. fuiſſet iterum
impeditus in eodem facto, non poſſet amplius ei deferri iu-
ramentum, hoc tenet Ia. de Ha. & Ange. in l.ij § quod dixi-
mus ff.ſi quis caut.& Ang in l veluti. § hæc vox. ff.de eden.&
vtrobique idem tenet Bal. in lect. antiqua, & probatur in l.
fin.in fi.ff.de bo.auct. iudic.poſſ. vbi dicitur, quod creditores
immiſſi in poſſeſſ. rerum debitoris poſſunt petere inſtrumen
ta pertinentia ad ipſum debitorē. & ſi ſint deperdita, nota-
rius quis habet prothocolla ipſorum inſtrumentorum co-
gitur ea reficere, & ſi poſtea iterum perduntur, non cogitur
notarius iterum reficere, niſi iurent nō calumniæ cauſa hoc
poſtulare. & ſi iterum perderent,non deberet amplius refi-
cere quod intelligit ibi Bar quando vult probare perditionē
per ſolum iuramentum, ſecus dicit ſi probaretur perditio
aliter quam per iuramentum, quia tunc deberet fieri copia
totiens, quotiens opus fuerit,vt in l.veluti § i ff de edē. & ſic
40 patet ibi,quod † perditio non probatur per iuramentum,ni
ſi ſemel, quod tene menti. Sed dubitatur, an ſit neceſſaria
41 † proteſtatio de impedimento ad hoc, ut impeditus excuſe-
tur? & glo.tenuit quod ſic,in cap.cupientes § quod ſi per vi-
ginti, in ver. propoſita, de electio. in vj. ſed hoc eſt intelli-
gendum,quando eſt impeditus facto iudicis,quia tunc requi
ritur proteſtatio,ut dicit Spec.eo.ti.§ reſtat. ver.ſed nunquid
hoc tempus,& Bart.in l.j § dies.ff.quando appell.ſit. & idem

dicunt

dicunt Io.de Imo.& D.Do in cap.cupientes.§.quod ſi per ui
ginti, ſuper glo.in uer.propoſita,de elect.in vi & ibi dicit Io.
de Imo.ſe ſemel obtinuiſſe in una cauſa appellationis,in qua
appellans non potuit habere copiam iudicis, & permiſit la-
bi tempus ſine proteſtatione, quod in illa cauſa propter o-
miſſam proteſtationem ſuccubuit, ſecus in aliis impedimen
tis, quia in eis non requiritur de neceſſitate proteſtatio, &
ita tenet Pet.de Anch.in dicto §. quod ſi per uiginti.& Ioan.
de Imo.in c.fi.infra eod.& probatur hic,ubi nulla fit mentio
de proteſtatione, ſed de ſola impotentia. Idem probatur ſu
pra eod c.cum ſit.in princ.& in l.quæſitum.& in l.j ff.ex quib.
cau.maior. Bart.tamen uidetur ſentire,quod requiratur pro
teſtatio in l.ij.§.quod diximus ff.ſi quis caut.nam Bart ibi di
cit, quod eſt conſuetudo,quod fiat proteſtatio, quando oc-
currit impedimentum in terris maritimis,quod propter tale
impedimentum non poteſt tranſire, &c & idem dicit Imo.
& dom.Abb.in cap ex tranſmiſſa, ſupra de præſcrip. & in c.
42 ſciſcitatus, de reſcript. Sed ueritas eſt, quod † proteſtatio ſo-
lum requiratur ad declarandum animum,& diligentiam im
pediti,ſcilicet quod intendebat proſequi appellationem,uel
facere actum quem tenebatur facere. vnde ſi alio modo ap
paret, non refert quid ex æquipollentibus fiat. dicit etiam
Bart in dicto § quod diximus & l.qui commeatus ff de re mi-
43 lit. quod non ſufficit probare † impedimentum, niſi probe-
tur, quod niſi fuiſſet impedimentum perfeciſſet illud, quod
tenebatur facere. vnde dicit, quod non ſufficit probare vim
fluminis,niſi probetur,quod de domo ſua proceſſit.& quod
in tempore debito fuit ad flumen,& quod propter tempeſta
tem fuit impeditus. & illud dictum Bart ſequitur Ang ibi,&
Bu.in cap.cum non liceat,de præſcrip in iiij.col ſeu v.& do.
Abb.in c ex tranſmiſſa,eod.ti.vbi dixi poſt eum.& ibi etiam
tenui, quod non ſit neceſſaria proteſtatio, & ibi allegaui ali-
qua iura, in quibus fit mentio de impedimentis probandis,
& tamen nulla fit mentio de proteſtatione, tamen eſt vtilis,
quia per ipſam probatur diligentia proteſtantis.Sed dubita-
44 tur, vtrum † proteſtatio,vel requiſitio debeat fieri iudici am
plius,quam ſemel.& de hoc vide glo.quæ dicit,quod ſufficit
vnicam proteſtationem fieri in cap cupientes.in ver.propo-
ſita,in §.quod ſi per uiginti,de elect in vj. & idem ſentit gloſ.
in clem.j in ver. requiſierint, de hæret. quæ tamen loquitur,
quando par requirit parem,vnde melius facit glo.in dicto §.
quod ſi per viginti.& iſtam partē, quod ſufficiat vnica requi
ſitio,tenet Bart.in l.Titia Seia §.vſuras ff.de leg ij.& in l mo-
ra. ff de vſur. Sed quidam dicunt,quod vanæ ſunt plures pro-
teſtationes. per l.fin.§.illud. C.de tempo.appell vbi tex dicit,
quod appellans ſumma ope debet inſtare, & diligentiam fa-
cere. vnde non uidetur ſufficere unica proteſtatio, vt in cap.
ſtatuimus,ſupra de ſuppl.neglig prælat & ſic videntur neceſ-
ſariæ plures proteſtationes, & hoc tenet Bal. in auth item ſi
appellationem. C.de temp appell.& in l.properandum §.ſin
autem vtraque. C.de iudic.& idem tenet Salic.in l fi. § illud.
C.de temp appell.& tenendo iſtam opi poſſet reſponderi ad
glo.in c.cupientes.§.quod ſi per viginti.in ver.propoſita quia
referendo illam glo.ad tex. loquitur de proteſtatione facta
propter impedimentum contingens in nō comparendo in
termino præfixo. Nos autē loquimur,an ſufficiat vnica pro-
teſtatio ad probandum impedimentum interueniens facto
iudicis appellationis,qui in cauſa noluit,vel nō potuit pro-
cedere ſed Bart.in præalleg l.Titia.§ vſuras ff.de leg.2.tenet,
quod etiam ſi quis impediatur per iudicē,ſufficiat ſemel pro-
teſtari,& idem dicit in dicta l.mora.ff.de vſur & hoc puto ve
rius & iſtud videtur etiā ſentire D. Do. in dicto § quod ſi per
viginti ſuper d glo.in ver.propoſitam. ibi dicit,quod vbi re-
quiritur proteſtatio ſimpliciter, ad hoc vt non præiudicetur
alicui, ſufficit vnica tantum, quod dicit eſſe notandum pro
ſtatutis,per quæ quandoque quis aſtringitur ad proteſtatio-
nem faciendam,& dicit hoc eſſe de mente glo.Non obſtat l.
fin §.illud. C.de temp.appell.quia ibi dicitur,quod appellans
debet pluries proteſtari: ſed dicitur, quod appellans debet
oſtendere euidentiſſimis probationibus ſe ſumma ope,ideſt
diligentia uoluiſſe litem exercere, & per iudicem ſteiſſe, vel
fuiſſe impeditum propter aliam cauſam ineuitabilem. vnde
ille tex nihil dicit de proteſtatione, ſed ſolū quod debet ap-
pellans probare ſe fuiſſe vſum ſumma diligētia,ſed fuiſſe im-
peditum per iudicem, vel propter aliam cauſam ineuitabi-
lem. Non obſtat etiam c.ſtatuimus, de ſuppl.negl.præl.quia
45 ibi eſt caſus ſpecialis,in quo requiritur trina † requiſitio,re-
gulariter autem ſufficit vnica, & maxime in actibus extraiu-
dicialibus, vt dicit glo.nota in c placuit, in ver.regia. 18.diſt.
quæ dicit,quod ſufficit vnica ſynodalis citatio, licet in iudi-
cialibus requiratur trina citatio, vt in cap. de illicita. 24.q.3.
Et ex hoc ſum expeditus de ſecundo.ſ.cui incumbat onus
probandi impedimentum, & qualiter probetur,& an requi

46 ratur proteſtatio. Venio ad tertium, ſcilicet an † impedi-
mentum impediat ipſo iure curſum fatalium, & appellant
47 † fatalia primus, & ſecundus annus qui datur ad proſequen
dam appellationem, quia importat finem,& moram ipſius
appellationis per quoddam ſimile, quia ſicut rebus natura-
libus debetur fatum, ideſt mors, quæ habet ipſas extingue-
re, ſic leges fecerunt inſtantiæ appellationis duo fatalia,ideſt
duos annos, per quos extinguitur appellatio, quia aut in pri
mo anno,vel in ſecundo appellatio extinguitur,vnde appel-
48 latur primum † fatale, primus annus, ſecundum fatale, ſe-
cundus annus, etiam ſi daretur tertius annus ad proſequen
dam appellationem deberet appellari tertium fatale, & ita
declarat Bal.in l.fi.in 4.col.C.de temp.appell. & do Abb.hic.
vnde uidendum eſt,an propter impedimentum impediatur
49 ipſo iure curſus fatalium. Et circa primum † impedimentū,
ſcilicet contingens in perſonam appellantis, dicendum eſt,
quod non impeditur curſus primi anni, ſed ipſo iure appel-
lans habet ſecundum annum,hoc probatur in dicto c.cum
ſit, & in l fin.§.illud C.de temp.appell & in Auth.de his,qui
ingred.ad appell.§.ſi qui tamen, & ita debet intelligi glo hic,
dum dicit, quod ipſo iure appellans ſeruatur illæſus, ſcilicet
quia datur ſibi ſecundus annus a iure abſque vlla reſtitutio-
ne,& hoc tenet hic do. Abb. in 2.col. & Ioan de Imo. in iiij.
col. Et ita pronunciaui in quadam cauſa appellationis mihi
delegata, quia declaraui partem impeditam primo anno,ha
bere ſecūdum annum a iure communi, nec per eius lapſum
appellationem eſſe deſertam. adde Bald conſil.366 in 5 col.
Quid autem ſi tale impedimentum curreret in ſecundo an
no, dicam infra in 5.quæſt. princip. Et hoc quo ad primum
impedimentum contingēs in perſona ſolius appellantis,vn-
de ſingulariter percurrendo quæro, quid de ſecundo impedi
50 mento, ſcilicet ſurgente ex facto † appellantis, & appellati,
vt quia partes pendente appellatione fecerunt compromiſ-
ſum,vel expreſſè conſenſerunt,quod uſque ad certum tem-
pus non curreret tempus proſequendæ appellationis, nam
hoc caſu ipſo iure non currit tempus, ſed interim dormit,
de quo vide bo.tex.in clem.quamdiu, in glo.in uer currere,
eo tit.& non ſolum habet locum in termino iuris,ſed etiam
in termino hominis præfixo ad proſequendam appellatio-
nem,& in hoc ille tex.eſt ſingularis, & ſolum illud non erat
prouiſum de iure ciuili quia ius ciuile bene permittebat tem
pus anni, uel biennij dati ad proſequendam appellationem
poſſe ſuſpendi, vel per compromiſſum, uel de expreſſo con-
ſenſu partium, vt paret in auth.ſi tamen. C.de temp.appell.
quæ loquitur de compromiſſo,& in l fin.in fi eod.tit quæ lo
quitur,quando interuenit expreſſus conſenſus partium, ſed
quod poſſit ſuſpendi terminus aſſignatus ab homine ad pro
ſequendam appellationem,non erat iure ciuili cautum,un-
de hoc ſolum fuit ſuperadditum per dictam cle quamdiu.&
ita dicit ibi glo ſuper uerbo, ab homine, eod.tit. & inquan-
tum dixi de conſenſu partium, intellige ꝙ requiritur quod
51 ſit expreſſus † conſenſus partium,nec ſufficeret tacitus,ut di
cit glo.ibidem, in uer.expreſſā, & dicta clem. habet locum,
etiam ſi ſit factum compromiſſum de cauſa principali, nul-
la facta mentione de cauſa appellationis,& hoc tenet Bal.in
l.eos.§ apoſtolos. C eod.nam cauſa principalis in effectu de
uoluta eſt in ipſa cauſa appellationis. & hoc tene, ut in c cū
52 appellationibus,eo.ti.in vi plus dicit hic Bal quod † appellā
nō poteſt proſequi appellationē coram arbitro,quia ſi poſ-
ſet proſequi currerent tempora, quod dicit eſſe notandum.
Ex quo ſequitur, quod etiam ſi de cauſa appellationis ſit fa-
ctum compromiſſum, arbitri non cognoſcunt de articulo
appellationis principaliter, ſed cognoſcunt de cauſa princi-
pali, ſed in effectu cognoſcunt etiam de cauſa appellatio-
nis, quia eſt connexa articulo appellationis. Item & ſecun-
do per compromiſſum,vel expreſſum conſenſum poteſt ſu-
ſpendi terminus ad petendum, uel recipiendum apoſtolos,
ſiue loquamur de termino triginta dierum, qui datur a iure
ad petendum apoſtolos, ſiue de termino præfixo a iudice ad
apoſtolos recipiendos,& hoc tenet Bal.in dicto §.apoſtolos.
53 aſſignat rationem, quia † apoſtoli ſunt pars appellationis,&
dicuntur de proceſſu appellationis, ut in c.ut ſuper. & in c.
ab eo,eod tit.in vj. meritò non debet currere tempus duran
te compromiſſo. ſed Ioan.And.in addit Spec.eod. ti.§ nunc
breuiter,ver licet autem,in addit mag. circa fin. dicit, quod
dicta clem.quamdiu, debet intelligi, quod per compromiſ-
54 ſum, vel conſenſum partium,poteſt ſuſpendi † tempus appel
lationis,non autem poteſt prorogari, & idem voluit Bart.in
auth ſi tamen.C.de temp.appell.& Bu.hic,& Ioā.de Imo.in
princ iij.col.& dicit do.Abb. in iiij. colum.dicens, quod non
obſtat tex in l.fi.in fi. C.de temp.appell vbi dicitur,quod par
tes poſſunt conuenire,quod nullum fatale obſeruetur, quia
ſecundum eum, loquitur in reſtrictione termini, quæ con-

cernit

uertit præiudicium partium, ſecus in prorogatione, quæ
concernit præiudicium reipublicæ, quia lites fierent immor
tales. ſed iſta non videtur bona reſponſio ad illum tex. quia
ibi dicitur, quod ſi partes inter ſe crediderint eſſe paciſcen-
dum nemini parti licere ad auxilium recurrere prouoca-
tionis, vel nullum fatale obſeruare eorum pacto firma eſt, &
quod authentias legum in hoc caſu poteſt mitigari pactis liti-
gantium. ſi ergo valet pactum, quod nullum fatale obſerue
tur, poteſt pacto litigantium inſtantia appellationis proro-
gari, & etiam abbreuiari. & hoc tenet Bal. ibi, vbi dicit, per il
lum tex. quod tempus proſequendę appellationis poteſt au-
geri, & minui per pactum partium, & idem tenet in auth. ei
qui, in princ. ij col. eod. tit. Et idem etiam tenet Cyn ibi, & ibi
dicit Bal. quod partes poſſunt prorogare tempus proſequen
dæ appellationis, niſi appellatio eſſet prius deſerta, vt in cap.
ſignificantibus, de offi. deleg. melius facit clem. ſi appellatio-
nem, eod. ti. & idem tenuit Archid. ij. q. vi. anteriorum. ver. ad
hæc. & iſta opin. videtur mihi verior, quia videtur tex. expreſ-
ſius in dicto § fin. quamuis alia opinio ſit communior, & ex
hoc ſequitur concluſio, quod partes poſſunt conuenire, vt
55 † inſtātia appellationis duret quadriennio, vel longiori tem
pore. Item quod duret ſex menſibus, vel minori tempore.
Tutius tamen eſt ante factum ſeruare communem opinio-
nem, ſcilicet quod partes ſolum ſuſpendant tempus appel-
lationis, puta quod vſque ad ſex menſes non currat tempus
appellationis. hoc enim modo non prorogatur terminus
inſtantiæ appellationis, ſed ſolum interim non currit. & ex
hoc eſt examinata prima limitatio, quam ponunt Doct. di-
cta clem. ſi appellationem. Secunda eſt limitatio, quia non
habet locum in termino decem dierum, quod datur ad ap-
pellationem interponendam, & hoc tenet ibi Pau. & do. Car
din. & Io. de Imo. & diſtin. c. cum ſit Romana, ſuper 1. parte
glo. mag. ſupra eod. Tertia limitatio, quia non habet locum
clem. quamdiu, de appell. in termino præfixo per ſtatutum
ad proſequendam appellationem, quando patet ex verbis
ſtatuti, quod inſtantia nō poteſt prorogari, puta ſi ſtatutum
diceret, quod inſtantia cauſæ appellationis duraret ſex menſi-
bus, & quod prorogari non poſſit, & ita conſuluit Petr. de
Anch. conſil. ſuo 277. quæ incipit, Io. Andr. plus videtur di-
cere Bal. in addit. Spec. circa fi. ver. conſtitutio epiſcopi, quod
ſi ſtatutum aſſignat terminum ad finiendum cauſam appel-
lationis, non poteſt prorogari, ex quo ſtatutum præciſè lo-
quitur, & taxat tempus. ſed dic, quod aut partes volunt pro
rogare terminum præfixum per ſtatutum, & non poſſunt,
& ita debet intelligi Pet. de Anch. & Bal. aut partes volunt
ſuſpendere, vel per compromiſſum, vel per expreſſum con-
ſenſum, vt ſic terminus interim non currat, & poſſunt, vt di
cta clem. quamdiu. & hoc tenet Ioan. And. in addit. Spec. in
dicto § nunc breuiter ver. licet autem, in addit. magna, in fi.
& hoc ſequitur etiam Butr. hic, & Ioan. de Imo. in princ. vj.
56 col. & do. Abb in iiij col. quia terminus † ſtatutarius ſubro-
gatur loco termini iuris, & ſic ſapere debet eius naturam l.
ſi eum. § qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. & in cap. eccleſia. ij. vt
li. pend. & quia dicta clem. quamdiu loquitur ſiue in termi-
no iuris, ſiue hominis, & ſic Io. And. & Doct. præalleg. con-
cludunt, quod terminus ſtatuti per compromiſſum, vel per
expreſſum cōſenſum partium poſſit ſuſpendi, vt interim nō
currat, non autem prorogari, & hoc modo intelligendus eſt
Bal. & Pe. de Anch. vbi ſupra, & ſimiliter aliud dictum, quod
dicit Bal. in loco præalleg. vbi dicit, quod ſi ſtatutum limitat
tempus in ordinatoriis, puta quod debeat produci libellus
appellatorius infra tres dies, & fieri citatio in diem ſequen-
tem, vel in ſimilibus caſibus, quod talis terminus non poteſt
prorogari per partes; nam licet non poſſit prorogari, tamen
bene poterit ſuſpendi, ut interim nō currat, uel per compro-
miſſum, uel per pactum ut dicta clem. quamdiu. facit quod
not. Dom. de Ro. deciſio 360. quæ incipit, item fuit dubita-
tum. vbi dicunt, ꝙ terminus aſſignatus per iudicem ad pro-
bandum, vel terminus remiſſionis pro teſtibus producendis,
& recipiendis, poteſt ſuſpendi per compromiſſum, & dicunt
ita fuiſſe concluſum per omnes Dominos. & hoc etiā ſequi-
tur Butr. in c. licet cauſam, in fi. vj. col. ver. quæro an tutius, ſu-
pra de probat. Bal. tamen in conſtit. de pace Conſtantiæ. §.
in cauſis. voluit limitare illud, quod dixi ſupra, ſcilicet quod
tempus ſtatuti non poſſit prorogari, licet poſſit ſuſpendi di-
cit enim, quod tempus aſſignatum a ſtatuto in cauſa appel-
lationis, vel reconuentionis ad arbitrium boni viri, poteſt
prorogari per partes, quādo terminus ſtatuti eſt breuis, quia
præſumitur tale tempus appoſitum fauore partium, & ibi
reſpondet ad l. properandum, in fi. C. de iudic. ſed ego non
credo, quod hæc limitatio ſit vera, quia tale ſtatutum funda
57 tur in publica vtilitate. l. fin. ff. pro ſuo. cui † partes renuncia-
re non poſſunt. l. ius publicum. ff. de pact. & ita dicit Io. And.
in præalleg. addi. vnde dato quod terminus ſit breuis, tamen
quia talis abbreuiatio non eſt facta fauore partium, ſed ut
ſit litium finis, non poterit prorogari. ſed bene ſuſpendi, ut
ſupra dixi, tene tamen menti limitationem Bal. Quarta li-
mitatio ad clem. quamdiu, de appell. eſt, quando arbiter tu-
58 lit ſententiam: nam lata † ſententia extinguitur pendentia
ſuſpenſionis, & ſtatim reincipit currere tempus proſequen-
dæ appellationis. & iſtam limitationem poſuit glo. in d. cle.
quamdiu. ſed illa glo. debet intelligi, quando non eſt appoſi-
ta clauſula in compromiſſo, quod pœna ſoluta, vel non, ſte-
tur compromiſſo, vel quod pœna committatur totiens quo
tiens contrafactum fuerit: tunc enim non poterit redire ad
iudicem appellationis, vt dicit Lap. ibi, & do. Card in 4 quę-
ſtio. quia quando eſt appoſita clauſula, rato manente pacto,
59 poteſt exigi † pœna. Et etiā obſtat exceptio pacti l. qui fidem.
ff. de tranſact. & in l. cum proponas. C. de pact. & idem ſequi-
tur Ioan. de Imo. ſuper gloſ. præalleg. Secundo limita illam
glo. quia non procedit, ſi laudum arbitri eſſet emologatum,
ſeu approbatum tacite, uel expreſſe, quia tunc non poſſet re
60 diri ad iudicem appellationis, cum ex laudo oriatur † actio,
& exceptio, ut in l. cum antea. C. de arbitr. & dixi in cap. per
tuas, de arbitr. & iſtam limitationem ponit Bal. in auth. ſi ta-
men. C. de temp. appell. Tertio limita in laudo arbitratoris,
61 quia cum habeat uim † tranſactionis, vt in auth. ſi vero con
tigerit. C. de iudic. non poſſet altera pars redire ad iudicem
appellationis, quia obſtaret exceptio litis finitæ, vt in c. 2. de
litis conteſt. in 6. & in l. fratres. C. de tranſactio. & hoc tenet
Bald. ibi, & hoc procedit, etiam ſi a ſententia arbitratoris eſ-
ſet petita reductio ad arbitrium boni uiri, ut in l. ſi Neruæ. ff.
pro ſocio. & in c. Quintauallis, de iureiur. vnde ex compro-
miſſo oritur actio contra uolentem recurrere ad iudicem ap
pellationis, vt in l. reſcriptum. §. ſi pacto. ff. de pact. & hoc te-
net Bal in l. ſi quis rem ff. de arbitr. & in l. eos. §. apoſtolos. C.
eod. & pro hoc facit ratio, quia ſi confirmaretur laudum ar
bitratoris per iudicem pareret exceptionem tranſactionis,
quæ eſt litis finitæ, vnde interim pendente iudicio obſtat ex-
ceptio, vt in l. ſufficit ff. de condict. indeb. & in l. fundi, & fun-
dum. ff. de excep. & quod ibi not. Bart. Quinta limitatio ad
dictam clem. quamdiu ponitur per eandem glo. a. quia ſi an
te pronunciationem durante compromiſſo pars appellans
rediret ad iudicem appellationis reinciperet currere termi-
nus proſequendæ appellationis, licet in pęnam per hoc in-
cideret, allegat no. in c. ſignificantibus, in 3 glo. de offic. de-
leg. ſed illa glo. non procederet, quando eſſet factum com-
promiſſum in arbitratorem, quia tale compromiſſum eſt
quędam tranſactio, ut in auth. ſi uero contigerit. C. de iudic.
62 ſed poſt † tranſactionem non eſt locus pęnitentiæ, vt in lege
quamuis. C. de tranſactio. & ideo compromiſſo pendente
non poſſet altera pars redire ad iudicem, quia laudum, quod
ſperatur ſequi poſſet parere exceptionem pacti de non pe-
tendo, non audiretur etiam alia pars uolens ſoluere pęnam,
cum non ſit electio partis pronuncianti pęnam, ſed aduer
ſarij, ut eſt tex. not. in l. reſcriptum § ſi pacto ff. de pact. ſecus
in compromiſſo, quod fit in arbitrum, quia tale compromiſ-
ſum nō obſtat, nec pars tenetur parere, niſi metu pęnę, quæ
apponitur in compromiſſo, ut in l. 1. C. de arbit. & ideo licet
poſt compromiſſum factum in arbitrum ſit licitum redire
ad iudicem, quamuis in pęnam incidat, ut dicit tex. not. in l.
ſi quis in rem, ff. de arbitr. tamen illa l. non habet locum in
arbitratore, ut dicit ibi Bald. nam dicit, quod licet compro-
miſſum arbitri ſoluatur eo ipſo, quod altera pars redit ad
iudicem, ut in l. litigatores, & in l. non diſtinguemus. §. ex
compromiſſo ff. de arbitr. ſecus tamen eſt in arbitratore, &
idem dicit Bal. in l. eos. § apoſtolos. in fi. C. eod. & Ange in l.
qui fidem. ff. de tranſact. & ex hoc ſequitur, quod etiam pen-
dente compromiſſo facto in arbitratorem, non currit tem-
pus inſtantiæ appellationis, licet Pet. de Anchar. in d. conſi-
lio 277. quod incipit, Io. Andr. ex. videtur uelle contrarium,
quia dicta clem. quamdiu, & auth. ſi tamen. C. de temp. appel.
loquuntur in arbitro, coram quo dicitur eſſe iudicium, non
ſic coram arbitratore, ut dicit Innocē. in cap. Quintauallis.
de iureiur. Sed tu dicas, quod non bene dixit, quia licet auth.
ſi tamen, faciat mentionem de compromiſſo in arbitrum,
tamen clem. quamdiu, ſolum facit mentionem de compro-
63 miſſo. dicitur autem † compromiſſum, quod fit, uel in arbi
trum, uel in arbitratorem. Item appellatione arbitri, com-
pręhenditur arbitrator, ut in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum.
ff. pro ſoc. Item per pactum ipſarum partium poteſt ſuſpen-
di tempus inſtantiæ appellationis, unde eadem ratione per
compromiſſum in arbitratorem, quia tale compromiſſum
eſt quædam tranſactio. Item ratio finalis, d. authē. ſi tamen.
& dictæ clem. quamdiu, eſt ut partes recedant a lite, & de
plano tollatur diſcordia partium per ipſos arbitros. vnde iſta

eadem

eadem ratio eodem modo vrget in compromiſſo in arbitra
torem.& illud eſt de mente Bal. hic. Immo Bal.& Ang. ubi
ſupra voluit, quod per cōpromiſſum in arbitratorem extin-
guatur iudicium, quod erat corā iudice, ita quod altera pars
non poſſit amplius redire ad iudicem, vt ſupra dixi. vnde effi
64 cacius operatur † compromiſſum in arbitratorem, quam in
arbitrum, quia per compromiſſum in arbitratorem extin-
guitur iudicium: ſed per compromiſſum in arbitrum ſuſpen
ditur, vt dicta clem. quamdiu. non intelligas tamen, quod ex-
tinguatur ipſo iure compromiſſum in arbitratorem, ſed ſolū
obstat exceptio compromiſſi, vt ſupra dixi. ex quo infertur,
quod ſi partes mutuo conſenſu recederent a tali compro-
miſſo, quod tempus reinciperet currere, & idem dicendum
eſſet, ſicut de compromiſſo facto in arbitrum, & tene men-
ti has limitationes ad d. clem. quia ſunt notabiles. Et ex his
ſum expeditus de ſecundo impedimento contingente ex fa-
cto appellantis, & appellati.

Venio nunc ad tertium impedimentum, ſcilicet quando
65 † impedimētum occurrit dolo, ſeu facto appellati. & in hoc
Innoc. dicit, quod non debet nocere appellanti, ſed non de
clarat quomodo. Sed Butr. hic dicit communiter teneri, vt
detur actio de dolo contra aduerſarium ad intereſſe, & ſi nō
eſſet ſoluendo, debet appellans reſtitui in integrum, & alle-
gat glo.& Bart in l. arbitrio. § dolo. ff. de do. ſed do. Abb dicit,
quod nō uidet unde oriatur hæc communis opinio, & quod
glo. & Bart per eum allegati hoc non dicunt, ſed loquuntur
generaliter in impedimento alicuius, & quod poſſunt intel-
ligi in impedimento tertij quinimmo dicit, quod glo.& Bar.
in dicta l. arbitrio § dolo. potius ſentiunt oppoſitum, ſcilicet
quod detur reſtitutio per l. ait prætor. in fi. ff. ex quib. cau. ma.
ſed profecto illud, quod dicit do. Abb. non colligitur ex uer-
bis Bart. ſed fateor quod videtur loqui in delicto commiſſo
per tertium. ſed glo. ibi dicit illud, ad quod eum allegat But.
ſcilicet. quod ſi eſt commiſſus dolus per aduerſarium, nihilo
minus ſententia tranſit in rem iudicatam, ſed debet agere
appellans ad intereſſe contra aduerſarium, qui eum impedi-
uit, & ſic But. recte allegauit illam glo. allegant tamen Butr.
& do. Abb. Domini de Rota, deci. cij. quæ incipit. item quod
fatalia vbi concludunt, quod ſi appellatur a diffinitiua, & ap
66 pellato aliquid innouante † appellatio coram iudice ad quē
petat attentata ante omnia reuocari, & cōtingat, quod mul-
to tempore litigetur ſuper iſtis attentatis. & appellans obti-
nuerit, quod interim non ſunt ſibi decurſa fatalia in ipſa cau
ſa appellationis. Secus ſi ſuccubuit, quia tunc non excuſa-
tur, cum fuerit in culpa, vt in regula, damnum. lib. vj. & idem
ſenſit Bal. in auth. ei qui, in princ. C. de temp. appell. vbi dicit,
quod ſi in cauſa appellationis litigatur ſuper aliquo inciden
ti, vel emergenti articulo, non currunt fatalia, & ſubducitur
illud tempus de medio tanquam tempus iuſti impedimen-
ti, ſi appellans obtinuit: ſecus, ſi ſuccubuit in ipſis incidenti-
bus, vel emergentibus, & ideo dicit, quod ſi appellans produ
xit libellum, quem appellatus dixit ineptum, ſuper quo fuit
diu litigatum, ſi appellans obtinuit, vt quia ſit pronūciatum
pro ſuo libello, interim non ſunt ſibi decurſa fatalia, ſecus
ſi ſuccubuerit, vt quia pronunciatus fuerit libellus ineptus,
ex quo tale impedimentum fuit fruſtratorium. l. accuſatu-
rus. ff. de adulter. & in l. ſi pater. C. de ſtatu defunct. & de
hoc eſt bon. tex ſecundum vnum intellectum in l. intra vtile.
ff. de mino. vbi etiam per Bart. & per eundem in l. ij. §. non ſo
lum. ff. ad Tertull. facit etiam l. contra maiores. C. de inoffic.
teſtam vbi Bal ponit plura exempla quantum ad hoc propo
ſitum. Dominus autē Abb. loquitur alternatiuē: dicit enim,
67 quod † appellans debet habere ſecundum annum, quia iura
generaliter loquuntur, vt impeditus per iudicem habeat an-
num ſecundum, vt in l. fin. § illud. C. de temp appell. vel ſal-
tem ſeruetur illęius ipſo iure, vt voluerunt Domini de Ro.&
Bal ex quo in iure non reperitur contrarium. Ego autem ſic
dicerem, concordando opiniones, quod aut impeditur per
aduerſarium petētem longiores dilationes, vel ſuper aliquo
incidenti, vel emergenti, vel quid ſimile. & tale impedimen-
tum contingit in primo anno, & tunc currit primum fatale
appellanti, ſed ipſo iure habebit ſecundum annum, & iſtud
videtur probari in l. fi. §. illud. C. de temp. appell vbi tex. dicit,
quod ſiue appellans impediatur per iudicem, ſiue per quan-
cunque aliam cauſam ineuitabilem, habet ſecundum annū,
& illud ſequitur hic Ioan. de Imo. & etiam Bal. in l. arbitrio.
§. dolo. ff. de do. & ad illum tex. reſpondet, & ad glo. in Auth.
vt ſponſalitia largitas. § 1. quod loquuntur, quando impedi-
mentum interuenit dolo tertij. & ratio eſt, quia lex non pro-
uidit de tempore contra tertiū impedientem, ſed bene, quan
do impeditur dolo aduerſarij, quia datur ſecundus annus.
Aut impedimentum interuenit in ſecundo anno, & tunc tē
pus non currit ipſo iure, & hoc modo poteſt procedere opi
Dominorum de Ro.& Bal. in dicta authē. ei qui. Tamen ad
omne dubium tollendum putarem tutius, quod etiam quā
68 do † impedimentum interuenit in ſecundo anno, quod pe-
tatur reſtitutio in integrum. Et ex hoc ſum expeditus de
tertio impedimento contingente dolo aduerſarij.

69 Venio nunc ad quartum, ſcilicet quando † impedimen-
tum occurrit facto, ſeu dolo tertij, vel propter negligentiam
procuratoris appellantis non proſequentis appellationem:
& primo examino primum, ſcilicet an ſi appellans impedia
tur dolo tertij, interim currat tēpus. & in hoc dicit do. Abb.
quod communis opinio eſt, quod primo detur actio contra
impedientem ad intereſſe, & ſi non eſt ſoluendo, reſtituitur
contra aduerſarium, vt dicit gl. hic, & probatur in l. arbitrio.
§ dolo. ff. de do. & hoc etiam ſenſit glo. in Auth. vt ſpon. larg.
§. hæc quoque quæ incipit, ſi ergo ſtet per Imperatorem, col.
9. Bal. tamen hic dicit, quod ſi fuit impeditus in primo anno,
ipſo iure habet ſecundum annum. Sed ſi eſt impeditus in
ſecundo anno, tūc debet agere contra impedientem, & ſi il-
le non eſt ſoluendo, poteſt petere reſtitutionem in integrū,
vt in l. fin ff. de eo, per quem factum eſt. Sed communiter te-
netur primum, quod ſiue impediatur in primo, ſiue in ſecun
do anno, ſententia tranſit in rem iudicatam, ſed debet
agere contra impedientem ad intereſſe, & ſi non eſt ſoluen-
do, tūc poteſt petere reſtitutionem in integrum, & ita etiam
dicit glo. in auth. item ſi appellationem, in fi. C. de temp ap-
pel & hoc eſt tenēdum, quicquid dicat Bal. hic, & probatur
in dicta l. arbitrio. §. dolo & ibi per glo.& Bar. ff. de do.& Do.
70 Abb. aſſignat rationem diuerſitatis inter † impedimentum
præſtitum ab aduerſario, & inter impedimentum præſtitum
a tertio, quia impedimentum tertij non debet præiudicare
appellato. qui non fuit in culpa, ideo agitur contra tertium
ad intereſſe, & ſententia remanet valida: ſed quando ipſe ap
pellatus præſtitit impedimentum, ceſſat hæc ratio, & ideo
tunc, vel appellans reſtituitur, vel ipſo iure ſeruatur illæſus,
vt ſupra dictum eſt. & inquantum dixi, quod ſi tertius non
eſt ſoluendo, quod tunc appellans poteſt petere reſtitutionē
in integrum, dicit Bal hic notab. quod non dicitur hic eſſe
71 † ſoluendo, ſeu idoneus, ſi non habet bona in territorio, ſeu
prope. allegat Auth. de exhib. reis § ſancimus. & l. fi. de priua.
agen. in re. lib. 12. vbi dicit eſſe optimam glo. & hoc eſt notan
dum pro fideiuſſoribus, ut poſſint conueniri, tanquam prin
cipalis non ſit ſoluendo, ſi principalis non habet bona in
territorio, uel prope. & hoc nota pro declaratio. authen. præ
ſente, C. de fideiuſſ. & ex hoc ſum expeditus de primo.

72 Nunc uenio ad ſecundum, ſcilicet an negligentia † procu
ratoris in nō proſequendo appellationem, noceat domino?
& videtur quod non, quia procurator non poteſt expreſsè
renunciare appellationi, etiam ſi eſſet per ipſum procurato
rem interpoſita, quia talis renunciatio eſt quædam dona-
73 tio, ſed procurator † non poteſt donare, niſi ad hoc habeat
mandatum ſpeciale. l. filius. ff. de donat. l. contra iuris. in fi. ff.
de pact. & idem in prælato eccleſiæ, quia ipſe etiam non po
teſt donare, cum ſit procurator, & non dominus, vt in c. 1.
de donat. ideo non poteſt expreſsè renunciare appellationi,
& hoc tenet Bal. in l. fin in penult. col. C. de temp appell. ſed
hæc iura loquuntur in expreſſa renunciatione, ſecus in taci
ta, quia procurator non proſequendo appellationem, be-
ne præiudicat domino, quia ſententia tranſit in rem iudica-
tam contra dominum, nec datur ſibi reſtitutio, & hoc tenet
Spec. eod. titu. §. nunc videtur. ver. quid ſi pars. & idem tenet
glo. magna in c. j. in fi. ſupra vt li. non conteſt. & Innocent.&
Ioan. And. in c. cum olim Abbas, de offic. delega. & Ange.&
Ioan. de Imo. in l. ab executore, in fi. ff. eod. agat ergo Abbas
contra procuratorem ad intereſſe, vt in l. procuratore. C. mā
da. & ſi non eſt ſoluendo, tunc daretur reſtitutio in integrū,
vt in l. arbitrio §. dolo. ff. de do. & in l. fi. ff. de eo, per quem fac.
eſt, & hoc ſequitur do. Abb. in d. c. j. vt li. non conteſt. vbi ple-
ne de hac materia, & vide Bart. in l. j §. ſi aduerſus. ff. quando
appell. ſit. vbi dicit, quod ſi euidenter apparet ex actis, quod
74 † procurator debuerit appellare, & nō appellauerit, quod do
minus auditur appellans, quia præſumitur procuratorem
fuiſſe colluſum cum aduerſario. Idem etiam videtur ſentire
Bart. quod ſi procurator non eſt ſoluendo, quod dominus
reſtituatur ad appellandum, etiam ſi non appareat euiden-
ter ex actis ipſum debuiſſe appellare. ſed circa hoc me non
extendo, quia hæc materia, ſcilicet an negligentia procura-
toris noceat domino, plene tractatur in dicto c. j. vt li. non
conteſt. & per Bart. & alios in l. j §. ſi procurator. ff. ſi quis ius
dic. non obtemp. An autem caſus contingens in perſonam
procuratoris, vel nuncij, ipſum excuſet, dicam in ſexto im-
pedimento. & ex hoc ſum expeditus de quarto impedimen
to, ſcilicet quando appellans impeditur facto tertij, vel per
negligentiam ipſius procuratoris appellantis.

Venio

75 Venio ad quintum impedimentum, ſcilicet quando † im-
pedimentum occurrit facto iudicis, & in hoc dic, quod ali-
quando impedimentum procedit a principe, & tunc ipſo iu
re nõ currit tẽpus, vt eſt tempus in auth. ſed iis. C. de temp. ap
pel. & in cap. ex Inſinuatione, infra eod. & 2. quæſt. 6. anterio-
rum §. ad hæc & hoc tenet glo. in authen. item ſi appellatio
nem. C. eod de temp. appell. & ſequitur hic do. Abb. & com-
muniter Doct. Aliquando impeditur per iudicem inferiorẽ,
& in hoc ſunt opin. nam glo hic, & 2. quæſt. 6. anteriorum, in
dicto § ad hæc in ver. Imperatorum. quæ incipit, idem eſt ſi
alius iudex. dicunt quod non currit tempus ipſo iure. Idem
tenet glo in Auth. de appell. & intra quæ tempora. § ad hoc
ſancimus. & in Auth de his, qui ingred. ad appell. §. illo tan-
tummodo. & idem tenet Spec. eod titu § nunc breuiter. ver.
item fallunt præmiſſa. Iſtam opinionem etiam ſequitur hic
But. ſed glo in Auth. vt ſponſal. larg. § hoc quoque. & in au-
then item ſi appellationem. C. de appell. dicit, quod ipſo iure
currit tempus, ſed datur reſtitutio, & hanc opinionem ſequi
tur Bart ibi. ſed do Abb hic dicit, quod aut impedimentum
proceſſit in primo anno, & tunc ipſo iure datur ſecundus an
nus. per tex in l fin §. illud C. de temp appell. vbi patet, quod
datur ſecundus annus impedito per iudicem: aut impedimẽ
tum occurrit in ſecundo anno, & tunc datur reſtitutio, ſe-
cundum do. Abb. & in hoc reſidet cum opi Bart. ſed iſta opi.
non videtur eſſe vera, quia immo videtur, quod ſiue impe-
dimentũ contingat in primo anno, ſiue in ſecundo, tempus
non currat ipſo iure per tex. in Auth. vt ſponſ lar. § hoc quo-
que. & in auth item ſi appellationem. C. de tempo appel. vbi
dicitur, quod nullum præiudicium ex hoc partibus. aut uni
76 earum penitus ſit: nam verbum † penitus, etiam ſi addatur
verbo futuri temporis, Importat canonem latæ ſententiæ,
ſiue idem quod ipſo iure. de hoc eſt tex notab iuncta glo. fin.
in l ſi qui aduocati. C. de poſtul. & idem dicit Hoſt in cap. in
77 quibuſdam, de pœn. vbi dicit, quod verbum, † protinus, vel
prorſus, importat idem, quod ipſo iure, & idem dicit D. Do.
in cap quam ſit, ſuper glo fin. de elect lib vj. ſed verbum, pe-
nitus, & verbum, prorſus, ſunt ſinonima, quia idem ſignifi-
cant. & iſtam opinionem, quod non currat tempus ipſo iu-
re, ſequitur glo iſta, & glo præalleg. & But. hic, & Spec ubi ſu
pra, idem tenet Pet. Iac. de Ra. & Iac. But. & Cyn. & Salic. in d.
auth item ſi appellationem. & Iac de Belui. in d. § hoc quo-
que. idem ſequitur Bald in d. auth. item ſi appellationem, in
princ. & in auth ei qui C. de temp. appell. iſtam opin. etiam
ſequitur Io. de Imo hic. quando impedimentum occurrit in
ſecundo anno, vt ipſo iure non currat tempus. Secus ſi in pri
mo anno cõtingeret, quia ipſo iure daretur ſecundus annus,
ut in dicto §. illud. & idem firmat Pau de Caſt ſuo conſil. 25.
quod incipit, in Chriſti nomine domini. ſuper primo dubio,
in penulti columna. & illa videtur ſans æqua diſtinctio, quia
per hoc eu taretur iurium correctio, ſaltem quo ad impedi-
mentum contingens in primo anno, & ita poſſet intelligi
Auth. vt ſpon larg §. hoc quoque & auth. item ſi appellatio-
nem C. de temp appell. ſcilicet vt loquatur de impedimento
contingente in ſecundo anno, dum dicit, nouiſſima indu-
tiarum die, quaſi ſecundus annus dicatur nouiſſima dilatio
ad proſequendam appellationem, & ſi hoc modo intellige-
retur §. illud, remaneret incorrectus, & procederet opin. Io.
de Imo. & Pau de Caſt. & ideo iſte articulus non eſt ſine du-
bio, quia Bal in dicta auth. item ſi appellationem. & Docto.
præalleg ſentiunt, quod indiſtincte non currat tempus im-
pedito ex facto iudicis. Supereſt circa hoc dubium non par
78 uum, ſcilicet nunquid † impeditus ex facto iudicis teneaẽ adi-
re ſuperiorem, vt compellat iudicem ad quem ad expedien-
dam cauſam appellationis ad hoc, vt non currant ſibi fata-
lia. & de hoc videtur tex. in l. fi. §. illud. C. de temp appell vbi
patet, quod ſi impedimentum interuenerit in primo anno,
habet ſecundum annum, licet non fecerit iudicem compel-
li per ſuperiorem ad expediendam cauſam appellationis,
ſed ſi impeditur in ſecundo anno, non excuſatur, niſi fecerit
iudicem compelli per ſuperiorem, & Io. And. hic ſuper glo.
iſta in ver. compelleretur. in ſua addit. quæ incipit, no. quia
per legem multum inſtat, & in effectu dicit, quod ſolum pri-
mo anno excuſatur, nõ autem in ſecundo anno, ſi potuit ha
bere copiam ſuperioris, per quem altero de tribus modis po
terat fieri prouiſio, ſcilicet vel cauſam alteri delegando, vel
ad ſe reuocando, & de ipſa cognoſcendo, vel compellendo
ipſum iudicem appellationis ad cauſam expediendam. vnde
ſi hoc non petiit, ex quo habebat copiam ſuperioris, non di
catur ſumma ope niſus in proſecutione appellationis. & ſic
appellatio per lapſum fatalium efficitur deſerta. & iſtã opi.
Io. An. ſequitur hic Io. de Imo in vi. col. dicens, quod aut im
pedimẽtum iudicis occurrit in primo fatali, & tunc non eſt
neceſſarium adire iudicem, ſed ſatis eſt feciſſe diligẽtiam co-
ram iudice ipſum requirendo, & proteſtando, vt ſupra dictũ
eſt: aut impedimentum iudicis occurrit in ſecundo anno, &
tunc requiritur, quod deponatur querela coram ſuperiore,
ſi potuit eius haberi copia, & iſta diſtinctio probatur in d. §.
illud. licet Ioã de Imo dicat cautius eſſe ad opiniones vitan-
das, etiam in primo anno adire ſuperiorem ipſius iudicis ne
gligentis, quando commode hoc poteſt fieri, ſi tamen hoc
non fieret, non noceret appellanti, ex quo ille tex ſolum hoc
requirit in ſecundo fatali non in primo. ſed Salic. in dicto §.
illud refert ſe vidiſſe conſilia aliquorum doctorum, quos ip
ſe nominat, penes dominum ſuum Richardum Salic. conſu-
lentium in quadam cauſa delegata a ſummo põtifice, quod
accuſatio tarditatis iudicis non eſt neceſſaria, vt ſubueniatur
appellanti, qui pluries fuit proteſtatus iudici, vt procederet
in cauſa, & allegat l. Senatus ff de offic. præſid. & ad dictum
Io. And. hic reſpondet, quod Ioã. And non clare dicit, quod
requiratur accuſatio tarditatis iudicis: ſed tu dic, quod im-
mo Io. And. clarè hoc firmat, vt ſupra retuli. Item ponde-
ra, dum Salic dicit, quod requiritur vt pluries fuerit proteſta
tus, quia ſentit opi. quam ſupra reprobaui. ſcilicet quod non
ſufficiat vnica proteſtatio, de quo dixi ſupra in ij. q ſcilicet
qualiter probetur impedimentum. Circa illum articulum,
an ſit neceſſaria proteſtatio, & an ſufficiat vnica, ſed quan-
tum ad dictum principale, clarum eſt, quod in dicto § illud.
dicitur, quod ſi impedimentum contingens facto iudicis in-
teruenit in ſecundo anno, non excuſatur appellans, niſi de-
poſuerit querelam coram ſuperiore, ſi hoc cõmode potuit
facere. vnde ponetur dubitatio in hoc, an ille §. quantum ad
hoc corrigatur per Auth. vt ſponſ. larg. § hoc quoque. & per
auth. item ſi appellationem. C. de temp appel. vbi ſimpliciter
dicitur, quod ſi impedimentum contingit facto iudicis, nul-
lum præiudicium ſit appellãti, nec vlla fit mentio, quod de-
bet deponi querela coram ſuperiore, & quia de hoc nullam
facit mentionem, videtur hoc non eſſe neceſſarium, quia ſi
hoc fuiſſet neceſſarium, hoc veriſimiliter expreſiſſet. facit
de deci. ad audientiam, & l. vnica. §. ſin autem ad deficientis.
C. de caduc. tollen. niſi dicatur, quod ad hoc vt euitetur iu-
79 rium correctio, & vt iura † iuribus, quantum poteſt, concor
dentur, vt in cap. cum expediat, de electio in vj. & in l. j. C. de
inoff. dot. debeat ſuppleri d. § hoc quoq. & d. auth. ſi tamen,
dum dicunt, quod nullum præiudicium ſit appellanti, ſcili-
cet ſi depoſuerit querelam coram ſuperiore de negligentia
iudicis, ſi hoc commode poteſt, vt ſupra dixi. & hoc modo
intelligendo dictum §. illud. non corrigetur per d authen. &
pro hac opi. optime facit Auth de appell. & intra quæ tem-
pora §. j. vbi dicitur, quod diſpoſitio illius § non corrigitur,
ſed ſolum ſuppletur, quia nullum remedium dabatur per d.
§ illud. impedimento contingente in ſecundo anno, ſed per
ius Authenticorum eſt prouiſum, vt non fiat præiudicium,
etiam ſi impedimentum contingat in ſecundo anno. De
querela autem facienda ſuperiori de negligẽtia iudicis nihil
dicitur, ergo debet fieri, ex quo ille, quo ad hoc non corri-
gitur. Et ex his ſum expeditus de quinto impedimento.
80 Venio ad ſextum, & vltimum, ſcilicet quando † impedi-
mentum contingit caſu fortuito. & in hoc dicas, quod aut
impedimentum contingit in primo fatali, & tunc ipſo iure
datur ſecundus annus, ut in dicta l fin §. illud C. de tempor.
appell. & idem dicendum eſt de impedimento contingente
in perſona nuncij, vel procuratoris, quia ſic excuſat appellã-
tem, ſecus ſi occurriſſet in perſona propria ipſius appellan-
tis. & de hoc eſt tex. notab. in l præſes. C. de appellat. & illud
eſt generale, quod caſus contingens in perſona nuncij, uel
procuratoris excuſat dominum, vt in l. cũ a matribus. C. qui
petant tu. & in c. ſignificante, infra de pig. ex quo no. quod li-
cet dolus, ſeu negligentia nuncij, vel procuratoris in non ap
pellando, vel in non proſequendo appellationem non excu
ſet dominum, vt dictum eſt ſupra in quarto impedimento,
81 quia imputandum eſt ei, qui † eligit malum procuratorem,
vt in l. cũ mandato. ff. de minor. tamen, quando non fuit cul-
pa, uel negligentia tunc dominus excuſatur, ut dicit Bart in
dicta l. præſes, in princ. Sed circa hoc quæro de duobus. Pri-
82 mo, an tempus † feriatum ſit in tum impedimentum? & Bal.
hic, & in l. ij §. fin C. de temp. appell dicit, quod aut tales feriæ
ſunt ordinariæ, & tunc eſt imputandum appellanti, qui ni-
mium ſe arctauit, vt in l 2. ff. ſi quis caut. aut feriæ ſunt repen
tinæ, & tunc bene datur reſtitutio appellanti. vt ff. ex quibus
cauſ. maior. ſed ſi per prætorem § ſed ſi feriæ quod intelligit
Bal in dicto §. fi. quando feriæ fuerunt longæ, ſecus ſi breues,
quia ſibi imputet appellans, ſi tantum ſe aſtrinxit, & hoc pro-
cedit, niſi illo tempore aſſideret effectus deciſionis cauſæ, ut
quia potuiſſet cauſam expedire in illis diebus non fuiſſent fe
riæ, argum. l. & ideo hæſitatur. ff. de verb. ſign. ſ. tunc enim da
retur reſtitutio illorum dierum, & fieret remiſſio in tanto
tem-

tempore, quanto fuit impeditus, vt in dicto §. ſed ſi feriæ &
83 intellige Bal. quando tales † feriæ occurrerent in ſecundo anno, quia ſi occurrerent in primo, non fieret tantum reſtitutio illorum dierum, ſed ipſo iure daretur ſecundus annus, vt in auth. ei qui. C. de temp. appell. & infra dicam. Secundo quæro, quid ſi appellans fuit impeditus, quia non potuit habere inſtrumenta facientia ad cauſam, & Innoc. & Bald hic dicunt, quod non dicitur negligens, & idem tenet Spec. eo. ti. § nunc breuiter ver. item fallunt prædicta & ver. ſeq. & idem dicunt Innoc. & Spec. ſi appellans fuit impeditus in producendis teſtibus, quod intelligit Bal. quando fuit impeditus in omnibus teſtibus producendis: ſi verò in aliquibus tantum, tunc dicit, quod aut illi non erant neceſſarij, & ſibi imputet appellans, aut erant neceſſarij, & tunc reſtituitur ad tantum tempus, quantum fuit impedimentum, arg. l. admonendi. ver. quibus nūc ſolis ff. de iureiur. quaſi velit dicere Bal. quod vbi impeditur in omnibus teſtibus, impedimētum abſorbet totum negotiū reſpectu probationis, quæ erat facienda, vnde debet dari ſecundus annus, ſed quando impeditur in aliquibus, tunc non abſorbet totum negotium, & ideo non debet dari ſecundus annus, ſed ſolum reſtitui tempus impedi-
84 menti. ſed ego credo, quod indiſtinctè debet dari † ſecundus annus, ex quo enim impedimentum eſt legitimum, etiam ſi vno tantum teſte neceſſario fuiſſet impeditus, debet habere appellans ſecundum annum integrum, quia datur à iure ſine aliqua reſtitutione in integrum, facit quod no. glo. in cap. ſi electio. in glo. fin. de elect. in vj. quę dicit, quod etiam ſi quis tantum vno die fuiſſet impeditus, debet habere ſecundum annum integrum, & de hoc infra dicam. Quid autem ſi appellans non potuit producere ſententiam latam à iudice a quo coram iudice ad quem, an hoc ipſum excuſet, dicam in
85 c. cum in eccleſia, infra eo. Item nunquid ſi † pe. bis iit in loco excuſetur appellans, qui non fuit proſecutus appellationem, plenè dixi in c. ex tranſmiſſa, de præſcrip. & ex hoc ſum expeditus de tertio membro principali.

86 Venio nunc ad quartum principale, ſcilicet quis ſit † iudex competens ad reſtituendum appellantem, poſito quod debeat fieri reſtitutio, & an requiratur ordo iuris. Circa primū non inſiſto, quia plenè examinaui in cap. fin. ſupra de reſtit. in integ. poſt Io. de Imo. & do. Abb. ſcilicet an iudex a quo, vel iudex ad quem, poſſit appellantem reſtituere, de quo vide ēt Cyn. Bart. & Bal. in l. præſes. C. de appell. ſed quo ad ſecundū,
87 an ſcilicet requiratur † ordo iuris. dic quod aut reſtitutio in integrum imploratur principaliter, & tunc requiritur ordo iuris, ſcilicet libellus, litis conteſtatio, & ſimilia. Aut petitur incidenter, & tunc non requiritur ordo iuris. & ita diſtinguit tex. in cap. 2 de offic. iud. modo ad propoſitum, talis reſtitutio petitur incidenter, quia impedimentum incidit in cauſa appellationis, vnde poterit peti, & concedi per iudicē ad quem, nullo oblato libello, & nullo iuris ordine obſeruato, ſed ſolum cognito, & conſtito de iuſta cauſa impedimenti. vnde poterit ſic dicere iudex, quia talis fuit impeditus tali impedimento, ideo eum præſentem, & petentem ad tale tempus reſtituimus, ita dicit Bart. in auth. item ſi appellationem C. de temp. appell.

88 Vtrum autem requiratur partis † citatio Bart. in præalle. auth. videtur ſentire, quod non, ſed loquitur quando iudex reſtituit impeditum ex facto ipſius iudicis, de quo ipſe iudex eſt certus vnde circa hoc non requiritur aliqua citatio, ſed certum eſt, quod parti aduerſæ nō poteſt competere aliqua defenſio. vnde non eſt citanda, vt dixi ſupra eod. cum ſit §. præterea & in cap. cum olim, ſupra de re iudic. & in cap. ad noſtram. 3. ſupra de iureiur. ſecus ſi impedimentum contingeret aliunde quàm ex facto iudicis, quia tunc aduerſarius eſſet citandus, vt in l. in cauſæ. § cauſa cognita. ff. de minoribus. & ex hoc ſum expeditus de quarto membro principali.

Venio ad quintum, ſcilicet ad quantum tempus debeat
89 fieri † reſtitutio. & primo videndum de termino hominis, ſecundo de termino iuris. & circa primum, ſcilicet circa terminum hominis, dicit Innoc. quod ſi iudex a quo ſtatuit terminum mēſis appellanti ad iter arripiendū, vel ad ſe præſentandum coram iudice ad quem. ſicut ratione impedimenti in termino iuris datur tempus duplicatum, vt in ca. cum ſit, ſupra eod. & in auth. ei qui, C. de temp. appell. ita ſi contin-
90 gat impedimentum in ipſo † termino hominis, quia talis terminus ſubrogatur loco termini iuris, vt in cap. cum ſit, & in cap. perſonas, ſupra eod. vnde ſubrogatum debet ſapere naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, vt in cap. eccleſia. 2. vt li. pend. & in l. ſi eum § qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. non occurrente impedimento illo in termino menſis habebit alium menſem ad proſequendum, ſicut impeditus in primo anno habebit ſecundum annum, vt ſupra eod. cū ſit in prin. & hanc opinionem Innoc. communiter ſequuntur Doct. & ipſam etiam ſequitur Io. de Hyſp. hic, & do. Abb. dicit in iudicando non eſſe recedendum ab hac opin. communi, & tamen quod legendo, & diſputando poteſt teneri contrarium,
91 quia † terminus aſſignatus ab homine eſt quædam citatio ad cauſam appellationis, ſed natura citationis eſt, vt ſi citatus non poteſt comparere in termino, compareat quamprimum poteſt, vt in cap. cum dilecti ſupra de do. & contum. & infra eod. cum parati. & ex hoc infert, quod non eſt verum, quod terminus hominis ſit loco termini iuris, maxime cum non detur ad diffiniendam cauſam, vnde debet diuerſo iure cenſeri, ſecundum eum. Sed tu dic, quod illa ratio non obſtat, quia non eſt verum, quod terminus hominis habet vim, & naturam citationis non eſt deperdita cauſa, licet poſſet procedi contra contumacem, vt in cap. 1 de elect. in vj. & 24. quæſt. 3. de illicita, cum ſimil. ſed ſecus eſt in ipſo termino hominis, quia non proſecutio appellationis infra terminum bene perimit cauſam, vt in cap. cum ſit, & in cap. perſonas. ſupra eod. in quibus patet, quod quantum ad hunc effectum deſertionis cauſæ æquiparatur termino iuris. item in
92 alio ęquiparatur † termino iuris, quia ſicut terminus iuris poteſt ſuſpendi per compromiſſum, vel per conſenſum partiū, ita etiam terminus hominis, vt eſt tex. in clem. quamdiu co. tit. vnde etiam ſtatuta in impedimentis occurrentibus termino iuris debent habere locum in impedimentis occurrentibus in termino hominis. & pro iſta opin. videtur caſus in l. præſes ſecundum intellectum, quem ponit ibi glo. ij. in fi. C. eod. quem intellectum ſequitur Bar. & Bal. & Ang. vbi patet, quod occurrente impedimento in termino hominis ſuccurritur appellanti, quemadmodum ſi contingeret impedimētum in termino iuris. vnde concludit, quod ſi eſt aſſignatus terminus menſis ad proſequendam appellationem, ſi appellans fuit impeditus illo menſe, debet habere alium menſem ad proſequendum, ſicut ſi eſſet impeditus in primo anno, deberet habere alium annum, & no. illud dictum Inno. dum
93 dicit, quod † terminus hominis ſubrogatur loco termini iuris, quia facit ad multa, & quotidie allegatur pro notab. & ex hoc infertur, quod dilatio aſſignata a iudice, vel ad probādum, vel ad litem conteſtandum ſuccedit loco dilationis datæ à iure communi, & eodem iure debet cenſeri. & ita ad hoc allegat Inno. do. Abb. in cap. 1. de dilat.

Venio nunc ad examinandum, ad quantum tempus
94 debet fieri reſtitutio, & quale debet eſſe † impedimentum, vt detur ſecundum fatale, & in hoc conſiſtit maior difficultas, quæ ſit in materia huius deciſ. & ideo pro intelligentia conſideranda ſunt prædicta ſex impedimenta, ſupra examinata, & vbi concluſum eſt, quod impedimentum ipſo iure non currit, non cadit dubitatio aliqua, quia ſi non currit tempus, non eſt neceſſaria aliqua reſtitutio, ſed vbi currit tempus, & datur reſtitutio, in hoc verſatur magna dubitatio, & in hoc diſtinguit duo membra principalia. Primum eſt, quando occurrit impedimentum in primo anno. Secundum eſt, quando impedimentum occurrit in ſecundo anno, vel vlteriori.

Venio ad primum, in quo facias quinque caſus. Primus eſt, quando appellans fuit diligens per totum annum, & tamen nō potuit cauſam expedire. Secundus eſt, quando fuit impeditus in toto primo anno. Tertius eſt, quando fuit impeditus in principio anni, ſed poſtea ceſſauit impedimentum, & fuit negligens. Quartus eſt, quando in principio anni fuit negligens, & poſtea ſuperuenit impedimentum. Quintus eſt, quando appellans fuit diligens in principio anni, & inchoauit cauſam debito tempore, & poſtea ſuperuenit impedimentum, & poſt impedimentum appellans fuit negligens, non cum tanto tempore, quod cauſa potuiſſet expediri.

95 Venio ad primum, videlicet quando fuit † diligens per totum annum, & tamen cauſam nō potuit expedire, & hoc caſu dicit But. ꝙ ſiue interuenerit impedimentum paruum, vel magnum, abſque dubio debet habere ſecūdum annum, ex quo per eum non ſtetit, & fuit diligens, vt patet in l. fi. § illud. C. de temp. appella. ſed tu dic, quod etiam ſi non apparet de aliquo impedimento extrinſeco, ex quo tamē appellans ſemper fuit diligens, nec propter arduitatem cauſę potuit eā expedire, debet habere ſecundum annum. & hoc probat tex. in capit. cum ſit, ſupra eod. vbi tex. ſimpliciter dicit, quod appellans habet annum, & ex euidenti, & neceſſaria cauſa biēnium, ad idem. C. de temp. appell. auth. ei qui. vbi dicitur, ꝙ appellans habet annum, & ex iuſta cauſa biennium. Si ergo ex arduitate cauſæ non potuit cauſa appellationis expediri, infra annum appellans habebit biennium, licet aliud impedimentum extrinſecum non probetur, & hoc tenet hic Ioannes Andreæ. & ex hoc ſum expeditus de primo caſu.

Venio

96 Venio ad ſecundum, ſcilicet quando † appellans fuit im-
peditus in toto primo anno, & in hoc ſimiliter abſque dubio
appellans habebit ſecundum annum ſed Ioan. de Imo. dicit
hoc procedere, dummodo appareat, quod appellans vole-
bat facere diligentiam, niſi fuiſſet impedimentum. allegat l.
qui commeatus. C. de re milit. & Barto. in l. 2. § quod dixi-
mus ff. ſi quis cau. & idem dicit do. Abb in ſi penult col. ſed
vide quæ dixi in cap. ex tranſmiſſa, ſupra de præſcrip. vbi con
cluſi, quod dummodo conſtat de impedimento, excuſetur
impeditus, etiam ſi aliter non appareat de eius intentione. &
hoc probatur iſte ex. quia non grauat appellantes, niſi ad faciē
dum ſidem de impedimento. Et ex hoc ſum expeditus de
iſto ſecundo caſu.
97 Venio ad tertium, ſcilicet quando appellans † fuit impe-
ditus in principio anni, ſed poſtea ceſſante impedimēto fuit
negligens. & in hoc Innoc videtur dicere quod etiam ſi per
vnam diem fuiſſet impeditus, poſtquam debito tempore in-
cœpit proſequi appellationem debet habere ſecundum an-
num, vt in Auth de his qui ingred. ad appell. § 1. 2. & 3. & ita
videtur tendere hic Hoſt & idem tenet glo ſi. in c. ſi electio.
de elect in vi & Ang in auth ei qui. C. de temp appell. refert
ſe vidiſſe ita pluries determinari in Romana Curia in quæ-
ſtionibus de facto accidentibus. ſed Bart in auth. item ſi ap-
pellationem C. de temp appell dicit, quod ſi impedimētum
durauit tanto tempore, quod illo ceſſante potuiſſet cauſa
appellationis expediri, quod debet habere ſecundum annū,
etiam ſi poſtea ceſſante impedimento reſtaret tantum tem-
pus, quod poſſet cauſa expediri & dicit Bart. quod lex præſu-
98 mit, quod cauſa appellationis poſſit intra vnum menſem, vt
in auth ei qui, cod. tit. & per hoc dicit, quod ſufficit impedi-
mentum vnius menſis ad hoc, vt detur ſecundus annus. &
hanc opinionem videtur etiam ſentire Io And in 4 parte pe
cu. in ſubr cod tit vt refert hic Io de Imo in 14. col ſed But.
hic, & do. Abb hic tenent contrarium dicentes, quod ſi poſt
99 † ceſſans impedimentum appellans habuit tantum tempus,
in quo potuiſſet cauſam expedire, non dabitur ei ſecundus
annus, ex quo fuit negligens poſt impedimentum, quia ſe-
quens negligentia habet tantundem effectum præcedentis
impedimenti, nam dicitur, quod vltima mora nocet l. illud.
ff. de pericu & commo. rei vendi cum ſimi. & hanc opinionem
ſequitur etiam Bal in auth ei qui, circa fin C. de temp appell.
& Iac. de Belui in Auth de his, qui ingred ad appell. § 1. 2 & 3.
probatur in cap. cum ſit in princ ſupra cod vbi patet, quod
non datur biennium, niſi ex euidenti, & neceſſaria cauſa. &
in dicta auth ei qui, vbi dicitur, quod datur biennium ex iu-
ſta cauſa, ſed non dicitur eſſe iuſta cauſa, ex quo poſtquam
ceſſauit impedimentum, ſuperfuit tantum tempus, quod po
100 tuit cauſam expedire. Item ad hoc vt † appellans habeat ſe-
cundum annum, requiritur quod ſumma ope fuerit cona-
101 tus expedire cauſam in primo anno. Summum † autem dici
tur, ſecundum Ioan And. hic, ſupremum, quo nihil amplius
eſt. vnde in diuinis Trinitas, dicitur ſumma, vt ſupra de ſum.
Trin. & fi. Cath in humanis autem Papa dicitur ſummus, vt
in clem. ſi ſummus Pontifex, de ſent excom & 23 di ſt § j. &
infra de ſtatu monach cap cum ad monaſterium, in fi. in me
ritoriis autem ſummum bonum, eſt iuſtitiam colere. vt in c.
102 cum deuotiſſimam. vi. quæſt ij. vbi tex. dicit, quod † eſt ſum-
mum bonū in rebus humanis iuſtitiam colere. & Saluſtius
in Catelinario, omnes homines, qui ſeſe ſtudent præſtare cæ
teris animalibus ſumma ope niti decet ne vitam ſilentio trā
ſeant veluti pecora. & in princ. Inſtit & vide magiſtrum ſen-
tentiarum, lib. 2. diſt 27 in princ. vbi allegat Augu. dicentem,
quod iuſtitia eſt magna virtus animi, quam non facit in ho-
mine, niſi Deus & ſanct. Tho. 2. 2 quæſt. 5. art. vlt allegat Phi-
103 loſophum in quinto ethic. qui dicit, † quod iuſtitia eſt præ-
clariſſima virtutum, & quod neque heſperus, neque Lucifer
eſt ita admirabilis. & ſubdit Ioan And quod ſummè cauen-
dum eſt, nec violetur iuſtitia, vt in cap ſummopere 23 q iij.
vnde ad propoſitum redeundo, cum appellans debeat vti ſu-
prema diligentia ad hoc, vt detur ei ſecūdus annus, ſi ſuper-
fuit ei tantum tempus, ceſſante impedimento quod potuit
cauſam appellationis expediri, non debet habere ſecundum
annum, quia ſi fuiſſet vſus diligentia, expediuiſſet infra pri-
mum fatale cauſam appellationis, & hanc opinionem ſequi
tur Ang. in conſil. 188. quod incipit, in nomine Domini, & c.
in propoſita quæſt. Tamen, vt ſalues op. Innoc. Hoſt. & glo.
in dicto cap ſi electio. intelligas ipſos loqui, quando impedi
mentum vnius diei conſumit effectum totius præcedentis
temporis, puta erat vltima dies primi fatalis, in qua non re-
ſtabat niſi ferre ſententiam, modo ſi illa die interuenit im-
pedimentum, dabitur ſecundus integer annus, poſito quod
per vnum diem fuerit tantum impeditus. facit optime lex, &
ideo hæſitatur, & quod ibi not. Barto. ff de verb. obli. & hoc
tenet Bald & Ang. in dicta auth ei qui per illum tex. hoc mo
do etiam debet intelligi Bar in dicta auth. item ſi appellatio
nem, ſcilicet quando impeditus fuit in fine anni, quia et ita
loquitur illa auth & ita ſenſit Bar. quod clarum patet, quia al
legat auth. ei qui, cod ti quæ loquitur de vltimo termino. vn
de cum Bart. ſimpliciter loquatur. & fundet ſe ſuper auth. itē
ſi appellationem, quæ loquitur de impedimento contingen
te in vltima dilatione anni, vel biennij. patet, quod Bar. de-
bet intelligi, quando impedimentum contigit in fine anni.
& ſi illud impedimētum fuit quod intra ipſum potuiſſet cau
ſa expediri, debet habere ſecundum annum, hoc modo intel
lige Bart. Et ex his infertur duplex concluſio. prima eſt con
104 cluſio, quod appellanti nunquam datur ſecundum † fatale
ratione impedimenti occurrentis in primo anno, ſi poſt im-
pedimentum potuiſſet cauſam expedire, ſi diligentiam feciſ-
105 ſet. Secunda concluſio, ſi † impedimentum vnius diei con-
ſumit diligentiam totius temporis præcedentis, debet conce
di ſecundus integer annus. Et ex hoc Bal in dicta auth. ei
qui in princ. not. colligit ex illo tex quod lex non ſolum reſti
tuit tempus impedimenti, ſed dat ſecundum annum inte-
grum, ſecus in reſtitutione. quæ datur miniſterio iudicis, quia
106 † iudex non reſtituit niſi tantum pro tanto, vt in l. ſed ſi per
prætorem § ſed ſi ſer. ff. & in l ab hoſtibus, in fi. ff. ex quib cau.
maior quia reſtitutio eſt deperditis, & non in plus quam id
deperditum reſtituitur vt eſt tex in l ſi. ff. de minor & in clo-
ment. i de reſtitut. in integr & ratio differentiæ eſt, quia mi-
tius agitur cum lege, quam cum miniſtro legis l. Celſius. de
arbit & hanc differentiam etiam facit Ang in d. auth. ei qui.
& vide ipſum conſ ſuo 188. quod incipit, in nomine Dñi, & c.
in propoſita q. vbi plenius examinat hūc articulum, q̄ alius.
& firmat etiam cōcluſionem præcedentem q appellans nō
haberet ſm annum, ſi ceſſante impedimēto ſuū tps ſuperfuiſ
ſet, q potuiſſet cauſam appell expedire. Quartus caſus eſt,
107 quando appellās fuit † negligens in principio anni, & poſtea
ſuperuenit impedimentum. & hoc caſu diſtinguendum eſt,
quod aut potuiſſet cauſam expedire in primo anno, etiam ſi
impedimentum interuenuiſſet, & tunc nō dabitur ſibi ſecun-
dus annus. quia non ſubeſt iuſta & neceſſaria cauſa, quæ re-
quiritur. & hoc probatur in cap cum ſit, in princ. ſupra cod.
& in l fin § illud. C. de temp. appel cum ciuium res fuiſſet om
nimodo peritura, etiam ſi impedimentum nō interuenuiſſet,
non eſt iuſta cauſa, vt ei detur ſecundus annus, vt in l quod
te, & quod ibi not. ff. ſi cer pet. & hoc tenet hic Io. de Imo in
princip 13. colum & dicit Abb. in penult colum. Aut ſi non
fuiſſet impedimentum, potuiſſet appellans debito tempore
expedire cauſam appellationis. & tunc præcedens negligen
tia ſibi non nocet, vt in Auth de his qui ingred ad appellan.
§. 1. 2. & 3. & ibi hoc tenet Iac de Belui idem ſequitur hic In-
noc. Io. Ar de Buir & Io de Imo ſed dom. Abb hoc limitat,
niſi appellans ſe nimium arctaſſet, ita vt quodlibet impe-
dimentum ſufficeret ad impediendum finem appellationis,
nam tunc ſibi nō eſſet ſubueniendum, ſecundum eum, & in
l ij § quod diximus ff. ſi quis caut quia debuit verſimiliter co
gitare aliquod impedimentum interuenturum. Sed tu vide
glo. no. in cap cupientes § cæterum. in ver dies de elect in 6.
quæ declarat, quando quis dicatur ſe arctare, ita quod impe
dimentum ſuperueniens eum non excuſat dicitur enim ni-
mium ſe arctare, quando non poteſt venire ad locum deſti-
natum, niſi vtendo diplomate, id eſt excedendo metam iti
neris limitatam. ſecus ſi ſuperfuiſſet ſufficiens dieta punctali
ter, ita quod potuiſſet peruenire non vtendo diplomate,
quia tūc ſecundum illam glo caſus ſuperueniens excuſaret,
& iſtud etiam tenet Ang in dicta l ij. § quod diximus ff. ſi quis
caut. & idem decidit Io And in mercur in quæſt. & ratio eſt,
108 quia non tenetur quis diuinare † caſum fortuitum, vt in l ſi
putator ff. ad l Aquil & no. glo. fi. in cap. i. de ſeruis non ordi.
hinc dixit glo in Authen. de trien. & ſi. quod non dicitur ſe
arctaſſe. cui ſuperuenit caſus mortis, & quod ei non imputa-
tur, ſi de illo non cogitauit idem ſenſit Bart. in auth. ſi appel
lationem. C. de appell vbi dicit, quod cauſa appellationis di-
citur poſſe expediri infra menſem, & quod ſufficit ſpatium
menſis ad hoc, vt appellans dicatur impeditus. Nec obſtat,
ſi diceretur, quod poſſent induci nouæ probationes, & teſtes
reprobari. & ſic cauſa protraheretur vltra menſem: nam re-
ſpondit Bart quod iſtæ cauſæ non debēt attendi. & allegat
Innoc hic & dicit hoc eſſe tenendum menti. & ſic Bar vult,
quod ſufficiat cauſam potuiſſe expediri infra tempus impe-
dimenti, & quod impedimenta, quæ poſſunt ſuperuenire,
non ſint conſideranda, & ex hoc ſequitur quod dom. Abb.
non bene dixit, licet Pau de Caſt. idem dixerit in dicta l. ij §.
quod diximus ff. ſi quis caut vbi dicit, quod ſi quis eſt citatus,
vt compareat infra menſem, cum diſtaret a loco iudicij per
ducenta miliaria, & ſic poterat venire infra decem dies, com-

putando

pétendo ſecundum dietam legalem, ſecundum quam dantur viginti miliaria pro die, vt in l. i. ff. ſi quis caut. & in c. præſenti. § loca. de præben. in vj. Ipſe autem ſe arctauit vſque ad decem dies vltimos, & cum eſſet in itinere, fuit impeditus ex fluminis, vel inundatione aquarum, ita quod non potuit comparere in termino: nam ſecundum eum non excuſatur, quia dicitur culpabiliter ſe arctaſſe, cum debuerit cogitare hunc caſum euenire poſſe, & per conſequens debuerit per aliquos dies ante iter arripere. & ſic in effectu tenet illud, quod dicit hic do. Abb. ſed non eſt verum, quia iſti caſus extrinſeci non ſunt in conſideratione iuris. ſed ſufficit, quod potuiſſet venire non excedendo metam limitatam, niſi caſus ſuperuenisſet. facit quod no. Bald. in l. i. in vlt. col. in ij. quæſt. C. de dilat. Et ex præmiſſis inferas tres concluſiones. Prima ſit concluſio, data negligentia in principio anni, & ſuperueniente poſtea impedimento, ſi impedimentum non eſt tanti temporis, quod eo ceſſante potuiſſet cauſa appellationis expediri, appellans non habet ſecundum annum, ſed ſententia tranſit in rem iudicatam. Secunda concluſio, ſi impedimentum ſuperueniens eſt tanti temporis, quod eo ceſſante potuiſſet cauſa appellationis expediri, appellans habet ſecundum annum, nec ſententia interim tranſit in rem iudicatam, & dicitur impedimentum eſſe tanti temporis, quod potuiſſet cauſa expediri eo ceſſante, ſi fuit per menſem impeditus, & dicit Bar. in auth. item ſi appellationem. C. de temp. appell. quod an ſit verum, dicam infra eod. ol latæ, in princ. in fi. Tertia concluſio, non dicitur appellans ſe arctaſſe, qui diſtulit proſequi appellationem ad finem anni, ſi ſupererat tantum tempus, quod ceſſante impedimento potuiſſet cauſa appellationis expediri, nec imputatur appellanti, quod non cogitauerit caſus, qui poterant euenire. Et proiſta opi. videtur tex. in d. auth. item ſi appellationem. C. de temp. appell. & in Auth. vt ſponſal. larg. § hoc quoque in quibus patet, quod ſi appellans diſtulerat proſequi appellationem in nouiſſima dilatione, & poſtea impeditur facto iudicis, nullum fit ei præiudicium & idem dicendum eſt in citato differente arripere iter vſque ad vltimos dies termini citationis. nam ſi in illis diebus potuiſſet peruenire ad locum iudicii ſecundum metam limitatam iure vel conſuetudine, hoc dico, quia magis at-
109 tendu ntur † dietæ conſuetudinariæ quàm legales, de quo vide glo. in c. p nonnulli, ſupra de reſcript. & in cap. cupientes in prin. in glo. in ver. commode, de elect. in vi. & probatur per locum a ſpeciali in cap. præſenti. § loca. de præb. in vj. vnde ſi attentis dietis limitatis ſecundum conſuetudinem locorum citatus potuiſſet comparere in termino, ſi non interueniſſet impedimentum excuſari debet a contumacia, licet diſtulerit arripere iter vſque ad vltimos dies termini. & ex hoc infertur, quod ſi iudex a quo aſſignat terminum vnius menſis ad ſe præſentandum coram iudice ad quem, & appellans differt arripere iter ad finem termini, & deinde ſuperuenit impedimentum, quod appellatio non erit deſerta, ſi in illis diebus qui reſtabant, potuiſſet ſe præſentare in termino coram iudice ad quem, ſi impedimentum non interueniſſet, quas omnes concluſiones diligenter notabis.

Expeditus de quarto, venio ad quintum, ſcilicet quãdo ap-
110 pellans † inchoauit cauſam debito tempore, & poſtea ſuperuenit impedimentum, & poſtea ceſſante impedimento nullam fecit aliam diligentiam, tamen non ſupererat tantum tempus, quod etiam ſi diligentia fuiſſet adhibita, potuiſſet expedire cauſam appellationis. & in hoc caſu dicit But. quod debet dari ſecundus annus. ex quo enim debito tempore inchoauit, non obſtabit neglıgẽtia commiſſa in principio anni, vel etiam poſt impedimentum, ex quo non poterat cauſa expediri. & idem ſentit hic do. Abb qui dicit, quod quãdo impedimẽta ſunt interuallata, ſi impedimẽta fuerunt tot, quod intra tempus negligentiæ non potuiſſet finire cauſam appellationis, habebit ſecundum annum, aliàs ſecus, dicit tamen, quod debet apparere, quod ceſſantibus impedimẽtis finiſſet veriſimiliter appellationem, & ſic per ſummam diligentiam fuerit infra tempus impedimenti, quia alias non potuiſſet conſtare impedimentum præſtitiſſe cauſam, ne appellatio finiretur & allegat quæ dixit poſt Innoc. in ſimili, in cap. ex tranſmiſſa, ſupra de præſcript. ſed ego nõ credo hoc neceſſarium, dummodo de impedimento conſtet, vt ſupra dixi in ſecũdo caſu. ſed Io. de Imo. hic in fi. tenet, quod etiam ſi appellans poſt impedimentum finitum non habuit tantum tempus, quod in eo poſſet finire cauſam appellationis, tamen ſi fuerit negligens, ſibi imputatur, & hoc etiam videtur tenere hic Innoc. Hoſt. & Iac. de Belui. in Auth. de his, qui ingred. ad appell. § i. & hæc opinio eſt de iure verior, ſecundum Io. de Imo. quia appellãs toto tempore primi anni, debet inſtare, vt in dicta l. fin. § illud. C. de temp. appell. ideo ſi fuit negligens poſt impedimentum, non dabitur ſecundus annus. Fatetur tamen Io. de Imo. quod in omni caſu impedimenti ſaltem debet dari reſtitutio ad tempus in [illegible] ſi impedimentum fuit tanto tempore, in quo cauſa potuiſſet expedire, vt in l. ab hoſtibus. § fi. ff. quibus caus. maio. alias ſi non potuiſſet expediri in illo tempore impedimenti [illegible] tuuo eſſet ſuperuacua, ex quo conceſſa reſtitutione non ſupereſſet tantum tempus, in quo cauſa expediretur. ſed [illegible] vltimum, quod dicit Io. de Imo. non eſt verum quia vt [illegible] dixi in tertio caſu, etiam ſi impedimentum fuiſſet tanti temporis, quod eo ceſſante cauſa appellationis potuiſſet expediri. tamen negligentia ſequens imputatur appellanti, ex quo in illo tempore potuit cauſa appellationis expediri. vnde non debet ſibi reſtitui tempus impedimenti, quia poſterior
111 † negligẽtia imputari debet appellãti. Item dicit Io. de Imo. quod opi. Butr. quam ſequitur do. Abb eſt æquior ſed tu dic, quod etiam eſt verior, quia ex quo cauſa non potuiſſet expediri poſt finitum impedimentum, non imputatur appellanti talis negligentia, ex quo inchoauit debito tempore, ita quod ſi non fuiſſet impedimẽtum, cauſa potuiſſet expediri. & hoc eſt, quod cõſiderat tex. in dicta auth. ei qui. & in dicto § illud. vbi imponitur diligentia appellanti ad finem, vt cauſæ appellationis expediantur in primo fatali, & nõ aliter. Vnde ex præ dicto caſu infertur concluſio, quod ſi appellãs debito tempore inchoauit, ſed ſuperuenit impedimẽtum in primo anno, & ceſſante impedimento non potuiſſet cauſa expediri, ipſo iure datur ſecũdus annus, dato quod appellans nullam aliã diligentiam fecerit poſt finitum impedimentum [illegible] no. Hoſt. Iac. de Belui & Io. de Imo. teneant contrarium. & ad ſupradictas difficultates vide Ang. in dicto conſ. l. [illegible] & per eũdem in l. & ideo hæſitatur. ff. de verbor. obligat. & per Paul. de Caſtro ſuo conſil. 25. quæ incipit, in Chriſti nomine Domini, ſuper primo dubio, in penult. colu. Sed iuxta prædicta
112 quæro. pone, quod † appellans dedu[x]it omnia iura ſua, & fecit omnem diligentiam vſque ad concluſionem in cauſa, an currãt ſibi fatalia, poſtquam in cauſa eſt concluſum. Bal. in auth. item ſi appellationem. C. eod. dicit quod ſic, quia appellans debet adire iudicem, & requirere ipſum de expeditione cauſæ, & proteſtari, quod per ipſum non ſtat. Et ſi hoc
113 non facit, currunt ſibi fatalia, cum † iudex ipſe non debeat procedere ad ſententiam, niſi ad petitionem partis, vt in l. ad peremptorium. ff. de iudic. & in cap. j. ſupra de iudic. cum ſimi. Immo conſulit Bart. quod, proteſtatio facta iudici, quod cauſam expediat cũ productione actorum, ſeu proceſſus, non ſufficiat, niſi etiam inſtanter petatur, quod aduerſarius citetur ad cauſam, vel ad ſententiam audiendam, & ſi hoc nõ facit, appellans non poteſt dici ſumma ope diligens, vt dicto
114 § illud. Amplius dicit Bar. in dicto conſil. quod † proteſtatio facta iudici anteceſſori in officio, eſt de nouo facienda corã ſucceſſorẽ, quia coram eo debet produci acta, vt in l. mortuo. ff. de iudi. & in l. ſi eum hominem. ff. de fideiuſſ. & debet interpellare ipſum iudicem ſucceſſorem de expeditione cauſæ, & petere, aduerſarium citari ad cauſam, vel ad ſententiã. pro quo facit tex. in l. edictum ff. de iudic. vbi requiritur corã ſucceſſore noua citatio, dato quod coram anteceſſore omnia edicta expedita fuiſſent. & adde quod quãdo iudex eſt requiſitus de iuſtitia, aut de expeditione cauſæ, & ipſe nihil reſpondet, ſeu obmuteſcit, ſeu non procedit in cauſa, dicitur
115 tunc † iuſtitiam denegare, & ſteriſſe per eum vt in capit. j. de mili. vaſal. qui cõtumax eſt. Et ibi hoc dicit Bal. Adde quod idem determinat Rota, in antiquis, de appella. incip. vbi aliquis proſequitur appellationem, quę dicit, quod ſi appellans proſequitur appellationem vſque ad ſententiam excluſiue, ſi non obtinet ſententiam, appellatio deſeritur. Et ex his ſum expeditus de primo membro principali, ſcilicet quando appellans eſt impeditus in primo anno.

Venio nunc ad ſecundum membrum principale, ſcilicet
116 quando impedimentum occurrit in ſecundo fatali, † an dari ei debeat tertius annus ipſo iure, vel ope reſtitutionis? & glo. hic videtur reſidere, quod ipſo iure detur tertius annus. & idem tenet glo. in cap. cum ſit, in gloſ. j. ſupra eod. & hanc opinionem ſequitur hic Hoſt. maxime attenta æquitate iuris canonici, arg. in cap. dilecti, ſupra de iudic. ſed glo. in auth. ei qui. C. de temp. appell. dicit quod primus, & ſecundus annus dantur a iure, ſed tertius annus, & vlterior datur a iudice ex iuſta cauſa impedimenti, arg. in l. j. ff. quibus cauſ. maio. & hanc opinionem ſequuntur Bart. & Ang. in dicta auth. ei qui. notantes ex illa glo. quod licet alias quando alicui conceditur tempus ad purgãdam moram, ſi in illo tempore occurrat impedimentum, nulla vlterius detur reſtitutio, vt eſt
117 tex. in l. ſancimus. in fi. C. de fideiuſſ. vbi † caſus fortuitus occurrit in tempore dato ad purgandum moram, nocet debitori, nec aliqua ei cõcedit reſtitutio, tamẽ ſecus eſt, vbi tempus conceditur propter iuſtum impedimentum præcedẽs,

quia

quia tūc ſi occurrit impedimentum, reſtituitur vlterius tem
pus, vt eſt tex. hic, & in hac opinione, quod reſtituatur ter-
tius annus integer, reſidet etiam hic Innocen. ſed Ioan. And.
118 tenet contrarium, quia vbi fit † reſtitutio, reſtituitur ſolum
tempus impedimenti, & non ultra. l. ſed ſi per prætorem. §.
ſed ſi feriæ. ff. quibus cauſis maior. & in l. fin. ff. de minor. & in
clement. vnica de reſtitu. in integr. vbi eſt bonus tex. & iſtam
opinionem etiam ſequitur hic Butr. concludens, quod vbi
non currit tempus, ipſo iure non datur, nec ſecundus annus,
nec tertius annus: quia cum tempus interim dormiat, non
dicitur nec primus, nec ſecundus cucurriſſe, ſed remanet in
eodem ſtatu, in quo erat ante impedimentum, quaſi tempus
durante impedimento dormierit. pro quo vide bonam gloſ.
in clem. quamdiu, eodem tit. in verbo, currere. vbi vero tem-
pus currit ipſo iure, tunc poſt ſecundum fatale danda eſt re
ſtitutio in ſequenti anno. & ſic in triennio ad tantum tem-
pus, quantum fuit tempus impedimēti, & non vltra. & idem
tenet hic Ioan. de Imo. in vij. colum & dominus Abb. hic, in
ſecunda quæſt. idem tenet Bald. & Aug. in authē. ei qui, C. de
tempor. appellat. vbi dicunt, quod tempus quod datur mini-
ſterio iudicis non reſtituit, niſi tantum tempus pro tanto,
cum reſtitutio ſit deperditi, & non in plus, quam ſit deper-
ditum reſtitutio, vt in clement. j. de reſtit. in integr. & in l. fi.
ff. de minoribus. & idem dicendum eſt, ſi impedimentum
contingeret in tertia, vel vlteriori: quia eodem modo debet
ſuccurri interueniente tertio, vel vlteriori anno, ut dicit glo.
in dicta authent. ei qui. Sed dubitatur circa prædicta, an in-
119 terueniente iuſto † impedimento ſit neceſſarium adire iudi-
cem appellationis, & allegare ipſum appellantem fuiſſe im-
peditum, & ſibi competere vlterius tempus. Ioan. Andr. in
addit. Specul. ſuper prædicta Rubr. ſupra eodem tit in quarta
parte Specu. ver. ex prædictis quæritur, conſulit quod appel-
lans hoc non faciat, ne implicet ſe in illo iudicio: ſed quod
appellans debeat proſequi ipſam appellationem, & ſi oppo-
natur de deſertione appellationis, replicetur de impedimen
to, & poterit procedi in cauſa cognoſcendo de impedimen-
to, licet nulla alia ſententia declaratoria præceſſerit, quia
quod a iure communi conceditur, non eſt opus a iudice
120 poſſideri, vt in l. quæ ſub conditione. §. fin. ff. de iniuſto teſta.
& in l. j. C. de theſaur. lib. 10. vbi tex. dicit fruſtra precibus im-
ploratur, quod a iure communi conceditur, facit cap. fin. &
quod ibi not. glo penult. infra de magiſtris. Non obſtat capi.
cum ſecundum. de hæret. in vj. quia loquitur, quando agitur
de inchoando nouo proceſſu, hic autem loquitur, quando
agitur de proſequendo proceſſu iam inchoato. ideo alia de-
claratoria non requiritur, ſecundum Ioā. And. ibi. hoc etiam
tenet Lap. ſua allegatione 125. quæ incipit, Anaſtaſius. & Io.
de Imo. hic, in 16. colum. ſed aduerte, quia prædicta conclu
ſio procedit, quando appellans ſeruatur ipſo iure illæſus,
vel quando impedimentum contingit in primo anno, quo
caſu ipſo iure datur ei ſecundus annus, vt ſupra dixi. Secus,
vbi opus eſſet reſtitutione in integrum, quia tunc cum ipſo
iure deſeratur appellatio, & ſententia tranſit in rem iudica-
tam, vt in authen. ei qui. in fi. C. de temp. appell. neceſſarium
eſt, quod reſtituatur in integrum per iudicem, vt dicit Barto.
in authen. item ſi appellationem. C. de tempo. appel. & ſupra
dixi. vnde nō poſſet proſequi cauſam appellationis, niſi prius
obtenta reſtitutione a iudice, & ita dicit Io. And. in loco præ-
allega. quod tene menti. Et ex his ſum expeditus de quinto
membro principali.
121 Venio ad ſextum principale, ſcilicet an † iudex a quo, vel
iudex ad quem, poſſit cognoſcere de deſertione appellatio-
122 nis, & an deſerta appellatione valeat † confirmatio ſenten-
tiæ, & omittam primum membrum, quia iſtud cap. eſt ſatis
grauatum ſua materia, ſed dicam in cap. repræhenſibilis, in-
123 fra eod. vbi iſtum articulum examinabo. item an † ſententia
lata ſuper deſertione appellationis poſſit reuocari, dicam in
fra eod cum ceſſante. vbi domi. Abb. tangit. Item an poſſit
124 † appellari a ſententia lata ſuper deſertione appellationis ſi-
ne cauſæ expreſſione, tanquam habeat vim diffinitiuæ, di-
cam infra eod. peruenit. vbi tangit dom. Abb. vnde ſolum ſe-
125 cundum membrum examino, ſcilicet an † valeat infirma-
rio ſententiæ facta per iudicem ad quem. & Innoc. hic dicit,
quod valet ſententia infirmatoria, ſeu reuocatoria, etiam ſi
feratur poſt decurſa fatalia, & quod inducit exceptionem rei
iudicatæ. ſed Hoſtien. hic tenet contrarium, & pro eius opi-
nione eſt tex. & glo. in verbo, appellatus, in clemē. ſi appella-
126 tionem, eod. tit. ratio eſt, quia deſerta † appellatione habe-
tur perinde, ac ſi nunquam fuiſſet appellatum, vt in l. ij. in fi.
127 C. de tempo. appell. & per conſequens † ſententia lata in con-
trarium, reperitur lata a non ſuo iudice, & ſic eſt nulla, de iu
dic. at ſi clerici. & ita tenet Bal. in l. fin. in princ. C. de tempo.
in integ. reſtit. peten. & hoc procedit abſque dubio, quando
de deſertione non eſt cognitum, ſed ſolum ſuper negocio
principali etiam ſi ſucceſſiue per plures iudices eſſet infirma
ta prima ſententia. & ita conſuluit Paul. de Caſtro conſilio
ſuo 337. quod incipit, in Chriſti nomine Amen. Iam deſer-
ta appellatione. hoc tamen intelligas, niſi fuiſſet reuocatum
in dubium de deſertione appellationis, & iudex pronunciaſ-
ſet, appellationem non eſſe deſertam, & a dicta pronuncia-
tione non eſſet appellatum, quia tunc bene valeret ſenten-
tia infirmatoria primæ ſententiæ, & hoc tenet hic Ioan. de
Imo. in penult. colum. & in cap. ex parte, ſupra de reſcript. &
dixi in cap. perſonas, & in cap. ſi duobus. in princ. ſupra eo. &
idem dicit, ſi iudex tacite pronunciaſſet appellationem non
eſſe deſertam, vt quia oppoſita exceptione deſertionis ap-
pellationis, & aſſumpta cognitione ſuper ipſa, iudex ad vl-
teriora proceſſiſſet, & primam ſententiam infirmaſſet: vale
ret enim etiam hoc caſu ſententia infirmatoria, quia per
proceſſum ad vlteriora, intelligitur tacite pronunciaſſe ap-
128 pellationem † non eſſe deſertam, per ea, quæ dixi in capit. ſi
duobus, in princ. ſupra eod. ſed contra prædictam clem. ſi ap
pellationem, eod. tit. fortiter facit in contrarium illud, quod
not. Innoc in cap. cum Bertholdus. de re iudic. & in cap. cum
dilecta. de reſcript. in quibus dicit, quod ſi pars, quæ habuit
ſententiam in fauorem ſuum, aſſumit diſputationem ſuper
129 ſententia, † iudex poteſt eam reuocare, non obſtante quod
tranſiuerit in rem iudicatam, quia de quacunque re cogno-
uerit iudex, de ea pronunciare debet, vt in cap. cum ſuper. in
fi. de cau. poſſeſſ. & propriet. & in l. de qua re. ff. de iudic. ſed re
ſponde, quod Innoc. loquitur, quando eſt talis iudex qui po-
teſt adiri per viam querelæ, ſed clem. ſi appellationem, proce-
dit in iudice qui nō poteſt adiri, niſi per viam appellationis,
quia tunc deſerta appellatione nō eſt iudex competens, ideo
non valet tunc ſententia infirmatoria, tamquam a non ſuo
iudice lata. Secus, ſi eſſet talis iudex qui poſſet adiri per viam
querelæ, quia tunc valeret ſententia infirmatoria, non obſtā
te deſertione appellationis, vt dicit But. & dom. Abb. in cap.
quoniam contra falſum, de proba. & vide alias limitationes,
quas poſui ad d. clem. ſi appellationem, in c. perſonas, ſup. eo.
Et ex hoc ſum expeditus de ſexto principali.
Venio ad ſeptimum, & vltimum, ſcilicet an deſerta appel
latione per lapſum anni poſſit mandari ſententia executio-
ni, & an ſit neceſſarium pronunciare ſuper deſertione ap-
pellationis, antequam poſſit fieri executio, & an ſit ne-
ceſſaria citatio partis in executione ſententiæ? & ſic ſunt
in effectu tres quæſtiones. quo ad primam, ſcilicet an deſerta
130 † appellatione per lapſum anni poſſit ſententia mitti execu-
tioni per iudicem a quo. Innocē. hic in princ. tenet quod ſic,
quia lapſo anno habet intētionem fundatam in exequendo:
ideo ſi ſibi nulla eſt facta notificatio de impedimento, pote-
rit exequi, & valebit executio, ſi re vera appellans non fuit
impeditus, aliàs ſecus: quia cum in effectu durat appellatio,
talis executio venit reuocanda per viam attentati probato
impedimento coram iudice ipſius appellationis. & cum hac
opinione reſidet etiam hic Butr. & etiam dominus Abbas
hic, in vltima quæſtio. & in vltima colum idem ſequitur Io.
de Imo. hic, in fine, & fuit de mente glo. in authen ei qui, in
fine. ſed Barto. ibi tenet, quod iudex non poſſit exequi ſen-
131 tentiam, † niſi poſt lapſum biennium, & idem dicit in l. j in
fine. ff. nil noua. appellat. penden. & hanc opinionem etiam
ſequitur Bald. in l. eos, in tertia columna, C. eodem. dicens,
quod de deſertione appellationis non conſtat ex ſolo lapſu
temporis, niſi lapſum ſit biennium, quia cum potuerint
interueniſſe impedimenta, interim appellatio eſt dubia, vn-
de non poteſt interim fieri executio ſententiæ antequam
firma remaneat per lapſum biennij, vt dicta authen. ei qui.
vbi patet, quod non confirmatur ſententia, niſi lapſo
biennio, & refert Bald. vbi ſupra, ita tenere Ioannem An-
dreæ in capitulo, in præſentia, de renunciationib. Sed mihi
magis placet opinio Innocent. quam ſequitur Butr. & domi
nus Abbas, & Ioann. de Imo. hic. Nec obſtat authen ei qui,
quia expreſsè loquitur, quando appellans ex iuſta cauſa ha-
buit biennium, vnde a contrario ſenſu, ſi non fuiſſet iuſta
cauſa, quia debuiſſet habere biennium, ſtatim lapſo anno
ſententia remanſiſſet firma, & executioni per conſequens
mittenda, tamen iudex a quo non poteſt mittere ſenten-
tiam executioni, niſi citato appellante, vt infra dicam, in ter
tia quæſtione. vnde debet facere citare appellantem, & ſi al
legauerit impedimentum, & probauerit, debet ſuperſede-
re in executione. poterit etiam appellans allegare impedi-
mentum coram iudice ad quem, & facere vt inhibeat iu-
dici a quo, ne interim mittat ſententiam executioni. &
hoc modo poteſt procedere illud dictum Innocent. quod
ſequuntur Doctores hic. Et ex hoc ſum expeditus de prima
queſtione.

132 Venio ad ſecundam, ſcilicet an poſſit peti † executio ſen-
tentiæ coram iudice a quo, antequam lata ſit ſententia de-
claratoria ſuper deſertione appellationis per iudicem ad
quem? & glo tenuit quod ſic, in l. eos. C. eod. ſed Bar. ibi tenet
contrarium dicens quod licet non ſit pronunciandum diffi
nitiuè, ac ſi ſuper appellatione fuiſſet cognitum, tamen de-
bet iudex ad quem declarare, appellationem eſſe deſertam,
& abſoluere appellantē ab obſeruatione iudicij, vt in l. li præ
ſes. C. quomo. & quan. ſed pro opin. glo. eſt tex. in l. ſi contra
maiores. C. eod. tit. vbi patet, quod ſatis eſt, quod appellatio
ſit deſerta, ad hoc quod poſſit fieri executio, nec requiritur
quod primo fiat declaratio per iudicem ad quem ſuper deſer
tione appellationis, & ita firmat ibi Ang. dicens, quod deſer-
ta appellatione poteſt adiri primus iudex, qui tulit ſenten-
tiam, vt ſuam ſententiam exequatur, non expectata alia iuſ-
ſione, ſeu declaratione iudicis ad quem, & ſubdit quod cau-
tela eſt, quod quando ille qui obtinuit ſententiam in fauorē
ſuum dapræhendit appellationem eſſe deſertam, vt adeat iu
dicem a quo, ſeu alium iudicem ad quem ſpectat executio
ſententiæ, & petat vt ſententiam exequatur, & ſi appellans
comparet, & opponat de pendentia appellationis, debet re-
plicari de deſertione, de qua iudex aditus pro examinatione
ſententiæ habebit cognoſcere tanquam de emergenti, licet
iudex a quo principaliter non poſſit adiri ſuper deſertione,
vel pronunciatione deſertionis appellationis. & ſic conclu-
dit Ang. quod conſtito de iſto emergenti, ſcilicet quod appel
133 latio ſit deſerta, poterit ſuam † ſententiam exequi, vt eſt tex.
in dicta l. ſi contra maiores. facit l. quoniam nonnulli, eo. tit.
& idem dicit Ang. & Ioan. de Imo. in l. præſes. ff. de re iudic. &
idem conſuluit ſuo conſil. 126. quod incipit, in Dei nomine,
viſis omnibus dictis locis. vbi etiam dicit, idem eſſe dicendū,
ſi poſſet oſtendi coram iudice a quo, quod appellatio fuiſſet
nulliter interpoſita, puta poſt decem dies, vel ſine ſcriptis,
vel aliter, nam poterit peti executio ſententiæ, & ſi oppona-
tur, quod pendet appellatio non valuit, ſeu quod fuit nulli-
ter interpoſita, quo conſtito poterit ſententiam exequi,
non obſtante quod iudex ad quem nihil pronunciauerit, &
idem dicit Ang in ſuo conſil. 136. quod incipit, in Dei nomi-
ne, &c. ſtatutum prædictum. & hanc partem, ſcilicet quod
nō requiratur, quod iudex ad quem declaret, appellationem
eſſe deſertam, ſenſit Bart. in l. 1. in fi. ff. nil nou. appellat. pend.
134 & Bal in dicta l. eos. poſſet tamen dari † cautela, quod appel
lans vadat ad iudicem ad quem, & petat inhiberi iudici a
quo, vel poterit proſequi appellationem coram iudice ad
quem, & ſi opponatur de deſertione appellationis, poterit
replicari de impedimentis, & peti reſtitutio in integrum. &
pro hoc optime facit, quod not. Ioan. Andr. in quarta parte
Specu. in Rubr. eodem titu. & quod dixi ſupra in fine quinti
memb. principalis, circa illum articulum, an ſit neceſſarium
iudicem appellationis declarare appellantem fuiſſe impedi-
tum. & hoc modo poterit iudex ad quem pronunciare ap-
pellationem non eſſe deſertam, & reuocare per viam atten-
tati executionem factam per iudicem a quo, & iſta eſt opti-
ma cautela ad impediendam executionem iudicis a quo, an-
tequam ſuper deſertione ſit lata ſententia per iudicem ad
quem. & hoc modo poſſet procedere illud, quod dicit Bart.
in dicta l. eos. C. eod.

Et adde prædictis vnam notabilem limitationem: nam ſi
ex forma ſtatuti tempore appellationis proſequendæ eſſent
vtilia, puta quia dicit ſtatutum, quod cauſa appellationis de
beat expediri infra triginta dies vtiles, & quod tanto tempo
re duret inſtantia appellationis, nam tunc numquam pote-
rit ſententia mandari executioni, niſi prius ſit pronuncia-
tum ſuper deſertione appellationis per iudicem ad quem. &
135 ratio eſt, quia † tempora vtilia requirunt inquiſitionem fa-
cti, vt in l quarta. §. ſi ad diem. ff de re milita. in ratione ſui. &
etiam, quia tempora vtilia regulariter non currunt ignoran
ti, vel impedito, ſecundùm ea, quæ notantur in cap. quia di-
uerſitatem, de conceſſio præben. & per glo. in capitulo, ſtatu
tum, de præbend in ſexto, in verbo, numerandum. & hanc li-
mitationem poſuit Bal. in l. eos, in quarta colum. C. eodem.
& quoniam ſupra dixi regulariter non eſſe neceſſarium pro
nunciare ſuper deſertione appellationis, hoc facit ad quæ-
136 ſtionem ſtatuti † dicentis, quod niſi iudex expediuit cau-
ſam appellationis infra duos menſes, quod incidat in cer-
tam pœnam. nam ſi appellatio eſt deſerta, iudex non inci-
dit in pœnam, quia non tenetur pronunciare, quando ap-
pellatio eſt deſerta. & Ita dicit Bal in additio. Specul. in quar
ta carta, ver. dicit ſtatutum, eodem tit. allegat glo. præallega.
in dicta l. eos. & adde Bal. in præalleg cap. primo, de mut. pe-
tit. & in l. fi. ff. famil. erciſcun. vbi dicit, quod etiam iudex non
incideret in pęnam ſtatuti, ſi partes inter ſe tranſigerent, vel
aliter componerent. amplius voluit Bal. in l. prima. §. magi-
ſtratibus ff. de magiſtra conuen. per illum tex. quod ſi ſtatu-
tum arctat iudicem ad ferendam ſententiam, vel ad aliquid
aliud ſub certa pęna, debet intelligi, vt ita demum iudex in-
cidat in pęnam, ſi fuerit requiſitus ad hoc glo. & quæ no. in
per ea. in cap breui, de iureiur. & idem ſequitur dom. Abb. in
cap finem litibus, de dolo, & contuma. circa finem, & in cap.
penult de iudic. in penul. colum. & per hoc ſum expeditus de
ſecunda quęſtione.

Venio ad tertiam, & vltimam, ſcilicet an poſt deſertam ap
137 pellationem poſſit fieri † executio non citato appellante. &
Innocent. hic in princip. tenet, quod ſic, ex quo ſemel plena-
rie fuit cognitum. & iſtud ſequitur hic Butr. & Ioannes de
Imo in fine, & idem tenuit dominus Abbas, ſupra eodem,
perſonas, & in capitulo, directæ. infra eodem. ſed dominus
Cardin. in clement. ſicut, eodem titulo, in ſecunda quæſtio.
concludit, quod in executione ſententiæ eſt neceſſaria par-
tis citatio, & cauſæ cognitio. Idem tenet Bart. in l. j. in vlt. q.
ff. nil no. appell. pend. & pro hac opin. allegat l. ſi contra ma-
iores. C. eod. vbi dicitur, quod iudex debet animaduertere,
an appellatio ſit deſerta, & ſic quod debet cognoſcere de de
ſertione appellationis, antequam ſententiam exequatur. ſed
hoc non poteſt animaduerti per iudicem, niſi citata parte, &
cauſa cognita, vt in cap. j. in fi. de cau. poſſeſſ. & propriet. & de
138 hoc, ſcilicet quod † iudex a quo, non poſſit ſententiam exe-
qui, niſi prius conſtet, appellationem eſſe deſertam, eſt opt.
tex. in l. ij in fi. C. de temp. appella. vbi Bal dicit illum tex. eſſe
meliorem, qui ſit in corpore iuris. & iſtam opinionem ibi
Bal. tenet etiam Ang. & Salic. vt dixi in cap. perſonas, ſupra
eod idem tenet Bal. in dicta l. eos, in 3. colum. C eod. dicit au
tem Bal. quod opin Innoc. ſcilicet quod non requiratur cita-
tio procedit, quando appellatio deſeritur ex curſu temporis
opin. autem Bart quando deſeritur alio modo, quam ex cur
ſu temporis. ſed iſtud dictum nihil valet, quia etiam ſi dete-
139 ratur ex curſu temporis, non poteſt fieri † executio parte
non citata, vt probatur in dicta l. ſi cōtra maiores. C. de tem
por. appell. Dominus etiam Abb. hic reprobat opin. Inno di
cens, quod licet ſit pręſumptio, quod ſententia tranſiuerit in
rem iudicatam per lapſum anni, vel biennij, tamen propter
talem præſumptionem non debet fieri executio parte non
citata pro hoc allegat opt. tex. in cap. licet epiſcopus. de præ-
ben. in 6. vbi patet, quod licet per acceptationem beneficij
curati ipſo iure uacet primum, vt in capit. de multa, infra de
præben. tamen non poteſt amoueri de poſſeſſione, niſi prius
citetur, vt dicto cap. licet epiſcopus. quamuis ergo cōtra poſ-
ſidentem ſit præſumptio iuris inducta ſuper priuatione be-
140 neficij, non tamen poteſt fieri † priuatio poſſeſſionis benefi
cij, niſi prius poſſeſſore citato, vt dicit ille tex. valde notab fa
cit cap. ordinarij, de offic deleg in vj.

Ex quo infert, quod ſi fieret executio parte non citata. quod
debet reuocari ante omnia de facto, ſicut de facto proceſſit,
argu. cap. cum cauſa, de offic deleg. vnde alibi dicit tex. quod
141 iudex, † qui fuit facilis in immittēdo in poſſeſſionem, debet
etiam eſſe facilis in reuocando immiſſionem, vt in l. j. ff. ſi
mulier ven. nomine. & vide not dictum Innoc in cap. quere-
lam in verbo, ſubtractam, ſupra de electio. vbi dicit, quod ſi
iudex dedit tenutam, ſeu fecit immiſſionem parte non cita-
142 ta, vel fecit † capturam perſonalem parte non citata, debet
eum reuocare incontinenti ſine citatione alterius partis,
quia quæ fiunt de facto, & ſine citatione, de facto reuocari
debent, & ſine citatione, vt in l minor. ff. de euictionibus &
ita dicit Bald in l. ſi pacto quo pęnam, in princ. C. de pactis. &
hoc dictum Innocent. & Bal. tene perpetuo menti. Dicit
tamen dominus Abbas, quod Hoſtien. hic, & Domi de Ro-
ta, deciſio. 349. ſequuntur opinionem Innocent. hic, licet di
cant Domini de Rota, tutius eſſe quod appellans citetur,
ne poſtmodum prætenſo impedimento reuocetur executio,
ſed Bal in capitulo, cum ſit Romana, circa princip. ſupra eo-
dem, & in dicta l ſi contra maiores. voluit concordare opi-
nio. ſcilicet quod aut executio eſt liquida, & tunc procedit
opinio Innocent. ſcilicet quod non requiratur citatio, aut
non eſt liquida, tunc procedit opinio Barto. & aliorum, qui
dicunt, quod requiritur citatio. vnde potes dicere pro con-
cordia, quod aut appellatio eſt deſerta apparenter, & exi-
ſtenter, verbi gratia, appellatus præſentat iudici a quo pro-
ceſſum, in quo apparet appellationem eſſe deſertam, & iu-
dicem ad quem ita pronunciaſſe, nec ipſum a tali pronun-
cia appellaſſe, vel alias eſt notorium in loco, appellantem
fuiſſe negligentem, & hoc caſu poterit iudex a quo ſenten-
tiam exequi ipſo appellante non citato, & hoc modo pro-
cedit opi. Inno. & ſequacium. Aut non eſt liquidum, appel-
lationem eſſe deſertam, & tunc requiritur citatio, & hoc
modo procedit opinio Bartoli, & aliorum, qui ipſum ſe-
quuntur.

Monet etiam Innocẽ quæſtionem, an ſi a ſententia non
143 ſuit appellatum, poſſi fieri † executio abſque citatio-
ne partis & Innoc. tenet quod ſic, ex quo tam ſemel fuit
cognitum, & idem dicit Innoc in capit. cum olim ſecundo,
infra de priuileg in verbo, per portanum ſed Innoc. in capit.
cum ſuper, ſupra titu proximo. hoc limitat dicens, quod
hoc procedit, quando executio debet fieri in rebus adiudi-
candis per ſententiam, ſecus ſi ſit facienda executio in aliis
rebus, quia tunc nedum citatio, ſed etiam quædam ſum-
maria cognitio præcedere debet, vt in l. a diuo Pio. § in ven-
ditione ff. de re iudic. ſed ibi Bartol. dicit, quod aut ſenten-
tia eſt lata in quantitate, vel in genere, & tunc debet pars
citari in actu executionis, idem dicit ſi executio eſt facienda
in alia ſpecie, puta propter defectum ſpeciei adiudicatę: nam
tunc requiritur citatio, & quoddam præceptum de exe-
quendo poſt, quod aufertur res manu militari, vt in l.
qui reſtituere. ff. de rei vendicatio. vbi autem executio eſ-
ſet facienda in eadem ſpecie, Barto. ſequitur opinio Inno-
cen & intelligas Innocent. hic, quando executio eſt facien
da contra eundem, contra quem eſt lata ſententia, ſecus
ſi eſſet facienda contra tertium, etiam ſi eſſet hæres illius,
contra quem fuit data ſententia, quia neceſſaria eſt citatio,
cum primo debeat conſtare, quod ſit hæres, & ita ſingula-
riter limitat Inno in cap quia. V. de iud. e. & ſequitur Bal in
l. per diuerſas. C. mandati. in fine x quæſtionis. vbi allegat
hoc dictum Inno.

Multi tamen Doctores tenent quod etiam ſi fienda ſit
executio contra eum, contra quem eſt lata ſententia, ni-
hilominus requiratur ipſius citatio. ſed circa hoc non mul-
tum inſiſto, quia hæc non eſt materia huius capituli, licet
Innocentius incidenter tetigerit, ſed me remitto ad Ioan-
nem de Imola, & alios modernos in dicta l. a Diuo Pio.
§. in venditione. ff. de re iudicata. Et hæc ſufficiant in iſto
capitulo, ſequitur capitu memininus, &c. Clariſſimus Do-
minus Alexander de Neuo de Vincentia Iuris Vtriuſque
Doctor Canonicus Vincentinus, & Triuiſinus in floren-
tiſſima Academia Pa auina Iuris Canonici ordinariam le-
gens, de menſe Decembris, Anno M C C C C L X X I I.
Sixto Quarto Pontifice Maximo, anno ſecundo, ſcripſit.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus procedit contra reum, ſi poſt notitiam literarum iuit ad curiam, alias non.*
2 *Itineris arreptio ad principem, an ſpendit iuriſdictionem delegati.*
3 *Delegati timent procedere quando pars iuit ad ſuperiorem.*
4 *Clauſula, Appellatione remota, non tollit ſuſpenſionem iuriſdictionis quæ fit ante citationem vel notitiam literarum.*
5 *Iuriſdictio præuenitur citatione.*
6 *Citatio non legitima non operatur præuentionem iuriſdictionis.*
7 *Libellus inualidus non interrumpit præſcriptionem.*
8 *Citatio vnica an ſufficiat ad perpetuandam iuriſdictionem vel ad eam præueniendam.*
9 *Litis pendentia qualiter inducatur.*
10 *Tutor obligatur ex ſola ſcientia de ſe dato in tutorem.*
11 *Delegatus Papæ debet procedere ſecundum formam iuris.*
12 *Iuris appellatione quæ comprehendantur vide.*
13 *Compromiſſum factum in arbitrum vt procedat de iure, & de facto, qualiter pronunciabit.*
14 *Arbiter an teneatur iudicare ſecundum conſuetudinem.*
15 *Delegatus an in procedendo & iudicando teneatur ſequi conſuetudinem loci.*
16 *Iter arripiens poſt citationem, vel notitiam literarum, qualiter excuſetur.*
17 *Maritus excuſatur ſi vxore infirmante non habuit medicos, ſi in loco non erant.*
18 *Abſens an teneatur mittere procuratorem.*
19 *Iter arripiens iuſta cauſa & ſine fraude eximitur a iuriſdictione cuiuſcumque iudicis.*
20 *Immiſſio facta valet etiam contra abſentem.*
21 *Itinerantes ad ſedem Apoſtolicam maius priuilegium habent, quam abſentes cauſa reipublicæ*
22 *Proceſſus contra itinerantes ad ſedem Apoſtolicam, eſt, ipſo iure nullus.*
23 *Itinerans ad ſedem Apoſtolicam per ſe, vel per nuncium, cauſa iam cœpta, ſuſpendit iuriſdictionem iudicis, quia habet vim appellationis.*
24 *Arripiens iter ſine fraude ſuo vel alterius nomine ad ſedem Apoſtolicam non poteſt pati contra ſe proceſſum.*
25 *Ordinarius an poſſit vbique citare ſubditum ſuum.*
26 *Ordinarius an ſubditum ſuum poſſit citare extra territorium.*
27 *Romæ an quilibet citari & conueniri poſſit.*
28 *Imperator hodie non habet iuriſdictionem in ciuitate Romana, quia ſubeſt domino Papæ.*
29 *Roma eſt communis patria quo ad clericos, ſecundum Bu.*

CAP. IX.

MEminimus. Si reus poſt citationem, vel
notitiam literarum iuit ad
1 curiam † delegatus contra eum procedit, alias
non hoc dicit, cum decret ſuggeſtum. infra eod.
Duo ſunt dicta, ſecundum ibi, quod ſi. in tex ibi, non mi-
nus, non obſtante tali itineris arreptione. Ioan. Andr. item
ibi, procedetur ſ ad immiſſionem, & alia remedia contra
contumaces prodita, ſit in cap ita, vt li. non conteſt. in prin
cipali autem cauſa regulariter non proceditur ante lit. con-
teſt. vt in cap quoniam, in princ. vt li. non conteſt. Io Andr.
2 No primo, quod † itineris arreptio ad principem non indi-
ſtincte ſuſpendit iuriſdictionem iudicis delegati, & hoc nota
3 contra † delegatos, qui non audent procedere, quando altera
pars iter arripuit ad ſuperiorem, priuſquam ſuperior a-
4 liud ei mandet. Secundo not. quod clauſula † appellatione
remota, non tollit ſuſpenſionem iuriſdictionis, quę fit ante
citationem vel notitiam literarum. & dicit hic Io. And. &
Doct. communiter ſequuntur, quod hæc clauſula, appella-
tione remota, nihil operatur ad deciſionem huius cap. ſed
quod factum narrat. Quidam tamen, vt dicit Io. And. dicunt
contrarium ſed Ioan. And. & communiter Docto. tenẽt pri-
5 mum. Tertio no quod per citationem præuenitur † iuriſdi-
ctio, concordat cap propoſuit, ſupra de foro compete. ſed
6 hoc intellige, dummodo citatio ſit legitima, quia † citatio
non legitima, licet non perpetuat iuriſdictionem, ita non
præuenit, de quo v. de glo in cap cum plures in glo magna,
de offic deleg. li vi. concordat l accuſatorus. ad l. iul. de adul. vbi
7 patet, quod † libellus inualidus non interrumpit præſcrip-
tionem, de quo etiam eſt bonus tex. cum glo in l. ſi pater.
C ne de ſtatu defunct. ſed de hoc, an libellus ineptus, vel ci-
tatio, vel litis conteſtatio non rite facta interrumpat præ-
ſcriptionem, dic vt per Bartol in dicta l accuſatorus. & in au
then offeratur. C. de litis conteſtatio. de quo plene dixi in
capi. illud, ſupra de præſcriptionibus An autem ſufficiat
8 vnica † citatio ad præueniendam, vel perpetuandam iu-
riſdictionem, dic quod ſic de hoc per glo notab. in cle-
men. i. de iudic. immo ſufficit ſola commiſſio citationis fa-
cta nuncio per iudicem, licet ad partem non peruenerit, li-
9 cet quantum ad inducendam litis † pendentiam requira-
tur, quod nuncius realiter citet ipſam partem, & quod ci-
tatio ad partem perueniat, vt dicit glo notab. in clemen. i. ſe
cunda, in verbo, & ad partem, vt li pend.

Aduerte tamen quia dato quod citatio non valeret, &
per eam non perpetuaretur iuriſdictio, cum tamen per ip-
ſam citationem indicatur notitia literarum, talis itineris
arreptio non prodeſt, quia ſufficit vt quocunque habere no-
titiam, vt in l. item veniunt. §. a quo. ff. de petitio. hæredita.
ad idem l. quidam decedens. §. final. ff. de admini ſtratio. tu-
10 torum. vbi ad hoc vt † tutor obligetur, ſufficit vtcun-
que ſcire ſe datum tutorem. & dicit ibi Bar. oliis, quod tu-
tor obligatur, etiam ſi non viderit teſtamentum. ſed intel-
ligit ſe datum tutorem a perſonis, quæ viderint teſtamen-
tum. facit optime, quod no. glo. in clement. cauſam, in ver-
bo, plena, de electionibus. Quarto nota ibi ſecundum iu-
11 ris formam, quod † delegatus Papæ debet procedere ſecun-
dum formam iuris. ſed vide glo notab in prooemio clemen.
12 in princip. in verbo, iuris, quæ dicit, quod appellatione † iu-
ris, non ſolum comprehenditur ius canonicum, & ciuile,
ſed etiam ius ſynodale, & municipale, & ſic appellatio-
ne iuris comprehenduntur ſtatuta ciuitatum, & conſti-
tutiones ſynodales, quæ fiunt per epiſcopos in ſuis ſyno-
dis quæ ſunt ſtatuta clericorum, & ſic appellatione iuris,
comprehenditur ius ſtatutarium, ſiue ſtatutum ſit a laicis
editum, ſiue a clericis, & hoc facit ad quæſtionem, ſi ſit
13 † compromiſſum in arbitrum, vt procedat de iure, & de
facto, & pronunciet de iure tantum, quod tenetur pronun-
ciare ſecundum ſtatuta, quæ ſunt in loco compromiſſi, de
quo vide Ioan And in Spec de arbitro. §. excipitur. in additi-
one, quæ incipit, Guido de Suzaria, & domin. Car. & do-
minus Abbas in Rubrica, de conſuetudine. & ibi etiam tra
14 ctat, an teneatur † iudicare ſecundum conſuetudinem lo-
ci, in quo eſt factum compromiſſum facit capitulum cum
veniſſent, de eo qui mit. in poſſeſſionem. vbi tangit do-
minus Abbas & per eum in dicta Rubrica, de conſuetudine.

15 vbi etiam Innocen.& Docto. examinant, an † delegatus de-
beat ſeruare in procedendo, & iudicando conſuetudines
16 loci, in quo eſt facta delegatio. Quinto nota, quod † iter
arripiens poſt citationem, uel poſt notitiam literarum,
non excuſatur, niſi dimittat procuratorem; vnde iſte tex.
iuncta gloſ & iuncto capitu. ſuggeſtum, infra eodem, in-
quantum probant, quod iter arripiens poſt citationem, vel
notitiam literarum non excuſatur, & quod citatus, vel ha-
bens notitia literarum, tenetur mittere procuratorem, alias
poteſt procedi contra eum, tanquam contra contumacem.
hoc tamen debet intelligi, quando in loco reperiri poſſunt
procuratores idonei, alias excuſatur, qui non miſit procu-
ratorem, vt eſt tex. & ibi Bart. in l idemque. ff. pro ſoc. & per
17 illum tex. etiam dicit, quod excuſatur † maritus, ſi vxore
infirmante non habuit medicos, ſi in loco reperiri non poſ-
ſunt, nec tenetur requirere in alia ciuitate, de quo etiam vi-
de Bart in l.continuus. § item qui ff. de verbor. oblig quæ vi-
detur velle, quod ſi in alia ciuitate poſſunt reperiri, quod te-
neatur mittere, aliter non excuſatur, qui non miſit procu-
ratorem, vel aduocatum, vel medicum. & ſic videtur Bart.
in hoc ſibi contrarius; ſed concorda, quod aut ciuitas eſt in
propinquo, & non excuſatur niſi mittat, ex quo de facili po
teſt habere. & hoc modo intelligatur Bart. in dicta l. conti-
nuus. § item qui aut ciuitas non eſt propinqua, & tunc non
tenetur mittere, & ſic excuſatur non mittendo, & hoc mo-
do intelligatur Barto in dicta l. idemque facit optime quod
not. Bald. in cap. præced. dum dicit, quod ille non cenſetur
ſoluendo, vel non eſſe idoneus, qui non habet bona in ter-
ritorio, vel prope & hoc expreſsè tenet Bald. & Salic. in l iu-
ris ignorantia. C. de iur. & facti ignor. & Butr. in cap. ij. de con
ſtit quod tene menti & ibi dicetur plenius.

18 Vtrum autem indiſtincte † abſens teneatur mittere pro-
curatorem. vide Bart. in l ij ff de diuer. & temp. præſcrip. & in
l ij §. ſi quis in iudicio ff ſi quis caut. vbi etiam per Bal & alios
Modernos. & per Ioan. de Imo. in l. ſi quis ita hæres ff de hæ
red. inſtit. vbi etiam gloſ. tangit, & dixi poſt Ioan. de Imo. &
dom, Abb. in cap querelam, de procura. vbi etiam plene exa-
minatur, an citatus teneatur mittere procuratorem, ſi non
19 vult Vltimò no. quod arripiēs † iter ex iuſta cauſa omni frau
de ceſſante eximitur a iuriſdictione cuiuſcunq; iudicis, vt cō
tra eum interim minime procedatur, concordat c. j. de pere
grinantibus. vidi autem de facto quemdam epiſcopum pri-
uaſſe certum presbyterū beneficio poſtquam acceſſerat ad
curiam, & dubitabatur, an valeret priuatio, & de hoc eſt ca-
ſus hic, q̃a aut acceſſit fraudulēter, ne priuaretur, & valet pri-
uatio, aut acceſſit ex iuſta cauſa, & non valet, concordat ca.
vnicum. de peregr. ſed contra iſtum tex. opponit de l ignora-
20 te. C. de teſta. mil vbi patet. quod valet immiſſio † facta etiam
contra abſentem cauſa reipublicæ, ex quo nō defenditur do.
Abb reſpondet, quod iſtud priuilegium eſt conceſſum iti-
nerantibus perſonaliter ad ſed. Apoſt. quando itinerantur ex
iuſta cauſa, & dicit quod itinerantes habent hoc priuilegium
vigore tituli. ff. de peregrin c. vnico. quod dicit perpetuo eſſe
21 notandum, & ſic maius eſt priuilegium † itinerantium ad ſe-
dem Apoſt. quam abſentium cauſa reipub. quia contra ab-
ſentem cauſa reipub. poteſt procedi ad immiſſionem ex pri-
mo decreto, ſi procuratorem non miſit ſed cōtra abſentem
cauſa peregrinationis ad ſed. Apoſt. & hoc probat tex. in fi.
dum dicit, ꝙ ꝯ tales non eſt aliquatenus procedendū, & ſic
non poteſt contra tales procedi ad immiſſionem, & hoc ſen
tit in ver procedere, & ſatis probat iſte tex. in fi dum dicit, nō
eſt aliquatenus procedendum, nam eſt vniuerſale negatiuū,
22 ex quo infertur, quod ſi procederet, † proceſſus eſſet ipſo iu-
re nullus, de quo vide bo. tex. in c. at ſi clerici, in princ. ſupra
de iudi. facit quod not. glo not in clem vt hi qui, in ver. nullo
modo, de ęta. & qualita quæ dicit, ꝙ verbum vniuerſale ne-
gatiuum excludit omnem conceſſionem, & etiā diſpenſam,
& vide glo not in clem j in ver. nullatenus, de ſequeſt poſſeſ.
& fruct. & omnino D. Do in c. Romana §. pen eod tit in 6. &
dicam infra eod qua fronte. & ex hoc poteſt inferri ad ſtatu-
tum ciuitatis Brixię, quo cauetur, quod ſententiæ arbitrali
confirmatæ per iudicem non poſſit aliquatenus ꝯueniri: nā
ex hoc infertur, quod ſi contra ſententiam arbitralem ſic cō
firmatam procederetur, vel caſſaretur, ꝙ proceſſus, vel ſen-
tentia reuocatoria eſſet nulla ¶ In glo. diuide ipſam in duas
partes. in prima opponit, & ſoluit. in ſecunda quærit, & re-
fert opin ſecunda ibi, ſed quid. In prima parte glo. dic, quod
non bene loquitur, inquantum dicit, quod iſtud cap. corrigi
tur per cap vt debitus. infra eod quia iſtud cap. non loquitur
in miſſione nuncii, ſed in eo, qui perſonaliter iter arripuit. &
ſic non corrigitur per cap. vt debitus. In ſecunda parte gloſ.
tene ſecundam opinio. quam recitat glo quæ fuit Tan. & ip-
ſam ſequitur hic Hoſtien. & Innoc. infra eod. vt debitus. & in
effectu concludunt, quod arripiens iter per nuncium cauſa
nondum cœpta, non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis. ſed
arripiens iter in propria perſona, ſiue in fauorem ſui, ſiue al-
terius bona fide ſine fraude eſt ſub protectione apoſtolica,
vt interim contra eum non poſſit procedi in partibus, & de
fenditur talis non virtute appellationis, ſed per titulum de
peregrinantibus infra proximum. Et ex his potes facere tres
23 concluſiones. Prima ſit concluſio, † itinerans ad ſed. Apo-
ſtolicam per ſe, vel per nuncium cauſa iam cœpta ſuſpen-
dit iuriſdictionem iudicis, quando talis arreptio habet vim
appellationis, vt infra eod dilecti. & de iſta non loquitur iſte
tex. Secunda concluſio, arripiens iter ad ſedem Apoſto-
licam, per nuncium non eximitur a iuriſdictione iudicis
ordinarij, vel delegati, etiam ſi mittat nuncium ante noti-
tiam literarum, & de hoc caſu loquitur cap. vt debitus, infra
24 eod. Tertia concluſio, † arripiens iter in propria perſona bo
na fide, & ſine fraude, ſiue nomine ſuo, ſiue alterius, eſt ſub
protectione Apoſtolica, vt interim contra eum non poſſit
procedi, nec per ordinarium, vel delegatum, non virtute
appellationis, ſed virtute, cap vnici, infra tit. proxi & in hoc
caſu loquitur iſte tex ſed tex. infra eod ſuggeſtum, videtur in-
nuere, quod defendatur appellationis virtute ſed quærit hic
25 dom. Abb. vltra glo an † ordinarius poſſit vbique citare ſub-
ditum ſuum. & dicit, ꝙ pro quodam caſu occurrente de fa-
cto conſulta fuit Romana curia. an poſſit ordinarius citare
ſubditum ibi litigantem, & quod curiales ei reſpon. derunt,
quod curia quandoq; ſeruauerat, quod ordinarius non poſ-
ſet ibi citare ſubditum ſuum, ſed poſtea mutauit opinionē:
quia per id multi occultabant ſuos exceſſus, & ſic dicit in il-
lo caſu fuiſſe priuatum, & Bald. hic in fine dicit, quod etiam
realiter poteſt ordinarius eum citare, ſcilicet incarcerando
eum, quia ſub iudice ſuo poteſt conueniri, licet ad curiam
26 acceſſerit, & de iſto articulo an † ordinarius poſſit citare ſu-
um ſubditum exiſtentem extra territorium, Ioan. Andr. re-
mittit ad cap. Romana. § contrahentes, de foro compe. in 6.
& de hoc etiam per Innoc & Doct. in cap. fina ſupra de foro
compet. & per Ioan Cald. in cap. j de raptor & per Docto. in
clem paſtoralis. de re iudic. per Cyn., Bal. & alios in l. omnes.
§ ſi vero. C de epiſco & cleric. & per Bald in l. finali. ff. de iu-
riſdictio omnium iudicum & per Bartolum in l. prima. ff. de
req reis. & per Ang qui declarat opin. Bart. in auth. ſi vero. C.
de adult. vbi loquitur melius, quam alius.

Aduerte tamen, quia aliqui Moderni mouent hic quæ-
27 ſtionem, an † lex. Roma. ff. ad municipa. quæ dicit, quod
Roma eſt communis patria, & quod in ea quælibet etiam
aduena poteſt conueniri, niſi habeat ius reuocandi do-
mum, iuxta ea, quæ habentur in cap. fin de foro competen.
ſit hodie coarctata, quo ad laicos non ſubditos eccleſiæ,
28 cum † Imperator hodie non habeat iuriſdictionem in ciui-
tate Romana, quia ſubeſt domino Papæ, vt in capit funda-
menta, de electio in vj. & Butr. in dicto cap. fin. in princ vlt.
chartæ, dixit dict. l. Roma. eſſe correctam quo ad laicos, non
ſubditos Papæ. & pro hoc dicit, quod talis laicus non pote-
rit ibi conueniri, niſi ratione delicti, uel contractus. ſed Ioā.
de Imo in dicto cap. fina. tenet contrarium, dicens quod e-
tiam hodie Roma eſt communis patria, & quod ibi eſt gene
ralis forus, quo ad omnes, nec debemus dicere, quod dicta
l. ſit correcta, cum non reperiatur hoc expreſſum, vt l præ-
cipimus. C. de appellat. & in cap cum expediat, de electioni-
29 bus, in ſexto. ſed mihi placet dictum Butr. ſcilicet quod Ro-
ma ſit communis patria, quo ad clericos, vt dicto cap. fin de
foro competen. ſed non videtur rationale, quod laicus non
ſubditus eccleſiæ poſſit ibi conueniri, niſi contrahat, vel de-
linquat ibi pro hoc facit optime cap ſi duobus § primo, ſu-
pra eod. & cap nouit, ſupra de iudic. item iuriſdictio Impe-
ratoris, & aliorum dominorum temporalium eſt diuiſa a
iuriſdictione Summi Pontificis, vt in cap. cum ad verum.
& in capitu. ſi Imperator, nonageſimaſexta diſtinctio. ergo
Papa non debet cognoſcere de cauſa laici ſibi non ſubdi-
ti, licet caſualiter acceſſerit ad curiam Romanam, niſi ibi
contrahat, vel delinquat. & iſta pars videtur mihi de iu-
re verior, de quo tamen vide plenius in dicto capitu. fi-
nali, de foro competenti, & hæc ſufficiant. Sequitur ca-
pitu. ſuper eo.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ab vno articulo facit ſuperſederi ſuper tota cauſa princi-*
pali.
2 *Appellatio falſa non impedit quin iudex ad vlteriora procedere poſ-*
ſit.
3 *Exceptiones declinatoriæ habent impedire proceſſum in cauſa prin-*
cipali.

4 *Exce-*

4 *Exceptio peremptoria eludit intentionem agentis*
5 *Exceptio conſanguinitatis non dicitur eſſe connexa cauſæ reſtitutionis.*
6 *Exceptio contra teſtem quando non impedit proceſſum.*
7 *Teſtis condemnatus an debeat habere dilationem, quia teſtificatus eſt in cauſa.*
8 *Exceptio dilatoria ſolutionis non impedit proceſſum.*
9 *Exceptiones quæ non impugnant ſententiam, poſſunt etiam opponi poſt ſententiam.*
10 *Iudex appellationis poteſt inhibere iudici a quo, ne in cauſa principali procedat.*
11 *Exceptio impertinens repelli poteſt a iudice.*
12 *Appellatio ab interlocutoria ſuſpendit iuriſdictionem in totum.*
13 *Iudex non tenetur amplius citare appellantem pendente appellatione a grauamine.*
14 *Attentata omnia reuocantur iuſtificata appellatione.*
15 *Appellatio interpoſita ſuper iniuria illata a iudice, ſuſpendit eius iuriſdictionem.*
16 *Continentia cauſæ non debet diuidi.*
17 *Argumentum a contrario ſenſu, in iure eſt fortiſſimum.*
18 *Solutio omnis quæ diuinat, eſt reycienda.*
19 *Attentata per iudicem pendent ab euentu appellationis.*
20 *Leges poſteriores debent interpretari, & diſtingui, ſicut faciunt leges priores.*
21 *Appellatio deuoluit totam cauſam ad iudicem ad quem.*
22 *Inhibitio non poteſt fieri niſi poſtquam conſtiterit per appellationem emiſſam ex cauſa probabili negocium ad ſe deuolutum.*
23 *Iuriſdictio an ſuſpendatur ſi iudex nec detulit appellationi, nec facta eſt inhibitio, facta appellatione.*
24 *Appellatio ab vno articulo non ſuſpendit totam cauſam.*
25 *Proceſſus iudicis a quo tenet, nec recuſari poteſt, quando iudex non fuit recuſatus ut ſuſpectus.*
26 *Appellatio facta in vna cauſa, ſuſpendit iuriſdictionem in altera, quando ambæ pendent coram eodem iudice.*
27 *Appellatio in cauſa conuentionis non extenditur in cauſa reconuentionis.*
28 *Inhibitio iudicis ad quem, non impedit iudicem a quo in cauſa principali procedere exiſtente articulo appellationis ſeparato.*
29 *Appellatione deſerta per lapſum fatalium, an attentatorum reuocatio peti poſſit.*
30 *Opinio communis non eſt tenenda, quando probabiliter poteſt conuinci.*
31 *Sententia lata prætextu falſorum teſtium, vel inſtrumentorum, retractatur.*
32 *Exceptionem allegare non ſufficit, niſi probetur.*
33 *Exceptio falſitatis teſtium, poteſt etiam opponi poſt ſententiam.*
34 *Exceptio falſi multiplex eſt vnde debet ſpecificari.*
35 *Iudex non tenetur deferre appellationi, niſi probetur veritas cauſæ appellationis.*
36 *Caſus ſex, in quibus appellatio non valet, enumerantur.*
37 *Paria ſunt appellaſſe, vel eſſe infra tempus appellandi.*
38 *Attentata infra decem dies appellationis, qui dantur ad appellandum ab interlocutoria, non ſunt reuocanda per viam attentati, ſed ſolum per viam iniuſtitia.*

CAP. X.

1 SVper eo, j. Per † appellationem ab vno
articulo debet ſuperſederi in
cauſa principali, ſi ſine illo ipſa cauſa expediri
2 non poterat, hoc primo & non obſtante † appel-
latione ex falſa cauſa interpoſita poteſt iudex ad vlterio-
ra procedere. hoc ſecundò, & vltimò. Duo ſunt dicta ſecun-
dum ibi, ſi autem pars aduerſa. non colligo aliqua notabilia,
quia pendent ex intellectu literæ, quæ habet varios intelle-
ctus, vt infra videbitur. ¶ In glo. j. ij. & iij. aduerte, quia glo ex-
emplificat iſtum tex. in exceptionibus dilatoriis, & in excep-
tionibus præiudicialibus, de quibus habentur exempla. 3. q.
3. § aliquando & de exceptione præiudiciali loquitur etiam
tex. in c. 1. de ordi. cogn. vel quando opponitur exceptio pe-
remptoria, vt exceptio pacti de nõ petendo, vel exceptio præ
ſcriptionis. Sed tu dic latius, quod dicitur eſſe articulus con-
nexus cauſæ principali, quando opponitur exceptio declinato
ria, puta quod reſcriptum ſit ſubreptitium, vel actor ſit excõ
municatus, vel quod procurator non habet mandatum, &
3 his ſimilia, nam exceptiones † declinatoriæ habent impedi-
re proceſſum in cauſa principali, quia opponuntur ad impe
diendum proceſſum, ideo ſi appelletur propter non admiſ-
ſam exceptionem declinatoriam erit ſuſpẽſa iuriſdictio etiã
quo ad cauſam principalem, quia non poteſt procedi in cau
ſa principali, niſi prius deciſis exceptionibus, vt in ca. exhibi-
ta, de iudi. item omnis exceptio peremptoria dicitur eſſe cõ
nexa cauſæ principali, quia ſi competit exceptio perempto-
ria, eſt imponendum ſilentium ipſi actori ſuper cauſa princi
4 pali, vnde dicitur quod † exceptio peremptoria eludit inten-
tionem agentis. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & in
l. ſi contendat ff. de fideiuſſ. & quod ibi no. Bart. & de iſtis ex-
ceptionibus poteſt exemplificari iſte tex. inquantũ dicit eſſe
ſuperſedendum in cauſa principali, ſi cauſa principalis non
poteſt terminari ſine illa exceptione, ſed gl. omittit exempli-
ficare tex. in exceptionibus, quę poſſunt terminari ſine cauſa
principali. vnde Innoc. & Doct. ponunt exemplum in condẽ
natione expenſarum, vel taxatione expenſarum ratione cõ-
tumaciæ, vel in exceptione expenſarum ratione contuma-
ciæ, nam ſi appelletur a condemnatione, vel taxatione expẽ
ſarum ratione contumaciæ, vel quia iudex admiſit contu-
macem ad ſe defendendum, non refectis prius expenſis, per
hoc nõ impeditur cauſa principalis expediri. Secundo exem
plificant ex exceptione compenſationis, quia ſi appelletur
propter eam non admiſſam poterit procedi in principali, ea
ſalua manente. C de compenſat. l. fin. & ff. de compen. l. quod
in diem §. ſi rationem. & iſtud exemplum ponit Goffr. ponit
etiam aliud exemplum, ſcilicet quando petitur reſtitutio cõ-
iugis, & contra petentem reſtitutionem opponitur conſan-
guinitas, & propter talem exceptionẽ appelletur, q̃a poterit
fieri reſtitutio quo ad reliqua, & non quo ad thorum de re-
5 ſtit. ſpol. literas & ſic † exceptio conſanguinitatis non dr̃ eſſe
connexa cauſę reſtitutionis, quia ſalua manente exceptione
conſanguinitatis poteſt fieri reſtitutio quo ad reliqua, & nõ
quo ad thorũ, & ſic cauſa principalis poteſt determinari ſine
illa exceptione. ſecus ſi ageret̃ de vinculo matrimonii, quia
tunc exceptio conſanguinitatis eſt præiudicialis, nec cã prin
cipalis poſſet terminari, niſi prius ea deciſa, vt in c. j. de ordi.
cogn. & illud eſt tertium exẽplum. Quartum exemplum eſt,
6 qñ opponitur exceptio † ꝯ teſtem, & pp non admiſſam exce-
ptionem interponitur appellatio, ſed remanẽt duo, vel tres
teſtes, & ſic etiam ſi ille teſtis repelleretur, remaneret ſuffi-
cienter probatum, nam tunc dr̃ cauſa principalis poſſe expe-
diri ſine illa exceptione, & ſic non obſtante illa exceptione
poterit procedi in cauſa principali. ſm Inno & iſtud dictum
ſequitur hic Bal. & inducit ad quęſtionem diſputatã per Cy.
in l. j C. qui accuſ non poſſ. vbi Cyn formát quæſtionem, an ſi
7 teſtis eſt accuſatus de falſo, debeat differri condemnatio in
cauſa principali. & dicendum eſt, ꝙ ſi alij teſtes in ſufficienti
numero remanent, non debet differri, alias ſic. Quintum exẽ
plum ponit idem Inn in exceptione dilatoria ſolutionis, nã
poteſt ſine ipſa quęſtio principalis determinari, dato enim ꝙ
8 reus cõdemnetur in principali, remanet tibi ſalua † exceptio
dilatoria ſolutionis, & ſic qõ principalis põt ſine ipſa deter-
minari. Sextum exemplum eſt in exceptionibus concernenti
bus modificationem actionis in iudicium deductum, nã ma
ritus, vel ſocius, & q; ſimiliter aliæ perſonæ habẽt beneficium ne
exigantur vltra, quam facere poſſint, de quibus in l. ſunt qui
dam, & in l. ſeq. ff. de re iudi. & iſtud exemplum etiam ponit
hic Inno. dicens, ꝙ etiam ſi negetur debitum, & nihilominus
tales exceptiones proponantur, licet ſuper ipſis appelletur, ni-
hilominus procedetur in principali. & dicit quoſdam dicere,
ꝙ procedetur coram eodem iudice, etiam ſi ſit delegatus Et
ex hoc infertur, ꝙ ſi opponitur exceptio inuẽtarij. & propter
cauſam non admiſſam appelletur, non debet ſuperſederi in
9 cauſa principali, quia huiuſmodi † exceptiones, cum non im
pugnent ſententiam, poſſunt etiam opponi poſt ſentẽtiam.
l. Neſennius. §. fi. ff. de re iud. & ibi not. Septimum exemplum
ponit Vinc. dicens, quod ſi eſt appellatum in cauſa conuen-
tionis, non ſuperſedebitur in cauſa reconuentionis, nec ecõ-
uerſo. nec mirum, quia iſtæ ſunt diuerſæ cauſæ, vnde procul
dubio vna põt determinari ſine alia, & de hoc hẽtur in Spec.
de reconuent. § pen. in fi. Et hæc exempla volui enumerare,
quia multum declarãt iſtum tex. & eius materiam. ¶ In gloſ.
in verbo, terminari: aduerte, quia iſta glo vult, quod indiſtin
cte, ſiue articulus appellationis ſit connexus cauſæ principa
li, ſiue non, pendente appellatione ab vno articulo non po-
teſt procedi in ipſa cauſa principali, & quod hic vacat argu-
mentum a contrario ſenſu. & illam opin. ſequitur hic Hoſt.
cum nil debeat innouari pendente appellatione, vt infra eo.
10 dilectis & quia † iudex appellationis, ex quo recipit appella-
tionem, vt emiſſam ex cauſa probabili poteſt inhibere iudi-
ci a quo, ne procedat in cauſa principali, vt in c. Romana § ſi
vero. & § ſeq eod. ti. in vj. ſed Io. And. dicit, quod melius facit,
quia iuſtificata appellatione omnia poſtea attentata in cau-
ſa principali reuocantur per modum nullitatis, vt in ca non
ſolum. § primo, eodem titu. in ſexto. & Ioan. Andr. in effe-
ctu dicit ſe credere illud, quod dicit gloſ. & quod ſic ſerua-
tur de facto, quia ſi iudex grauat in uno articulo, ſuſpenſa
eſt iuriſdictio quo ad totam cauſam, ita quod iuſtificata
appellatione reuocatur quicquid facit poſtea in principali,

vt ſupra dixi,& inquantum ſupra Inno. poſuit exemplum de
teſte, dicens q ſi appellatur pp exceptionem non admiſſam
contra teſtem, quod appellatio non ſuſpẽdit cauſam princi-
palem, ſi alias ſupereſt ſufficiens numerus teſtium, dicit Ioã.
And iudicem debere apud ſe examinare, ſi grauauit,& ſi nõ
grauauit , ſecure procedat , ſed ſi grauauit , reuocet graua-
men, vt in capit ſi a iudice, eodem titu. in 6. & ſubdit,quod
iudex a principio poterat differre probationem exceptio-
nis,quæ opponebatur ꝯ teſtem in tpis publicationis atteſta-
tionum, & demum publicatis atteſtationibus,ex quo per a-
lios teſtes probata erat intentio aduerſarij,contra quos nihil
11 opponebat, poterat illam † exceptionem, vt impertinentem
repellere,quia etiam probata nihil releuat, vt in c.cum con-
tingat,de off dele.& in l ad probationem.C.de probat & re-
mittit ſe ad c.ex parte. de teſti. vbi Io An.concludit, q iudex
tenetur admittere exceptionem, q̃ opponat contra perſonas
teſtium. ſed poteſt differre probationem poſt publicationẽ
teſtium in tempus diſputationis, de quo ibi plene dixi. ſed Bu.
hic ponit nouum Intellectum ad iſtum tex dicens, q quãdo
Iudex a quo non detulit appellationi, nec ſibi eſt facta inhibi
tio, procedit iſte tex. vt ſi cauſa principalis connexa ſit articu
lo appellationis, debet ſuperſedere. ſecus ſi poſſit cauſa prin-
cipalis expediri abſque illo articulo , in quo eſt appellatum
tunc enim non intelligitur ſuſpenſa iuriſdictio iudicis a quo
In cauſa principali. vnde poterit in ea procedere pẽdente ap
pellatione, nec reuocabitur poſtea proceſſus per viam atten
tati iuſtificata appellatione. ex quo iuſte ꝓceſſit. & hoc vult
iſte text. a contrario ſenſu, ſed do. Abb. tenet contrarium,&
12 adducit l.c ſi a iudice, co.ti.in vj. vbi patet, q per † appellatio-
nem ab interlocutoria ſuſpenſa eſt iuriſdictio in totum , &
non tenetur appellans amplius comparere in illa cauſa , niſi
ad audiendum reuocationem grauaminis . Secundo addu-
cit c.eam qui. de do.& contu in 6. vbi patet, q appellatione
13 pendente a grauamine, non tenetur † iudex amplius citare ap
pellantem, quaſi ſit cõtumax in tota cauſa, quia contumax
in certis actibus in ſequẽtibus debet citari, vt dicit ibi gl. ple-
ne. Tertio adducit c.non ſolum.§.j.co.ti in 6. vbi patet, quod
14 omnia † attẽtata reuocantur iuſtificata appellatione,& dicit
do. Abb. q ille tex debet generaliter intelligi, ſicut generali-
ter loquitur. Quarto adducit l. ſi quis prouocationem C.eo.
15 vbi patet, q † appellatio interpoſita ſuper iniuria illata, puta
a tortura vel a maxillata. ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis In
tota cauſa,& tamen illud grauamen non concernit cauſam
principalem. Quinto adducit rationẽ, ne partes eodem tpe
fatigentur coram diuerſis iudicibus, vt in ca diſpendia. § 1.de
16 reſcrip. in 6.& ne diuidatur continentia † cauſæ, vt in ca 1.de
cau poſſ.& propr.& in l. nulli. C. de iudi. & dicit. q iſtam opi.
tenet Inno. in c.cum nobis olim,& in c quia pp, ſupra de ele
ctio & q communiter tenetur per Doc. tu dic q etiam eam
tenet Hoſt & Io. An. hic, qui dicit communiter ſeruari opin.
glo ſed Bal vt ſupra retuli, ſequitur opin. But. & etiam Io.de
Imo vt infra dicam , & pro eius opin multum facit iſte tex. a
contrario ſenſu, ſed D Abb reſpondet tribus modis. Primo,
quod hic vacat arg a cõtrario ſenſu, tum quia reſultaret de-
ciſio contra illud, quod in iure reperitur determinatum, tũ
quia abſonus intellectus reſultaret, alleg not. in c publicato.
de elect.& glo in c.quanto. de vſur. Tu adde glo in c.j.de ç a.
& qualit. in vj & in c.ſignificaſti. de fo compet ſed iſta reſpon
17 ſio non eſt bona, quia † arg a contrario ſenſu eſt in iure for-
tiſſimum, vt in l t § huius rei de offic. eius, cui manda eſt iu-
riſd. nec eſt verum , quod reſultet intellectus contra illud, q
eſt in iure determinatum, vel abſonus intellectus, vt infra di
cam, dum reſpondebo ad alia contraria,& ita reſpondet hic
Io.de Imo. Secundo modo ſoluit do. Abb dicens, q iſte tex.
procedit , quando iudex a quo procedit appellante conſen-
tiente. ſecus ſi reſiſtat, ſed iſta ſolutio pariter nihil valet, quia
18 diuinationis autem † ſolutio, quæ diuinat, eſt reiicienda, vt
dicit glo not. in l filium, quem habentem. C. famil. ercisc Ter
tio ſoluit do. Abb. q tex. debet intelligi, quando iudex a quo
arbitratur appellationem eſſe iniuſtam , quia non poteſt ſu-
perſedere in articulo appellationis, & procedere in cã princi
pali, etiam ſi articulus appellationis ei ſit connexus . de hoc
eſt caſus hic in ver ſi autem, ſm intellectum Ioã. An ſm quẽ
ſummauit do. Abb probatur etiam in c.non ſolum §.j co tit.
19 in 6. nam vt ibi patet, † attẽtata per iudicem pendent ex euẽ
tu appellationis vnde ſi iudex putat appellationem eſſe iniu
ſtam, indiſtincte põt procedere, non obſtante appellatione,
vt in c.ij.de do.& contu. in 6.& hoc tenet Bar. in l. intra vtile,
in fi. ff de appell. Inno. autem aliter ſoluit dicens, q procederẽ
in principali coram iudice competẽte, ſed do. Abb. reprobat
iſtam ſolutionem, quia diuidit continentiam cauſæ, contra
c.1.de cau. poſſ.& proprie.& contra l. nulli. C.de iud. ad intra al
leg. per do. Abb reſpondetur. ſ q c.ſi a iudice, & c nõ ſolum.
§.1.cod.tit in 6.& c.ij.de do.& contu.eo.lib quia debet intelli
gi, quando articulus appellationis eſt connexus cauſæ prin-
20 cipali, quia † leges poſteriores debent interpretari , & diſtin-
gui, prout diſtinguunt leges priores. l. ſed & poſteriores. ff de
legib. Item correctio iurium eſt euitanda. l. præcipimus . C.
de appella.& in cap cum expediat, de elect. in 6. vnde ſi iura
allegata per do. Abb. intelligerẽtur etiam ſi articulus appel-
lationis eſſet ſeparatus a cauſa principali, ille tex corrigere-
tur, qui manifeſte vult, quod vbi cauſa principalis eſt ſepara
ta ab articulo appellationis, non ſuſpendatur iuriſdictio iu-
dicis , niſi reſpectu articuli appellationis . hoc etiam modo
debet intelligi cap. vt debitus, infra eod. vbi dicitur, quod iu-
dex ad quẽ iuſtificata appellatione cognoſcit de cauſa prin-
cipali , nam debet intelligi quando cauſa appellationis eſt
connexa cauſæ principali,& per hoc reſponſum eſt iij & iiij.
articulis. do. Abb. Non obſtat l. ſi quis prouocationẽ. C. eod.
quam quarto loco adduxit , quia illa l. ponit caſum ſpecia-
lem propter iniuriam factam a iudice in torquendo, vel dan
do maxillatam iudici, vt ibi dicunt Docto. Non obſtat ratio,
quam vltimo loco allegauit, ſcilicet quod cauſæ continen-
tiæ diuideretur, quia appellans traheretur coram diuerſis iu
dicibus, quia imputandum eſt appellanti. non enim æquum
eſt, quod propter appellationem vnius articuli tota cauſa re-
uocetur a iudice a quo , & ſi appellãs habet eum ſuſpectum,
poteſt eum recuſare, ſecundum ea, quæ dixi in c.ad hæc, ſu-
pra eod tamen pro clariori doctrina facias quatuor caſus.
Primus eſt , quando iudex a quo non detulit appellationi .
Secundus eſt, quando non detulit, ſed iudex ad quem ei in-
hibuit, ne in cauſa procederet . Tertius eſt, quando nec iu-
dex ad quem ei inhibuit, nec ipſe appellationi detulit,& vult
procedere in eadem cauſa. Quartus eſt, quando vult proce-
dere in diuerſa cauſa, puta appellatum eſt in cauſa conuen-
tionis, nunquid iudex a quo poſſit interim procedere in cau
ſa reconuentionis, vel econuerſo.

Venio ad primum, ſcilicet quando iudex defert appellatio
ni, & in hoc videtur eſſe caſus in c cum appellationibus, co.
21 titu. in 6. vbi patet, quod ſi iudex defert † appellationi , tota
cauſa deuoluitur ad iudicem ad quem , ſi tota cauſa, deuol-
uitur , ergo etiam in articulo ſeparato non poterit iudex a
quo procedere, & hoc firmat hic But.& Io. de Imo. in princ.
3. col quod no ad intellectum c.cum appellationibus, quod
intelligatur, vt non poſſit iudex a quo procedere etiam in ar
ticulo ſeparato,& ſatis hoc probat ille tex. dum dicit, q tota
cauſa deuoluitur ad iudicem ad quem , qui enim totum di-
cit, nihil excludit, vt in cap. ſoliciræ, in fi. de maior.& obedien.
cum ſimilibus.

Venio ad ſecundum caſum , quando iudex ad quem in-
hibuit iudici a quo, ne procedat in cauſa, & tunc ſecundum
Buti.& Ioan de Imo. non poterit procedere in negocio prin
cipali, etiam ſi ſit ſeparatum ab articulo appellationis, & di
cunt de hoc eſſe tex. in cap. non ſolum. §. primo, eodem titu.
in ſexto , referunt tamen Dominos de Rota , deciſio. cxcij.
quæ incipit, item ſi ab excommunicatione. dicentes , quod
ſi appelletur ab excommunicatione, ſiue ab eius reintruſio-
ne propter contumaciam in non reſpondendo libello . &
Iudex ad quem inhibeat iudici a quo , ne in cauſa procedat,
& iudex a quo poſt inhibitionem proceſſit in cauſa princi-
pali , totus proceſſus ſecundum eos , erit reuocandus , vt in
capitu Romana § ſi vero, eodem titu. in ſexto. Nec obſtat ſe-
cundum eos , quod prædicta excommunicatio , ſeu reintru-
ſio ſit nouus articulus , & ſeparatus a cauſa principali, quia
immo eſt connexus , ex quo eſt lata ratione negotij princi-
palis , vnde appellatio ſuſpendit totum , & ſic ſentiunt Do- 24
mini de Rota , quod vbi articulus non eſſet connexus inhi-
bitio iudicis ad quem non ſuſpenderet iuriſdictionem iudi-
cis a quo , & per conſequens valeret proceſſus factus in ar-
ticulo ſeparato , non obſtante inhibitione . & illud hic fir-
mat Domin. Phylipp. de Peruſ. mouetur per tex. in dicto ca-
22 pit. non ſolum §. primo. vbi tex dicit, quod † inhibitio non
poteſt fieri , niſi poſtquam conſtiterit per appellationem
emiſſam ex cauſa probabili , negotium ad ſe deuolutum.
item ille tex. requirit , quod inhibitio fiat canonicè , alias
nullum operatur effectum, vt dicunt ibi Doc. ergo nõ poteſt
fieri inhibitio, ne iudex a quo procedat in cauſa principa-
li , quando articulus appellationis ab eo eſt ſeparatus , quia
tunc non deuoluitur cauſa principalis per appellationem ad
iudicem quem , vt hic patet , & per conſequens iudex a quo
remanſit iudex In cauſa principali , ex quo appellatio tunc
nõ ſuſpendit iuriſdictionem iudicis a quo,& per conſequens
eius proceſſus remanebit ualidus , non obſtante inhibi-
tione . & probatur iſta concluſio per ea , quæ dicam in
caſu ſequen.
23 Venio nũc ad 3. ſ. qñ nec † iudex detulit applõni. nec eſt fcã
inhibitio .

inhibitio, & in hoc diſtingue, quod aut articulus appella-
tionis eſt connexus cauſæ principali, aut eſt ſeparatus. In pri
mo caſu dic, quod ſi iudex putat cauſam expreſſam in ap-
pellatione eſſe falſam, uel iniuſtam, non poteſt deferre ap-
pellationi, & in cauſa procedere, ſed proceſſus eius depen-
det ex euentu appellationis, quia iuſtificata appellatione
reuocantur omnia attentata per modum nullitatis, vt in
capitulo, non ſolum, §. primo, eodem titulo, in ſexto, & tan
git Ioann. Andreæ hic. ſed ſi appellatio non iuſtificatur,
tunc proceſſus iudicis a quo remanet firmus, & iſtam con-
cluſionem, ſcilicet quod iudex in negocio connexo poſſit
procedere, & quod dependeat ex euentu appellationis, tenet
Bart. in l. intra vtile, in fi. ff. de minoribus. & eſt tex. hic, in uer.
ſin autem, ſecundum unum intellectum. In ſecundo autem
caſu, ſcilicet quando articulus appellationis eſt ſeparatus a
cauſa principali, ſunt opin. quia gloſ. iſta Hoſt. & Ioan. And.
& do. Abb. dicunt, quod iudex non poteſt procedere in cau-
ſa principali, etiam quando articulus appellationis eſt ſepa-
ratus, & dicit do. Abb. iſtam opi. communiter teneri. ſed But.
cuius opi. ſenſit hic Bal. tenet, quod poſſit procedere in cauſa
principali, & quod etiam iuſtificata appellatione non reuo-
cetur proceſſus factus in cauſa principali. Idem ſentiunt Do.
de Ro. in deciſ. ſupra alleg. dum ſentiunt, quod etiam facta in-
hibitione non reuocatur proceſſus in articulo ſeparato. Io.
autem de Imo. hic ambiguè loquitur. Primo enim dicit, quod in
iuſtificata appellatione omnia attentata reuocabuntur, & po
ſtea dicit, quod iudex a quo procedendo in cauſa poteſt recuſari
vt ſuſpectus, vt dicit glo. hic per c. ad hæc, ſupra eod. tamen ſi
nō recuſetur, poterit procedere in cauſa principali, & ita pro
cedit iſte tex. & quod hoc modo ceſſat obiectio huius glo. & ſic
in hoc vltimo, dum dicit, quod ſi non recuſetur, quod poterit in cau
ſa procedere, videtur reſidere cum opin. Butr. quia ſi poteſt in
cauſa procedere, ergo non eſt ſuſpēſa iuriſdictio per appella
tionem, & ſic proceſſus eius non debet pendere ex euētu ap
pellationis, & vr de hoc eſſe caſus hic non cauillando iſtum
tex quia iſte tex loquitur conditionaliter dum dicit, quod debet
ſuperſedere, ſi principalis cauſa ſine illa terminari non va-
leat. & illam opi. etiam firmat hic do. Phyl. dicens quod Inno. in
c. cum nobis olim, in fi. & in c. quia propter in fi. de elec. debet
intelligi, quando articulus appellationis facit præiudicium
cauſæ principali: alias ſecus. & dicit quod ita no. in ſimili Innoc.
in c. intimauit. ſup. eo & Bal. in l. iudicium ſoluitur. ff. de iudic.
& pro iſta opi. multum facit tex in l. intra vtile ff. de mino vbi
tex. ponderat, quod iudex a quo diſtulit procedere in cauſa prin-
cipali, quia dependebat ex euentu appellationis. & ſic articu-
lus appellationis erat connexus cauſæ principali. dicit tamē
Bar. ibi, quod potuiſſet etiam in caſu illius legis iudex a quo pro-
cedere in cauſa principali, ſed tunc eius proceſſus pēderet ex
futuro euētu, & hoc probatur in c. non ſolum. §. 1. eo. ti. in 6.
& hic in ver. ſin autem, ſm verum intellectū, quia in ver. ſin au
tem. limitatur illud, quod dr in princ. pio. ſ. quod iudex debet ſuper-
ſedere in cauſa principali, quæ eſt cōnexa cauſæ appellationis,
nam hoc eſt verum, niſi iudex reputet appellationem eſſe in-
terpoſitā ex falſa cauſa, tūc enim nō dēt ſuperſedere, ſed dēt
in cauſa procedere, & tunc proceſſus pēdebit ex futuro euē-
tu, quia ſi in veritate apparebat cauſam appellationis eſſe fal
ſam, vel iniuſtam, tenebit proceſſus iudicis a quo, vt hic in fi.
alias eſt nullus, & in modum nullitatis reuocandus eſt, vt d.
§ nō ſolum. c. j. & hoc modo intellige iſtum tex. in prin. & in
ver. ſin autem. habet tamē d. ver. ſin autem, alios intellectus, vt
dicam cum glo. vl. Item ſupradicta concluſio ſ. quod appellatio
24 †ab vno articulo non ſuſpēdat cauſam principalem, niſi qn̄
eſt cōnexa articulo appellationis, optimè probatur in l. etiā.
§. ex cauſa. ff. de mino. vbi patet, quod reſtitutio in integrum peti
ta ſuper vno cap. non extenditur niſi ad connexum. & idem
dicit Bal. ibi in appellatione interpoſita ab vno articulo, ſeu
cap. & hoc tenet glo. in terminis per eundem tex. in l. amplio
rem. C. eo. in glo. & Dyn. & Barr. in l. appellanti. ff. eo. Modo ſi-
cut appellatio interpoſita ab vno articulo ſentētiæ nō extē-
ditur ad alium articulum, niſi ſit connexus, ita appellatio in-
terpoſita ab vno articulo nō debet ſuſpēdere iuriſdictionem
iudicis reſpectu cauſæ principalis, niſi ſit cōnexa. Et ex hoc
infertur notabilis cōcluſio, quod reuocatio attētatorum in cau
ſa principali, non extēditur niſi ad ea, quę innouari non pote
rant abſque præiudicio appellationis. & ſi diceres, iſta inueſti
gatio eſt parui effectus, quia iudex a quo poteſt recuſari, ut
ſuſpectus in cā principali, etiam ſi nō ſit cōnexa articulo ap
pellationis tn̄ quod immo eſt magni effectus, quia ſm commu
nem opi. de qua in c. ad hæc, ſi in una, ſup. eo. oportet, quod in cā
recuſationis probetur grauamē ex mēte iudicis, nec ſufficit
pendētia appellationis, nec etiam ſufficit, quod iudex ad quem
renouauerit grauamen, vt ibi dixi. Item ſi iudex a quo proce
deret, qñ cauſa principalis non eſt connexa, & non fuit recu
25. ſatus vt ſuſpectus, † proceſſus teneret, nec amplius poſſet re-
cuſari, vt in c. inter monaſterium, ſupra de re iudic. Et ex his
ſum expeditus de tertio caſu.

Venio ad quartum. ſ. qñ coram vno iudice pendēt duę cau
26 ſę, nūquid ſi † appelletur in vna, ſuſpēdatur iuriſdictio in alia.
& in hoc abſque dubio dicendum eſt, quod non, vt in d. l. amplio-
rem. C. eo. & in d. l. etiam § ex cauſa. ff. de mino. & hoc proce
27 dit, etiam in cauſa conuētionis, & reconuentionis, nam † ap-
pellatio interpoſita in cauſa cōuentionis nō extēditur in cā
reconuentionis, vel econuerſo, vt dicit hic Vin. & Inn. in d. c.
cum nobis olim, ſup. de elect. & ſequitur hic do. Abb. de quo
tamen vide in Spec. de conuen. § pen. in fi. & per Doct. in c. j.
ſup. de mut. pet. Et ex his habes duos caſus, in quibus iudex
a quo eſt appellatum, poteſt procedere pēdēte appellatione,
nec eius iuriſdictio dr̄ ſuſpēſa. Primus eſt, qñ cauſa eſt diuer-
ſa, & in hoc cōcordant omnes. Secundus, qñ vult procedere
in articulo ſeparato, licet de hoc ſint opi. vt ſup. dixi. ſed vide
glo. quæ enumerat alios caſus in c. non ſolum § j. eo. ti. in 6. in
ver. quicquid. & Spe. qui enumerat alios plures caſus in 2. parte
Spec. eo. ti. §. pen. circa prin. & Io. And. inf. eo. cum teneamur.
& Bal. in l. furti. §. j. ff. de his, qui no. infa. & vt præmiſſa clarius
reportes, facias quinque concluſiones. Prima ſit concluſio,
ſi iudex a quo defert appellationi, ſuſpenditur iuriſdictio ad
totā cauſam, etiam ſi cauſa principalis ſit ſeparata ab articu
28 lo appellationis. Secūda cōcluſio, † inhibitio iudicis ad quē,
non poteſt impedire iudicem a quo in cauſa principali pro-
cedere, ſi articulus appellationis eſt ſeparatus a cauſa princi
pali, vt ſentiunt Do. de Ro. deciſ. ſupra alleg. & firmat hic do.
Phyl & probatur per iſtum tex. licet Bu. & Io. de Imo. & com
muniter Doct. ſentiant contrarium. Tertia concluſio, iudex
a quo poteſt procedere in cauſa etiam quo ad ea, quæ ſunt
connexa articulo appellationis, ſed eius proceſſus dependet
ab euentu appellationis, quia appellatione iuſtificata reuo-
catur eius proceſſus: appellatione autem reperta iniuſta pro
29 ceſſus remanet firmus. Nunquid autem deſerta † appellatio-
ne per lapſum fatalium poſſit peti reuocatio attentatorum,
vide D. Do. in d. c. non ſolum & Ioā. And. in d. c. ſæpe. Quarta
concluſio, appellatio interpoſita ab vno articulo non ſuſpē
dit iuriſdictionem iudicis in cauſa principali, ſi eſt ſeparata
ab articulo appellationis. vnde etiam iuſtificata appellatio-
ne proceſſus iudicis a quo non eſt reuocandus. nec iudex ad
quem iuſtificata appellatione poteſt cognoſcere de cā prin-
cipali, & iſtam opin. firmat hic But. & ſentit etiam hic Bal. &
in ea reſidet Io. de Imo & eſt de mente Do. de Ro deciſio. ſu-
pra alleg. & eam hic firmat do. Phy quam credo veriſſimam
per rationes, quas ſupra adduxi, licet glo. Hoſt. & Io. And. &
do. Abb. teneant contrarium, qui atteſtatur iſtam opin eſſe
communem, ſed non eſt tenenda ex quo manifeſte reproba
tur per iſtum tex. & per rationes ſupra alleg. facit quod not.
30 Io. And. in c. j. de conſtit. vbi dicit † communem opī non eſſe
tenēdā, vbi probabiliter pōt conuinci, & quod no. Matthęus de
Matth. in tract. de elect. opin. & Io. de Imo. in clem. ne Roma
ni. Quinta concluſio, appellatio interpoſita in vna cauſa, nō
ſuſpendit iuriſdictionem iudicis in alia cauſa, etiam ſi ſit cau
ſa conuentionis, & reconuētionis, ſm Vin. hic & do. Abb. &
Inno. in c. cum nobis olim de elect. de quo tamen plenius hē
in c. j. de mut. peti. & per hoc eſt expeditus iſte articulus ſatis
difficilis, & intricatus. ¶ In glo. vlt. hoc glo. voluit opponere
dec. cum uenerabilis. de excep. & de toto ti. C. ſi ex falſ. inſt. vbi
31 patet, quod † ſnīa retractatur, ſi eſt lata prætextu falſorum teſtiū,
vel inſtrumentorum. huius timore cōtrarij glo. intelligit iſtum tex.
duplicitet. primo, quod iſte appellans ſolum allegabat, ſed pro-
bare nolebat: non autem ſufficit allegare, vel opponere, niſi
32 †exceptio probetur, vt dicit glo. in c. non eſt, in verbo, allegat.
de conſuet. in 6. Secundo modo ſoluit, quod opponebatur in 6.
quod reſcriptum eſſet ſubreptitium pp mēdacium expreſſum Pa
pæ, nam exceptio reſcripti ſubreptitij eſt dilatoria, & dēt op
poni ante li. conte. cum reſpiciat proceſſum, vt in c. inter mo
33 naſterium, de re iudi. †exceptio autem falſitatis. ſ. quod teſtes
depoſuerunt falſum, poteſt opponi etiā poſt ſentētiam, vt in
c. cum venerabilis de excep. & in c. licet cauſam. de prob. alij
vero intellectus dantur extra glo. vnde tertio modo intelli-
git iſtum tex. Ioā. And in ver. prorumpit, dicēs quod appellatum
fuit, quia iudex procedebat in cauſa, cum reſcriptū eſſet ſub-
reptitium, vel falſum. dixit enim ſimpliciter, Appello, ne pro
cedatis, quia tale reſcriptum eſt falſum. talis enim appellatio
eſt fruſtratoria: debuit enim exceptionē opponere. & ſi non
eſſet admiſſa per iudicē, tunc potuiſſet appellare, & hoc pro
batur infra eo. dilecto. & in c. ſignificauerunt, ſupra de teſtib.
vbi etiam dixi quid de parte quæ opponit exceptionem, & ap
pellat ſi iudex exceptionem non admittat, verbi gratia, Pe-
to quod non procedatis in cauſa, vel quia aduerſarius non
poteſt agere, cum ſit excommunicatus, alio, quia ex nunc

appello adſed Apo. dic vt ibi dixi, & adeo verum eſt, quod eſt neceſſarium opponere exceptionem ad hoc, vt appellatio ſit legitima, quia etiam ſi exceptio eſſet notoria, non ſufficeret dicere. Appello, niſi prius opponeret exceptio & eſſet repulſa, vt notat Io. And. & Doct. in cap. accedens. el primo, vt li. non conteſt. licet glo. ibi, & male teneant contrarium. Quartus intellectus eſt, quod hæc appellatio non valuit propter generalitatem ipſius: oppoſuit enim ſimpliciter exceptionē
14 falſi. Multiplex enim eſt falſi † exceptio, & aliqua impedit, & aliqua non, ergo appellans debuit ſpecificare, arg. l. ita fidei. ff. de iure fiſ. & cap. vt quis duas, de electio. in vj. & in l. prætor edixit, ff. de iurein an. Quintus intellectus eſt, quod ille oppoſuit exceptionem falſi, & quod appellauit antequam iudex reciperet, & receſſit debuit enim prius expectare reſponſum iudicis, & per hoc dicit Io. de Imo. quod appellās prius debet opponere exceptionem, & expectare, quod iudex reſpondeat, & hoc modo debet appellans practicare, ſecundum eum, de quo dicetur infra eod. dilecto. Sextus intellectus eſt, qui placet Ioan. And. & ſecundum ipſum ſummaui, quod hæc appellatio fuit interpoſita ex falſa cauſa, vnde iu-
15 dex † non tenetur deferre appellationi, niſi probetur veritas cauſæ appellationis, vt in cap. vt debitus, infra eod. & in cap. non ſolum. §. 1. eod. tit. in 6. vnde Innoc. in cap. poſt electionem, in fi. de conceſſ. præben. dicit, quod quando iudex vehementer præſumit malitiam in excipiēte, non debet exceptionem admittere, nec de appellatione curare, quia talis appellatio non nocet, niſi probetur veritas cauſæ ipſius appellationis, & hoc procedit, quando iudex vehementer ſuſpicatur. Secus ſi præſumptio non eſt vehemēs, quia tunc iudex propter præſumptionem non debet deuiare a tramite iuris, & de hoc eſt tex. not. in c. licet cauſam, poſt prin. ſup. de prob. & ita limitat dictum Inno. hic. & de hoc dicam inf. eo.
16 Et ex iſtis ſex intellectibus habes ſex † caſus, in quibus appellatio non valet. primus eſt, quando appellans non vult probare exceptionem, puta quia iudex ei dicebat, quod debebat probare ei exceptionem, & ipſe appellauit. Secundus caſus eſt, quādo exceptio declinatoria opponitur poſt lit. conteſt. nam cum opponatur in tempore, in quo nō poteſt opponi, non ualet appellatio, & iſti duo caſus ponuntur in glo. & no. bene gloſ. inquantum dicit, quod exceptio, quod reſcriptum ſit ſubreptitium, non poteſt opponi poſt litem conteſtatam, quia poteſt ſæpe practicari, & idem not. in cap. inter monaſterium de re iudi. hoc tamē intelligas, quando ſubreptio non vitiat reſcriptum ipſo iure; ſecus ſi vitiaret reſcriptū ipſo iure, vt eſt quā committitur ſubreptio in reſcriptis ad beneficia, quia tunc, cum reddat iudicio retro nullū, vt in c. ad audientiam, el ſecundo, cum ibi no. ſupra de reſcri. poſſet opponi etiam poſt ſententiam, iuxta ea, quæ dixi in c. exceptionem, de except. Tertius caſus eſt, quando appellans nō opponit exceptionem, ſed ipſam allegat, & appellat a iudice. Quartus caſus eſt, quando opponit exceptionem, ſed appellat antequam iudex reſpondeat, an velit eum admittere, vel non. Quintus caſus eſt, quando opponit exceptionem in genere, & quælibet ſpecies cōtēta in genere, non concludit intentionem excipientis, ſecus ſi quælibet ſpecies contenta in genere concluderet intentionem excipientis, quia tunc iudex tenetur eam admittere, & ſi non admitteret, legitima eſſet appellatio, & vide gloſ. notab. quæ ita diſtinguit in cap. pia, in uer. ſpeciem. de except. in vj. Sextus caſus eſt, quando appellatio interponitur ex falſa cauſa, vt quia iudex ſcit cauſam appellationis eſſe falſam, licet cauſa probabilis in appellatione ſit expreſſa: tunc enim talis appellatio non ualet, ſi in ueritate ita eſt, tamen dicendum eſt hoc caſu, quod appellatio pendeat ex futuro euentu, quia ſi probabitur cauſa appellationis, reuocabitur proceſſus factus per iudicem a quo: ſi uero non probabitur, vel apparebit falſa, proceſſus eius remanebit firmus, & hoc probatur in ca. non ſolum, eo. ti. in 6. & inf. eo. vt debitus. & iſtos caſus nota.
17 Tractant etiam hic aliqui, an † paria ſint, appellaſſe, vel eſſe infra tempus appellandi. & ſi quidem loquitur, quando eſt lata ſententia diffinitiua, & tunc aut agitur de executione, quæ fit a iure ſine miniſterio iudicis, & clarum eſt, quod nō ſunt paria, appellaſſe, vel eſſe infra tempus appellādi hoc patet, quia condemnatus ex cauſa, ex qua ſequitur ſententia ſtatim lata ſententia efficitur infamis, ſed interpoſita appellatione tollitur infamia, vt in l. furti. ff. de his qui nota infam. & in l. qui vltimo. ff. de pœn. & in l. j. ff. ad Turpill. & hoc tenet Bart. in l. ex iudiciorum. ff. de accuſat. per illum text. & per l. tertiam. C. ſi penden. appell. & tenet etiam Cyn. in l. fin. C. ſi reus, uel accuſator mortuus fuerit. aut loquimur de executione facti, quæ eſt facienda a iudice, tunc ſunt paria, uel appellaſſe, vel eſſe infra tempus appellandi. & de hoc eſt tex. in cap. non ſolum. in princ. eod. titu. in 6. Et hoc modo poteſt procedere glo. in l. ex iudiciorum. ff. de accuſat. quæ dicit paria eſſe, appellaſſe, uel eſſe infra tempus appellandi, quæ reprobatur per Docto. aut loquimur, quando eſt lata ſententia interlocutoria, & tunc glo. in l. a procedente. C. de dilatio. dixit, quod non ſunt paria, vel appellaſſe, vel eſſe infra tempus appellandi, quia iudex ante appellationem poteſt procedere, cum iuriſdictio eius adhuc non ſit ſuſpenſa per appellationem, & idem dicit Bald. in l. ita demum. C. de procuratoribus. & hoc tenet glo. in terminis in cap. fi. in uer. ab ipſa, quæ incipit, quid ſi lata eſt, eod. titu. in 6. & idem tenet Ioan. Andr. & Dom. Dom. in dicto capitu. non ſolum, in princi. Et hoc ponit Dom. Dom. in penult. colum. uer. quæro, an quod dicitur. & ibi dicit, quod idem tenet Ioan. Mon. in cap. cupientes. de electionibus, in vj. & pro hac concluſione optimè facit tex. in dicto capit. non ſolum. §. illa vero. vbi ſolum dicit reuocanda attentata poſt appellationem interpoſitam ab interloquutoria ipſa appellatione iuſtificata. ergo ſecus eſt dicendum de attentatis ante interpoſitam appellationem, quia argum. a contrario ſenſu validum eſt in iure, ut in l. prima. §. huius rei. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict. Item ille §. aduerſatur ad principium illius capituli, vt patet ex dictione vero, quæ eſt aduerſatiua, & ſic aduerſatur princip. capit. quod loquitur de attentatis infra decem dies, qui dantur ad appellandum a diffinitiua ſententia: vt ergo uerificetur aduerſatiua, neceſſarium eſt dicere, quod
38 † attentata infra decem dies, qui dantur ad appellandum ab interloquutoria, non ſint reuocanda per uiam attentati, ſed ſolum per uiam iniuſtitiæ, poſtquam cognitum erit, an iudex iniuſte illa attentauerit, & ſic nō ſufficiat ſolum articulum appellationis iuſtificare, niſi etiam oſtēdatur, quod iudex illa iniuſte attentauerit. & hoc tene menti, & hæc ſufficiant. Sequitur cap. de appellationibus.

SVMMARIVM.

1 *Appellari poteſt tam pro minima, quam pro magna cauſa.*
2 *Cauſa minima in materia appellationis etiam ſunt curanda.*
3 *Minimum curatur de iure ordinario, ſecus de extraordinario iure.*
4 *Appellatio eſt remedium ordinarium.*
5 *Remedium ordinarium facilius conceditur, quam extraordinarium.*
6 *Ratio reductionis ad arbitrium boni viri eſt ſpecies appellationis.*
7 *Arbitratori data licentia videtur lædendi in modico.*
8 *Modicum quando curandum, & quando non.*
9 *Appellatio non datur a ſententia lata ſuper poſſeſſione ſecundum leges.*
10 *Obtinens in petitorio recuperat poſſeſſionem.*
11 *Appellari poteſt in cauſis modicis viua voce ſine ſcriptis.*
12 *Actio de dolo, non datur pro duobus aureis, & ſic non curatur de modico.*
13 *Infamis non eſt condemnatus actio quod metus cauſa.*
14 *Condemnatus de furto efficitur infamis.*
15 *Actio reſtitutoria non debet dari pro modico.*
16 *Infamia procedens ex dolo commiſſo in contractu eſt minor ea qua procedit ex maleficio, nam non repellit a dignitate*
17 *Cauſa iuſta alienandi eſt, quando ſumptus eſt maior, quam vtilitas ipſius rei.*
18 *Fundus ſterilis æquiparatur in longinquo poſito.*
19 *Cauſa parua, vel minima dicitur ſecundum quod a iure determinatum reperitur, & conſuetudine.*
20 *Index arbitrari poteſt qua ſit magna, vel parua cauſa.*
21 *Cauſa magna, parua reputatur inter diuites, & parua inter pauperes magna.*
22 *Porcellus eſt oculus ruſtici.*
23 *Iudicis arbitrio relinquitur quis dicatur pauper, vel diues.*
24 *Dos magna, vel parua, quæ dicatur, relinquitur arbitrio iudicis.*
25 *Appellatio fundatur ſuper iniuſtitia, & iniquitate, non ſuper quantitatē grauaminis.*
26 *Appellatio an detur quando iudex decernit alimenta præſtari, vel rem exhiberi.*
27 *Infamis an ſit, condemnatus de furto vnius gallinæ.*
28 *Suſpendi laqueo poteſt, committens multa furta parua, ſi conſuetus ſit furari.*
29 *Infamis ſemel, an vlterius effici poſſit infamis, & ſic infamior, ſecundum Bal.*
30 *Excommunicatus poteſt iterum excommunicari.*

CAP. XI.

1 DE appellationibus. † Appellari poteſt tā pro minima, quam pro magna cauſa, hoc dicit. No. primò, quod in materia appellationis etiam
2 pro minimis † cauſis curandum eſt, & ratio eſt, quia eadem

ratio

rario militat in minimis cauſis, quæ militat in maioribus,
vt dicetur ſuper glo.& regulariter vbi agitur de iure ordina
3 rio, curat de minimo, † ſecus in extraordinariis, vt in l.ſcio.
ff de reſtitutio.in integrum,& in c.j.iuncta gl.ij. eodem titu.
nam reſtitutio in integrum eſt remedium extraordinariũ,
4 vt in l.in cauſis.de mino † Appellatio vero eſt remedium or
5 dinarium, vt in l j ff eodem. Vnde facilius conceditur † reme
dium ordinarium, quam extraordinarium, vt in l.etiam.C.ſi
6 tutor, vel cur interuenerit. Nec obſtat, ſi diceretur, quod † pe
titio reductionis ad arbitrium boni viri, eſt ſpecies appella-
tionis, vt in l non diſtinguemus.§.cum quidam.ff. de arbi.&
tamen non poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri, niſi
pro enormi læſione, vt in c.Quintauallis ſupra de iureiuran.
& in l.vnde ſi Neruæ.ff.pro ſoc.quia tacite videtur data licẽ-
7 tia † arbitratori, quod poſſit modicum lædere propter bo-
num pacis, vt in l.ſi quod meis.§.recepiſſe.ff.de arbitr. & iſtã
rationem differentiæ aſſignat Bal.in l.& in maioribus.C.eo.
8 Et de hoc articulo, ſcilicet quando ſit curandum † de modi
co,& quando non, vide Bart.in l ſi proprietarius. ff. de dam.
infec Sed contra iſtum textum oppono, quia videtur, quod
pro cauſis modicis non poſſit interponi appellatio, vt in ca.
anteriorum, ſecunda q vj.Sed ſecundum dom Abb. ibi po-
nitur quædam lex ciuilis canonizata, & ſic de iure ciuili ꝑ
modicis cauſis non poteſt interponi appellatio.hinc eſt, ꝙ a
9 † ſententia lata ſuper poſſeſſione non poteſt ſecundum le-
ges appellare, vt in l j.C. ſi de mo.poſ.fuerit app.Sed bene.de
iure canonico, vt in c.fi.de iud.& in c cum ad ſedem. in glo.
penult ſupra de reſtitu.ſpolia. Sed ego credo, quod etiam de
iure ciuili poſſit appellari in minimis cauſis.de hoc eſt text.
in l.& in maioribus. C.eo.nec obſtat tex.ĩ.ij.quæſt.vj.anterio
rum, quia ibi non dicitur quod in minimis cauſis non liceat
appellare, nec alia allegata per dom. Abb.hoc probant. Nec
obſtat, quod de iure ciuili non poſſit appellari a ſententia
lata ſuper poſſeſſione, quia illa ſententia non facit perpetuũ
10 præiudicium, quia illud grauamen poteſt reparari, ſi † obti-
net in petitorio, quia poſtea recuperabit poſſeſſionẽ, vt in c.
cum dilectus de cauſa poſſ.& proprie.cum ſimilib. hinc eſt,
quod de iure ciuili non poteſt appellari ab interlocutoria,
quando grauamen eſt reparabile, vt dicam infra cap. ſeq.De
iure autem Canonico certum eſt, quod appellari poteſt a
ſententia lata ſuper poſſeſſ.pro quo vide glo. ordinariam, in
ca.cum ad ſedem.in fi.glo.penult.ſupra de reſtitut.ſpol. dicit
11 tamen Bal.hic, quod in modicis cauſis poteſt † appellari vi-
na voce,& ex interuallo, & quod poteſt appellari ab inter-
locutoria viua voce, ſine ſcriptis, quia in talib. minimis cau-
ſis non eſt neceſſaria ſcriptura, ut in auth. niſi breuiores. C.
de ſen ex peri reci.¶ In glo diuido ipſam in duas partes. in j.
parte quærit, quæ dicatur minima cauſa. In ſecunda quærit
de ratione text. Secunda ibi,& ita pro quacunque cauſa. In
12 prima parte antequam declarem glo. no. glo. quod † actio
de dolo, non datur pro duobus aureis,& ſic in actione de do
lo, non curatur de modico.ratio eſt, ſecundum Bal. quia ac-
tio de dolo, eſt reſtitutoria,& ponitur inter titulos de reſti-
tutione in integrum,& idem fortè.ſecundum eum, eſſet di-
cendum in actione quod met.cauſa, eadem ratione. non ta-
men Bald.audet hoc firmare, forte motus per gl. valde not.
in l.ſi cum exceptione § cum, qui. ff. quod met. cau. quæ di-
13 cit, quod condemnatus actione quod met.cauſa, non eſt † in
famis, licet condemnatus de dolo, ſit infamis, & per illam
glo.quidam voluerunt dicere quod actio, quod met. cauſa,
detur pro re minima.Sed non bene dicunt : & melius ſentit
Bal.meo iudicio, licet loquatur dubitatiuè, quia iſta non eſt
ratio, quare actio de dolo non detur, niſi interueniat dece-
ptio vltra duos aureos, ſcilicet quia actio de dolo infamat,
quia ſi hoc eſſet verum, non daretur actio furti pro re modi
14 ca, quia † condemnatus de furto efficitur infamis, ut in l.at-
helatus § fi.ff.de his, qui no.infam.tamen actio furti datur ꝑ
re modica.non eſt ergo ratio quare actio de dolo non datur
niſi ultra duos aureos, q a condemnatus ex actione efficitur
infamis, vt d § fi.ſed eſt ratio, quia actio de dolo eſt reſtitu-
toria, ſed reſtitutio in integrum non conceditur pro modi-
co, ut ſupra dixi, ſed actio, quod met cauſa eſt reſtitutoria,
ſicut actio de dolo & ponitur eodem modo inter titulos de
15 reſtitutione in integrum vnde † non debet dari pro modico,
ſicut nec datur actio de dolo,& vide Barto.in d l ſi proprie-
tarius, vbi dicit, quod ideo ſpecies reſtitutionis, quæ non da-
tur pro modico, quia reſtitutio datur de iure ſpeciali cõtra
ius commune, vnde a iure communi non debet recedi pro
modica læſione, & eſt eadem ratio in actione quod metus
cauſa, quia datur de iure ſpeciali, contra ius commune, ad
reſcindendum illud, quod eſt metu factum, & eſt quædam
ſpecies reſtitutionis, vnde non debet dari, pro modico, &
hoc tene, quia ſatis eſt de mente Bart. in d.l. ſi proprietarius.

Aduerte tamen inquantũ dixi, quod condemnatus de do
lo eſt infamis, hoc procedit etiam ſi dolus eſſet commiſſus
in contractu, vt in l.furti.§ mandati,& §.fin.ff de his, qui no.
infam.Sed dicit notabiliter Inno.in c. qualiter,& quando ij.
16 de accu. quod talis † infamia procedens ex dolo commiſſo
in contractu, eſt minor quam infamia procedens ex malefi-
cio,& ideo dicit, quod talis infamia procedens ex dolo com
miſſo in contractu, non repellit a dignitate, & illud dictum
tene menti,& ipſum recitat Bal.in l.ij.C.man.Item no ex gl.
quod illa dicitur modica cauſa, quando ſumptus litis exce-
deret valorem cauſæ.per hoc dicit Bal in l.mediterraneæ. C.
de annonis,& tribu.li.x. per illum textum, quem excuſari, ſi
non fecit id, ad quod faciendum erat maior ſumptus, quam
vtilitas rei agendæ,& hoc dictum tene menti, quia facit ad
multa.excuſat enim tutor, vel prælatus ex tali cauſa, & iſta
17 etiam eſt iuſta cauſa † alienandi rem eccleſiæ, vel pupilli,
quando ſumptus eſt maior, quam vtilitas ipſius rei: facit op
time, c.terrulas.12.q ij.vbi patet, quod ſi fundus eſt ſterilis,
vel in longinquo poſitus, ita quod non poteſt coli ſine ma-
gno ſumptu, iſta eſt iuſta cauſa ipſum alienandi, & notabis
18 perpetuo illum textum, quia probat, quod † fundus ſteri-
lis,& in longinquo poſitus, æquiparantur. Sed quantum ad
principale dictum gl.ſcilicet, quæ cenſeatur cauſa minima.
dic quod in caſibus, in quibus reperitur a iure determina-
19 tum, quæ † cauſa dicatur parua, vel minima. in dictis caſibus
ſtandum eſt determinationi iuris, & hoc modo loquuntur
iura allegata in glo.quia exprimunt certos caſus, in quibus
cauſa dicitur eſſe parua, vel modica.idem ſi reperiretur deter
minatum conſuetudine, quæ cauſa dicatur parua, vel modi
ca.Ita dixit notabiliter Iac.de Are.in l.3.§. quamuis.ff.ſi cui
plus quam per legem Falcid.& pro hoc facit, quia conſuetu
do habet vim legis, vt in l.de quibus,& in l.diuturna, ff.de le
gibus.& in c.cum dilectus.de conſuetudine Extra autem ca
ſus deciſos, vel per legem, vel conſuetudinem, vel per ſtatu-
20 tum recurrendum eſt ad arbitrium † iudicis, qui habet arbi-
trari conſiderata qualitate perſonarum, & rei, quę cauſa di-
catur magna, vel parua.Ita dicit glo.in capi.fi.in verbo, illu-
ſtrium, de re iud.in vj.& idem dicit Bart.in auth. niſi breuio-
res.C.de ſen ex peri reci.& Bar.in l.admonendi, ff de iureiu.
21 & Cy.in l.in bonæfidei.C.eod.Hinc eſt, quod cauſa † 200.du
catorum inter valde diuites reputatur parua facit optime
glo.no.in l.ſed ſi ſuſceperit, §.libertus.ff de iud.quæ refert, qđ
Cominſta Matilda donauit aliquãtum terrę cuidam mona
ſterio, & tamen illa terra continebat triginta miliaria: erat
enim modicum terræ reſpectu donantis. ad idem de Symo.
& ſi quæſtiones. vbi patet, quod donare equum Cardinali,
dicitur eſſe paruum munus. ſic e conuerſo res minima dici-
tur eſſe magna reſpectu perſonæ, vnde gl not in l.illicitas.§.
22 ne tenuis.in ver.lumine.ff de offic præſidis.dicit, quod † por-
cellus eſt oculus ruſtici,& quod res minima, eſt magna ho-
mini pauperi,& Bal.in auth niſi breuiores.C.de ſent.ex peri-
culo reci.dicit, quod q̃ſtio vnius bouis nõ dicitur eſſe parua
cã reſpectu ruſtici, q a forte ille bos eſt maior pars fortuna-
rum ſuarum.facit gl.in l ſed ſi ego.ff.ad Velleia. Et ex his ego
anno præterito defendi quẽdam ruſticum, qui de nocte vul-
nerauerat quendã furantem ſibi ligna, ex quo vulnere fur
mortuus fuit.allegabatur autem, quod cum vnum plauſtrũ
lignorum non eſſet magni valoris, non debebat pro re mo-
dica furẽ vulnerare.allegabatur l.ſi ex plagis, §. tabernarius.
ff.ad legem Aquil.& Ange.de Are. in tractatu de maleficiis.
ego inter cætera conſului, quod iſta non dicebatur modica
res reſpectu ruſtici, quia homini pauperi res modica, dicitur
eſſe magna,& ſic conclude, quod relinquitur arbitrio iudi-
cis, quæ dicatur eſſe cauſa parua, vel magna, niſi in caſibus,
in quibus reperitur facta determinatio, uel per ius commu-
ne, vel per ſtatutum ciuitatis, vel per conſuetudinem loci.&
quod debet relinqui arbitrio iudicis facit, quia etiam relin-
23 quitur arbitrio † iudicis, quis dicatur pauper, vel diues, vt di-
cit glo.in auth præterea.C.vnde vir,& vxor. & in l ſi vero.§.
qui pro rei qualitate.ff qui ſatiſd cogan & Bar.in l.ſi conſtã-
te, ff.ſoluto matrim. Ad idem quod no.gl in auth. quod lo-
cum. C.de colla.quæ dicit quod relinquitur arbitrio iudicis,
24 quæ dicatur † dos magna, vel parua,& quod no. Ioan And.
in c.ſignificantibus, de officio delega.Vbi dicit, quod ſtatur
arbitrio iudicis, quæ dicatur perſona miſerabilis. Et ex hoc
poteſt inferri, quod ſi ſtatutum dicit, quod cauſa infra ſum-
mam xx.librarum ſit ſummaria, & quod poſſit in ea proce-
di ſummarie non ſeruato ordine iudiciario, quod etiam ſi
perſonę ſint valde pauperes, dicitur cauſa ſummaria, ex quo
reperitur per ſtatutum facta limitatio, ſecus ſi non eſſet fa-
cta limitatio, quia tunc relinqueretur arbitrio iudicis ſe-
cundum qualitatem perſonarum, vt dixi. Et ex his ſum ex-
peditus de prima parte glo. quã notabis. In ſecunda parte

gl. ic

25 glo dicit, quod † appellatio non fundatur ſuper quantitate grauaminis, ſed ſuper iniuſtitia ſententiæ, & iniquitate iudicis, ideo poteſt appellari, etiam in minimis cauſis, quia iniuſtitia, & iniquitas ita poteſt accidere in minimis cauſis, ſicut in maioribus. & Inquantum glo. dicit, quod actio furti datur pro re minima, dicit hic Lau. quod etiam pro gallina poteſt appellari.

26 Nunquid autem poſſit interponi † appellatio, quando iudex decernit alimenta præſtari, vel iubet rem exhiberi. Io. And. remittit ad Spec. eodem titu. §. in quibus. verſi. 8. quan-
27 do res. Sed quærit Bal. nunquid ſit infamis † condemnatus de furto vnius gallinæ. & dicit, quod ſic per ca. cum te. ſupra titu proximo. & ſubdit, quod ex modicis furtis factis diuerſis diebus & horis, poteſt quis effici ita famoſus, quod poterit ex hoc ſuſpendi ad furcas, quia non eſt parcendum delinquere conſuetis, quaſi habituatis ad delinquendum. allegat l. 3. C. de epiſcopali aud. & idem dicit Nico. de Matth. & Bal. in l. apud antiquos. C. de furtis. Et hoc dictum tene menti. ex
28 quo habes, quod committens multa furta parua, poteſt † ſuſpendi, & ſit conſuetus furari, etiam ſi non commiſerit aliquod magnum furtum, debet ſuſpendi, quod tene menti.

29 Quærit etiam Bald. nunquid ſemel † infamis poſſit ulterius effici infamis. & dicit quod ſic, concludens quod infamis poteſt effici infamior, ſicut ſimplex fur poteſt effici famoſus, quia iteratis delictis iteratur pœna. C. de ſeruis fug. l. quicunque. & ff. de pœnis, capitalium. §. famoſos. Et no. bene
30 iſtud dictum, quod ſicut † excommunicatus poteſt iterum excommunicari, vt in ca. ita quorundam, de iud. cum ſimilibus. ita infamis poteſt iterum effici infamis, quia per ſecundam infamiam prima aggrauatur, & efficitur infamior, quã erat primo. Et hæc ſufficiant. ſequitur c. ſuper eo.

SVMMARIVM.

1 *Appellari ante ſententiam ſecundum canones poteſt.*
2 *Recuſatio æquiparatur appellationi.*
3 *Tempus aſſignatum iudici ad cauſam decidendam incipit currere a die præſentationis reſcripti.*
4 *Appellari poteſt quatuor temporibus de iure canonico.*
5 *Appellari poteſt ſecundum canones, quandocunque quis ſe grauatum ſentit.*
6 *Appellatio de iure ciuili in duobus tamen caſibus conceditur ante ſententiam.*
7 *Carcer dicitur mala manſio & ſpecies tormentorum.*
8 *Appellatio conceditur ſi iudex admiſerit in teſte illum qui non debet examinari.*
9 *Teſtis admiſſus qui non debebat examinari, an aliquod indicium faciat.*
10 *Cautela eſt, quando per appellationem a diffinitiua non poteſt perfectè reparari, appelletur a tali grauamine ante ſententiam.*
11 *Appellatione ſententia in dubio venit diffinitiua.*
12 *Verba in dubio ſunt accipienda in potiori ſignificatu.*
13 *Recuſatio non cenſetur ſublata, appellatione ſublata.*
14 *Tempus datæ reſcripti non tempus præſentationis iudici factæ conſiderari debet.*
15 *Cautela quo ad præſentationem literarum obſeruanda.*
16 *Delegatus ante præſentationem literarum nullam iuriſdictionem habet.*
17 *Proceſſus factus ante præſentationem literarum nullus eſt.*
18 *Iuriſdictio non aufertur iudici delegato per ſecundum reſcriptum, etiam cum clauſula de reuocando attentata.*
19 *Iuriſdictio non datur, nec aufertur iudici delegato ante præſentationem literarum.*
20 *Recuſatio magis aſſimilatur appellationi ab interlocutoria, quam a diffinitiua.*
21 *Apellari poteſt a iudice, in quem quis conſenſit, licet recuſare non poſſit illum.*
22 *Delinquens notoriè poteſt recuſare iudicem ſuſpectum, cum tamen appellare non poſſit.*
23 *Priuilegium conceſſum perſonæ non egreditur perſonam.*
24 *Appellationis remotio tollit omnem appellationem, quæ interponitur a iure non ſpecifice permiſſa.*
25 *Separatorum ſeparata eſt ratio.*
26 *Reſponſio debet ſtatim a promiſſore fieri poſt interrogationem ſtipulatoris.*
27 *Teſtamentum debet conſumari antequam ad alios actus diuertatur.*
28 *Tempus regulariter computatur de momento ad momentum.*
29 *Dies termini non computatur in termino.*
30 *Dictio a, vel ab, de natura eſt excluſiua.*
31 *Statuto dicente, quod a tẽpore litis conteſtatæ infra x. dies teneatur pars producere teſtes, terminus currit facta litis conteſtatione de momento ad momentum.*
32 *Dictio hinc, in conſtitutione termini facit currere tempus de momento ad momentum.*
33 *Dies, in qua facta eſt de ſiſtendo promiſſio ſub termino, non computatur in termino.*
34 *Paria ſunt dicere ex die diuortij, vel a diuortio.*
35 *Termino aſſignato temporis, an ſufficiat in fine termini, vel vltima die adimplere.*
36 *Dictio vſque, an ſtet excluſiue, an incluſiue.*
37 *Dictio hinc, ſignificat extremitatem temporis.*
38 *Dictio, a, vel ab, appoſita actui, expedito actu incipit currere tempus de momento ad momentum.*
39 *Dictio ex, appoſita actui, vel diei, illa computatur in termino.*
40 *Aſſignatio termini per numerum dierum, vel hebdomadarum, facit non computari diem in termino.*
41 *Lapſus termini ſit in dubio de momento ad momentum.*
42 *Computatio naturalis, & artificialis, quæ in termino.*
43 *Dies termini in dilationibus legalibus, an computetur in termino.*
44 *Delegatus iudex ſi fuit excommunicatus poſt datam reſcripti, & ante abſolutionem fuit præſentatum reſcriptum, an tunc incipiat currere tempus a die præſentationis literarum.*
45 *Impedimentum ſuperueniens ex poſtfacto impedit ipſo iure temporis curſum.*
46 *Delegatus nunquid teneatur ſeruare ius commune in dilationibus, ſi delegans breuiorem terminum aſſignauerit.*
47 *Cauſam protelare nemo inuito iudice poteſt.*
48 *Iudex in cauſis ſummarijs debet amputare dilationes, & facere litem breuiorem, quantum poteſt.*
49 *Terminus præfixus delegato a delegante, habet vim peremptorij, & concluſionis in cauſa.*
50 *Conſentiens termino, non admittitur ad probandum vltra terminum.*
51 *Impedimentum inexcogitatum eget auxilio.*
52 *Pars quæ conſenſit in præfixione termini poteſt facere probationes ſuas in dilatione alteri parti conceſſa.*
53 *Terminus ad cauſam expediendam, an habeat vim peremptorij.*
54 *Reſcriptum fuit impetratum de conſenſu partium, & duplicatum vtrique parti datum, & a reo malitioſe ante præſentatum, quando tempus incipiat currere.*
55 *Iudex an poſſit actorem elapſo termino reſcripti in expenſis condemnare.*
56 *Cauſa ſi non eſt inſtructa infra terminum commiſſum iudici, an ſit ita remittenda ad ſuperiorem.*
57 *Nihil quod eſt, nihil probat.*

C A P. XII.

1 SVper eo. Secundum canones etiam ante ſententiam põt † appellari, ſm leges non, niſi in quibuſdam caſibus, hoc primo.
2 Appellatio & † recuſatio æquiparantur, quia in
3 vtraque iuſta cauſa requiritur. hoc ſecundo. † Tempus aſſignatum iudici ad cauſam decidendam incipit currere a tẽpore præſentationis reſcripti, & non ante hoc tertio, & vltimo Et habet tres partes, ſicut tria ſunt dicta, ſecundum ibi, in cauſis. tertium ibi, ſi autem. No. in prima parte duas regulas. de prima eſt, quod ſecundum canones in ſingulis grauaminibus licitum eſt appellare, & probat iſte tex. aperte, ꝙ
4 quatuor temporibus in iudicialibus poteſt † appellari de iure canonico, ſcilicet ante lit. conteſt. poſt li. conteſt. & a ſententia diffinitiua, & poſt ipſius promulgationem, puta quãdo appellatur ab executore volente exequi ſententiã, quando excedit modum in exequendo, & de hoc vltimo plenè dixi in cap. quod ad conſultationem, ſupra de re iudi. Poteſt etiam appellari extra iudicium. ſecũdum canones ſupra eo. cum ſit. vnde poteſt colligi regula breuior, quod vbicunque
5 quis ſentit ſe grauari in iudicio, vel extra iudiciũ, poteſt † appellari ſecundum canones. de appellatione tamen extraiudiciali plene dicetur infra eod. bonæ Secunda regula eſt, quod ſecundum leges regulariter non appellatur ante ſentẽtiam, concordat l. ante ſententiæ. C. quorum app. non reci. & l. ij. ff. de app. non reci. & communis concluſio eſt, quod in duo-
6 bus caſibus poteſt † appellari ante ſententiam. ſecundum leges. Primus eſt, quando poſt ſententiam interloquutoriam non ſperatur ſequi diffinitiua, puta ſi iudex pronunciat ſe non eſſe competentem, nam a tali ſententia poteſt appellari. ſecundum leges, & hoc tenet gl. in auth. habita. C. ne filius pro pa. & Barto. in l. ij. ff. de app. reci. Idem ſi iudex abſoluat reum ab obſeruatione iudicij, vel pronunciat appellationem deſertam, quia poſt talem interloquutoriam non ſperatur ſequi alia diffinitiua, & iſtud tenet Barto. in d. l. ij. & in l. Titia. ff. de accu. & in l. intra vtile. ff. de minor. & in l. arbitro. ff. qui ſatiſda. cog. Secundus caſus eſt, quando grauamen non poteſt reparari per appellationem a diffinitiua. ſi enim

iudex

iudex pronunciat aliquem torquendum, a tali interloqutoria poteſt appellari etiam de iure ciuili, quia ſi ſequeretur tortura, non poſſet tale grauamen tolli per appellationem, quia non poſſet fieri, quando fuiſſet tortus. & de hoc eſt caſus in d l.ij.ff de app.reci. hinc dicitur, quod a maxillata non appellatur, vt dicit gl.in l.ſi quis prouocatione, C.eo & eadē ratione ſi iudex pronunciauit, aliquem eſſe capiendum, a tali pronunciatione poteſt appellari, ſecundum leges, quia eſt grauamen cohærens perſonæ, & reparari non poſſet poſt
7 grauamen illatum. Carcer † enim dicitur mala manſio, vt eſt tex cum glo in l.ſi hominem, ff.depoſiti. Bal.in l. ij.ij. col. C.de epiſcopali audient. & dicitur eſſe maior pœna ſtare in carcere, quā laborare in agro, vel in alio opere publico, vt dixit glo.in l.in ſeruorum, ff.de pœnis hinc dixit Bald. in l.ſi clericus C.de epiſcopali audi quod carcer eſt ſpecies tormētorum. ſed tu vide text.cum glo.in cle. de hæreti. vbi probatur, quod ponere aliquem in carcere, etiam ponendo ipſum in compedibus, vel manicis ferreis, non dicitur eſſe tormentum, ſed tradere duro, ſeu arcto carceri, qui magis videatur ad pœnam, quam ad cuſtodiam, dicitur eſſe tormentum, & idem ſentit ibi gl in verbo, tormentis. Sed ſalua dictum Bal. quod carcer dicitur tormentum largo modo, non autem ꝑprie loquen. Sed oī caſu eſt grauamen non reparabile, quia carceratus non poteſt non fuiſſe in carcere, & dicit Bald. in dicta l.ſi clericus, quod etiam ſi quis non appellat. ꝟ.x. dies a captura, tamen donec detinetur in carcere ſemper poteſt appellare, quia grauamen eſt ſucceſſiuum, nec currit tempus decem dierum ad appellandum, quia propter continuationem grauaminis ſemper dicitur eſſe ꝟ.decem dies, l.j.in fi. ff de vſufructu acc & de hoc plene dicetur ꝟ.eod ex parte tua. Item ſi iudex pronunciat ſe eſſe competentem, poteſt appellari etiam ſecundum leges, vt dicit Barto.in d.l.ij.quia compellit litigare coram ſe, & per hoc dicit Barto.quod quando opponitur aliqua exceptio declinatoria, quæ habet impedire proceſſum, ſi pronunciat, non eſſe procedendum obſtante ipſa exceptione poteſt appellari ſecundum leges, quia nō ſperatur ſuper illa inſtantia ſequi alia ſententia. ſed ſi pronūtiat eſſe procedendum, poteſt appellari eodem modo, quia ſi cōpetebat exceptio, quæ opponebatur, ſi iudex cogit me litigare tempore, quo non debeo, talis moleſtia non poteſt tolli per appellationem a diffinitiua, quia cōtinet grauamē conſiſtens in facto, quia cohæret perſonæ, & idem dicit in omni exceptione perēptoria quę opponitur ad proceſſum, vt eſt exceptio rei iudi.tranſactionis, iuriſiurandi, & ſimiliū, de quibus in c.j.de lit.conteſt.in vj.& idem dicit in exceptionibus obiectis contra libellum, quia ſi iudex pronunciat nō eſſe procedendum ſuper libello, obſtantibus exceptionibus obiectis, non ſperatur ſequi alia diffinitiua ſuper illa inſtantia, & ſi pronunciat eſſe procedendum ſuper libello, nō obſtātibus exceptionibus, eodem modo poteſt appellari, quia vexat excipientem litigando, quod grauamen nō poteſt tolli per appellationem a diffinitiua, & idem dicit Bar.in ſimilibus. Plus dicit Bar.in d.l.ij.circa fi. quod ſi iudex pronunciat, teſtem eſſe admittendum, qui nō deberet examinari, poteſt
8 † appellari etiam de iure ciuili: nam licet non faciat integrā probationem, vt quia ſit inimicus, vel minor 14 annis, vel alias inhabilis, tamē facit aliquod iudicium, l.j.§. impuberes, ff.ad Sillania & in l.qui vltimo.ff de pœnis & hoc articulo,
9 an † teſtis, qui non debet examinari, ſi fuerit examinatus, faciat indicium, vide Bar.in l.maritus.ff de quęſtionibus, & do. Abb.in c.j de confeſſis & Bal. in c.præſentiam, in viij.colum. de teſti.& dicit Bar.in d.l.ij.in fi.ff.de app.non reci.quod ideo eſt iuſta cauſa appellandi, ſi iudex pronunciat teſtem eſſe admittendum, qui nō debebat admitti, quia facit qualequale præiudicium, tam in cauſa principali, quā in cauſa appellationis. Eſt enim iuſta cauſa appellandi propter qualequale præiudicium vitandum, vt in l.a ſententia.C de app. & in c.cum ſuper.ſupra de re iud. Et ex hoc Bar infert vnam regu
10 lam valde not.quod † quando per appellationem a diffinitiua non poteſt perfecte reparari grauamen quin aliquod ꝑiudicium faciat, poteſt appellari a tali grauamine ante ſententiam, etiam de iure ciuili, & illud tene perpetuo menti, quia facit ad multa.& ex præmiſſis poteſt decidi, an, & quando liceat de iure ciuili appellare ante ſententiam dic tamen vt latius habetur per Bar.in d.l.2.& per Bal.in d.l.ſi clericus. C.de epiſcopali audi.& in d.l.ante ſententiæ. C. quorum ap. non reci.
11 Tertio nota ibi, & in probatione ſententiæ, quod † appellatio ſententiæ in dubio intelligitur de diffinitiua, & ratio eſt, quia ſententia interloqutoria proprie non eſt ſententia, vt dicit gl.no.in l.j.§.biduum, in verbo, late ff.quando ap.
12 ſit.& in ea.cum olim, in glo.fi.de teſti.vnde ī dubio † verba debent accipi in potiori ſignificato facit ca.i quem.infra de

ſent excommu. vbi appellatione excōicationis, intelligitur de maiori excommunicatione, & non de minori. vnde eodem modo appellatione ſententiæ debet intelligi de ſentētia diffinitiua.quæ eſt maior, quam interloquutoria, quia imponit finem liti l.j ff.de re iud. & quod no.gl.no.in cle. vnica. in verbo, diffinitiua de ſeque.poſſ.& fru.

Quarto nota in §.in cauſis, quod appellatio, & recuſatio iudicantur a pari, & quod ſublata appellatione cenſetur ſublata & recuſatio, ſed non eſt verū, quia dato, quod ſit ſubla-
13 ta † appellatio non cēſetur ſublata recuſatio, de hoc eſt tex. in ca.poſtremo.ꝟ.eodem, & in l.ſi.C.de ſen.& in l.j.C. ne liceat.prouo.vbi patet, quod licet poſt ſecundam appellationē non liceat in eadem cauſa tertio appellare, tamen licet iudicem recuſare. vnde glo.no.in c.ſi contra vnum.in gl fin.de offic.deleg.in vj dicit, quod iſtud, quod dicitur hic, intelligitur quo ad modum, ſcilicet vt ſicut nō admittitur fruſtratoria appellatio, ita non admittitur fruſtratoria recuſatio. In alijs autem eſt differentia inter appellationem, & recuſationem, & aſſignat plures differentias, de quibus infra dicam.

Quinto nota, quod tempus datum iudici ad cauſam finiēdam incipit currere a tēpore præſentationis reſcripti, & non ante, & per iſtum tex limitatur c.cam te. ſupra de reſcriptis, & in ca.ſi eo tempore, eo titu.in vj.quæ dicunt, quod inſpi-
14 ciendum eſt † tempus datæ, non autem tempus præſentationis reſcripti.nam illa iura loquuntur quo ad vim comprehenſiuam, hoc eſt quantum ad ea, quæ in reſcripto comprehenduntur, & etiam quo ad habilitatem, vel inhabilitatem impetrantis, vel iudicis impetrati, & per hoc dixit glo no.in c ſtatutum, in verbo, canonicis, in fi. de reſcriptis, in vj quod ſi tempore datæ literarum iudex literarum erat canonicus, & tempore præſentationis non, quod hoc non obſtante poterit in cauſa procedere, non autem econuerſo, puta ſi tempore datæ non erat canonicus, ſed tempore præſentationis reſcripti erat canonicus, quia ſpectandum eſt initium, id eſt tempus datæ, vt in c.j.& in ca. ſi eo tempore, de reſcript. in vj.& ſic quo ad inſpiciendam qualitatem, vel impetrantis, vel iudicis inſpiciendum eſt tempus datæ.idem quo ad inſpiciendam vim comprehenſiuam reſcripti, vt in c. ſi eo tempore, & d.c.cam te de reſcriptis. Quantum autem ad curſum temporis, vel inſtantiæ inſpiciendum eſt tempus præſentationis reſcripti, vt hic, ex quo impetrantes reſcripta poſſunt
15 ſumere notabilem † cautelam, vt quando eſt præfixum certum tempus in reſcripto ad cauſam expediendam, & cognoſcunt ſubeſſe aliquod impedimentum, & non poſſe in cauſa procedi: non enim tunc debent præſentare literas, cum ante præſentationem literarum non currat tempus, vt hic dicit, ideo caute faciunt expectare tempus aptum, in quo poſſit in cauſa procedi. datur etiam cautela, quod fiat inſtrumentum de die præſentationis literarum, vt ſic appareat, quo die incipiat currere tempus, & procedit iſte tex. quando in reſcripto apponitur tempus per dinumerationem dierum, menſis, vel anni, puta, quod cauſa debeat expediri ꝟ.30. dies, vel infra annum, ſicut ſi tempus eſſet denominatum ad certum diem, puta ſi mandaretur cauſa expediri ante Paſcha, vel ante Kalēdas Ianuarii, quia tunc non habet locum iſte tex. ſed incipiet tempus currere a tempore datæ literarum, & ſemper laberetur, etiam ſi nunquam reſcriptum præſentaretur, & ſibi imputare debet pars, quæ eſt negligens. Ita dicit hic Ioan. And.& Doct.

16 Vltimo nota, quod † delegatus ante præſentationem reſcripti, non habet iuriſdictionem, & hoc tenet Inno.in ca ex conqueſtione, de reſtit.ſpoliat.& Dom. de Ro deci.457.quæ incipit, circa tertium dubium. vbi plenè diſputant, & concludunt, quod nullus iudex delegatus, vel executor, ante præſentationem literarum, habet iuriſdictionem vel eius exer-
17 citium.& quod † proceſſus factus ante præſentationem eſt ipſo iure nullus, & idem dicit Bald.in l ſalſus.in vj colum.C. de fur.ibi, circa ſecūdum in uerbo, ſed pone. ubi etiam dicit idem eſt, ſi ſciret ſe delegatum, quia non valeret proceſſus ante præſentationem reſcripti, & idem tenet Ioan. Andr in c.cum plures de offi.del.in vj & Ioan. And.& Archid.in c.tibi qui de reſcriptis eodem lib. Et ex hoc infertur, quod Bald. non bene dixit, in l.nec quicquam.§ vbi decretum, ff.de offi. proconſul & leg.ubi dicit, quod ſi partes non opponerent, vel conſentirent, quod delegatus procederet ante præſentationem reſcripti, quod proceſſus valeret, quod non eſt uerū quia cum careat iuriſdictione ante præſentationem literarū conſenſus partium non poteſt validare proceſſum. Vnde cōclude, quod iuriſdictio non confertur iudici delegato ante ꝑſentationem reſcripti, & quod proceſſus etiam de conſenſu partium factus eſt nullus ipſo iure. Et eodem modo non au
18 fertur † iuriſdictio iudici delegato per ſecundum reſcriptū, niſi facta præſentatione ſecundi reſcripti etiam ſi in eo con-

tineatur

tineatur clauſula, quod debeat reuocari quicquid fuerit at-
tentatum a tempore datæ ſecundi reſcripti, nam ualebit ꝓ-
ceſſus, & ſententia lata vigore primi reſcripti lata ante præ-
ſentationem, ſeu exceptionem, & probationem ſecundarũ
literarum. tex. eſt notabilis, & menti tenendus, vt no. ca audi-
ta de reſti. ſpol. Et ex hoc poteſt colligi notabilis regula, iun-
19 cto iſto tex. & d. ca. audita, quod † iuriſdictio non datur, nec
auſertur iudici delegato ante præſentationem literarum, &
ita etiam concludit Bal. in l. j. C. ut lite pend. & idem dicunt
Dom. de Ro. in dec. præalleg. quæ omnia tene menti in glo.
j. no. iſtam gl. quod valet appellatio interpoſita a diffinitiua
ſententia, cauſa non expreſſa glo. ij. in c. cum in eccleſia, &
in c. cum cauſam. j. eo. ſed limita, niſi eſſemus in caſibus, in q̃
bus ius prohibet appellationem, ut dixi ſupra eo. ad noſtrã,
& dicam j. eod. conſuluit. ibi uide apoſtillam meam, in fi. In
glo. ij. aduerte, quia iſta glo. ſentit, quod in hoc æquiparetur
appellatio & recuſatio, vt ſicut non admittitur appellatio
ab interloquutoria, non expreſſa cauſa rationali, vt j. eo. vt
debitus. ita etiam non admittitur recuſatio, & ſic ſecũdum
gl. æquiparantur ſolum ad formalitatem, ut ſcilicet in utra-
que requiratur expreſſio cauſæ, non autem quo ad reliqua.
Idem dicit gl. fi. in d. ca. ſi contra vnum. de offi. deleg. in vj. &
20 ex hoc nota. quod recuſatio † magis aſſimilat̃ appellationi
ab interloquutoria, quã in appellationi a diffinitiua. quia in
appellatione a diffinitiua nõ requiritur expreſſio cauſæ, ſed
ſufficit dicere, appello, ut dixi in præcedenti glo. & Io. Andr.
hic ſuper iſta glo ſequitur iſtam gl. dicens, quod verba poſita
in tex. reſpiciunt modum & non caſus, nam modum reſpi-
ciunt, quia ſicut friuola appellatio repellitur, ſic & friuola
recuſatio, & ſicut probabilis appellatio admittitur, ſic & ꝓ-
babilis recuſatio declarat etiam Ioan. Andr. quare iſta ver-
ba poſita in tex. non reſpiciunt caſus, hoc eſt dicere, quod
tex. non debet intelligi. quod uelit dicere, quod vbi repelli-
tur appellatio, repellitur & recuſatio ab executore enim nõ
appellatur, qui tamen recuſatur. Item non appellatur a iudi
ce, niſi grauet, & tamen recuſari poteſt, etiam ſi non grauet.
21 Item quis poteſt † appellare a iudice in quem conſenſit, quẽ
tamen non poteſt recuſare, vt in c. Inſinuante, de offic. deleg.
22 iuncto c. cauſam, de iud. Item notorie † delinquens non po-
teſt appellare, & forte poteſt recuſare iudicem ſuſpectum, ut
no. in c. cum ſpeciali. j. eodem § j. ſed de hoc dicetur infra eo
dem, propoſuit. Item officialis poteſt recuſari coram epiſco
po, ad quem non poteſt ab officiali appellari, vt in c. non pu
tamus de conſue. in vj. tene tamen menti not. dictum Bart.
in l. a proconſulibus, C. eo. vbi dicit, quod ſi conceditur pri-
uilegium epiſcopo, vt a ſua ſententia non poſſit appellari,
poterit tamen appellari a ſententia ſui vicarij. & idem dicit
in ſtatuto diſponente, quod a Poteſtate, uel Capitaneo non
poſſit appellari, nam non obſtante tali ſtatuto poterit appel
23 lari a ſententia vicarii. & ratio eſt, quia † priuilegium cõceſ-
ſum perſonæ, perſonam cui conceſſum eſt priuilegium, non
egreditur, vt in cap. ſanè j. de priuile. & vij. q. j. petiſti & qua-
ſi omnes iſtos caſus, quos hic enumerat Ioan. And. ponit ẽt
gl. in d. c. ſi contra vnum. Nec obſtat illud, quod dicit Io. An.
ſuper tex. in verbo, tollatur. vbi dicit, quod ſiue tollatur ap-
pellatio per ius commune exemplum ſ. eodem c. 3. & c. cũ
ſit Romana. in fi. ſiue per ſpẽale reſcriptum, ut in c. j. de reſcri-
ptis, & in c. ſuper queſtionum. de offi. del. eodem modo intel
ligitur ſublata recuſatio, nam Ioan. Andr. dicit intelligi re-
ſpectu modi proponendi, vt ſine expreſſione cauſæ non li-
ceat appellare, vel recuſare nam ita ſe declarat Io. An. hic ſu
per iſta glo. vt ſupra dixi, & idem dicit glo. in d. cap. ſi contra
vnum. Dom. autem Abb. dicit iſtum tex. procedere ſecundũ
iura antiqua, ſecundum quæ licebat appellare indiſtincte.
vnde omnis appellatio, quæ non erat manifeſte friuola deſe
rebat cauſam ad ſuperiorem, ut in c. Romana. ij. quæſt. vj. &
not. j. eod. vt debitus vnde remotio appellationis facta per
ius commune, vel per reſcriptum, operabatur reſpectu ap-
pellationis, quæ non interponebatur expreſſa iuſta cauſa, &
hoc tempore remota appellatione cenſebatur remota recu
ſatio, vt hic. hodie autem dicit iſtum textum non procede-
24 re, quia remotio † appellationis tollit omnem appellatio-
nem, quæ interponitur ex cauſa, quæ in iure non reperitur
ſpecifice permiſſa. ut no. infra eo. paſtoralis. in prin. vnde du-
rum eſſet dicere. quod per remotionem appellationis non
poſſet quis recuſare iudicem ex iuſta cauſa, licet in iure non
ſit expreſſa, non enim eſt præſumendum Principem voluiſ-
ſe iſtum contra quem concedit reſcriptum litigare coram
iudice ſuſpecto, arg. c. cum inter, ſupra de exce. immo eſt du-
bium, an Princeps poſſit tollere exceptionem recuſationis,
de quo remittit ad c. ad hæc, de reſcrip. & ad d. c. inter. ſed tu
dic, quod eſt tex. expreſſus j. eodem, poſtremo. vbi patet, ꝙ
quamuis in reſcripto ſit clauſula, appellatione remota, nihi-
lominus poteſt recuſari ex iuſta cauſa. Dicit tamen Do-
min. Abb. quod de iure ciuili non eſt opus exprimere cau-
ſam recuſationis, ut in l. apertiſſimi. & in l. cum ſpeciali C. de
iudic. ſicut non licet ſine cauſa appellare, ita nec recuſare.
ſed contra iſtud vltimum, quod dicit do. Abb. uidetur tex.
in l. fi. C. de ſent. quæ loquitur de iudice delegato. & tamen re
25 mota appellatione non cenſet̃ remota recuſatio, quia † ſepa
ratorum ſeparata eſt ratio l. ſi maritus. C. de dona. inter vi. &
vxo. & in l. ſi domus. ff. de ſerui. vrb. prædi. & hoc firmat Bal.
& Ang. in d. l. fi. in fi. licet gl. ibi videatur ſentire contrarium,
& non bene, ſed glo. in l. 3. § i. ff. a quibus ap. non licet, tenet
contrarium, & bene ſ. quod remota appellatione per re-
ſcriptum, non intelligatur remota recuſatio, & Bar. ibi in fi.
dicit, quod illa glo. eſt verior, quia ad remotionem vnius iu-
ris non ſequitur remotio alterius, vt in l. ſi domus. ff. de ſerui.
vrba. præd. idem probatur in l. vna. C. ne lice. ter. prouoc. ubi
patet, quod in eadem cauſa non licet, tertio appellare, & ta-
men poſt ſecundam appellationem licitum eſt iudicem re-
cuſare, & ſic vbi ſecundum ius ciuile remota eſt tertia appel
pellatio, non tamen recuſatio, niſi intelligas, quod quando
remota eſt appellatio de iure ciuili requiratur recuſatio ex-
preſſa iuſta cauſa, & hoc modo poſſet ſaluari opi. do. Abb.
ſed hoc eſt diuinare, & nimium reſtringerẽtur illa iura. Bart.
vero in d. l. 3. § j. in fi. ff. a quibus app. non licet. ſentit, quod de
iure ciuili remota appellatione per reſcriptum intelligatur
remota recuſatio friuola, & ita intelligit iſtum tex. cum glo.
Et ex hoc poteſt inferri, quod de iure ciuili recuſans iudicẽ,
non teneatur exprimere cauſam, & quod remota appella-
tione poſſit iudex recuſari ſine cauſæ expreſſione, dum ta-
men non præſumatur recuſatio eſſe friuola, & iſta ſit con-
cluſio in iſto articulo. ¶ In glo. fi. in fi. dum allegat in contra
rium l. continuus. & l. i. § qui præſens. ff. de verborum obliga.
vbi patet, quod poſt interrogationẽ ſtipulatoris, ſequi debet
26 † reſponſio promiſſoris incontinenti, ſcilicet antequam di-
uertatur ad actus extraneos ita videtur in propoſito dicen-
dum, quod incontinenti poſt præſentationem literarum de
beat tempus in continenti currere, & non expectari aliud
tempus. Sed tu dic, quod illę leges non loquuntur in præfi-
xione termini, ſed loquuntur de forma ſtipulationis quæ de
bet inter partes celebrari antequam diuertat ad extraneos
27 actus, ſicut etiam dicitur de † teſtamento, quod debet perfi-
ci & conſummari antequã diuertat ad extraneos actus, vt in
l. hac conſultiſſima. C. de teſta. vnde hoc contrarium non ob
ſtat opi. gl. quia nos loquimur, quando tempus præfigitur
cauſa dilationis, vt infra tempus aliquid fiat, & Vinc. Goffr.
Ph. & Hoſt. ſequuntur opi. glo. ſed Guil. Naſo tenet contra-
rium, qui dicit diem receptionis, ſeu præſentationis compu
tari in termino, & dicit, quod hoc probat iſte text. in verbo,
ex tũc, quod denotat extremitatem temporis, ut in l. 4. ff. de
condi. & demonſtra. & quod alias ſequeretur, quod reuoca-
ta iuriſdictione per ſuperiorem iudex reuocatus poſſit pro-
cedere ea die, quia non computaretur dies reuocatæ iuriſdi
ctionis ergo nec finiendæ. & Ioan. And. dicit opi. n. Guil. eſſe
28 veriorem, quia † tempus regulariter computatur a momẽ-
to ad momentum, vbi aliud in iure non exprimitur, & dicit
quod hoc ſoluit contraria, de quibus in gl. & ſimilia quia in
29 eis ſpecifice cauetur, quod † dies termini non computetur
in termino, & allegat no. in c. frequens. de reſtit. ſpo. in vj. ibi
Archi. tenet, quod in dubio dies terminũ computatur in ter
mino & dom. Abb. dicit, quod moderniores communiter
ſequuntur opi. Io. And. & quod hãc opi. etiam tenuit gl. no.
in rubrica ff. de diuer. & tempo. præſcrip. quę dicit, quod om
nia tempora præſcriptionum regulariter ſunt continua, &
quod currunt de momento ad momentum. niſi aliud in iu
re caueatur Ipſe autem do. Abb. diſtinguit, ut habeatur ma-
gis ſpecifica reſponſio ad contraria dicens, quod quandoq;
terminus præfigitur ad certum actum cum numero dierum
30 ſeu annorum, uel menſium cum dictione † a, vel ab, & tũc
illa dies non computatur in termino, quia hæc dictio de na
tura ſua excludit diem, cui ſpecifice apponitur. exemplum,
ſi dicatur, facias hoc j. quindecim dies a die præſentationis,
tiam dies præſentationis non computatur in termino, & de
hoc allegat bo. glo. in c. ſtatutum in verbo, numerandam j.
de praben. & in clem. ſicut, in verbo, a die. in princ. eodem
titulo. Quãdoq; vero ſtatuitur terminus cum determinatio
ne temporis ſine litera a, vel ab, vel ſimili, & tunc dicit do.
Abb. quod tempus currit de momento ad momentum. po-
nit exemplum, quia iura præfigunt terminum decem dierũ
ad appellandum a tempore ſententiæ, nam tempus currit
de momento ad momentum, ut in c. quod ad conſultatio-
nem, de re iud.

Sed aduerte, quia dom. Abb. non aduertit, quia etiam in
hoc exemplo ponitur dictio a. vnde dic melius, quod dictio

a, uel

a, vel ab, denotat ſeparationem immediatum ab eo, cui adiungitur, vt in l. ratio §. fin. ff. de act emp & in l. a caligato. C. de nupt & quod ibi no. Vnde ſi aſſignatur terminus x. dierũ a tempore ſententiæ incontinenti lata ſententia incipit terminus currere, quia ſeparat prolationem ſententiæ a termino x. dierum. Item ſi dicatur a die ſententiæ teneatur appellans comparere coram iudice ad quem ſit ſeparatio ab ipſo die, & ſic dies non computatur, & ſic dictio a. ſeparat illud cui adiungitur a termino, & ſi adiungitur actui ſeparat actũ a termino, & ſi adiũgitur diei ſeparat diem a termino, & immediate finito actu ſi adiungitur actus, vel finito die, ſi adiũgitur diei incipit terminus currere, & ad hoc allego theoricam Io. And. in addi. Spe. in ti. de dila. § j. verſ. ſed pone, quod
31 in cauſa vbi dicit, quod ſi † ſtatutum dicit, quod a tempore litis cõteſtatæ ĩ x dies teneatur pars producere teſtes, quod currat terminus immediate facta lite conteſta de momento ad momentum. & ſic in termino computatur dies in qua eſt facta litis conteſtatio. Aut dicit, quod a die lit conteſta. infra x dies teneatur producere teſtes, & tunc dies litis conteſtatæ, non computabitur in termino per præmiſſa. ita concludit Io. And. in loco præalleg. & ratio eſt, quam ſupra dixi. Sed aduerte inquantum Io. Andr. hic, & dom. Abb. tenentur, quod in dubio dies termini computetur in termino, quando aſſignatur terminus per numerum dierum, vel menſium, vel annorum, quia Iac. But. & Bar. tenent contrarium in l. j. ff. ſi quis cau vbi dicũt, quod aut iudex dicit do tibi terminum trium dierum, & non computatur in termino dies termini dati, quia intelligitur de proximis diebus, vt in l. eũ qui Kalendis. ff. de verbo. oblig. Aut dicit do tibi terminum hinc ad tres dies, & tunc debet tempus cõputari de momento ad momentum, vt in l. 3. § minorem. ff. de minor. & in l. j. § dies. ff quando app ſit. Et in hoc vltimo, ſcilicet quod quã
32 do ponitur † dictio hinc, tempus currat de momento ad momentum, tenuit Ioan. And. in addi. Spe. in titu de dila § j ver. ſed pone iudex, vbi dicit, quod ſi iudex aſſignat alicui terminum hinc ad x. dies, ꝙ currit terminus de momento ad momentum, & ſic etiam dies aſſignationis termini computatur in termino, & idem Ioan. de Hyſer & D. Do. in c. frequẽs. in gl. in verbo. proponitur de reſtitu ſpol. in vj. & opi. Bar. ſcilicet quod quando aſſignatur terminus per numerum dierum, vel ebdomadarum, vel mẽſium, vel annorum non cõputetur prima dies in termino, ſequitur hic Bal. idem tenet Ange. & Pau de Caſtro, in d. l. j. ff. ſi quis cau Sed Cy. ibi tenet contrarium, & ſequitur opi. Io. An. ſcilicet quod computetur prima dies, & ſic quod tempus currat de momento ad momentum, idem ſequitur ibi Raph. Fulgoſius, & idem etiã tenuit Spec. eodem titu c. reſtat, ver ſed nunquid dies, & eandem opi ſequitur Bal in l eos § ſin autem. C. eo. & in l. ſi quãdo, in 5. q. C. de teſti. idem tenet Archi. in c frequens de reſti. ſpol. & Pau ibi & aliqui moderni dicunt, quod illa opin. eſt verior de iure per l eos. § ſin autem, coniuncta l. j § biduum. ff. quando app. ſit. Sed ſalua eorum reuerentia, illa l. nihil facit. ibi enim dicitur, quod appellans nomine proprie, debet appellare eodem die, vel ſequenti nomine proprio debet interponere appellationem eodem die, vel altero, & ſi appellat nomine alieno debet tertio ſic prouocare. ſatis enim patet ex illo tex dũ dicit, quod appellans nomine proprio debet appellare eodem die, vel ſequenti. & appellans nomine alieno debet appellare tertio die, quod dies latæ ſentẽtiæ cõputatur, quia text. hoc exprimit. dum dicit, eodẽ die, &c. Sed quæſtio Bart. procedit, quando aſſignatur terminus ſimpliciter per numerum dierum, vel ebdomadarum, vel menſiũ, vel annorum. vnde ille text. non facit ad propoſitum. Sed l. j. § biduum. ff. quando ap. ſit. loquitur, quando aſſignatur terminus per dictionem ex. ibi enim dicitur, quod biduum vel triduum computatur ex die latæ ſententiæ, & pro opi Bart. bene facit tex. in l. j. ff. ſi quia caui nam reus tenebatur ſiſtere, ſeu cõparere in iudicio ex promiſſione ſua, ĩ certos dies, ſeu infra certum terminum, & ibi dicitur, quod debẽt in ſin
33 gulos dies numerare viginti miliaria non computato † die in qua eſt facta promiſſio de ſiſtendo, & ita etiam intellexit glo. illum textum in d. c frequens, in verbo proponitur, & 4. quæſt. 5. quiſquis. in verbo, occurrerit, & hæc opi Bar. ſeruatur de conſuetudine iudiciorum, ut fatetur Pau in d. ca. frequens, & Ioannes de Hyſernia ibi, & d. Dom ſuper gl. præalleg. dicunt, quod quandoque conſtat de mente diſponentia, quod velit, vel nolit diem tertium computari, & tunc ſeruãda eſt mens, & de hoc eſt caſus in d. c. frequens & in c. pia, de excep. in vj. Aut non conſtat de mente, & tunc dicunt, quod ſi ſtatuitur terminus ſimpliciter x. dierum. quod non computatur dies aſſignationis termini in ipſo termino, quia intelligitur de proximis, vt d. l. eum qui Kalẽdis. ff. de verb. obl. & iſtam etiam opi. ſequutus fuit Angelus, & Ioannes de Hyſernia. in l. Gallus. in prin. ff de liberis & poſthumis, vnde ab iſta opinione non eſt recedendum in iudicando, & in puncto iuris eſt uera. & quia ſupra dixi, quod l. j. § biduum ff quando app. ſit loquitur, quando ponitur dictio ex, quia tantum eſt dicere, ex die ſententiæ, quantum a tempore ſententiæ, quia vtroque caſu currit tempus de momento ad momentũ hoc tenet Bar. in l. pater. § ſexaginta. ff. de adult per illum tex. ubi dicit, quod tãtum eſt dicere currant ſexaginta dies ex die diuortii, vel a diuortio, quia vtroque caſu currit tempus de momento ad momentum, allegat Bar l. j. § biduum, & §. ſequẽ. ff. quando app. ſit quod dicit eſſe menti tenendum. Sed Bal. tenet contrarium, in d l j. ff. ſi quis cau. & in l fi. C. de iure do. impe. & quidam moder. hoc ſequuntur dicentes, quod opi. Bal. etiam tenet Alb. de Roſa in ſuo dictionario, ſuper dictione, ex, & allegant gl. in c. quiſquis. in verbo, ex ea die 4 q 5 allegant etiam tex. in l. fi. C. de temp in integrum reſtit pe & in l. j. § annum. ff. de itin. actuque priu Sed tu tene opi. Bar. tanquam veriorem, quia probatur in d. l pater. § ſexaginta, iuncta l. mariti § præterea ff eod titu. ibi enim dicitur, quod ſexaginta dies dantur ex die diuortij marito ad accuſandum vxorem iure mariti. Sed in d § ſexaginta dicitur, quod 60. dies numerantur a diuortio, & ſic coniũgẽdo illos tex. patet
34 quod † paria ſunt dicere, ex die diuortii, vel a diuortio, & ſic utroque caſu computatur tempus de momento ad momentum. idem probatur in l. j § biduum iuncto § dies ff quando app. ſit, nam in § biduum, dicitur, quod biduum, uel triduum ad appellationem interponendam computatur ex die latæ ſententiæ. ſed in § dies, dicitur, quod currit de momento ad momentum. Nec obſtat glo. in d. cap. quiſquis, in verbo, ex ea die, quia potius facit pro opin Bar. dicit enim, quod tẽpus currit a die ſententiæ, & allegat § biduum, ſupra allegatum. in quo patet, quod currit de momẽto ad momẽtum, & illũ tex. in quo ſecundum verum intellectum, patet quod terminus currit de momento ad momentum propter dictionem ex tunc, poſitam in tex. Non obſtat l. fi. C. de temp in integ. reſtitu pet. quia ſalua reuerentia allegantium, illa l. probat opi. Bar. ibi enim dicitur, quod ex die ex quo vtilis annus currebat, ſcilicet ex die 26. anni pro vtili anno quadriennium. no. illa verba ex die 26. anni, quia ille dies computatur in termino quadriennii, quod datur minori ad petendum reſtitutionem in integrum, quia ſtatim perfecto 25. anno incipit currere quadriennium, vt ibi dicitur vnde ibi manifeſte probatur, quod ſi datur terminus ex die quod ille dies computatur in termino. Non obſtat l. j § annum ff de iti. actuque priua quia ibi in principio illius legis dicitur, quod ſi aliquis fuerit vſus illo anno itinere non vi, nec clam, nec precario, nõ debet impediri in poſſeſſione itineris. Sed in eadem l. in d §. annum. dicitur, quod annus computatur retro ex die interdicti. Hæc glo. exponit. l. ex die litis conteſtatæ ſuper illo itinere actuque priuato, vnde intelligi dẽt ille tex per præmiſſa quod dies in quo eſt facta litis conteſtatio computetur in anno Ita quod ſufficit, quod in illo momento temporis, qđ præcedit litis conteſtationem annus erit perfectus. & ſic debet intelligi, quod currat de momento ad momentum per præmiſſa vnde ego puto opi Bar eſſe veriorem, quicquid di-
35 cant iſti moderni. Quid autem ſi † aſſignetur terminus, vt quis tale quid faciat ĩ menſem, vel ante x dies, an ſufficiat facere in vltima die mẽſis, vel in vltimo die termini dic, ꝙ ſic. de hoc eſt tex. in l j §. quod diximus ff de ſuc. edic. & de hoc vide bo gl. in c. frequens in verbo, proponitur, de reſtitu. ſpolia in vi. & in quæſtio 6 anteriorum, & idem dicit Spec in ti. de app § reſtat ver ſed nunquid dies, & ver. præced ubi dicit, quod ſi aliquid debet fieri infra decem dies, uel ante x dies ſufficit, quod fiat ultima die termini. Idem dicit Cy. in l. j. ff. ſi quis cau. in addi.

Quid autem ſi aliquis promittit aliquid facere vſque ad x. dies nũquid ſufficiat illud fieri ultima die termini, & ſic, an
36 dictio † vſque, ſtet excluſiue. an incluſiue. vide per Bart. l. patronus. § j. ff. de leg 3. ubi Bar. late examinat, an dictio vſque ſtet incluſiue, vel excluſiue, & ut reportes clarius præmiſſa diſcurre per caſus.

Et primus eſt, quando apponitur dictio ſignificans extremitatem temporis, ut dictio. ex tunc, & tunc terminus currit de momento ad momentum ut hic idem ſi dicatur hinc ad
37 x. dies, quia dictio, † hinc etiã ſignificat extremitatẽ temporis, vt dicit Iac. But. & Bar. in d l j. ff. ſi quis cau & Ioan An. in titu de dilar. §. j ver. ſed pone iudex, & Io. de Imo. & D. Do. in d c. frequens, ſuper gl. in verbo, proponitur, de reſtitu ſpol in ſexto.

38 Secundus caſus eſt, quando apponitur dictio † a. uel ab, & tunc ſi apponitur actui, puta a tempore ſententiæ, vel a tempore litis conteſtatæ, & tunc expedito actu incipit tempus currere de momento ad momentum, ſed ſi apponitur

diei

diei, puta a die litis conteſtatæ, & tunc illa dies in qua eſt facta litis conteſtatio, non computatur, quia ſeparatur a termino & ita diſtinguit Ioan. And in Specu. in titu de dila § i. ver. Sed pone, quod in cauſa, & dom. Abb hic, & Io. de Imo. & D. Do. in d. c. frequens, ſuper gl. in verbo proponitur. Et ex hoc ſequitur, quod ſi iudex aſſignaret terminũ per hæc verba, aſſigno tibi terminum ab actore vſque ad x. dies quod ſinita hora ſtatim inciperet currere terminus, & ſic computabitur dies termini, & hoc tenet But. & Ioan. de Imo. in cle. ſicut: & Bal. hic.

39 Tertius caſus eſt, quando aſſignatur terminus per † dictionem ex, puta, ex hac die vſque ad x. dies compareas coram nobis, & in hoc caſu Bar. in l. pater § iuxta. ff. de adult. tenet, quod dies termini computetur in termino, & ſic, quod tempus currit de momento ad momentum, & illam opi. credo eſſe veriorem per ea quæ dixi ſupra, licet Bal. in l. j. ff. ſi quis caut. & in l. fin. C. de iure do. impe. & Alber. de Roſa. de in ſuo dictionario, ſuper dictione ex. & quidam moderni legiſtæ teneant contrarium.

40 Quartus caſus eſt, quando † terminus aſſignatur per numerum dierum, vel ebdomadarum, vel menſium, vel annorum, & hoc caſu dies termini non computatur in termino. hoc tenet Iaco. Butr. & Barto. in d. l. j. ff. ſi quis cau. & Ang. & Pau. de Caſt. ibi & eſt de mente iſtius gl. & glo. in ca. quiſquis, in verbo, occurrerit 4. quæſt. 5. & in d. c. frequens. in verbo proponitur, de reſtit. ſpol. in 6. & idem ſentiunt hic Vinc. Goffr. Phy. & Hoſt. licet Ioan. And. & dom. Abb. & alii Doct. videantur ſentire contrarium. Sed præcedens opi. ſeruatur de conſuetudine iudiciorum, vt dicit Pau. in d. c. frequens, & iſtam opin. Bar. vt ſupra dixi ſequitur Ioan. de Imo. & D. Do. in d. c. frequens, & idem dicit Io. de Imo. in clem. ſicut, eodem ti. Idem dicit Ang. & Io. de Imo. in l. Gallus, ff. de lib. & poſthu. Et ideo concludendum eſt, quando aſſignatur terminus per numerum dierum, vel ebdomadarum, vel menſium, vel annorum quod dies termini non computetur in termino.

Quintus caſus eſt, quando ſumus in dubio, vt quia nõ apparet per quæ verba fuerit ſtatutus terminus, & hoc caſu Io.
41 And. hic dicit, quod in dubio † currit terminus de momẽto ad momentum, & ſic quod dies termini non computetur in termino, & hoc ſequitur hic dom. Abb. & idem dicit Archi. in d. c. frequens de reſti. ſpol. in vj. ſed Ioan. de Imo & D. Do. in c. pia. § ſi igitur, ad ſi. ſuper gl. in verbo computatio. de excep. in vj. dicunt, quod Iac. But. & Barto. in d. l. j. ff. ſi quis cau. ſentiunt contrarium ſcilicet quod dies termini non cõputatur in termino, & ita opi. cõmuniter tenetur, & ipſam tenet hic gl. & 4. quæſtio 5. in c. quiſquis, in verbo, occurrerit, & in d. c. frequens in verbo, proponitur, & Vin. & Goff. & Phy. & Hoſtien. hic, & hæc opi. ſeruatur de conſuetudine iudiciorum, vt dicit Pau. vbi ſupra, ſed Ioan. de Imo & Do. Dom. in loco præalleg. concordant, quod aut datur dilatio ſuper eo, quod eſt leuis, vel modici præiudicii, & tunc procedit opin. Archid. Barto. & aliorum, qui ſentiunt, quod in dubio dies termini non computetur in termino. Bal. autẽ hic indiſtincte tenet, quod quando ſimpliciter diſponitur, fieri debeat computatio de momento ad momentum ut in l. 3. § minoremn. ff. de mino. quia eſt † computatio naturalis, ſecundum
42 curſum naturæ, ſecundum quam nihil eſt defectiuum, uel ſuperfluum. dicit tamen, quod hoc procedit in termino naturali, ſecus quando ſumus in termino artificiali, puta quando dies ſunt utiles, puta dicit lex, quod centum dies utiles dantur ad petẽdam bonorum poſſeſſionem, nam in iſto vtili tempore non computatur dies mortis teſtatoris ſed bene ultima dies quæ eſt in fine termini, hoc eſt dies cẽteſima ut probatur in l. 1. § quod diximus. ff. de ſucc. edic. & hoc dicit eſſe verum niſi ex verbis aliter appareat, quia ſtandum eſſet ſenſui qui colligitur ex verbis, & no. bene illa verba Bal. quod vbi tempus termini eſt utile, dies termini non computatur in termino, niſi aliter appareat de mente diſponentis.

Sextus caſus eſt, vtrum ſi præfigatur terminus ad aliquid dandum vel faciendum ante menſem ĩ menſem, vel ante x. dies. vel infra decem dies, an ſufficiat facere vltima die termini ſ. decimo die, vel ultimo die menſis? & dicendũ eſt, quod ſic, vt dicit gl. in d. c. frequens, in verbo proponitur, & 11. quæſt. vj. anteriorum, & Spe. eodem tit. § reſtat, verſ. ſed nũquid dies. & ver. præcedenti, & Cy. in addi. in l. j. ff. ſi quis cau. ſin autem aſſignatur terminus per dictionem vſque puta cõpareas vſque ad menſem vel vſque ad x. dies, de hoc vide per Bar. in l. patronus § 1. ff. de leg. ii. & in Spe. in tit. de citatione. § viſo, ad fin. & de iſto articulo, an dies termini computetur in termino vide Pau. & ſcribentes quos ego ſupra non retuli in cle. ſicut. eodem titulo, & Spec. eodem titulo. § reſtat, in d. ver. ſed nunquid dies, & Bald. in l. à caſigato C. de nupt. & plenius per eum in l. eos. § ſi autem. C. eo. titu. & in l. ſi quando, in 5. quæſtione. C. de teſt. & in l. fi. in 3. colum. C. de temp. app. & in l. i. ca. in penult. colum. C. qui accu. non poſ. & per Ang. & Ioan. de Imo. in l. ſi ex duobus, in princ. ff. de duob. reis & in l. Gallus in prin. ff. de lib. & poſthu. & per Ang. in l. vt perfectius C. de anna. exce. & in dictis locis etiam inuenies quid
43 in dilationibus legalibus, ſcilicet an in eis dies † termini cõputetur in termino, de quo etiam per Bal. in l. j. ff. ſi quis cau. & in ca. cum in cunctis, in verbo exegerit, ſupra de elec. vbi etiam Doct. tangunt Extra gl. quæro pro declaratione verſi.
44 ſi autem, qui eſt ver. finalis huius cap. Quid ſi iudex † delegatus, fuit excommunicatus poſt datam reſcripti, & antequã eſſet abſolutus ab excõmunicat. fuit præſentatum ſibi reſcriptum, vtrum tunc incipiat currere tempus a die præſentationis literarum. Hoſt. dicit quod non, quia nec partes neque iudex poſſunt illo tempore procedere, vt in c. ad probandum, ſupra titu. proximo, vnde non debet currere tempus, de reſcript. pleruunque, & ff. ad Tertullia. l. ij § conteſſum. in contrarium facit l. ſed ſi per prætorem, ff. ex quibus cau. ma. vbi patet quod impedimentum iudicis non impedit curſum temporis, licet detur reſtitutio de quo dictum fuit ſupra eo. ex ratione. ſed pro primo dicto facit, quia iſtud eſt impedimentum iuris, quod habet impedire curſum temporis, vt in c. quia diuerſitatem, de concell. præben. in l. 1. C. de anna. excep. Et iſtud dictum Hoſt. ſcilicet, quod tempus interim non currat, communiter ſequuntur Doct. vt dicit hic dom.
45 Abb. Ex quo nota, quod † impedimẽtum ſuperueniens ex poſt facto, ipſo iure impedit curſum temporis, & per conſequẽs impedit ipſo iure curſum præſcriptionis, & de hoc eſt caſus in l. fi. § donec. C. de iure delib. quicquid dixerit Bar. in l. ſenatus ff. de offi. præſi. & iſtum paſſum plene examinaui in c. cum non liceat, ſupra de præſcrip. in illo articulo, an curratur præſcriptio impedimento iuris, cui adde illud dictum Hoſt. quod communiter ſequuntur Doct. nam Ho. & Doc. illud approbant hic. Secundo quæro, pone, quod delegans præfixit certum terminum breuiorẽ termino iuris, ſcilicet
46 triennio, nunquid teneatur † delegatus ſeruare ius commune in dilationibus concedendis? & Inno. hic multum inſtat & in effectu concludit, quod aut ad petitionem vtriuſque partis fuit appoſitus talis terminus, aut ad petitionem alterius: autem in primo caſu dicit, quod iudex debet abbreuiare dilationes, ita vt poſſit in termino ſibi præfixo cauſam decidere, talis enim terminus eſt reputandus peremptorius & habetur pro concluſione in cauſa, nam adueniẽte termino iudex ad petitionem alterius debet ferre ſententiam, quantumcunque altera pars contradicat, & petat terminum ad probandum de iure ſuo & appellet, quia terminus ſibi denegatur, quia hoc ipſo, quod conſenſit ab initio in ipſum terminum, talis terminus eſt reputandus ſibi peremptorius, niſi forte nouum, & inexcogitatum impedimentum interuenerit, propter quod probationes ſuas nequiuerit inducere; tunc enim, vel iure communi, vel beneficio reſtitutionis in integrum eſt ſubueniendum eſt, ſicut fit in termino iuris cõmunis, vt no. ſupra eo. c. ex ratione. ſed dom. Abb. dicit, quod Inno. eſt intelligendus, quando iudex vult reſtituere in integrum ad recipiendum probationes, ita quod dilatio, quæ conceditur ad probandum non excedat terminum præfixũ ad cauſam expediendam, quia vltra terminum præfixum nõ poteſt dare dilationes. nec in cauſa procedere, niſi partes cõſentiant, vt in c. de cauſis, de offi. del. & hoc ſoluit Innoc. in alia gl. & bene. vnde dicit, quod ſi inſtat finis termini, & cauſa nondum eſt liquida propter probabile impedimentum partis, quod iudex non poteſt ferre ſententiam, quia graue eſt in re dubia certam ferre ſententiam xi. quæſt. 3. graue. vnde dicit, quod oportet, quod aut de conſenſu partium fiat prorogatio ad certum tempus, iuxta dictum c. de cauſis. aut cauſam remittat indeciſam ad ſuperiorem, & remittit ad nota. in d. c. de cauſis.

In ſecundo autem caſu, ſcilicet quando ad petitionem alterius partis tantũ fuit præfixus terminus ad cauſam expediẽdam, dicit ſum, quod ad petitionẽ eiuſdem non debet differri ſententia ultra tempus ſtatutum, quia ſic videtur conſenſiſſe, ſed alteri parti non præiudicat quin debeat habere moderatas dilationes ad probandũ de iure ſuo. dicit tamen, quod iudex debet, & cogitur minuere dilationes iuris, quia in hoc delegans videtur feciſſe gratiam impetranti. pro hoc facit, ſecundum Hoſt. quia ſi mandatur ſententia ferri intra vj. vel viij. menſes, non poſſunt dari tot, & tantæ dilationes quot & quantę dari poſſent, ſi inſtantia poſſet durare ſaltẽ vſque ad tempus in iure ciuili, ſcilicet triennium, & ſic debet tunc iudex dilationes reſtringere hanc dicit lex, quod nemo
47 poteſt inuito iudice † cauſam protelare, ut in l. properandũ. C. de iud. & alia lex dicit, quod ſemper materia dilationum eſt amputanda. C. de temp. ap. l. ij. in prin. Dicit tamen Inno.

quod

quod cauendum eſt iudici, ne ſic diminuat dilationes, quod omnino ius partis pereat. quæ infra tam breuem dilationē, de iure ſuo probare non poſſet. Sed vide optimum text. in
48 cle. ſæpe. de verborum ſignific. vbi tex. dicit, quod † iudex in cauſis ſummariis debet amputare dilationes, & facere litē breuiorem quantum poteſt. Non ſic tamen, quin probationes neceſſariæ, & defenſiones legitimæ non admittantur. eſt ergo de mente Inno. quod pars quæ non conſenſit in terminum debet habere vlteriores dilationes, quā ille qui impetrauit delegatum, & qui in terminum conſenſit, fatetur tamen, quod dilationes datæ reo proderunt etiam actori, vt infra eadem, de iure ſuo docere poſſit, vt in l. petendæ. C. de in integrum reſtitu. pe. nunquam tamen ſecundum Innoc. vltra terminū iudex procedet, nec dabit dilationes, niſi hoc processerit de conſenſu partium, & de hoc dixi in caſu præcedenti, & iſta verba Inno. ſunt multum ſingularia. Ex quib. fac tres concluſiones.

49 Prima eſt, quod † terminus præfixus iudici delegato habet vim peremptorii, & concluſionis in cauſa quo ad utrāque partem ſi eſt præfixus de conſenſu vtriuſque partis, vel quo ad faciendum terminum præfigi ſi ad petitionem alterius partis tantum eſt præfixus, & iſtud eſt magni effectus, quia adueniente termino, & neutra parte probante de iure ſuo debet ferre ſententiam, & abſoluere reum a petitione actoris, non autem dimittere cauſam indeciſam, & hoc facit ad compromiſſa, quia ſæpe fit compromiſſum, & apponitur terminus infra quem arbiter debeat cauſam expedire, & partes poſtea nihil probant, nam tenetur ipſe arbiter adueniente termino ferre ſententiam, & abſoluere reum ab impetitione actoris etiam ſi nullus terminus ad probandum ſit ſtatutus per ipſum arbitrum, quia terminus præfixus ad cauſam expediendam habet pro termino peremptorio ad probandum, & pro concluſione in cauſa, vt dicit hic notabiliter Inno. cum quo omnes Doc. tranſeunt, & iſtud tenuit etiam Bar. in l. ſi de meis. § fi. in fi. ff. de arbi. vbi Bart. ſpecifice loquitur de termino appoſito in compromiſſo ad cauſam expediendam, & iſtud plene examinaui in capit. fi. ſupra de iureiurando.

50 Secunda concluſio: pars, quæ conſenſit † termino non auditur volens admitti ad probandum vltra terminum, & iudex debet ferre ſententiam etiam ſi appellet ne procedat ad ſententiam, quia de iure ſuo non probabit: talis enim appellatio non valet, ex quo termino conſenſit.

51 Tertia concluſio, vbi nouum & incogitatum † impedimentum ſuperuenit excuſatur pars, quæ conſenſit termino, & ei ſubueniendum eſt, vel de iure communi, vel per viam reſtitutionis in integrum, ſicut ſubuenitur, quando eſt lapſus termini iuris, vt notatur ſupra eod. ex ratione. quod intelligēdum eſt, quando talis reſtitutio petitur infra terminum præfixum iudici, nec dilatio datur, quæ excedat terminum præfixum iudici, quia iudex nunquam poteſt procedere in cauſa, vel dare dilationes quę ſint vltra terminum iuriſdictionis niſi procedat de conſenſu partium. hoc ergo caſu, quando ſubeſt iuſtum impedimentum, vel aduerſarius conſentiat, quod prorogetur iuriſdictio vſque ad certum tempus, vel iudex remittat cauſam indeciſam ad ſuperiorem, & hoc operatur iuſtum impedimentum, quia iudex non poteſt ferre ſententiam contra non probantem, ſed uel debet fieri prorogatio iuriſdictionis vſque ad certum tempus, vel cauſa remitti ad ſuperiorem.

52 Quarta concluſio, vbi altera † pars conſenſit præfixioni termini: altera pars, quę non conſenſit, debet habere ulteriores dilationes quam illa quæ non conſenſit, licet pars quæ conſenſit poſſit ſuas probationes facere infra dilationē cōceſſam parti quæ non conſenſit, vt in l. petendæ. C. de temp. in integrum reſtitu. pet. iudex tamen debet utrique parti concedere dilationes minores, quam ſint dilationes iuris, quando terminus præfixus iuriſdictioni eſt minor termino iuris, & iudex debet dilationes ita abbreuiare, vt poſſit cauſam in termino ſibi præfixo expedire. non tamen ſic abbreuiare, vt partes infra tam breuem terminum de iure ſuo probare nō poſſint, vt d. cle. ſæpe. in prin. ver. non ſic. de verborum ſign.
53 Et quo ad articulum principalem, ſcilicet an † terminus ad cauſam expediendam habeat uim peremptorii, & concluſionis in cauſa, tangit hic Bal. & in c. Quintaualle. de iureiurā. plus voluit Bald. in auth. ei qui. C. de temp. app. quod habeat etiam uim citationis ad ſententiam audiendam, nam ſecūdum eum ſi iudex, vel arbiter fert ſententiam vltima die termini, valet etiam parte non citata, quia vltima dies termini habet vim citationis ad ſententiam, & de hoc dixi in d. ca. fi. ſupra de iureiur. de quo etiam articulo tractat Bal. in l. ſi quādo. C. de teſti. & in l. fin. C. qui admitti. & in l. ſi ita relictum, ff. de leg. ij. & in l. ij. C. de temp. app. & in l. rem illa. C. de conſti. pecu. & in l. qui ante Kalendas. ff. de verborum obli. de quo etiam per Pau. de Caſt. in l. admonendi. ff. de iureiuran.

Tertio quæro circa prædicta pone, ꝙ de conſenſu partiū
54 fuit impetratum tps, † & duplicatū, & traditū utrique parti reus autem malitioſe præueniens præſentauit illud ſtatim iudici, ut ſic tempus illud incipiat currere, an hoc caſu debeat expectari præſentatio fienda per actorem antequam tēpus præfixum iudici incipiat currere. Conclude ex mente Inno. & Doct. faciendo duos caſus.

Primus eſt, quando reus malitioſe præuenit actorem in præſentando non malitioſe, nec nimium præcurrit.

Secundus caſus eſt, quando reus malitioſe præuenit actorem. In primo caſu ſcilicet, quando reus præuenit actorem in præſentatione non malitioſe, nec nimium præcurrit, cōclude, quod currit tempus a die præſentationis ipſius rei, q̄a eſt imputandum actori qui fuit negligens in proſequendo ius ſuum arg. ī. eodem c. oblatæ. Dicit tamen dom. Abb. eſſe ſubueniendum actori ſi ex impedimento probabili non potuit citius competere, vt in c. ex literis, de reſtit. in integrum. dicit etiam, quod non poteſt iudex delegatus procedere vltra terminum ex ſe, ſed debet ſuccurri per delegantem, vel p̄ viam prorogationis fiende de conſenſu partium, vt d. ca. de cauſis, de offi. deleg. In ſecundo autem caſu, ſcilicet quando reus malitioſe præuenit, dicit dom. Abb. quod aut totum tempus eſt lapſum ante comparitionem actoris, ita quod iudex in nullo proceſſerit infra terminum, & tunc non poteſt poſt terminum procedere etiam in expen. condemnando,
55 ar. d. c. de cauſis. ſed de hoc ego † dubito, quia etiam iudex q̄ caret funditus iuriſdictione, vt quia reſcriptum impetratū ipſo iure eſt nullum, licet non poſſit iudicare in principali, quia nullam habet iuriſdictionem, tamen poteſt in expenſis condemnare ratione vexationis ei factę per aduerſarium. de hoc eſt caſus in cle. j. de reſcriptis. facit quod no. gl. fi. in ca. fi. de reſcriptis. vnde eadem ratione ego credo, quod delegatus lapſo termino poſſit condemnare in expen. eum qui malitioſe præuenit aduerſarium, licet nullam iuriſdictionem habet in principali, aut actor comparuit ante lapſum termini, & allegauit dolum rei in præſentando, & tunc dicit D. Abb. quod niſi conſentiat prorogationi termini poterit per delegatum condemnari in expenſis, ar. d. c. fi. & quod ibi nota. de reſcriptis. poterit etiam ſubueniri actori per delegantem, q̄a poterit prorogare terminum iuriſdictionis iudici delegato. Vltimo quærit Inno. quid ſi mandatur iudici, vt infra certum tempus cauſam inſtruat, & ex tūc inſtructam remittat,
56 an † teneatur remittere poſt terminum ſi cauſa non eſt inſtructa forte ex defectu actoris, vel rei, dubium facit, quia nō poteſt ſpecifice adimplere mandatum, cum ſibi non fuerit commiſſum ſimpliciter, vt cauſam remitteret, ſed ita demū ſi eſſet inſtructa. vnde deficit iſta qualitas, quia cauſa non eſt inſtructa Inno. iſtum articulum plene examinat, & videtur concludere, quod teneatur ipſam remittere ſicut poteſt, & quod debeat partes citare. vt compareāt coram delegante, quia licet hic occurrant duo mandata, vnum de inſtruendo aliud de remittendo, tamen ex quo iudex non poteſt primū tenetur ſaltem exequi ſecundum, facit, quod no. gl. in c. conſtitutus, de reſcript. & iſta concluſio placet dom. Abb. per tex. in c. fi. de reſtitu. ſpol. facit c. cum dilecti. de do. & contu. & remittit ad no. per Inn. in c. fi. de accu. Sed Bal. hic in fi. tenet contra. dicens, quod ſtatutio talis termini non habet vim peremptorii, vt refert Inn. alios dicere. quorum opinio eſt verior ſecundum eum, & dicit quod nō valet talis remiſſio, quia ille remittit acta in quibus nihil ſcriptum ſimilis eſt illi qui producit membranam, in qua nihil eſt deſcriptum.
57 Item quod † nihil eſt nihil probat. ff. de iniuſto teſta. in l. ſi binæ tabulæ. Item quia non eſt ſecutus formam mādati quin examinauit. ff. de acq. hæred. l. eum qui duobus § filius. item quia iudex, cui nihil eſt probatum, nihil mandare poteſt. C. com. vel epiſtolas, l. interlocutio, & ff. de re iud. l. ſi cum mela. & de ſentent. excomm. ſolet vbi per Inno. & ſubdit, quod cā non dicitur inſtructa, niſi quatenus acta loquuntur. hoc vltimum probatur in c. quoniam contra falſam. ſupra de ꝓba. Sed tu tene opi. Inno. quam ſequitur dom. Abb. & communiter etiam doct. tranſeunt cum Innoc. quia quicquid dicat Bal. terminus pręfixus iudici ad cauſam inſtruendam eſt peremptorius, quia eſt præfixus iuriſdictioni iudicis, cui tantum in cognoſcendo, & non determinādo committitur cā: vnde elapſo termino expirat iuriſdictio iudicis delegati, vt d. c. de cauſis, de offic. del. & in l. ii. § ſi iudex. ff. de iudi. & ſic nō poteſt amplius in cauſa procedere, & hoc tenet Bart. per illa iura in l. properandum. C. de iud. vbi dicit, quod quando terminus iuriſdictioni iudex elapſo termino nō poteſt aliquid facere, de quo etiam per dom. Abb. in c. venerabilis. in 2. col. de iud. & per Ioan. And. in Spe. eodem titu. § nunc breuiter.

verſi li-

verſi. licet in addit. ma. vnde neceſſarium eſt quod remittat cauſam ad ſuperiorem in eis terminis in quibus tepentur eſſe apud ipſum. & poteſt, & debet aſſignare terminum partibus infra quem compareant coram delegante ad cauſam expediendam, & dictum terminum poteſt aſſignare etiã ſi in delegatione hoc non ſit expreſſe commiſſum, vt notabiliter dixit Inn. in d. c. ſi. de accu. & dixi in c. cum Berthuldus, ſupra de re iudic. vbi idem tenet dom. Abb. & iſta ſufficiant. ſequitur cap. peruenit.

SVMMARIVM.

1 *Conuentus de iniuria illata clerico appellare poteſt, niſi ſit notorius.*
2 *Excommunicatus propter percuſſionem clerici non abſoluitur, niſi a Papa.*
3 *Iniuria omnis non dicitur leuis, quæ ſine vulneratione eſt.*
4 *Iniuria quæ dicatur leuis, & quæ enormis, epiſcopo relinquitur.*
5 *Percutiens clericum incidit ipſo facto excommunicationem maiorem.*
6 *Appellatio impedit denunciationem, ſeu publicationem excõmunicationis, niſi excommunicatio notoria ſit.*
7 *Practica inducendi ad ſatisfactionem iniuriæ illatæ per iudicem habenda.*
8 *Abſolutio non debet fieri, niſi ſatisfiat læſo prius.*
9 *Iudex non deferens appellationi ab interlocutoria ſed procedens ad vlteriora, non poteſt præfigere terminum appellanti, ad appellationem proſequendam.*
10 *Denunciatio excommunicationis pro iniuria illata clerico habet vim diffinitiuæ.*
11 *Iudex eccleſiaſticus nunquid poſſit denunciare excommunicatum abſque citatione.*
12 *Sententia in notorijs propriè non requiritur ſed iuris quædam executio.*
13 *Appellari a pœna iuris non poteſt, ſed a declaratione iudicis.*
14 *Declaratio, an requiratur ſuper facto notorio.*
15 *Sententia requiritur, quando ipſo iure pœna non imponitur etiam ſi notorium ſit.*
16 *Notorium non habet vim ſententiæ, vbi requiritur ſententia.*
17 *Confeſſus in criminalibus non habetur pro condemnato, ſicut in ciuilibus.*
18 *Pro confeſſo habetur nemo ipſo iure, ſed requiritur ſententia.*
19 *Pro confeſſo habetur qui non vult poſitioni reſpondere.*
20 *Delicto a iudice declarato, immediatè ſuccedit pœna legis.*
21 *Confeſſio ficta ante pronunciationem iudicis, an hæredi noceat.*
22 *Denunciatio requiritur, ſeu publicatio, licet delictum ſit notorium.*
23 *Dubitantes de excommunicatione alicuius debent eum vitare.*
24 *Factum notorium cui pœna imponitur a iure ſi citatus reo excuſationem non allegauerit, abſque alia iudicis declaratione punitur.*
25 *Excommunicatus poſt ſatisfactionem læſo factam tenetur pœnitentiam agere, vt abſoluatur.*

CAP. XIII.

1 PEruenit. † Conuentus de iniuria illata clerico appellare poteſt, niſi ſit notorius. hoc dicit, cum ſeq. Communis diuiſio. Secũda ibi, fraternitati. Nota primo, ibi, vulneratus, vel læſus, quod incidens in † excommunicationem ex
2 percuſſione clerici non poteſt abſolui, niſi a Papa, quamuis læſio fuerit facta ſine aliquo vulnere. Et dicit do. Abb. hoc eſſe notandum ad limitationem c. peruenit, el primo, infra de ſent. excommu. vbi eſt tex ſecundum communem lect. quod ſi iniuria ſit leuis, epiſcopus poteſt abſoluere, nam habes hic
3 tex quod non omnis † iniuria ſine vulneratione dicitur eſſe leuis, cum etiam pro iniuria ſine vulnere ſolus Papa abſol-
4 uat, vt dicitur hic in fine. Quæ autem † iniuria dicatur eſſe leuis, vel enormis, dic vt §. atrox. inſtitu. de iniur. & dic hoc eſſe relinquendum arbitrio iudicis. Et ipſe epiſcopus a quo petitur abſolutio poteſt hoc arbitrari, de quo vide gloſſam no. in c. cum illorum, in verbo ſanguinis, quæ incipit, quod ſi modicum, infra de ſent. excom. & ibi per Doct. & ſatis probatur in d. c. peruenit. in fine ibi, tuę fraternitatis arbitrio duximus committendum. Et ſic ille tex. relinquit arbitrio epiſcopi, quæ iniuria dicatur eſſe leuis, vel enormis.

5 Secundo no. quod † percutiens clericum ipſo facto incidit in excommunicationem maiorem. vnde non ſolum priuatur participatione ſacramẽtorum, ſed etiam communione fidelium, vt patet ibi, arctius euitari, &c. licet aliud ſenſerit Gratianus, & male xj. q. 3. §. euidenter. & vide ibi bo. gl. in verbo, ab ingreſſu. quæ reprobat opi. Gratia.

6 Tertio no. quod † appellatio impedit denunciationem, ſeu publicationẽ excõmunicationis, niſi excommunicatio ſit notoria. vnde ſicut excommunicatio lata poſt appellationem eſt nulla, vt in c. per tuas, infra de ſent. excomm. ita denunciatio excommunicationis, quia poſt appellationem quis non debet denunciari excommunicatus, vt eſt tex. hic not. hoc tamen intelligas, quando dubium eſt de excommunicatione, ſecus ſi de ea conſtaret, quia tunc non obſtante appellatione poſſet denũciari excommunicatus, quia appellatio non ſuſpendit denunciationem excommunicationis, quando de excommunicatione conſtat de hoc eſt tex. no. in c. paſtoralis. in fi. j. eo. & hoc ſequitur do. Abb.

7 Quarto no † practicam inducendi ad ſatisfactionem pro iniuria perſonali illata clericis, vel pro alia quacunque excõmunicatione quia iudex denunciabit talem eſſe excommunicatum inhibendo omnibus de populo, ut illum euitent, & dicit dom. Abb quod erit optima cautela, ut ipſe iudex tẽpore denunciationis excommunicet omnes qui ſecum cõmunicauerint ante abſolutionem, nam timore maioris excommunicationis talis vitabitur ab omnibus, vbi hodie cõmuniter non vitatur, quia communicantes non incurrunt, niſi minorem excommunicationem, & quod talis excommunicatio poſſit ferri contra participantes, tenet Io. Andr. poſt dom. Abbatem in c. ſtatuimus. de ſen. excom. in vj. Nec obſt. ille tex. qui videtur velle, quod excommunicatio lata in participantes ſit ipſo iure nulla, niſi præcedat trina monitio, quia ſecundum Abb. & Ioan. And. ille tex loquitur, quando fertur excommunicatio contra participantes cum excommunicatis a ſe. ſecus ſi ſint excõmunicati a iure, vel ab alio: quia poſito, quod dicto caſu deberet ſimiliter præcedere trina monitio, tamen ſi feratur excommunicatio nulla præcedente admonitione erit iniuſta, ſed tamen non erit nulla, & ligabit, & iſta fuit ſingularis limitatio ad illud c. ſtatuimus. quam ibi ponit Abb. & Ioan. And. & ſequitur Lap. Abbas, & dom. Do. ibi & dom. Abb. hic.

Quinto nota ibi, donec paſſis iniuriam ſatisfaciant &c. quod
8 percutiens clericum non debet † abſolui, niſi primo ſatisfaciat læſo, & ideo ſeruat ſtylus Romanæ curiæ, quod quando mãdat aliquem abſolui ſemper dicitur in literis, quod prius ſatisfaciat læſo, & dicit dom. Abb. quod credit indubitanter illum læſum eſſe vocandum, & audiendum ſuper ſua ſatisfactione antequam abſoluatur, & dicit, quod hoc aperte voluit glo. in c. parochianos. j. de ſen. excom. & eſt glo. nota. quæ tractat quomodo debet æſtimari iniuria, & offenſa coram quo iudice, ſi tamen fieret abſolutio ab excommunicatione parte non uocata abſolutio non eſſet nulla, ut notant Doct. j. eo. qua fronte. & eſt bon. tex. in c. venerabilem. § vbi autem de ſent. excom. in vj.

Vltimo aduerte, quia dom. Abb. dicit hic eſſe optimum
9 argumentum, quod † iudex non deferens appellationi ab interlocutoria, ſed procedens ad vlteriora, non poteſt præfigere terminum appellanti ad appellationem proſequendam, & dicit hoc colligi hic, quia in principio, vbi Papa dicit appellationem eſſe recipiendam, mandat terminum præfigi. in fine autem, vbi dicit appellationem non eſſe recipiẽdam, nullam mẽtionem facit de præfixione termini. Sed tu dic, quod ille tex nihil probat, quia in nulla parte iſtius tex dicitur, quod iudex detulerit appellationi, ſed ſolum hic deciditur, an valeat appellatio, vel non, & primo caſu, quando valet appellatio mandat terminum præfigi ad appellationem proſequẽdam. vbi autem appellatio non valet compelluntur ſatiſfacere paſſis iniuriam, & debent denunciari excommunicati, &
10 vitari ab alijs donec ſatiſfaciant. Præterea † denunciatio excommunicationis pro iniuria, ſeu offenſa illata clerico habet vim diffinitiuę vnde quemadmodum pendente appellatione a diffinitiua iudex nihil debet innouare, vt in c. non ſolum in prin. de app. in vj. ita nec pendente appellatione quę habet vim diffinitiuę. & de hoc vide quæ dixi in cap. cum ſit Romana in prin. vbi reprobaui hanc opi. Sed dubitatur nũ-
11 quid † iudex eccleſiaſticus poſſit denunciare excommunicatum abſque citatione? & videtur quod ſic, quia per denũciationem excommunicationis non probatur quem eſſe excõmunicatum, vt dicit gl. in c. pia, in verbo, nomen. de excep. in 6. & in c. licet, in gl. antepenult. de ſent. excom. in 6. de quo tamen dic, vt ibi dicitur per Doct. ſed Hoſt. & Ioan. And. in c. reprehenſibilis, j. eod. concludunt, quod ſi conſtat notorie de excommunicatione poteſt quis denunciari excommunicatus abſque aliqua citatione, & hoc modo debet limitari gl. in cle. in verbo conſtiterit, de cenſi. & in cle. ij. in fi. in glo. penult. de pœnis. ſed Pau. & Io. de Imo. in d. cle. præſenti. ſup præall. gl. in verbo, conſtiterit, dicunt citationem debere interuenire etiam ſi factum ſit notorium, & idem dicunt Stephanus. & Guil. & dicunt hoc procedere, quando agitur de publicatione fienda, ſeu nominando perſonas quæ dicunt in excõicationem incidiſſe, ſecus ſi feratur ſententia excõicationis generalis contra illos qui læſerunt, vel damnum dederunt

derunt, quia tunc non requiritur vocatio partis, ſed iudex poteſt hoc facere ex officio. facit de officio ordina. ſi ſacerdos, & quinta quæſtione prima, quidam. Sed dom. Abb. hic diſtinguit, quod aut conſtat aliquam defenſionem competere abſenti, & tunc requiritur partis citatio. probatur in c. ſi §. vices de officio deleg. in ſexto. Aut conſtat abſenti nullam defenſionem competere, & tunc non requiritur citatio, & hoc modo procedit dictum Hoſt. & Ioan. And. in dicto capit. repræhenſibilis. hoc etiam ſenſit Innocent. in ſimili, in cap. ex parte, el primo. de verborum ſignifica. vbi di
12 cit, quod in notoriis non requiritur propric † ſententia, ſed fit quædam iuris executio. & pro hoc eſt bon. tex. in capit. quoniam, de fil. presby. vbi dicitur, quod iudex non debet pati, quod ea quæ ſunt notoria deducantur in iudicium. facit, quod notat Bart. in l. ictus fuſtium. ff. de his qui no. infam. vnde clarius diſtinguendo dicas, quod aut agitur de denunciatione excommunicationis generaliter facienda neminem nominando, & in iſta non requiritur aliqua citatio, vt dicit Guil. & Stepha. & Ioann. de Imo. in dicta clem. præſenti. ſuper glo. in verbo, conſtiterit, de cenſi. Aut agitur, vt certa perſona denũcietur excommunicata. Et in hoc fac tres concluſiones.

Prima ſit concluſio, ſi delictum non eſt notorium, abſque dubio requiritur citatio, & hoc caſu loquitur glo. in dicta clem. præſenti in verbo, conſtiterit. & in clem. ij. iuncta glo. penul. infra. de pœ. & hoc caſu poteſt appellari a ſententia iudicis declarantis aliquem incidiſſe in pœnam excommunicationis, vel in aliam pœnam iuris. hoc tenet glo. no. in capit. cupientes §. quod ſi per viginti, in verbo, priuatos, de elect. in ſexto quam glo. tene menti.

13 Ex qua habes, quod licet a pœna iuris non poſſit † appellari, vt in l. ſi qua pœna ff. de verborum ſignific. & infra eo. quia nos. tamen a ſententia iudicis delarantis aliquem incidiſſe in pœnam iuris poteſt appellari, & ratio eſt, quia talis declaratio eſt ſententia hominis, & non iuris, idem tenet Bald. in d. c. ad noſtram. ſupra eod. & do. Abb. hic.

Secunda concluſio, ſi delictum eſt notorium, non tamẽ conſtat parti nullam defenſionem competere, requiritur citatio, & hoc modo procedit illud, quod dicit Steph. Gui. & Ioan. de Imo. in dicta clem. præſenti, in verbo, conſtiterit, de centib.

Tertia concluſio, ſi factum eſt notorium, & conſtat abſenti nullam defenſionem competere, & tunc poteſt fieri denunciatio parte non citata, & hoc modo procedit opi. Hoſt. & Ioan. And. infra eod. repræhenſibilis. quam ſequitur hic dom. Abb. Sed ſupereſt dubium per Doc. non de
14 claratum, an in facto notorio requiratur † declaratio. & dom. Abb. hic ſentit, quod ſic, nec aliter declarat, ſed Do. Dom. in cap. cum ſecundum, in §. confiſcationis, in tertio not. de hæreti. in ſexto, dicit limitando illum text. inquantum dicit, quod iudex ſecularis non poteſt confiſcare bona hæretici, niſi prius declaretur eſſe hæreticus per iud. eccleſiaſticum, & ſic vult ille tex. quod in facto in quo imponitur pœna ipſo iure requiratur iudicis declaratio antequam fiat executio, nam Dom. Dom. dicit, quod illud procedit, niſi factum ſit notorium, quia tunc ſufficeret, quod iudex aſſignaret terminum ad excuſandum factum, quia tunc ſi non fieret excuſatio poſſet fieri executio abſque alia declaratione, & pro hoc allegat bo. tex. in cap. ordinarij. §. quod ſi forte, de officio ordin. in ſexto. vbi tex. dicit, quod ſi tenens plura beneficia incompatibilia non exhibuerit diſpenſationem infra terminum ſibi aſſignatum. quod tũc quia conſtat illa beneficia detineri illicite, poteſt ordinarius illa conferre perſonis idoneis, & ſic ille text. non requirit aliquam declarationem. idem ſenſit Bald. in l. iubemus § ſane. C. de ſacroſan. eccle. vbi dicit, quod vbi non requiritur ſententia diſpoſitiua ſi factum reuocatur in dubium requiritur ſententia declaratoria, alias non, & allegat gl. no. in Auth. de tabel. §. ſi vero. ſuper verbo, documẽtis. in ſi collat. quarta, quæ dicit, quod ſi tabellio eſt priuatus per legem officio tabellionatus, ſi tamen non eſt declaratus per ſententiam hominis, & factum eſt occultum, valent eius inſtra, quia eſt quaſi poſſeſſor officij ſui, & ad hoc etiam allego gl. no. in l. penult. §. cum autem. C. ad Trebel. nam ſunt tres caſus in quibus in fideicommiſſarium transferuntur actiones ipſo iure non interueniente reſtitutione hæredis, & inter iſtos tres caſus numeratur, quando hæres eſt contumax in non reſtituendo, vnde gl. ibi in verbo, contumaciam, in fi. dicit, quod iudex debet facere, quod notarius redigat in actis qualiter, & pro quo, & ad cuius petitionem hæres vocatus eſt, & non venit, & dicit glo. quod hoc ſatis erit ad hoc, ut fideicommiſſarius habeat vtiles actiones, nec requirit aliquam pronunciationem & Bar. ibi dicit, quod abſque aliqua pronunciatione tranſibant vtiles actiones, & Bald. in l. vnica in ſexta colum. C. ne ex deli. defun. per illam glo. dicit, quod vbi ex actis conſtat de contumacia, non eſt neceſſaria pronunciatio, ſeu declaratio, quod contumax habeatur pro confeſſo. pro hoc etiam allego dom. Abb. in cap. cum non ab hoĩe de iud. vbi dicit, quod quando eſt notorium clericum eſſe priuatum priuilegio clericali, quod non eſt neceſſarium, quod iudex eccleſiaſticus declaret eum priuatum priuilegio clericali, quoniam abſque aliqua declaratione iudicis eccleſiaſtici poteſt puniri per iudicem ſecularem. vnde in hoc articulo facias tres caſus.

Primus eſt, quando pœna non imponitur ipſo iure,
15 ſed requiritur † ſententia, & hoc caſu etiam ſi delictum ſit notorium requiritur pronunciatio, ſeu ſententia per quã imponatur pœna, quæ ſecundum ius debet imponi, & hoc ſentit Bald. in dicta l. iubemus. §. ſane. C. de ſacroſan. eccle. dum dicit, quod ubi non requiritur ſententia diſpoſitoria. ſi factum non reuocatur in dubium, non requiritur ſententia declaratoria. ergo vbi requiritur ſententia diſpoſitoria etiam ſi factum non reuocetur in dubium, debet ſententia diſpoſitoria ferri, & clarius hoc firmauit in ca. teſtimoniũ,
16 ſupra de teſti. vbi dicit, quod vbi requiritur ſententia, † notorium non habet vim ſententiæ, & idem ſentit Bart. in l. ictus fuſtium. ff. de his qui no. infa. vbi dicit, quod confeſſus in cauſa criminali non efficitur infamis, niſi ſequatur
17 ſententia condemnatoria, quia in criminalibus † confeſſus non habetur pro condemnato, ut in l. ſi confeſſus. ff. de cu. & eorum, ſecus dicit in ciuilibus, quia in illis confeſſus habetur pro condemnato, vt in l. prima. ff. de confeſſ. & ideo ex ſola confeſſione abſque aliqua ſententia, efficitur infamis, ſi confeſſio eſt facta in actione famoſa. confeſſio autem inducit notorium. iuxta nota per glo. ſecunda, quæſtione prima, manifeſta, & in cap. veſtra. de cohab. clericorum, & mulierum, & per Doct. in ca. Romana. § finaliter eodem titulo, in ſexto. Bald. tamen in præalleg. l. vnica, in ſexta colum. C. ne ex delic. defunctorum, ſentit, quod vbi ex actis iudicij conſtat de contumacia, & abſque aliqua pronuncia contumax habeatur pro confeſſo, & ta
18 mẽ, quando quis habetur pro † confeſſo, non habetur pro confeſſo ipſo iure ſed requiritur ſententia. quia iſta verba, ſcilicet, quod quis habeatur pro confeſſo. non important canonem latæ ſententiæ. ſed ſententia requiritur, vt dixi. hoc ſerie: gl. no. in c. l. ſi in ver. pro confeſſo, de confeſ. in 6. & idem ſentit gl. in c. ſi in gl. ij. de iur. cal. vbi Doct. idem dicũt, & idem ſentit gl. in l. ij. § quod ſi actor. C. de iur. cal. & ſic Bal. vbi ſupra voluit, quod etiam vbi requiritur ſententia contumacia in actis redacta habet vim ſententię, mouetur per gl. in l. pen. § cum autem. C. ad Treb. quam ſupra allegaui. ſed ſalua reuerentia Bal. illa gl. loquitur, quando non requiritur ſententia, ſed ſola contumacia vnde ſufficit quomodocunque conſtet, vel ex actis iudicij, vel aliter de cõtumacia. & contra dictum Bal. allego tex. cum gl. in d. c. ij. de confeſ. in 6. vbi patet, quod ex eo, quod quis non vult reſpondere poſitioni aduerſarij ad mandatum iudicis, habetur pro
19 † confeſſo, & requiritur, quod tale mandatum fiat in iudicio ad hoc, vt habeatur pro confeſſo, & tamen non habetur pro confeſſo ipſo iure, ſed requirit ſententia, vt ſ. dixi. & de hoc vide Bar. in l. eius qui delatorem. ff. de iure fiſci. vbi per illũ tex. dicit, quod quando aliquis habetur pro confeſſo, talis confeſſio non tranſit contra hæredem antequam ſit lata ſententia per iudicem. quia iſta non eſt vera confeſſio, ſed ficta: dicit tamen, quod non eſt neceſſarium, quod iudex pronunciet eum haberi pro confeſſo, ſed ſatis eſt, quod iudex pronunciet ſuper facto, puta, quod noluit iurare de calumnia, vel reſpondere poſitionibus, vel quod corrupit accuſatorem, nam ex quo per ſententiam iudicis declaratur
20 † delictum, immediate ſuccedit pœna impoſita a iure, etiam ſi iudex de ea nihil dicat, vt in l. prima ff. ad Turpillia. & ſecunda, quæſtione tertia. §. notandum, & idem dixit Barto. in l. ſecunda, § quod ſi actor, C. de iuramento calum. & in l. manifeſtę. ff. de iureiuran. & idem dicit dom. Abb. in capitu. fina. de iuramento calumn. & iſta dicta Barto. communiter ſequuntur Doct. vtriuſque iur. ſcilicet Canonici, & ciuilis.

21 Sed inquantum dicit Bar. quod iſta ficta † confeſſio ante pronunciationem iudicis non noceat hæredi, fallit in eo, qui metu futuræ pœnę ſe interficeret. talis enim ficta confeſſio noceret hæredi quantum ad confiſcationem bonorum, vt eſt tex. in l. ſecunda, C. qui teſtamen. face. poſſ. & ita ibi Bald. limitat ea, quæ dicit Bartol. in dicta l. eius qui

delatorem vide etiam Bart. in l. prima § primo. ff. de bo. eorum. vbi dicit eſſe ſpeciale in latronibus, & in crimine leſę
maieſtatis, & in crimine hæreſis, vt ficta confeſſio noceat
hæredi ante aliquam pronunciationem factam per iudicem. & de iſta materia, an ficta confeſſio noceat hæredi.
vide Bal. in cap. vaſſallus feudum. ſi de feu. fuerit contro. inter dominum, & agna. & in l. prima. in quinta colum. C. ne
delic. defunc. & per Bald. & Ioan. de Imo. in l. qui a latronibus. ff. de teſta. tangit etiam Bald. in l. ſecunda. in vlt. colum.
C. de edendo.

Secundus caſus eſt, quando pro delicto imponitur pœna ipſo iure, & ſumus in caſu in quo delinquens ipſo iure
52 eſt excommunicatus, & hoc caſu requiritur † denunciatio,
ſeu publicatio, licet delictum ſit notorium, & hoc probatur h. c. & in cle. præſenti de cenſi. & in cle. ſecunda in fi. de
pœnis, & ibi tangit glo. fi. & ratio eſt, quare requiritur publicatio, licet delictum ſit notorium, ſcilicet, vt euitetur
eius communio a fidelibus, vt dicit tex. in c. ad reprimendam de officio ordin. & in capitu primo de treuga & pa. &
dic. quod etiam ſi non eſſet facta denunciatio, nihilominus
53 illi qui ſcirent, vel † dubitarent de excommunicatione, debent talem vitare de hoc eſt bon. text. in capit. illud. de cle
ri. excom. min. & in capit. cum deſideres §. ſecundę quæſtionis infra de ſenten. ex. vbi patet, quod ſola fama probat excommunicationem
quantum ad effectum, vt debeat euitari, niſi ſe purget ad arbitrium epiſcopi, vel ſe faciat abſolui ad cautelam & dicit Bal. hic, quod notorium habet vim
ſententiæ, vel alterius cenſuræ, & mouetur per iſtum text. & intelligas ipſum ne te decipiat, quando eſt tale factum
ex quo quis ipſo iure incurrit ſententiam excommunicationis, vel alterius cenſuræ, nam tunc ſi factum eſt notorium habet vim ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudi. nam
tunc talis non auditur appellans, ſicut non audiretur contra ſententiam quæ in rem iudicatam tranſiuiſſet, vt in c.
quod ad conſultationem. de re iud.
54 Tertius caſus eſt, quando eſt † factum notorium, & pœna imponitur ipſo iure, nec agitur de ſententia excommunicationis, & hoc caſu dicendum eſt, quod ea quæ ſupra
dixi, quod etiam ſi poſſet competere aliqua defenſio contra notorium, dato quod requiratur citatio ad hoc, vt reus
poſſit allegare aliquam excuſationem contra notorium tamen ſi citatus non allegat aliquam excuſationem nõ requiritur declaratio, ſed non facta excuſatione infra terminum iudex poteſt exequi pœnam, quam reus ipſo iure incurrit, & hoc in terminis, tenet Dom. Dom. in dicto capit.
cum ſecundum § confiſcationis de hæret. in ſexto, & probatur in dicto capit. ordinarii § quod ſi forte, de offi. ordin.
in ſexto facit capit. pro humani. in fi. de homi. in ſexto. vbi patet, quod quando quis incurrit pęnam ipſo iure pro delicto non requiritur, niſi probatio delicti, nec alia ſententia
requiritur, vt ibi dicitur, & de hoc eſt tex. cum glo. in dicta l. penult. §. cum autem. C. ad Trebell. vbi patet, quod ſufficit, vt in actis conſtet de contumacia hæredis ad hoc, vt
tranſeant actiones in fideicommiſſarium, nec ſuper hoc requiritur aliqua pronunciatio, vt dicit ibi Barto. ad idem,
quod no. Barto. in l. ictus fuſtium. ff. de his qui nota. infam. vbi vult, quod confeſſus in actione famoſa efficiatur infamis abſque aliqua ſententia hoc etiam tenet Bald. in dicta
l. iubemus § ſane. C. de ſacroſanct. eccleſ. & idem ſenſit in l. Vnica, in ſexta colum. C. ne ex delic. defunc. & dom. i. Abb.
in dicto capit. cum non ab homine. de iudi. & pro hoc etiã facit capi. vnicum. de vita & honeſtate cleric. in ſexto. & in
clem. eodem titulo. vbi patet, quod ſi clericus aliquid committit propter quod ipſo iure perdit priuilegium clericale
non requiritur declaratio. nam illa iura non requirunt, quod aliqua fiat declaratio per iudicem eccleſiaſticum, &
hoc ſenſit gloſ. in dicta clementi. prima. in uer. eo ipſo & licet Ioan. de Imo. ibi dicat, quod eſt neceſſaria declaratio facti, vel non facti, ex quo ipſo iure priuantur priuilegio clericali, vt dicto capit. cum ſecundum. de hæreti. in ſexto debet intelligi, quando factum eſt dubium, non autem quando eſt notorium, vt dixi, & hæc tene menti, quia iſtum articulum non reperi per aliquem ſcribentem ſic declaratum.
55 ¶ In glo. vltima dic. quod nedum † excommunicatus tenetur ſatiſfacere illi quem læſit, ſed etiam agere pęnitentiã
de peccato inquantum offendit Deum offendendo clericum, de quo vide bon. glo. in clemen. prima. in verbo, non
eſſe peccatum, de vſur. Item aduerte, quia text. dicit, quod tales excommunicati debent euitari donec ſatiſfaciant, &
cum literis epiſcopi ſe repræſentent conſpectui apoſtolico, nam hoc non ſufficit, niſi interueniat abſolutio, quia
excommunicatio nunquam tollitur, niſi per abſolutionẽ de quo vide bo. glo. quæ ponit differentiam inter excommunicationem, & ſuſpenſionem, in clemen. j. in verbo, donec, de deciſ. & hæc ſufficiant in iſto capit. Sequitur capitu. conſuluit nos.

SVMMARIVM.

1 *Laicus poteſt puniri de adulterio a iudice eccleſiaſtico.*
2 *Adulterium ſpectat & ad forum eccleſiæ, & ad iudicem ſecularem.*
3 *Delinquens cum clerica efficitur fori eccleſiaſtici.*
4 *Delictum eſt puniendum ſecundum conſuetudinem loci delicti.*
5 *Apulia pertinet ad patrimonium eccleſiæ.*
6 *Notoria multa dicuntur, quæ non ſunt, quare iudex non debet de facili procedere, niſi ordine ſeruato.*
7 *Notorium de facili non comprehenditur ſenſu corporis, ſed iudicio, & diſcurſu intellectus.*
8 *Dictum teſtis ſuper eo, quod percipitur iudicio intellectus, non valet, ſi non reddit cauſam dicti, licet de ea non fuerit interrogatus.*
9 *Notorium eſt illud, quod maior pars populi fatetur, & opinatur.*
10 *Notorium negatione vlla non poteſt effici dubium.*
11 *Libri in quibus continetur receptio vſurarum, nunquid probent manifeſtum vſurarium non reuocati in dubium.*
12 *Appellans tenetur exprimere cauſam in caſu, in quo appellatio eſt prohibita.*
13 *Appellatio non valet ſi cauſa legitima non exprimatur.*
14 *Confeſſus non poteſt appellare, niſi cauſam exprimat.*
15 *Appellatio non eſt introducta ad defendendum, ſed ad tollendum grauamen.*

CAP. XIIII.

Conſuluit. Summatum eſt cum ca. præcedenti, communis diuiſio. Secunda ibi, conſultationi.

1 Nota primo, quod laicus poteſt de adulterio puniri per iudicem eccleſiaſticum, & dicit dom. Abb. hic
eſt caſus contra Ioann. And. in cap. fina. de foro compet. in ſexto, & in capit. cum ſit generale. de foro compet. in qui-
2 bus dixit, quod † adulterium pertinet ad forum eccleſiæ ſolum, quando agitur ad ſeparationem thori, & quod quando agitur ad pœnam detruſionis in monumentum pertinet ad iuriſdictionem iudicis ſecularis non autem poteſt
eccleſiaſticus de hoc cognoſcere ſecundum eum allegat authen. ſed hodie. C. de repud. dicit tamen, quod executio
pertinet ad iudicem eccleſiaſticum, quia iudex laicus non habet monaſterium. facit cap. gaudeamus. de conuer. coniug. ſed dom. Abb. hoc reprobat per text. in cap. de benedicto. 32. quæſtione prima, & remittit ſe ad c. primum, de officio ordin. & ad dictum capit. cum ſit generale, ſupra de foro competen. vbi plene examinat. & vide bo. glo. in capit.
nos inter. infra de pur. ca. quæ dicit iudex eccleſiaſticus habet iuriſdictionem contra laicos committentes adulteriũ,
vel inceſtum: non ſic in aliis criminibus, niſi tales laici ſint de temporali iuriſdictione eccleſiæ. de quo tamen dic, vt dixi in capit. j. de offi. ordin. ſed quo ad illud, quod dicit dom.
Abb. opi. Ioan. And. tenet Innocent. & communiter Doct. in cap. tuæ. de procur. vbi videtur eſſe tex. pro opi. Io. Andr.
nam ibi dicitur, quod quando agitur ad pęnam legalem, debet agi coram iudice ſeculari. & quod quando agitur ad ſeparationem thori debet agi coram iudice eccleſiaſtico, &
iſtud etiam tenet Ioan. de Imo. in dicto cap. tuæ. & ad cap. de benedicto, tribus modis poteſt reſponderi. Primo, quod
ille adulter erat clericus. vnde etiam ratione delicti potuit
3 mulier puniri per eccleſiaſticum, quia committens † delictum cum clerico efficitur de foro eccleſiæ, vt in cap. cum
multæ. 11. quæſt. ult. vnde Pet. de Anchar. in regula, ea quæ, in 23. quæſt. refert ſe conſuluiſſe ad requiſitionem Domini
Caroli de Malateſtis, quod iudex laicus non poterat facere capi notorias concubinas clericorum, quia ratione delicti erant factæ de foro eccleſiæ. Secunda ſolutio, quod
ibi agebatur ad ſeparationem thori, ſed in illa ſeparatione interueniebant quędam ſecundum morem prouinciæ ad
ignominiã ipſorum delinquẽtium, quia talibus incidebantur crines, & veſtes ante, & retro, vt ibi dicit glo. & adde tex.
not. in l. ſæculari §. ſunt quædam. ff. de var. & extraor. cogn.
4 vbi dicitur, quod † delictum eſt puniendum ſecundum conſuetudinem prouinciæ vbi eſt commiſſum, & illum tex. ibi

multum not. Barto. ex quo infert, quod delictum eſt punien-
dum non ſecundum cõſuetudinem loci, vbi reus accuſatur,
ſed ſecundum conſuetudinem loci, vbi delictum eſt com-
miſſum, de quo plene per eum, & per alios ſcribentes, in l.
cunctos populos. C. de ſumma Trinit. & ſic in dicto capitu.
de benedicto, principaliter fuit actum ad thori ſeparationẽ,
licet in conſequentiam fuerit actum ad pœnam, ſecundum
conſuetudinem prouinciæ. nec illa eſt pœna legalis, de qua
in auth. ſed hodie. C. de repudi. & de pœna legali nullibi fit
mentio in dicto c. de benedicto.

Tertia ſolutio eſt, quod illa ciuitas erat in prouincia Apu
5 liæ, vt dicit text. in dicto cap. de benedicto. ſed † Apulia per-
tinet ad patrimonium eccleſiæ, vt in clemen. paſtoralis, de
re iudi. & ſic cum ille laicus eſſet de temporali iuriſdictione
eccleſiæ potuit puniri vltra ſeparationem thori, & de hoc
dixi plene. in dicto capit. tuæ, ſupra de procura.

Secundo no. quod de facili non eſt procedendum ſuper
aliquo tanquam ſuper notorio, & ſic iudex debet ſeruare
ordinem iuris, licet aliquid dicatur notorium, quia multa di
6 cuntur † notoria, quæ non ſunt, vt dicit iſte tex. qui quotidie
ad hoc allegatur Et ex hoc infert dom. Abb. ad vnum nota-
bile dictum, quod ſi teſtis dupliciter dicit factum eſſe noto
rium, & aliter cauſam non reddit etiam non interrogatus
7 a iudice non probat, quia † notorium de facili non compre
henditur ſenſu corporis, ſed iudicio, & diſcurſu intellectus,
adeo, quod etiam periti titubant, an & quando factum di-
catur notorium. vnde alibi dixit glo. no in capitu manifeſta.
ſecunda, quæſtio prima. de notorio loquimur, & quid ſit no
torium ignoramus, & ad hoc allegat D. Abb. theoricam In-
nocen. in capit. cum cauſam, ſupra de teſti. & Barto. in tracta
8 tu de teſti. vbi dicunt non valere dictum † teſtis ſuper eo quod
percipitur iudicio intellectus, & non cum modico diſcurſu
ſi non reddit cauſam dicti ſui, licet de ea non fuerit interro-
gatus. ad idem, quod no. Barto. in teſte deponente. ſuper fa-
ma, in l. de minore §. tormenta. ff. de quæſtionibus, vbi tenet
quod non valet dictum teſtis, niſi reddat cauſam dicti ſui,
etiam non interrogatus, & hoc idem ſequitur Bald. in l. quid
ergo. § ex compromiſſo ff. de his qui not. infa. licet But. & do
mi. Card. in dicto capi. cum cauſam, teneant contrarium, de
quo dic, ut ibi dixi. quidam autem reprobant opin. do. Abb.
allegantes theoricam Bart. in tractatu, de teſtibus, vbi dicit,
quod vbi aliquid percipitur cum modico ſillogiſmo, & faci
li diſcurſu intellectus, valet dictum teſtis, licet non aſſignet
cauſam dicti ſui ſi non fuerit interrogatus. vnde dicũt, quod
9 notorium percipitur modico diſcurſu intellectus, quia † no
torium eſt illud, quod maior pars populi fatetur. & opinatur
ut plene per Barto. in l. de minore §. tormenta. ff. de quæſtio-
nibus. & per But in c. veſtra de cohabi. clericorum & mulie-
rum. & plenius per Saly. in l. ea quidem C. de accuſ. Sed tu te-
ne opin. dom. Abb quia non percipitur, niſi cum magno di-
ſcurſu intellectus, an aliquid tranſiuerit ad notitiam totius
10 populi, vel maioris partis maxime, quia † notorium eſt illud
quod nulla negatione poteſt effici dubium, ut in capit. cum
olim. de verborum ſignific. no glo. in cap. j. de officio delega.
in ſexto. & Bal. in cap. ſuper eo. de teſti. eod. vbi dicit, quod il
lud dicitur notorium, quod per negationem non efficitur
magis dubium. iſtud autem non poteſt intelligi, niſi per di-
ſcurſum intellectus, ergo vt cognoſcatur, quod teſtis intelli-
git, quid ſit notorium, debet exprimere rationem dicti ſui,
etiam ſi non fuerit interrogatus.

11 Nunquid autem ſi producuntur † libri, in quibus contine
tur, quod quis recepit vſuras, & dicti libri non reuocantur
in dubium, nunquid per tales libros dicatur probari, quem
eſſe manifeſtum vſurarium vide Bal. conſilio ſuo 94. & Do.
Dom. qui pulchre examinat hoc, in capit. qui ſincera. 45. di-
ſtin. & vide etiam Barto. in l. quarta. ff. de fur. & per eundem
Do. Dom. in cap. quamquam. de vſu. in vj Sed opponitur cõ-
tra tex. quia videtur, quod notorium hodie nihil operetur,
nam aut quis grauatur, & poteſt appellare, ſiue factum ſit no
torium, ſiue non. Aut non grauatur, & nullo modo poteſt
appellare etiam ſi factum non ſit notorium, ut patet infra
eodem, vt debitus, & ita reſidet Innocen. ſed Hoſtie. & Ioan.
And. dicunt, quod mens iſtius decil. & ſimilium iurium eſt,
quod delinquens non poſſit pœnas iuris euitare in facto no
torio, quaſi illud delictum non commiſerit, quia in noto-
rijs per negationem res non fit dubia, vt ſupra dixi, ſed in a-
lijs, quæ non ſunt notoria per negationem fit res dubia, vt
in l. tertia. C. quibus ad liber. procla. non licet. ideo indiſtin-
cte admittitur appellatio. & ſubdit dom. Abb. quod in noto
rijs non admittitur appellatio a diffinitiua, niſi exprimatur
cauſa, quæ habeat offuſcare notorium, in capit. Romana. §.
ſin autem. eodem titulo, in ſexto. Nec obſtat, quod valeat
appellatio a diffinitiua, cauſa non expreſſa, ut dicit glo. in ca
pit. ſuper eo. el ſecondo, ſupra eodem, & in cap. cum in eccle
ſia. in tertia glo. infra eodem, & in capit. cum cauſam in glo.
fina. infra eodem, quia illæ gloſſæ procedunt, vbi factum nõ
eſt notorium, & allegat Innocen in cap paſtoralis. § præte-
rea. de offic. dele. Ex cuius dictis elicit notabilem concluſio-
nem quod vbicunque ius prohibet appellationẽ, iudex non
tenetur deferre appellationi, niſi cauſa legitima in ea expri-
matur, & ita limitat omnia iura quæ dicunt, quod in appel
latione a diffinitiua non eſt neceſſe cauſam exprimi. facit,
quod no. in cap quod ad conſultationem, ſupra de re iud &
idem dicendum eſt, quando appellatio prohiberetur ab ho
mine, puta, quia cõmitteretur cauſa appellatione remota,
tunc enim etiam in appellatione a diffinitiua eſſet cauſa ex-
primenda, vt dicit Innocent. in capit. paſtoralis § præterea.
de officio delega. & Doc. in dicto cap Romana §. ſin autem.
eodem titulo, in ſexto. & vide quæ dixi poſt Dom Abb. in c.
ad noſtram. ſupra eo vbi concluſi, quod quando appellatur
a correctione, vel in alio caſu, in quo appellatio eſt prohibi-
12 ta, tenetur † appellans exprimere cãm in appellatione a diffi
nitiua, & etiam in impetratione reſcripti Bal. tamen in addi.
Specul. eodem titulo, in 3. car. verſic. appellans a diffinitiua.
dicit, quod appellans a ſententia lata vigore confeſſionis,
non tenetur cauſam exprimere, quo ad ſubſtantiam appel-
lationis, ſed bene quo ad hoc, vt iudex teneatur eidem de-
ferre. & allegat Archidia in capit. Romana eodem titulo, in
ſexto. ſed iſta opi communiter reprobatur, quia Doct com-
muniter tenent, quod non valet appellatio, niſi cauſa legiti
ma exprimatur, & hoc tenet glo. in capit. Romana §. ſin au-
tem, eodem titulo, in ſexto quæ incipit, nota alternatiuam.
quæ dicit, quod confeſſus non poteſt appellare, niſi velit al-
legare ſi errore facti ſic confeſſum, quo caſu poteſt appella-
re, vt ſuum errorem corrigat, & ſic illa gl. aperte vult, quod
non valeat appellatio, niſi cauſa exprimatur, hoc etiam te-
net in nouella, ibi Ioan. Andr & Lap Abb. & Do. Dom. Vn-
de conſidera tres caſus Primus eſt, quando appellatur a no-
torio cauſa legitima non expreſſa. Secundus eſt, quando al-
legatur cauſa legitima, non tamen adhuc eſt probata. Ter-
tius caſus eſt, quando allegatur cauſa legitima, & probatur,
vel iudex ad quem incipit cognoſcere, an appellatio ſit reci-
pienda, vel non, & inhibet iudici a quo, ne procedat ad exe-
cutionem ſententiæ. In primo caſu, ſcilicet, quando cauſa le
13 gitima non exprimitur in appellatione, non valet † appel-
latio, vt in dicto § ſin autem, & in iuribus allegatis ibi, in gl.
& hoc procedit ſecundum Lap. & Dom Dom ſiue ſit noto-
rium facti, ſiue notorium confeſſionis, hoc etiam tenet glo.
in dicto § ſin autem, & Ioan. Andr. vt ſupradixi. In ſecundo
caſu, quando cauſa legitima allegatur, ſed adhuc non eſt p-
bata, & tunc valet appellatio quantum ad hoc, ut deuolua-
tur negocium ad ſuperiorem, ſed non quantum ad hoc, vt
ſuſpendatur iuriſdictio iudicis a quo, & hoc tenet Innocen.
in capit. paſtoralis. § præterea. ff. de officio dele. & Ioan. And.
in dicto §. ſin autem, ſuper tertia glo. In tertio caſu, ſcilicet,
quando cauſa legitima eſt expreſſa in appellatione, & pro-
batur, vel iudex ad quem incepit de ea cognoſcere, & inhi-
bet iudici a quo, ne in cauſa procedat, & valet appellatio, e-
tiam quo ad effectũ ſuſpẽſiuum iuriſdictionis iudicis a quo
& hoc probatur in dicto capi. paſtoralis. § præterea. de offic.
deleg & in dicto § ſin autem, vbi Dom. Domin. in illis tribus
caſibus concludit, vt ſupra dixi, & dicit, quod ita etiam But.
concludit in capit. veſtra circa fin. de cohabita. clericorum
& mulierum & illud, quod dixi ſupra de confeſſione, habet
locum, ſiue confeſſio fiat in cauſa criminali, ſiue in ciuili, ut
dicit glo. præallega. in dicto § ſin autem, idem tenet Butr. in
dicto capitu. veſtra ad fi. & Dom. Dom. in dicto § ſin autem,
qui dicit de hoc eſſe caſum in cap. quicunque, ſecunda, quæ-
ſtione ſexta, & quod glo. ibi, etiam hoc tenet, licet Ioan. Cal.
in dicto capitu. veſtra. teneat, quod confeſſus in cauſa ciuili
poſſit appellare non expreſſa cauſa. Sed tu tene, quod indi-
14 ſtincte † confeſſus non poſſit appellare, niſi exprimat cau-
ſam, quia eſt eadem ratio in vtroque caſu, quia notorium,
quod reſultat ex confeſſione eſt illud, quod prohibet appel
15 lationem, quia † appellatio eſt introducta ad tollẽdum gra
uamẽ, non autem ad defendendũ aliquem in ſua malitia, ut
in capit. ſequen. & eodem modo diſtinguẽdum eſt, ut ſupra
dixi in omnibus caſibus, in quibus appellatio eſt prohibita
ab homine, vel a iure, quia non debet admitti appellatio a
diffinitiua, niſi cauſa expreſſa, vt dicit hic do. Abb. & ſupra
eodem, ad noſtram. Et ex his habes iſtum articulum declara
tum plenius, & clarius quàm faciant hic Doct. & hæc ſuffi-
ciant. ſequitur c. ſuggeſtum.

SVMMARIVM.

1 *Aduerſarius non tenetur mittere nuncium ad quem, per appellationem interpoſitam.*
2 *Ius generaliter diſponens non expreſſa ratione, ſi tamen ratio conſiderari poteſt, ſecundum illam limitari debet.*
3 *Argumentum ſumi poteſt ex ratione legis non expreſſa.*
4 *Ratio allegari poteſt deficiente iure ſcripto, quia lex in ratione conſiſtit.*
5 *Extenſio a paritate rationis, an & quando facienda ſit.*
6 *Appellatio quare inuenta fuerit.*
7 *Verba, quæ in appellatione dici ſolent.*
8 *Decretalis ſcripta ad conſultationem alterius, vocatur epiſtola.*
9 *Conſtitutio generalis in concilio edita, non tollitur per generalem clauſulam derogatoriam.*
10 *Res inducta ad vnum effectum, ſeu finem, non debet operari contrarium.*
11 *Præſentia iudicis, an ſit neceſſaria in appellatione.*
12 *Appellatio interpoſita coram eo, coram quo non debuit interponi, eſt nulla.*
13 *Copia iudicis, quando dicatur haberi non poſſe.*
14 *Appellatio incontinenti facta, & ſine ſcriptis, requirit iudicem ſedentem pro tribunali.*
15 *Apoſtolorum traditio eſt actus extraiudicialis.*
16 *Appellatio poteſt interponi, etiam die feriata in honorem Dei.*
17 *Apoſtoli poſſunt tradi die feriata, cum ſint pars appellationis.*
18 *Appellans, an teneatur requirere præſentiam iudicis ad quem, quando non poteſt habere iudicem a quo.*
19 *Verbum poteſt, ſine dictione negatiua importat facultatem, non neceſſitatem.*
20 *Appellatio coram honeſtis perſonis interpoſita, quando valet.*
21 *Appellatio in dubio potius non deſerta quam deſerta a iudice iudicari debet.*
22 *Legatus Papæ tulit ſententiã, & cum non haberetur iudicis copia appellatum fuit coram honeſtis viris, deinde appellans petiit a delegato cauſam committi, an talis commiſſio valeat.*
23 *Appellatio interpoſita coram iudice ad quem, an valeat, ſi poteſt haberi copia iudicis a quo.*
24 *Appellatio, an neceſſario fieri debeat coram honeſtis perſonis, quando nõ poteſt haberi copia iudicum.*
25 *Intimatio parti eſt facienda, de appellatione facta coram honeſtis perſonis.*
26 *Apoſtoli neceſſario non ſunt petendi in appellatione extraiudiciali, quæ a parte interponitur, non a iudice.*
27 *Præſentia aduerſarii, an requiratur, quando appellatur a iudice in iudicio, vel extra.*
28 *Intimatio appellationis, an ſit facienda aduerſario, & iudici, quando in eorum abſentia appellatur.*
29 *Damnum quis pati non debet, ex quo non fuit in culpa.*
30 *Intimatio, an ſufficienter fiat ad damnum.*
31 *Tempus decem dierum ad appellandum ſtatim labitur poſt ſententiæ notificationem.*
32 *Intimatio appellationis appellato, vel eius procuratori perſonaliter facienda eſt, niſi abſint.*
33 *Intimatio, an ſufficienter fiat generali procuratori.*
34 *Procurator generalis, an poſſit intimare appellationem, an requiratur ſpeciale mandatum.*
35 *Intimatio, nunquid debeat fieri iudici, vel appellato, ſi eſt certus de appellatione.*
36 *Proceſſus iudicis, an valeat, ſi appellatus ſciat appellationem interpoſitam, iudex autem ignoret.*
37 *Fraus præſumitur ex facto.*
38 *Dolus probatur ex coniecturis, & ex circumſtantiis facti præſumitur.*

C A P. XV.

SVggeſtum. Summatum fuit cum cap. meminimus. communis diuiſio. Secunda ibi, tuæ.

Nota primo ex tex. quod per appellationem
1 interpoſitam iuxta iudicium non tenetur † aduerſarius ire, vel mittere nuntium ad quem, de quo dixi poſt glo. in capit. cum ſit Romana ſupra eo. Sed dom Abb dicit, hoc eſt limitandum in caſibus in quibus citatio fit a iure, vt in capi. primo, de elect. in vj. & in clem. cauſam de elect. & in cap. cordi. eodem titulo, in vj. de quo dictum fuit in d. ca. cum ſit, ſuper glo. præalleg.
2 Secundo nota, ſecundum dom. Abb. quod vbi † ius generaliter aliquid diſponit, non expreſſa certa ratione, ſi tamen poteſt conſiderari, ratione illius conſtitutionis debet limitari ipſa conſtitutio, ſecundum limites illius rationis nam in c. meminimus ſupra eodem. ſimpliciter ſtatutum fuit, quod delegatus Papæ non procederet contra itinerantes ad Papam ante citationem factam, & tamen Papa hic non diſponendo de nouo, ſed reſpondendo, quid iuris, reſtringit illam decretalem ad limites rationis, propter quam fuit iniuncta appellatio, ſuper qua ratione fuit fundata illa decretalis meminimus, licet hæc ratio ibi non exprimatur. vnde Bald. in l. maximum vitium. C. de libe. præter. dicit, quod quando ratio eſt vnica, & finalis, licet non ſit expreſſa in lege, † poteſt
3 tamen ex ea argui, quia habetur pro expreſſa, pro quo allegat tex. not. in l. milites agrum. ff. de re milit. idem dicit Cy. & Bald. in l. non dubium. C. de legibus. vbi dicunt, quod vbicunque ius aliquid ſtatuit cauſam non exprimens, ſi poſſumus coniecturare cauſam, ſeu rationem naturalem, quæ mouit legiſlatorem, debemus diſpoſitionem generalem reſtringere, & ampliare, iuxta limites rationis naturalis. Et dicit Bal. quod ſemper verba legis, vel ſtatuti, debent intelligi, ſecundum quod eſt iuris, vel rationis, non autem Iudaice ad literam ad hoc, vt ſeruentur verba, ſine aliqua impropriatione. pro hoc allego gloſ. not. in capit. ſi celebrat. de cleri. excommun. min. in verbo, ſcienter, quæ impropriat illum textum, contra propriam ſignificationem propter rationem expreſſam in tex facit optime, l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſ. tutn. vbi idem dicit Bal. & e. ſecundo sequins, in fi. infra eodem. & quod ibi not. dom Abbas, & adde glo. in capitu ex eo, quod. in glo. in verbo, rationis de elect. in ſexto, quæ dicit, quod de
4 ficiente iure ſcripto poteſt allegari † ratio, quia lex non eſt aliud, niſi omne id, quod ratione conſiſtit, 8. diſtin. conſuetudo, & allegat Senecam in ſuis epiſtolis dicentem, ſi vis tibi oĩa ſubijcere te ſubijce rationi. vbi autem ratio non poſſet coniecturari, tunc nihil aliud eſt dicendum, niſi quod ita placuit legiſlatori, vt in l. prima. §. pueritiam in verbo, prætoratus. ff. de poſtulan. per quem tex. vt dicit ibi Ange. dicebat Federicus de Senis, quod vbicunque non poſſumus coniecturare rationem legiſlatoris, ſufficit dicere, ita placuit iuris conſulto, vel ita placuit legis conditori, quia non omnium, quæ a maioribus tradita ſunt, ratio reddi poteſt. l. non omnium, ff. de legib. tu adde gl. no. in l. tale pactum. in fi. ff. de pa. & ibi meam apoſtillam. Et de hoc articulo, an & quando ſit
5 facienda † extenſio a paritate rationis, & an habeat locum in pœnalibus, & in exorbitantibus a iure, dicam Deo dante, in c. ſi. de reſcript. vbi dom. Abb tangit.
3 Tertio nota, quod † appellatio fuit principaliter iniuncta, vt grauamen illatum per iudicem repararetur. facit l. prima, ff. eodem, vbi dicitur, quod appellatio fuit introducta ad coercendam iniquitatem iudicis, & ad eius imperitiam corrigendam, & ſic ille tex. aſſignat duas rationes, quare fuit introducta appellatio. ſed do Abb. addit tertiam rationem, ſcilicet, vt aggrauatus etiam ea propria culpa, & ignoran-
7 tia poſſit remedio appellationis releuari, † ideo dicitur in appellatione, non probatum probabo, & non deductum deducam, vt in capit. cum Ioannes. de fi. inſtrum. & in l. per hac. C. de temp. appell & ex hac ratione infertur, quod poteſt appellari a ſententia diffinitiua quantumcunque ſit iuſtiſſima ad finem, ut ſuppleantur omiſſa, vel ut reformetur ſentẽtia ex nouis probationibus, vt dicto capit. cum Ioannes, & in l. Titianus. ff. quod cum eo.
Quarto nota ibi, decretalem epiſtolam, quod decretalis
8 † ſcripta ad conſultationem alterius appellatur decretalis epiſtola. Sed vide glo. quæ diuerſa nomina conſtitutionum nominat, tertia diſtin in ſumma, & adde Bal in l. humanum.
9 C. de legibus. ubi dicit, quod † conſtitutio generalis, ideſt edita in concilio, eſt maioris vigoris, quam decretalis epiſtola, quia conſtitutio edita in concilio non tollitur per generalem clauſulam derogatoriam. allegat ſingulare dictum Archidiacon cap. primo. de conſtitu. in ſexto. vide etiam alium effectum quia difficilius diſpenſanit contra conſtitutionem editam, in concilio, quæ contra aliam conſtitutionem, de quo vide glo. tertiã, in capit. cum dilecti. de elect. & in capit. penult in glo. penult. de filijs presby. de hoc tamen, an requiratur ſpecialis clauſula derogatoria ad tollendam conſtitutionem factam in concilio, dicam Deo dante, in ca. nonnulli, in princ de reſcriptis.
10 Vltimo no quod † inducta ad unum finem, ſeu ad vnum effectum, non debent operari contrarium effectum, concordat, ſupra eod. ad noſtram. ¶ In glo. j. hæc gl. in effectu refert duas opinio.
Prima eſt, quod valet appellatio facta in abſentia iudicis.

Secunda eſt, quod non ualet per ca. ut debitus, & per cap.
cum ſpecialiu infra eod.
11 Primam opinio glo. ſcilicet, quod non ſit neceſſaria † præ
ſentia iud.c.s, tenet Innocent in capit. dilectus, infra codem.
intantum, quod appellatio facta in abſentia iudicis, ſecun-
dum eum eximit appellantem ab eius iuriſdi.tione, argum.
ca. paſtoralis, infra eodem idem tenet Pau. in clem. cauſam,
in verbo, abſentia de elect.
Dicit tamen, quod requiritur, quod appellatio poſtea no
tificetur iudici, vel aduerſario, & in hac determinatione vi-
detur reſidere Specio titu. de appella § qualiter circa princ.
vbi dicit, quod curia Romana nõ cõſueuit reijcere appella-
tiones interpoſitas in abſentia iudicis a quo, & hoc idem vi
detur velle Archid in capi fina: eodem titulo, in ſexto. idem
tenet Lap allegatione 39 in ſecunda columna, in princ. Sed
ſecundam opin. ſcilicet, quod appellatio facta in abſentia iu
dicis a quo non valeat, firmat hæc glo & glo. ſecunda, infra
eodem, ſi iuſtus. & cap appellatio in glo ſecunda, eodem tit.
in ſexto, & in clemen prima in verbo, coram ipſis, cum glo.
ſequen. eodem titulo, & hoc probatur i.l.1 § dies. & §. adeun
di, & §. ſi quis ipſius ff quando appel ſit, & tranſumptiue ha
betur ſecunda, quæſtione ſexta §. biduum. verſi dies & verſi.
adeundi, & verſi. ſi quis ipſius. in quibus eſt expreſſum quod
ſi poteſt haberi copia iudicis a quo in eius præſentia eſt ap-
pellandum. hoc etiam probatur in capitu. vt debitus, infra
eodem, & iſtam partem tenet etiam Innoc. in capit fina in-
fra eodem, dicens quod appellatio facta in abſentia iudicis,
vbi eius copia haberi poteſt, ipſo iure eſt nulla, & idem tenet
ibi Ioan. de Hyſer in princi. & in quinta columna, & idem
videtur velle Specula eodem titulo §. nunc dicamus in fi &
Bald. ibi, in addi in duodecima columna, verſi. appellatio de
bet interponi, & idem dicit Bal in l apertiſſimi. circa princi.
C de iud & Do. de Rota, decis 366 quæ incipit, item ſi appel
letur a diffinitiua. vbi concludunt, quod ita demum appella
tio facta in abſentia iudicis valeat, ſi fuit facta ex iuſta cauſa,
puta ratione metus, vel quia eius copia haberi non potuit,
alias non valet appellatio, ſecundum eos. Idem dicit Dom.
Dom in cap appellatio, eodem titulo, in ſexto ita etiam cõ-
ſuluit Ang ſuo conſil. 126. quod incipit, in Dei nomine &c.
viſis omnibus vbi concludit, quod appellatio eſt nulla om-
12 ni caſu, in quo foret † interpoſita coram eo, coram quo nõ
debuit interponi, & hoc ultimum nota. & idem uidetur vel
le Specu. & Bald. in addi. vbi ſupra. & iſtam partem, ſcilicet,
quod appellatio interpoſita in abſentia iudicis a quo non
valeat, tenet hic dom Abb. & in capit. cum parati, in vltima
columna, ſuper glo. in verbo, obtentu, infra eodem, niſi cul-
pa ceſſaret, i. non potuiſſet eam intimare iudici propter ab-
ſentiam, quia tunc talis appellatio in abſentia iudicis etiam
ei non intimata valeret. Et iſtam concluſionem tene, quia
eſt communior, quia Doct communiter ipſam ſequuntur,
& probatur in dicto cap. ut debitus, & in ca ſi. infra eodem,
& ſecunda quæſtione ſexta §. biduum, ver. dies. & ver. adeun
di, & ver. ſi quis ipſius. & glo in clem j in verbo, maiori in ſi.
de appel. dicit, quod ſi iudicis a quo copia haberi non poteſt
appellandum eſt coram iudice ad quem. Vnde conclude,
quod non valet appellatio interpoſita in abſentia iudicis, ni
ſi quando eius copia haberi non poteſt, vel quando appel-
lans excuſatur propter iuſtum metum, vt in dicto cap. ſi. in-
fra eodem, & idem tenet Bella. deci. 181. & melius, infra eod.
cap. 8. colum. in princi. verſi. 7. quæro.
13 Sed circa hoc dubitatur, † quõ dicatur, quod non poſſit ha-
beri copia iudicis, tex. in d. ver. dies. qui originaliter habetur
in l. j §. dies. ff. qñ app. ſit, dicit, quod tunc dr̃ haberi copia iu-
dicis, quãdo iudex exhibet ſe in loco publico, & in loco ſui
tribunalis, nec tenetur appellans ipſum requirere in domo,
vel in camera, vel in orto, vel in uilla ſub urbana, & ita etiã
dicit glo ſecunda, in dicto capit appellatio, eodem titulo, in
ſexto, & idem dicit Barto. in l de pupillo §. ſi quis ipſi præto-
ri. ff. de ope. noui nuncia in ſexta quæſtione. & idem dicunt
Dom. de Rota, ſua deci 306. vbi circa hoc notabiliter loquũ
tur, & idem dicit Lap. in prædicta allegatione 39. circa finẽ.
ſed hoc debet intelligi, niſi iudex eſſet conſuetus dare audiẽ
tiam, & reddere ius in domo, ſeu in eius camera, nam tunc
in illo loco deberet requiri iudex, ut dicit Bar multum no-
tabiliter, in d § dies. & ipſum ſequitur Bal. hic. & in eodem
loco deberet proteſtatio fieri, ut uoluit glo. ſingularis, in ca.
cupientes § quod ſi per viginti, in verbo, propoſita, de elect.
in ſexto. & idem ſequitur Ioan de Hyſernia, in dicto §. ſi qu s
ipſi prætori. in ſi & Barto. ibi, decimaſexta quæſtio. idem di-
cit, quod eſt bene notandum, quia non ſufficeret proteſta-
tionem fieri in alio loco, quam vbi iudex cõſueuit reddere
ius, & ſi fieret non valeret, & hoc nota, quia ut dixi in cap. ex
ratione, ſupra eodem. vbi ſi quis impeditur ex facto iudicis
tenetur proteſtari, alias appellans non auditur, & hoc tenet
glo in d verbo, propoſita, & Ioan. de Hyſer & Dom Dom ſu
per ca, & Barto. in dicto § dies. vnde ſi proteſtaretur appel-
lans, quod non poteſt habere copiã iudicis alio loco, quam
in loco, vbi conſueuit reddere ius, talis proteſtatio nihil pro-
deſſet, & tene hoc menti, quia multotiens poteſt practica-
ri. Aduerte tamen, quia ſi appellans requireret iudicem in
alio loco, quam vbi conſueuit reddere ius, licet ad hoc non
teneatur, tamen talis requiſitio ſufficeret, dummodo iudex
tunc non ſit totaliter impeditus in alijs diuerſis negotijs, &
hoc ſenſit glo in dicto cap appellatio, in uerbo, lecta. & Do.
Dom ibi hoc firmat, & dicit, quod hoc etiam habet locum
in appellatione, quæ interponitur a diffinitiua.
Diſtinguit tamen. quod aut appellans vult appellare in-
14 continenti † ſine ſcriptis, & requiritur, quod appelletur in
loco tribunalis, & iudice ſedente pro tribunali, ut in l. j. cum
l. ſequenti. ff. eodem, & per glo ſecunda, quæſtione ſexta in
ſumma. Aut vult appellare ex interuallo, quo caſu eſt appel-
landum in ſcriptis etiã a diffinitiua ſententia, & ſufficit tunc
appellare in omni loco, vbi præſentia iudicis haberi poteſt,
vt d. §. dies. & dicit, quod ita debent intelligi omnia iura re-
quirentia præſentiam iudicis in appellatione, quia ſi appel-
latur incontinenti, debet appellari iudice ſedente pro tribu
nali, & ſic antequam recedat de tribunali. Sed ſi appellatur
ex interuallo ſufficit appellare in quocunque loco, in quo
poteſt haberi copia iudicis, nec tũc eſt neceſſe, quod ſedeat
pro tribunali. poterit etiam iudex in loco, in quo appellatur
15 tradere † apoſtolos, quia talis traditio, non eſt actus iudicia-
lis, ſed extraiudicialis. vnde cum apoſtoli ſint pars appellatio
16 nis, ſicut † appellatio poteſt interponi die feriata, ut in l mi-
les § ſexaginta. ff. de adulter. & not glo in capit. appellatio, in
verbo, lecta, eodem titulo, in ſexto. Et hoc procedit etiam ſi
ſit dies feriata in honorem dei, dummodo non interueniat
citatio partis, ut dicunt Doct in cap fina de iudi. & in capi.
17 fina. de ferijs. † lita etiam poſſunt peti, & tradi apoſtoli: poſ-
ſunt enim peti in ipſo libello appellatorio, ut in clemen. ſe-
cunda. eodem titulo, & ibi not. glo. in uerbo, contextu. vn-
de eodem modo poſſunt tradi apoſtoli, die feriata in hono
rem Dei, quia in ipſis tradẽdis partis citatio non requiritur,
vel ipſius præſentia, & hoc tenet Dom. Dom. in dicto capit.
appellatio.
18 Secundo quæro, iuxta prædicta, an † appellans teneatur
requirere præſentiam iudicis ad quem, quando non poteſt
haberi copia iudicis a quo? de hoc dic quod ſic, & de hoc eſt
tex. in dicto §. biduum. verſic. ſi quis ipſius, & in l prima §. ſi
quis ipſius, ff. quando appell. ſit. vbi patet quod alias currit
tempus ad appellandum, & appellatio aliter interpoſita eſt
nulla, & hoc voluit glo. in clem. prima, in verbo, maiori. in
fi. eodem titulo. Et hoc ſcilicet, quod appellatio aliter inter-
poſita ſit nulla, tenet Innocen. hic & dom Abb. in cap. ſi. in-
fra eodem, & Ioan And ibidem, in prima colum idem ſen-
tit Dom. Dom in dicto capitu. appellatio, & hoc eſt ſingula-
riter notan quia hoc caſu non ſufficeret appellationem in
terponi in præſentia honeſtorum virorum. Specu. tamen
eodem titulo, § nunc dicamus, in ſi. voluit, quod ſufficeret,
quod appellatio interponatur coram honeſtis uiris, & quod
appellatio non reddatur ex hoc nulla eo, quod non ſit inter
poſita in præſentia iudicis ad quem, & idem dicit Bal in ad-
di. Specu. eodem titulo, in duodecima columna uerſi. appel
latio debet interponi, & idem ſentit in l. apertiſſimi, in prin
ci. C de iudi. vbi dicit, quod quando non poteſt haberi copia
iudicis a quo, poteſt interponi appellatio coram iudice ad
quem. de hoc per Phy. in capi. ſi iuſtus, quarta columna, in
ſi. verſic. quarto, quæritur infra eodem. & ſic ſentit, quod
19 non teneatur, quia verbum † poteſt, ſine dictione negatiua
importat facultatem, non neceſſitatem, ut in l ſæpe ff. de of-
fic præſi. & in l. prima. C. quomodo, & quando iudex, ſecus
ſi dictio negatiua præcedat uerbum poteſt, quia tunc impor
tat neceſſitatem, ut dicit glo. in regula prima. lib. vi.
Sed prima opinio eſt uerior, quia de ipſa eſt text. in dicto
§ ſi quis ipſius, vbi dicitur, quod ſi appellans non habuit fa-
cultatem adeundi iudicem a quo, & habeat facultatem ad-
eundi iudicem ad quem, ei currit tempus, ex quo habuit fa-
cultatem alterutrum adeundi. Sed ſi quis nellet defendere
opinio Specu. & Bal poſſet dicere, quod uerum eſt, quod cur
rit tempus, ex quo appellans habuit facultatem adeundi iu-
dicem ad quem, tamen ſi interim interpoſuit appellatio-
20 nem † coram honeſtis perſonis, videtur ſatis feciſſe, quia
vbi non poteſt haberi copia iudicis a quo, ſufficit interpone-
re appellationem coram honeſtis perſonis, & hoc pro-
bat text. in capitulo finali, infra eodem. Requirit tamen

ille tex. quod interueniat proteſtatio, quod non poteſt habe
ri copia iudicis a quo, & iſta opin. videtur iure uerior, quia
per illum textum. ita debet limitari, & declarari d. ct. §. ſi
quis ipſius. præcedens tamen opin eſt communior. Sed iſta
æquior & meo iudicio verior, & forte in iudicando eſſet te-
21 nenda, quia in dubio † iudex potius debet iudicare appel-
lationem non eſſe deſertam, quam eſſe deſertam, quia per
hanc viam ius aduerſarii non perijt, ſed bene vbi appellatio
pronunciatur deſerta, & ita dicit Pau de Caſt. de facto reſpō
diſſe in l. j. ff. ſi quis cau & pro hoc facit, quod no Ioan And.
infra eodem, vt debitus, vbi dicit, quod vbi dubium eſt, an
appellatio debeat admitti, vel non, iudex debet eam admit-
tere, & ei deferre, & idem dicit Archid. in capi. primo, in ver-
bo, delatum, eodem titulo in ſexto, & Specu. eodem titulo.
§. nunc dicamus. in princi & ver. circa hoc. Adde quod dom.
Alexand. Imolen. in dicta l prima, penultima columna. ff. ſi
quis cau. idem tenet, quod etiam tenet Philip. in capitu ap-
pellatio. eodem titulo, in vj. vbi vide Sed circa prædicta du-
bitatur præſupponendo pro vero, quod non valeat appella-
tio interpoſita coram honeſtis perſonis, quando poteſt ha-
beri copia iudicis ad quem: nunquid, ſi appellans facit cau-
ſam committi per iudicem ad quē ſuper appellatione inter-
poſita coram honeſtis perſonis, an talis commiſſio coram
honeſtis perſonis valeat, & pono caſum in terminis, vt me-
22 lius intelligatur. Legatus † Papę dedit delegatum, qui tulit
ſententiam diffinitiuam, & dum non poſſet haberi eius co-
pia interpoſita fuit appellatio coram honeſtis perſonis, quā
uis poſſet haberi copia ipſius legati, qui erat iudex ad quē,
deinde appellans ante lapſum decem dierum comparuit,
coram legato narrans qualiter eius delegatus tulit ſenten-
tiam contra eum, & qualiter appellauit coram honeſtis p-
ſonis, dum copiam eius habere non poſſet petens iſtam cau-
ſam appellationis committi: quæritur, an talis commiſſio
valeat. & Ioan. Andr. in cap. fin. infra eodem dicit, quod ſic
quia aditio facta coram iudice ad quem habet uim appel-
lationis etiam ſi ſit inferior a Papa, vt dicit Ioan. Andr. in d.
cap. fina, & allegat not in dicto cap. dilectis. infra eodem, &
ideo habetur perinde, ac ſi appellaſſet: ideo, licet prima ap-
pellatio non valuiſſet, valet ille ſecundus actus habens vim
appellationis, & hoc ſequitur Dom. Do. ſecunda quæſtio-
ne ſexta, §. dies. dicens hoc de facto contigiſſe, & ita fuiſſe
ſeruatum.

23 Tertio quæro, an valeat † appellatio interpoſita coram
iudice ad quem, ſi poteſt haberi copia iudicis a quo Innocē.
in cap fin. infra eodem, tenet, quod ſic, & idem ſequitur ibi
Butr. ſed Ioan. de Imo. ibi, in quarta columna, tenet contra-
rium, quia text. in l. prima. §. ſi quis ipſius. ff. quando ap. ſit. di-
cit eſſe appellandum coram iudice ad quem, quando nō po
teſt haberi copia iudicis a quo, & iſta opin. videtur eſſe ve-
rior per illum textum, qui tranſumptiue habetur, ſecunda
quæſtione 6. §. biduum. uer. ſi quis ipſius.

24 Quarto quæro, an ſit neceſſarium, quod † appelletur co-
ram honeſtis perſonis, quando non poteſt haberi copia iudi
cis a quo, vel ad quem. & tex. videtur eſſe in dicto § dies. & in
dicto § ſi quis ipſius. quod non, quia ibi ſimpliciter dicitur,
quod non currit tempus, quando non poteſt haberi copia
iudicis a quo, vel ad quem, ſed Archid. ibi tenet contrarium
dicens, quod currit tempus, niſi interponatur appellatio co
ram honeſtis viris præmiſſa proteſtatione, quod appellans
habere non potuit copiam iudicis, & idem ſequitur Butr. in
capitu. fina. infra eodem Sed Bar. in dicto §. dies. ſentit, quod
non ſit neceſſarium interponere appellationem coram ho-
neſtis perſonis, nam dicit ſe conſulere, quod quando nō po
teſt haberi copia iudicis interponatur appellatio coram ho
neſtis perſonis per l cum quidam. ff. de app. quæ dicit, quod
quando propter metum iudicis appellans non audet appel-
lare coram eo, poteſt tunc interponi appellatio coram ho-
neſtis perſonis. vnde ex quo Barto. loquitur per uerba conſi
lii videtur ſentire, quod non ſit de neceſſitate, & idem dicit
Specu eodem titulo. § reſtat. verſi. ſed nunquid hoc tempus.
vbi dicit tempus ad appellandum non currere, dummodo
fiat proteſtatio, quod non poteſt habere copiam iudicis a
quo. & quod non eſt neceſſarium appellare coram honeſtis
perſonis, & iſtud etiam ſequitur Ioan. de Imo. in dicto capi.
fi. dicit tamen, q ad opiniones vitandas, tutius eſt interpo-
nere appellationem coram honeſtis perſonis. Sed ego cre-
do, quod nedum ſit tutius, ſed etiam uerius, nam ſi requiri-
tur, quod interponatur appellatio coram honeſtis perſonis,
quādo appellans iuſte timet appellare coram iudice a quo,
eadem ratione. & fortius debet interponi appellatio coram
honeſtis perſonis, quando ipſe iudex non eſt in culpa, ut q
haberi non poteſt copia ipſius eius dolo ceſſante. vnde dic.
§. dies & dictus §. adeundi, eſt ſupplendus, ſcilicet, quod non
currit tempus, quando non poteſt haberi copia iudicis, du-
modo interueniat appellatio coram honeſtis perſonis, & de
hoc eſt caſus in dicto cap. fina. infra eodem. vbi patet, quod
ſi appellans timeat appellare coram iudice propter metum
ſeu nequeat habere eius copiam, appellare debet coram ho
neſtis perſonis, & proteſtari, quod non audet appellare in
præſentia iudicis propter metum, vel quod non poteſt habe
re eius copiam, vnde ibi eſt caſus de iſta quæſtione. vnde te-
ne opi. Archid. quam ſequitur But in dicto ca fin & pro hoc
facit, quia ubi aliquid debet fieri coram iudice, ſi non po-
teſt haberi eius copia, debet coram honeſtis perſonis il-
le actus fieri, vt in capitu. paſtoralis. in fine. ſupra de offi-
cio ordin.

Quinto quæro, an illud, quod ſupra dictum eſt, ſcilicet,
quod appellatio debeat fieri coram iudice, habeat locum in
appellatione extraiudiciali. & dom Abb. hic dicit, quod ſic,
ſi appelletur a iudice, vt probatur in capi. primo, eodem ti-
tulo, in ſexto. ſecus dicit ſi appelletur ab alio, quam a iudice
quia tunc ſufficit, quod fiat appellatio coram honeſtis per-
ſonis, nec in ea requiritur præſentia aduerſarii. dicit tamen,
25 quod requiritur, quod fiat † intimatio ſecundum formam
clemen. cauſam. de elect. & hoc dicit eſſe verum, quando ap
pellatio eſt talis, quæ deuoluit cauſam ad ſuperiorem, ut in
caſu capitu primi. de elect. in ſexto. iuncta dicta clem. cau-
ſam. quando autem appellatio extraiudicialis interponitur
contra perſonam incertam, dom. Abb. remittit ad capi. bo-
næ. infra eodem Et de iſta materia pleniſſime habetur per
Pau & Doct. in dicta clem. cauſam. Nec obſtat prædicti ca.
cum nobis olim de electíon. ubi appellatio extraiudicialis
fuit interpoſita præſente aduerſario, quia ibi recitatur facti
accidentia, non autem in hoc ponitur deciſio iuris. & pro
hoc. vide glo. in dicto cap primo, in verbo, extra iudicium,
quæ dicit, quod in appellatione extraiudiciali, quæ interpo-
26 nitur a parte, non a iudice, non ſunt neceſſario petendi † a-
poſtoli, quia non eſt qui eos det, ex quo non appellatur a iu
dice facit capit. vt ſuper, & capit. ab eo. eodem titu in ſexto.
in quibus patet, quod a iudice ſunt dandi apoſtoli, quan-
do ab eo appellatur. vnde patet, quod ſi appellatur a iu-
dice extra iudicium, idem dicendum eſt per omnia, ſicut
dictum eſt de appellatione iudiciali, ut dicit hic Hoſtien.
& Ioann. de Imola. & idem videtur ſentire Speculat. eodem
titulo. § ſequitur videre. verſicu. notandum. Aut appella-
tur extra iudicium ab alio, quam a iudice, & tunc non re-
quiritur præſentia eius contra quem interponitur appella-
tio, ſed ſatis eſt eam interponere coram honeſtis viris, dum-
modo poſtea intimetur aduerſario, ſecundum formam cle-
men. cauſam. de elec. ſi eſt talis cauſa, quæ deuoluatur ad ſu-
periorem per appellationem, vt in capit. primo, de elect. in
ſexto. nec eſt neceſſe. quod in tali appellatione quæ non
interponitur a iudice, apoſtoli petantur, ut dicit glo in dicto
capitu primo. in verbo, extra iudicium, eodem titulo, in ſex
to. Et hæc procedunt, quando appellatur extra iudicium cō
tra certam perſonam: quando autem appellatur contra in
certam, dicetur in dicto c. bonæ.

27 Sexto quæro, an requiratur † præſentia aduerſarii, quan-
do appellatur a iudice in iudicio, vel extra iudicium. & do.
Abb. hic dicit, quod non, etiam ſi commode poſſit haberi
præſentia aduerſarii, ſed ſatis eſt, quod appellatio poſtmodum intime
tur, & de hoc eſt tex. in clem prima. in fi. eod. titu. & in d. cle.
cauſam. de elect.

Septimo quæro, an quando interponitur appellatio in ab
28 ſentia iudicis ex iuſta cauſa ſit neceſſarium, quod † intime-
tur appellatio iudici, & aduerſario. & dicendum eſt, quod
non, quo ad validitatem appellationis, & hoc tenet Barto.
in l de pupillo §. ſi quis ipſi prætori. ff de oper. noui nuncia.
& hoc modo poteſt procedere dictum Innocen. in cap. di-
lectis infra eo. vbi dixi, quod etiam ante intimationem ap-
pellans in abſentia iudicis eſt exemptus ab eius iuriſdictio-
ne, nam debet intelligi, quo ad deuolutionem iuriſdictio-
nis, ſed quo ad reuocationem attentatorum appellatio eſt
intimanda iudici, ſi appellationem ignoret eſſe interpoſi-
tam, alias non fit reuocatio attentatorum, ut in cap. ſi duo-
bus, ſupra eodem, & in clemen prima eodem titulo, & hoc
tenet Butr. & Ioan. de Imo in dicto capitu. fina & Dom. de
Rota, deciſ. ſua 309. quæ incipit, item quod attentata. idem
tenet Lap. allegatione ſua 99. & Dom. Dom. in cap. appella-
rio, eodem titulo, in ſexto & Pau. in dicta clemen. cauſam &
Specu. eodem titulo §. qualiter. verſi. item cautus. vide etiam
quod no. Io. de Imo. in d cle. cauſam, in 4. col. ſimiliter etiā
debet fieri intimatio parti, quia alias in eius abſentia, uel cō
tumacia, non poſſet procedi in cauſa appellationis. ita dicit
Spec.

Spec.in dicto § qualiter. in ſecunda colum & iſta eſt ratio,
quare dicta clemen. prima, in fi. eodem ti. requirit, quod ap
pellatio intimetur parti Sed aduerte quia dom. Abb. hic. &
in capit. cum parati, ſuper gl in verbo, obtentu, infra eodem
tenet, quod proceſſus factus per iudicem a quo ante intima
tionem non valeat, ſi non poteſt imputari appellanti, quia
appellationem non deduxit in notitiam iudicis, puta, quia
exiſtens in loco remoto recepit citationem, & timens ne ex
communicaretur appellauit, nec potuit infra tempus ha-
bere copiam iudicis a quo, vel ad quem. nam tunc tali ap-
pellatio facta in præſentia bonorum virorum defendit ap-
pellantem, ut non teneant geſta contra eum, & dicit quod
hoc caſu debet intelligi Innocen in d.ca. dilectis & pro hoc
allegat c.j.de conceſſ.præben in ſexto. vbi patet, quod excō-
municatio lata a iudice ignorante priuilegium illius quem
excommunicat, non valet. Ad c. ſi duobus. reſpondet, quod
non loquitur in iudice a quo, ſecus in iudice ad quem, nam
ibi ratione contumaciæ valet proceſſus, licet contumax ap
pellauerit ad ſuperiorem, ſed in caſu noſtro nulla reperitur
contumacia, nec culpa in appellante, ex quo nihil ei poteſt
imputari cur non intimauit appellationem iudici. vnde di-
cit, quod perinde debet haberi ac ſi appellatio eſſet interpo
ſita in præſentia iudicis, & mihi placet opin dom. Abba. per
quam debet limitari opin. Doctorum, qui communiter te-
nent, quod proceſſus iudicis a quo tenet donec ſit facta ei in
timatio appellationis interpoſitæ, & idem tenuit gloſ. in d.
cap. cum parati. in verbo, obtentu, quæ dicit proceſſum iu-
dicis a quo valere, niſi tenuerit appellationem interpoſitam,
nam debet intelligi, quādo poteſt imputari appellāti, quare
non intimauit appellationem iudici a quo, ſecus ſi nihil poſ
ſet imputari, quia ex quo non fuit in culpa non debet pati
29 † damnum, vt in c. apoſtolicę, de cle. ex min. Nunquid autē
30 ſufficiat, quod fiat † intimatio ad domum Spec. tenet, quod
ſic in dicto §. qualiter. in ſecunda columna. ratio, quia vbi eſt
facta intimatio, vel citatio ad domum, præſumitur de ipſa
habuiſſe notitiam, vt dicit Bar in l. quidam decedens §. fina.
ff de adminiſtra tut. & Bal. in l. ſcire oportet, §. oportet, ff. de
ex tu vbi per illum textum dicit quod ſi eſt lata ſententia cō
31 tra abſentem, & notificata ad domum, ſtatim labitur † tē-
pus decem dierum ad appellandum, cum per hoc venerit in
notitiam præſumptam, quod dicit eſſe menti tenendum, ꝓ
hoc facit, quod not. gloſ no. in l ſi legibus. C. de epiſcop. aud.
quæ dicit, ꝙ dr̄ deueniſſe in notitiam filij illud, quod pater
ſciuit, & idem dicit Bal in l prima C. de temp. ap. quando no
tificatio fit per publicum officialem, ſeu per publicum nun
tium, quia pro conſtanti, & vero, debet teneri illud, quod
per publicum officialem notificatur, vt eſt tex. notabilis in
l. ſecunda. C de decurio. libro decimo, & idem not. in clem.
cauſam, de elect. & idem ſcilicet, quod per notificationem
ſententiæ factam ad domum illius contra quem eſt lata ſen
tentia ſtatim incipiunt currere decem dies, qui dantur ad
appellandum, tenuit etiam Ang in auth hodie. C. de appell.
Sed tu vide opt. tex. in dicta clemen. cauſam, vbi patet, quod
32 intimatio † appellationis primo dēt fieri perſonaliter ipſi ap
pellato, vel eius procuratori ſpecialiter conſtituto ſi poteſt
fieri. & ſi non poteſt fieri perſonaliter, vt quia appellatus, vel
eius procurator ſpecialiter conſtitutus eſt abſens, vel nō po
teſt inuenire, tūc demum poteſt fieri intimatio ad domum
appellan, & ille tex. in fi. dicit, quod idem debet ſeruari in a-
liis caſibus in quibus eſt facienda intimatio, & glo. fi. ibi col
ligit omnes caſus in quibus debet fieri intimatio, & inter cę
teros numerat caſum clem. j de app. quæ loquitur de appella
tione interpoſita in iudicio, vel ab interlocutoria uel a diffi-
nitiua. Ex quo habes, quod non ſufficit intimare appellatio-
nem ad domum appellati, niſi quando, nec ipſe, nec procu-
rator poteſt inueniri, & idem dicerem de intimatione ſen-
tentiæ facienda illi, contra quem eſt lata ſententia, quod an-
te non currat tempus ad appellandum, niſi intimetur per-
ſonaliter ei, vel eius procuratori, vbi poteſt inueniri: ſi autē
non poteſt inueniri, tunc ſufficiat intimatio facta ad domū,
& ſic limito Bal & Ang & Spec. vbi ſupra.
33 Nunquid autem ſufficiat † intimationem fieri procurato
ri generali vide glo in dicta clem cauſam. in verbo, ſpeciali-
ter quæ dicit, quod nec procurator generalis poteſt intima-
tionem appellationis facere, nec procuratori generali po-
teſt fieri intimatio appellationis, & mouetur per tex. in dicta
cle. cauſam, qui requirit, quod procurator ſit ſpecialiter cō-
ſtitutus in ipſa cauſa. vnde videamus vtrūque dictum Et pri-
34 mo, an procurator † generalis poſſit intimare appellationē
vel an requiratur, quod habeat ſpeciale mandatum. & do.
Card in dicta clem. cauſam, in vndecima quæſtione, reſidet
cum gloſ. ſcilicet, quod requiratur ſpeciale mandatum, ſed
Ioan de Imo ibi ſuper illa gl tenet contrarium dicens, quod
intimatio non ſolum poteſt fieri per generalem procurato
rem, ſed etiam per quemcunque non habētem mandatum,
dummodo fiat in forma authentica, quia ſufficit quomodo
cunque deuenit in notitiam. Liſem venīunt § petitam. ff de
pet. hæred & eſt optimus tex in l quidam decedens § fi. cum
nota ibi per Barto ff. de adminiſtratio. tuto. & idem tenent
D. de Rota, deci. ſua. 127. & hanc opin. videtur velle glo io d.
cle cauſam, in verbo, plena ſed poſſent ſic concordari opin.
quod aut quæritur, an intimatio facta per procuratorē non
habentem ſpeciale mandatum valeat ex viribus ipſius inti-
mationis, & dicendum eſt, quod non, & hoc modo loquitur
glo in verbo, ſpecialiter. Aut quæritur, an valeat propter ple
nam notitiam aliter habitam, & dicendum eſt, quod ſic, vt
in dicta clem cauſam. ver intimatio uero, & quod not. glo.
ſuper illo ver in ve. bo, plena, & hoc modo procedit opi. Io.
de Imo. & Do. de Rota nam dicta clem cauſam, in prin po-
nit formam intimationis, deinde in ver. intimatio vero. dicit
quod dato, quod forma intimationis non fuerit obſeruata,
ſi tamen ad appellatum peruenit plena, & certa notitia, ſuffi
cit perinde ac ſi intimatio eſſet rite facta, & ideo glo in uer-
bo. ſpecialiter, ponit in princ vbi agitur de forma intimatio-
nis facienda ſed glo. in uerbo, plena, ponitur in uerſ intima-
tio vero vbi dicitur, quod etiam forma intimationis nō ſer-
uata. ſi plena, & certa notitia peruenit ad appellatum ſuffi-
cit perinde, ac ſi intimatio eſſet rite facta. & glo ibi declarat,
quādo dicatur plena, & certa notitia fieri appellato, & hoc
modo intelligendo concordant opi. & gloſſæ defenduntur
a contrarietate, & ex hoc ſum expeditus de primo.
Venio nunc ad ſecundum, ſcilicet an ſufficiat intimatio-
nem fieri procuratori generali. & gloſ. in dicta cle. cauſam,
in verbo, ſpecialiter, dicit, quod nō, & videtur probari ibi in
tex qui videtur requirere, quod intimatio fiat in præſentia
appellati, aut procuratoris ſpecialiter ab eo conſtituti in ip-
ſa cauſa. ſed dom. Cardin in xij quæſtio. & Ioan. de Imo. ſu-
per illa gl. diſtinguunt, quod aut procurator generalis nun-
quam ſe intromiſit de illa cauſa, nec vnquam fuit in illo iu-
dicio, tunc non poteſt fieri intimatio illi procuratori, & ſic
intelligunt tex. in d cle. cauſam, & glo. præalleg. Aut procu-
rator generalis tractauit illam cauſam, & tunc dicunt, quod
tali procuratori poteſt fieri intimatio appellationis, quia
perinde eſt ac ſi eſſet ſpecialiter conſtitutus in illa cauſa, &
ſ. a etiam conſuluit Pet. de Anch. ſuo conſilio 361 quod inci
pit, In nomine domini, pro declaratione trium quęſitorum
in fine.
35 Septimo quæro, † nunquid debeat fieri intimatio iudici,
vel appellato, ſi eſt certus de appellatione. dic quod non, &
quod nō ſit facienda intimatio iudici qui ſcit appellationē
interpoſitam, tenet gl in ca cum parati. in uerbo, obtentu,
infra eodem. Quod autem non ſit facienda intimatio appel
lato ſcienti probatur in clem. j. a contrario ſenſu, eodem ti.
& ibi hoc tenet glo. in verbo, ignoranti, & in dicta clem. cau
ſam in verbo, plena, de elect. quæ ponit practicam quomo-
do poſſit probari, quod appellatus habuit notitiam, & ex
his etiam infertur, quid ſi appellans vult intimare appella-
tionem iudici, vel appellato, vel quid ſi ille qui obtinuit ſen
tentiam in fauorem ſuum, vult intimare ſententiam aduer
ſario, & dum ſe præparat nolunt audire. dic quod eis impu
tatur, ex quo non ſtetit per denunciantem, & hoc tenet do.
Card. in dicta cle. cauſam, de elect. in 4. quæſtio. & Ioan. de
Imo. ibi ſuper glo. in verbo, perfecto, & hoc nota, quia mul-
totiens iudex, & etiam appellatus non permittunt appella-
tiones, vel intimationes ſibi fieri fugiendo, & recedendo de
loco, & interdum claudendo ſe in domo, vel in camera.
Et ex his reſultat 8. q. ſcilicet an ſi appellatus ſciat appel-
lationem interpoſitam, iudex autem ignorat, an ualeat † ꝓ-
ceſſus iudicis & But. in cap ſi. infra eodem. tenet quod ſit re-
uocandus propter dolum ipſius appellati, & hoc tenet Lap.
allegatione 79. in ſecunda columna, & adducit no per Ioan.
Cald. in c. ad probandum, de re iudic. ſed Ioan. de Imo. ibi te-
net contrarium per c. ſi duobus, ſupra eodem ſed dom. Abb.
hic ſequitur opi Lap. & Bu ſi proceſſus agitatus per iudicem
concernit commodum partis, ſecus ſi non concerneret cō-
modum partis, quia tūc valeret proceſſus iudice a quo igno
rante appellationem eſſe interpoſitam, & hoc modo loqui-
tur c. ſi duobus, quia ibi proceſſus non cōcernebat commo-
dum partis, ibi enim contumax in non comparendo fuit ex
communicatus, & ſic proceſſus non concernebat commo-
dum partis, ſecus, quando concernit commodum partis,
quia tunc eſt nullus, vel reuocandus, & de hoc dix. in dicto
cap. ſi duobus.
Alias quæſtiones concernentes hanc materiam poſſem
Alex. de Neuo ij. in ſecundum Decr.

examinare, ſed eas reſeruo in cap. fi. infra eodem, & eas no-
[illegible] hic recitaui, ſed aliquas examinaui ad hoc, vt ma
[illegible] duobus cauſis diuiſa facilior videatur.
¶ In gl. in verbo depręhenſus, intellige gl. quod ipſo facto vi
[illegible] probata malitia, quando arripuit iter poſt notitiam
literarum, quia Papa ſe fundat duntaxat ex facto narrato,
37 & hoc tenet hic Io. An. nam ex facto præſumitur † fraus, ut
in c. ij. de renun. in vj. & in l. dolum. C. de dolo. vbi dicitur, quod
38 † dolus probatur ex coniecturis ſed Bal. hic in fi. dicit, quod
epiſcopus nō præſumitur malitioſę appellare, niſi ſit depręhenſus, vel conuictus, vel confeſſus, & ita dicit debere intelligi iſtam gl. quilibet dicit eſſe tenendam tueri. Sed tu dic, quod
latis dicitur deprahendi, vel conuinci, quando ex circumſtātijs facti præſumitur dolus, vt dicunt iura præalle. & ita fuit
hic, quia ex eo, quod arripitur iter poſt habitam notitiam
impetrationis literarum præſumitur fraus, cum alia cauſa
veriſimiliter præſumi non poſſit, niſi quod iter arripiat ne
conueniatur per iudices imperratos ab aduerſario, & iſta eſt
ratio in qua ſe fundat ſic tex. & iſta ſufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus celebrans poſt appellationem non incurrit irregularitatem.*
2 *Excommunicatio lata poſt appellationem legitimam eſt nulla ipſo iure.*
3 *Excommunicatio in quibus caſibus ſit nulla, ſecundum gl.*
4 *Irregularitas requirit veritatem.*
5 *Delicta omnino occulta ligantur a conſtitutione militantis eccleſiæ.*
6 *Excommunicatus poteſt petere abſolutionem poſt legitimam appellationem ad cautelam.*
7 *Excommunicatus non eſt vitandus poſt legitimam appellationem.*
8 *Iudex delegatus poteſt abſoluere, vel facere abſoluere ad cautelam.*
9 *Solutio omnis quæ diuinat, vitioſa eſt, & reprobata.*
10 *Delegatus, an poſſit abſoluere ad cautelam, licet non ſit ſibi hoc ſpecifice iniunctum.*
11 *Delegatus, an poſſit abſoluere ad cautelam ſi in reſcripto dicatur, quod ſi ita eſt mandat abſolui.*
12 *Abſolutio ad cautelam, non eſt proprie abſolutio.*
13 *Petens ſe abſolui ad cautelam, non videtur fateri ſe ligatum.*
14 *Excommunicatus antequam abſoluatur, ſi ingerat ſe diuinis, qua pœna puniatur.*
15 *Legatus de latere, an poſſit de irregularitate abſoluere.*
16 *Irregularis eſt priuandus omnibus beneficijs.*
17 *Epiſcopus non diſpenſat in criminibus maioribus adulterio.*

CAP. XVI.

1 AD præſentiam. Si poſt appellationē † excōmunicatus celebrat nō incurrit aliquam irregularitatem, nec
ex eo venit puniendus ſi conſtat appellationem
eſſe legitimam. hoc dicit. In prima narratur factum, in ſecūda ponitur deciſio. Secunda ibi. ideoque. Nota primo, quod
excommunicatus poſt appellationem legitimam celebrando, vel immiſcendo ſe diuinis nullam irregularitatem incur
2 rit. tex. eſt hic not. & ratio eſt, quia † excommunicatio lata
poſt appellationem legitimam eſt nulla ipſo iure, vt in ca. per
tuas. ij. de ſent. exc. ideo non ligat, & idem eſſet dicendum in
omnibus caſibus in quibus excommunicatio eſt nulla, ut in
illis caſibus poſſit excommunicatus ſecure ſe immiſcere diui
3 nis, & caſus in quibus † excommunicatio eſt nulla enumerat gl. no. in c. præſentia in gl. ij. de ſent. exc. in vj. & adde glo.
in cle. j. in gl. ma. de offi. del. quæ dicit, quod vbi iudex non ſeruat formam reſcripti non valet excommunicatio per eum
lata, & adde dictum no. Innoc. in c. j. de concell. præben. in 6.
vbi dicit, quod ſi executor excommunicat poſſeſſorem non
dimittētem poſſeſſionē bñficij excommunicatio eſt ipſo iure nulla, niſi prius eum citet, & de cauſa cognoſcat, quia debet conſtare quod illicite detineat antequam poſſit excommunicari per executorem. facit optime, quod no. gl. no. in c.
pro illorum, in verbo, contradictores, de præben. & dicit hic
Bal. quod etiam ſi populus reputaret illum excommunica-
4 tum nihil hoc ſibi noceret, quia † irregularitas requirit veritatem, & ad hoc bene facit glo. ſingularis. in l. cum lege. ff. de
teſtam. quæ dicit, quod ſi aliquis reputatur infamis, qui non
eſt, hoc ſibi nō nocet, & ecōuerſo, ſi factū propter quod incurrerit irregularitas eſſet omnino occultum, nihilominus efficeretur irregularis, quia conſtitutio militantis eccleſiæ ligat
5 † delicta omnino occulta etiam quo ad pœnam excommunicationis, & ſuſpenſionis, & quo ad alias pœnas, licet de illis nominatim non iudicet, vt in c. a nobis el ij. de ſententia
excommunica. Idem dicit glo. nota. ſemper menti tenenda
in clemen. prima, de hæreti. in verbo, eo ipſo incurrant.
6 Secundo no. quod † excommunicatus poſt appellationē
legitimam poteſt petere ſe abſolui ad cautelam, & idem dicendum eſt vbicunque allegat excommunicationē eſſe nullam, de quo vide bon. tex. in capit. ſolet. de ſententia excommunicationis, in ſexto. & prodeſt abſolutio ad cautelam, quia
ſi poſtea appareret excommunicationem valuiſſe nō incurreret aliquam irregularitatem ex eo, quod poſt talem abſolutionem immiſcuit ſe diuinis. & propter iſtum effectum cōſequendum introductum eſt a iure, vt excōmunicatus poſſit petere abſolutionem ad cautelam, licet aſſerat excōmunicationem eſſe nullam. dic tamen, quod nunquam habet
locum abſolutio ad cautelam, niſi quando excommunicatio allegatur probabiliter nulla, nam ſi dicitur nulla, vt quia
dicitur lata poſt appellationem, prius debet conſtare de appellatione quàm fiat abſolutio ad cautelam, de quo vide gl.
penultimā, quæ incipit, poſtquam, in ca. venerabilem de ſententia excommunicatio. in ſexto, & iſtam theoricam, gloſſ.
ſenſit, & clarius dom. Abb. in capit. veniens, el ſecondo, in fi.
penultimæ colum. de teſtibus.
7 Tertio no. quod excommunicatus poſt appellationem
legitimam non tenetur gerere ſe pro excommunicato, licet
Innocen. hic velit, quod talis excommunicatus ſit vitandus,
ſed hodie hoc non eſt verum, vt patet in dicto cap. ſolet, vbi
dicitur, quod ſolum in iudicio eſt vitandus pendente cognitione nullitatis ipſius excommunicationis. Sed in extraiudicialibus non eſt vitandus etiam in diuinis officiis, nec etiam
in actibus ſpiritualibus, vt in electionibus, & poſtulationib.
& in alijs legitimis actibus, & dicit ibi glo. in verbo, officiis,
quod etiam ad officia publica interim eſt admittendus, quā
tene menti.
8 Vltimo nota argumentum, quod † iudex delegatus poteſt
abſoluere, vel facere abſolui ad cautelam, de quo vide gloſ.
3 quæ eſt in verbo, ſuperiorem, in dicto capitu. ſolet, quæ ad
iſtum textum reſpondet, quod hoc fuit ſpecialiter commiſſum hic, vel quod loquitur de auditoribus curiæ Romanæ,
qui habent ordinariam iuriſdictionem. ſed hoc non eſt verū
de quo vide glo. j. in clem. auditor. de reſcriptis. nec etiam prima ſolu. illius gl. eſt bona, quia diuinat ad iſtum textum. Om
9 nis aūt † ſolutio, quę diuinat vitioſa eſt, & reprobanda, vt dicit
glo. nota in l. filium quem habentem. C. familiæ erciſcundæ.
vnde dom. Abb. dicit, quod ſibi placet primum dictum, ſcili
10 cet, quod † delegatus poſſit abſoluere ad cautelam, licet nō
ſit ſibi hoc ſpecifice iniunctū, quia eſt de connexis negotio
principali, & pro hoc allegat bon. tex. in cap. in cauſis, de electio. iuncta gloſ. vbi patet, quod compromiſſarius datus ad
eligendum poteſt poſtulare, ſed melius facit c. prudentiam.
in §. ſexta. de offic. deleg. vbi patet, quod delegatus poteſt abſoluere excommunicatum, licet in reſcripto non ſit hoc ſpecifice commiſſum, & text. ſe fundat in hac ratione, quia cui
committitur principale, intelligitur etiam commiſſum acceſſorium. Sed dubitatur pone, quod impetrans faciat mentionem de excommunicatione, & Papa mandet, ſi ita eſt ex
11 communicatum abſolui, nunquid hoc caſu † delegatus poterit abſoluere ad cautelam præſuppoſito, quod delegatus
poſſit abſoluere ad cautelam, de quo dic, vt notant Doct. in
c. ſolet, de ſententia excommunic. in ſexto. Et in hoc ego dicerem, quod aut Papa tantum committit illum articulum,
ſcilicet, quod deberet eum abſoluere, ſi ita eſſet a ſententia
excommunicationis, & tunc credo, quod non poſſit abſoluere ad cautelam, quia cum tantum ſibi ſit commiſſus vnus
articulus, ſcilicet, quod abſoluat ab excōmunicatione, quæ
12 ligat, non poterit abſoluere ad cautelam, quia † abſolutio
ad cautelam, non dicitur proprie abſolutio. vnde cum ſibi
ſic commiſſus unus articulus non habet iuriſdictionem in
alio articulo iuxta nota. in cap. P. & G. de officio delega.
Aut eſt commiſſa abſolutio ab excommunicatione, cum
cauſa principali, & tunc puto, quod poſſit non ea ratione,
quia in reſcripto contineatur, quod debeat abſoluere ab excommunicatione, ſed quia talis abſolutio eſt connexa negotio principali.
¶ In glo. ſecunda, hæc glo. videtur ſentire, quod petens ſe
abſolui ad cautelam, non videatur ſe fateri excommunicatum facit præalleg. cap. ſolet, & dictū cap. per mas, & idem
dicit hic Innocen. & Bal. hic in fi. dicit hoc eſſe multum notabile, ſcilicet quod petēs ſe abſolui ad cautelam, non videatur fateri ſe ligatum. Audiui tamen in curia contrarium fuiſſe ſeruatum, nam quidam tempore Nicolai quinti petiit ſe
abſolui ab homicidio ad cautelam, propter quod fuit incarceratus, ſed aufugit, & tēpore Caliſti eius ſucceſſoris præſtitit purgationem canonicam, & ſic poſtea fuit abſolutus, ſed
fuit malefactum. vnde tene menti iſtam theoricam Innocē.
& Bal.

13 & Bal.ſcilicet quod † petens abſolutionem ad cautelam, nõ videatur fateri ſe ligatum, de quo vide per Doct. in cap. venerabilem, ſupra de elect. ſecus ſi peteretur ſimpliciter abſolutio, quia tunc videretur fateri ſe ligatum, de hoc eſt tex. cum glo. in dicto cap. venerabilem. & ibi hoc tenent Docto. idem tenet Bart. in l. io. ff. de verbor. oblig. & Bal. in l. cum tale. in fi. ff. de condit. & demonſt. & per Innoc. & Ioan. And. in cap. ij. in gloſ. penulti ſupra de ordi. cognit. Extra glo. quæro, quam
14 pœnam incurrit † excommunicatus, qui ingerit ſe diuinis antequam abſoluatur. dic quod vbi excommunicatio tenet incurrit irregularitatem, & idem eſt in ſuſpenſo celebrante diuina durante ſuſpenſione, vt in c. clericis. de cleri. excom. mini. & in cap. j. de ſent. excom. in vj. a qua irregularitate niſi Papa poteſt abſoluere, vt ibi dicitur.
15 Nunquid autem legatus † de latere poſſit ab irregularitate abſoluere, vide Ioan. Andr. & Doct. in dicto capit. clerici.
16 Item irregularis † eſt priuandus omnibus beneficiis, vt in capit. fraternitati, infra de cleri. excom. miniſt. & in c. veritatis. de do. & contum. vbi patet, quod etiam epiſcopus propter irregularitatem eſt deponendus. ad idem ne cler. vel mon. clericus. & de exceſſ. prælator. ex literis. in quibus tamen patet, quod irregularis non eſt ipſo iure priuatus beneficiis, ſed eſt priuandus, vnde donec priuetur licite ipſa retinet, vt dicit Innoc. in cap. cum noſtris de conceſſ. præben. vbi dicit, quod irregularis etiam ſi ſit homicida, iuſte retinet beneficium, ſi cum eo fuerit diſpenſatum, & etiam ſine diſpenſatione quouſque renunciet, vel deponatur. Adde Rotã, eod. tit. de conceſſ. præben. in antiquis quæ incipit, vbi regularis, in fi. & adde ſingulare dictum Inno. in cap. ij. de cler. non ordin. miniſt. vbi dicit, quod epiſcopi quaſi ſemper poſſunt diſpenſare in beneficiis, & quod poſſint diſpenſare cum irregulari, & cum homicida eſt bo. tex. in cap. 2. in fi. de cleric. pug. in duello. & 18. diſt. in presbyterum & 50. diſt. c. ſtudeat. Et ex hoc notabiliter limitatur cap. at ſi clerici §. de adulteriis. de iudic. vbi dici-
17 tur, quod † epiſcopus non diſpenſat in in criminibus maioribus adulterio. nam debet intelligi quo ad executionem ordinum, vel quo ad hoc vt poſſit aſcendere ad ſuperiores ordines, ſecus quo ad reuocationem beneficij. & iſtam limitationem videtur ſequi dom. Abb. in dicto §. de adulteriis. licet in dicto capit. 2. de cleric. non ordin. mi. videatur reſtringere dictum Innoc. quando epiſcopus vult diſpenſare ſuper beneficio ſimpliciter, ſed tu dic, quod Innoc. loquitur indiſtincte, & indiſtincte debet intelligi, & hoc etiam videtur ſentire in dicto ca. cum noſtris, de conceſſ. præben. dum dicit, quod poteſt diſpenſare cum irregulari, & etiam cum homicida ſuper dignitate retinenda. nam ex quo dicit poſſe diſpenſari, debet intelligi, quod poſſit diſpenſari per epiſcopum, facit quod no. in cap. dilectus. de tempor. ordin. vbi dicunt, quod quando permittitur diſpenſatio, ſimpliciter, intelligitur permiſſa epiſcopo, & idem ſenſit Innoc. in cap. 2. de cler. per ſal. promo. & pro opin. Innocẽ. videtur eſſe tex. in dicto cap. ſtudeat. 50. diſt. & 18. diſt. presbyterum. vbi diſpenſatur cum presbytero irregulari ſuper retentione eccleſiæ curatæ, & iſta ſufficiant. Sequitur c. cum teneamur.

S V M M A R I V M.

1 *Appellans turbatus in poſſeſſione, ſuper qua fuit appellatum, poteſt petere reformationem poſſeſſionis fieri per iudicem a quo, appellatione rata manente.*
2 *Appellans appellatione pendente, non debet turbari in ſua poſſeſſione.*
3 *Poſſidens etiam contra ius commune, non debet turbari appellatione pendente.*
4 *Sequeſtratio habet locum etiam in rebus immobilibus.*
5 *Debitor poteſt capi ratione ſuſpicionis fugæ etiam lite, & appellatione pendente.*
6 *Creditor poteſt debitorem ob fugæ ſuſpicionem capere manu propria, dummodo infra viginti horas præſentet iudici.*
7 *Iuriſdictio iudicis a quo, non eſt ſuſpenſa in iis, quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis, dummodo non cognoſcat de articulo appellationis.*
8 *Iudex a quo poteſt prohibere, ne appellans turbetur in poſſeſſione, ſuper qua eſt appellatum, & attentata reuocare.*
9 *Inhibitio operatur in his quæ fiunt contra appellationem, non pro appellatione.*
10 *Appellans non videtur renunciare appellationi, ſi petit a iudice a quo innouata pendente appellatione reuocari.*
11 *Probatio grauaminis debet fieri coram iudice ad quem.*
12 *Seruus regulariter non poteſt eſſe in iudicio.*
13 *Innouata per tertium non reuocantur per viam attentati.*
14 *Inhibitoria facta per iudicem ad quem, non poteſt extendi ad tertium innouantem.*
15 *Reus principalis poteſt de nouo conueniri coram iudice a quo, appellatione interpoſita per fideiuſſorem.*
16 *Exceptio competens reo, ſeu Defenſio extenditur ad fideiuſſorem.*
17 *Fideiuſſio accepta in cauſa principali, non extenditur ad cauſam appellationis.*
18 *Proceſſus factus cum reo principali, an proſit, vel noceat fideiuſſori.*
19 *Appellans non impeditur agere de poſſeſſione, licet cauſa appellationis pendeat ſuper petitorio.*
20 *Attentata an ſint reuocanda ſeruato ordine iudiciario.*
21 *Ordo iudiciarius in reuocatione attentati eſt, vt procedatur ſine libello, & litis conteſtatione.*
22 *Attentatorum reuocatio fit per ordinarium, non etiam per delegatum.*
23 *Appellationis dilatio non impedit iuriſdictionem iudicis a quo circa reuocationem attentatorum.*
24 *Vicarius epiſcopi cognoſcendo de inſtrumento vſurario, ſi inhibuit iudici ſæculari, ne lite pendente exequatur inſtrumentum, ſi pronunciet inſtrumentum non eſſe vſurarium, & inhibitionem reuocet, quamquam deferat appellationi, an poſſit inhibere iudici ſæculari, ne appellatione pendente inſtrumentum exequatur.*

C A P. X V I I.

1 CVm teneamur. Si † appellãs turbatur in poſſeſſione, ſup qua fuit appellatũ, iudex a quo poteſt illam poſſeſſionem reformare appellatione in ſuo ſtatu permanente, hoc dicit ſingulariter ſecundum communem intellectum. communis diuiſio. Secunda ibi, prudentiæ tuæ.

No. primo ibi, turbata fuerit, quod appellatione pendente
2 non debet † appellans turbari in ſua poſſeſſione, quam primo poſſidebat, nam non dicitur aliquid innouare, qui appellatione pendente vtitẽ poſſeſſione ſua, eo modo quo primo poſſidebat. & hoc tenet glo. magna in cap. non ſolum, eo. ti. in 6. & Innoc. in cap. venerabili. de cenſib. facit cap. j. ſupra vt li. pendẽ. vbi patet, quod lite pendente non debet poſſidens turbari in ſua poſſeſſione. hinc dixit glo. in cap. ſæpe. in verbo, rata manet, infra eo. quod prælatus depoſitus per ſententiam diffinitiuam poteſt ſuũ liberum officium exercere pẽdente appellatione, & excommunicare ſubditos, & vti ſua iuriſdictione. & dicit Bal. in c. 1. §. 2. quo tempore mi. referendo Ioan. And. in cap. paſtoralis. ſupra de offic. deleg. quod prædicta regula, ſcilicet quod pendente appellatione non debet poſſidens turbari in ſua poſſeſſione procedit, ſi appellatio prima facie ſit contra ius, & pro hoc facit tex. notab. in capit. j. ſupra vt lite penden. vbi patet, quod lite pendente non debet
3 poſſidens turbari in ſua poſſeſſione, licet poſſeſſio ſit contra ius commune, de quo tamen dic, vt habetur in c. cum perſonæ §. penulti. & fin. de priuil. in 6. & in cap. ad decimas, de reſtit. ſpoliat. lib. 6. vbi vide D. Do. hoc tamen limita, niſi appellans ſit ſuſpectus de dilapidatione, quia tunc poteſt fieri ſequeſtratio fructuum, ut in cap. fin. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct. & in l. Imperatores. ff. eo. & non ſolum fructus, ſed etiam res ipſa, de qua eſt quæſtio, poteſt ſequeſtrari ſi eſt ſuſpicio de eius dilapidatione, & hoc tenet Spec. eod. tit. §. nouiſſime in
4 princ. immo etiam in rebus immobilibus habet locum † ſequeſtratio, vt eſt tex. notab. in l. de pollicitationibus. ff. de pollicit. & in cap. ij. ſupra de do. & contuma. & hoc tenet glo. in dicto cap. j. vt lite penden. & Bald. in dicto cap. j. §. ij. quo tempore miles. Amplius voluit Ang. in l. nemo carcerem. in fi.
5 C. de exact. tribut. lib. 10. quod lite, & appellatione pendente poſſit perſona capi ratione ſuſpicionis fugæ, argu. l. ait prætor §. ſi debitorem ff. quæ in fraud. credit. & idem notant Docto. in dicto cap. primo, ſupra vt lite penden. & hoc no. ad intellectum. § ſi debitorem. in quo ſimpliciter dicitur, ꝙ quan-
6 do debitor eſt ſuſpectus de fuga, † creditor poteſt eum capere propria auctoritate, dum tamen præſentet eum iudici infra viginti horas. nam ille §. habet locum etiam lite, vel appellatione pendente & hoc dictum adde ad ea, quæ notant But. & do. Abb. in c. cum non ab homine. vbi examinant intellectum d. §. ſi debitorem.

Secundo no. ſecundum communem intellectum tex. ſin-
7 gularem, quod per appellationem † iuriſdictio iudicis a quo non eſt ſuſpenſa in his, quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis, dummodo non cognoſcat de articulo appel-
8 lationis. Ideo hic eſt tex. not. quod † iudex a quo poteſt prohibere, quod appellans nõ turbetur in ſua poſſeſſione, ſuper qua eſt appellatum, & attentata reuocare, & ad hoc quotidie iſte tex. allegatur. facit etiam tex. & gloſ. in ca. ſecundo, infra de matrimo. contracto contra interdic. eccleſ. vbi iudex a quo præcipit partibus, vt pendente appellatione de nouo nõ contrahãt matrimonium. & adde do. Alex. in c. tua in primo notab. de ſponſa duorum. vbi idem tenet. Ex quo infertur,

quod

quod regula quę dicit, quod appellatione pendente nihil debet innouari, vt in cap. non ſolum, eod. tit. in 6. & in l. 1. nil noui appellatione pendente. non habeat locum in his, quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis, dummodo poſſint expediri abſque cognitione articuli appellationis, & ex hac ratione poteſt iudex a quo aſſignare terminum appellanti, ad iter arripiendum, vel ad proſequendum appellationem, vt in cap. perſonas, & in cap. cum ſit, ſupra eod. quia iſti tendunt in faciliorem exitum appellationis, & illud quod dicitur hic habet locum, etiam ſi iudex detulerit appellationi, quia hoc non obſtante poteſt inhibere partibus, ne aliquid attentent in præiudicium appellationis, vt eſt tex. & glo. in dicto cap. ij. de matrimonio contracto contra interdictum eccleſ. & hoc ſequitur hic Butr. & Feder. de Sen. conſil. ſuo 83. idem ſentit Ioan. Andr. in cap. cum appellationibus eod. titu. in 6. & hoc habet locum etiam ſi iudex ad quem, canonice
9 inhibuiſſet iudici a quo, ne aliquid attentaret, quia † inhibitio operatur in his quæ fiunt contra appellationem, non autem in his quæ fiunt in fauorem appellationis, facit tex. not. in c. audita, ſupra de reſtit. ſpoliat.

10 Vltimo nota, quod † appellans non videtur renunciare appellationi, ſi petat a iudice a quo innouata pendente appellatione reuocari. pro quo vide etiam gloſ. ordinariam in cap. ſi a iudice in verbo, teneris, eod. titu. in 6. quæ dicit, quod ſi appellans compareat coram iudice a quo petens grauamē reuocari, etiam ſi producat coram eo teſtes, & inſtrumenta ad probandum grauamen, per hoc non intelligitur renunciare appellationi. idem dicit Ioan. de Imo. in cap. gratum ſupra de offi. deleg. illam glo. ſequitur etiam hic domi. Abb. & in capitu. 3. ſupra de eo qui mitt. in poſſeſſ. cau. rei ſeruan. & Domi. de Rota, deciſio. 287. quæ incipit, item quod licet, & vide ipſos deci. 477. quæ incipit, item ſi ille vbi concludunt, quod ſi ille qui appellauit etiam a diffinitiua poſt appellationem comparet coram iudice a quo, dicens ſe appellaſſe, & producens appellationem ſuam oſtendensque ſententiam iniuſtam ad hunc finem, vt iudex ab executione ſententiæ deſiſtat non cenſetur propter hoc renunciare appellationi, ſed Pau. in dicto cap. ſi a iudice reprobat illam glo. quia pro-
11 batio † grauaminis debet fieri coram iudice ad quem, vt in cap. vt debitus, infra eod. & in cap. dilectus, de reſcript. vnde talis probatio coram iudice a quo eſt contraria appellationi, & per conſequens appellans intelligitur renunciare appellationi. addunt etiam theoricam Innoc. in cap. olim, el 3. de reſtit. ſpoliat. vbi dicit, quod ille qui comparet vt patiens non intelligitur renunciare appellationi, ſed bene qui comparet vt agens.

Probans autem grauamen coram iudicem ad quem, eſt agens, ſed Io. de Fan. con. ordat opi. dicens quod aut appellans comparet ad docendum de grauamine per viam ſimplicis informationis & non tamquam coram iudice, & tunc eſt vera opi. illius glo. Aut comparet tanquam coram iudice, & tunc procedit opi. Pau. quia per huiuſ actum fatetur eum ſuum iudicem, & ſic per appellationem eius iuriſdictionem non ſuſpenſam. & dicit domin. Abb. quod iſta diſtinctio eſt ſatis ęqua, pro qua facit illud quod not. Dom. de Ro. deciſio. 472. vbi dicunt, quod ſi appellans peteret expreſſè grauamē reuocari, & ſuper reuocatione pronunciari, & partem citari ad dicendum contra, non poteſt prædicta facere, quia huiuſmodi actus non poſſunt fieri a iudice niſi in vim ſuæ iuriſdictionis, quæ per appellationem erat ſuſpenſa, vt in capit. venientes, ſupra de iureiuran. & dicto cap. ſi a iudice. & quia tales actus ſunt contrarij ſuſpenſioni iuriſdictionis & ſic ſecūdum Dominos de Ro. videretur tunc appellans renunciare appellationi. ſed in contrarium fortiter facit ille tex. dum dicit, quod iudex a quo, poteſt reuocare grauamen ordine iudiciario, ergo citata parte, vt in cap. j. in fi. de cau. poſſ. & proprie. cum ſimil. Item ſi ordine iudiciario poteſt grauamen reuocari, ergo ſuper grauamine debet pronunciari, vt in ca. cum ſuper. de cau. poſſeſſ. & propriet. & in l. de qua re. ff. de iudic. ſed ego concordando opin. ſic dicerem quod aut appellans petit a iudice a quo, vt reuocet grauamen illatum per aduerſarium, ſeu reuocet attentata per aduerſarium, & hoc caſu etiam ſi petat iudicem expreſſè pronunciari etiam aduerſarium citari ad dicendum contra, non videtur renunciari appellationi, quia iudex a quo, in hoc habet iuriſdictionem, cum tendat in faciliorem exitum appellationis, & hoc modo loquitur ille tex. Aut appellans petit grauamen, ſeu attentatum per iudicem a quo reuocari, & tunc ſi petit per viam ſimplicis informationis, non videtur renunciare appellationi, quia non petit vt reuocet in vim ſuę iuriſdictionis: aut petit quod pronunciet, & quod citetur aduerſarius ad dicendum contra, & tunc videtur renunciare ſuæ appellationi, quia videtur fateri ipſum habere iuriſdictionem petendo grauamen reuocari in vim iuriſdictionis, ſed hoc non poteſt fieri, niſi intelligatur renunciare appellationi, vt infra eod. ſolicitudinem, niſi & hoc modo poteſt procedere opin. Dominorum de Ro. & Pau. & Ioā. de Fan. & D. Pu. tamen ſi quis vellet tenere in ſiſtendo opi. gloſſæ in dicto ca. ſi a iudice poſſet dicere, quod iudex a quo habet iuriſdictionem in reuocatione grauaminis, ſiue a ſe, ſiue ab aduerſario appellantis ſit illatum, licet quo ad articulum appellationis eius iuriſdictio ſit ſuſpenſa, vnde dato quod petat grauamen reuocari in vim ſuæ iuriſdictionis, non videtur renunciare appellationi, nec ſibi eſſe contrarius, quia licet aſſeratur iuriſdictionem ſuſpenſam quo ad articulum appellationis, vel quo ad cauſam principalem non tamen aſſerit eam ſuſpenſam quo ad reuocationem grauaminis, nec quo ad ea tendunt in faciliorem exitum appellationis, vnde cum ita poſſint ſimul ſtare nec ſint contraria, non intelligitur renunciare appellationi etiā petendo grauamen, ſeu attentatum reuocari in vim iuriſdictionis per quos tamen actus cenſeatur appellans renunciare ſuæ appellationi, dixi ſupra de re iud. ca. quod ad conſultationem, & forte dicetur in cap. ſolicitudinem, infra eodem.
¶ In glo. j. dom. Abb. dicit, quod ſimile allegatum per glo. eſt multum a remotis, & quod nihil confert ad intellectum huius capituli, ſed quod forte glo. induxit iſtud ſimile, quia ſicut
12 † ſeruus regulariter nō poteſt eſſe in iudicio, vt in l. ſi ut ex certis ff. de iudic. & tamen poteſt interuenire pro recuperanda poſſeſſione, vt in dicta l. j. C. ſi per vim, uel alio modo, ita iudex a quo poteſt in caſibus ſpecialibus & fauorabilibus exercere ſuam iuriſdictionem, & de hoc dicetur cum glo. ſeq. Et aduerte, quia gloſ. videtur ſentire, dum dicit, quod poſſeſſio turbata poteſt recuperari per ſeruum, quod illa l. j. C. ſi per vim, vel alio modo, habeat locū etiam in interdicto vti poſſidetis, ſi ſeruus turbatur in ea poſſeſſione, quam detinet nomine domini, illa tamen lex prima hoc non dicit ſed loquitur de illo qui fuit poſſeſſione priuatus, tamen Docto. in dicta l. & Io. And. hic & Doct. communiter tenent, quod ſeruus poſſit agere etiā pro turbatione poſſeſſionis in interdicto vti poſſidetis, mouentur per illam Rubricam, quæ generaliter loquitur. Ibi enim ponitur Rub. ſi per vim uel alio modo poſſeſſio abſentis turbata ſit, vnde ex generalitate Rubricæ compræhenditur quod ſeruus poteſt agere tam pro turbatione poſſeſſionis, quam pro ſpoliatione. & hoc ſequitur etiam hic dom. Abb. argu. cap. cum dilecta ſupra de rei empt. & cap. ex parte cum ibi not. de reſtitu. ſpoliat. ¶ In glo. ij. glo. ergo intelligit iſtum tex. in ordinario, quia ciuilis iuriſdictio ſolum ſuſpenditur ſuper articulo appellationis, ſecus in delegato, ut in cap. ut debitus, infra eod. & iſta eſt prima lectura quę ponitur ad iſtum tex. aliæ ſex lecturæ adducuntur per Docto. ſed ero contentus tres recitare, quæ ſunt notabiliores. Et prima lectura eſt, quod innouatio fuit facta per tertium, & ideo non obſtante iſta appellatione, poteſt ille tertius conueniri coram iudice a quo, virtute generalis iuriſdictionis, quam habet contra illum tertium innouantem, & contra illum procedetur nō per viam attentati, ſed iure ordina-
13 rio, ut dicit tex. ex quo infertur, quod † innouata per tertium non reuocantur per viam attentati, ſed ſunt reuocanda ordine iudiciario, nec ſunt reuocāda per iudicem ad quem, quia ſolum de cauſa appellationis habet cognoſcere inter appellantem, & appellatum, non autem contra tertium innouantem, & hoc tenet glo. ordinaria in ca. non ſolum in glo. magna, eod. tit. in vi. & probatur in cap. Romana § in alium eodem titu. & lib. ubi eſt tex. quod ſi aliquid fuerit attentatum per tertium circa rem, de qua eſt controuerſia inter appellātem, & appellatum etiam contra inhibitionem iudicis ad quem, non poteſt ratione huius attentationis aliquam iuriſdictionem uē liceare in ipſum tertium. vnde ibi eſt tex. quod
14 † inhibitoria facta per iudicem ad quem, non poteſt trahi, ſeu extendi ad tertium innouantem.

Quidam tamen uolunt dicere, quod inſtificata appellatione iudex ad quem poteſt reuocare attentata per tertium, quia tunc ad eum deuoluitur cognitio cauſæ principalis, & ſuccedit in locum iudicis a quo. ſed mihi hoc non placet, per cap. j. de pœnis in 6. niſi iſte tertius turbaret iuriſdictionem iudicis ad quem, de quo uide gloſ. in dicto § in alium, ſuper uerbo, alium & iſtum intellectum, ſcilicet quod ille tex. debet intelligi de innouatione facta per tertium, qui alias erat ſubditus iudici a quo, ſequitur hic Bal. pro quo allegat tex. ſingul. iuncta glo. in l. creditor in princ. ff. mandati vbi patet, quod pendente appellatione interpoſita per fideiuſſorem
15 reus † principalis nihilominus poteſt de nouo conueniri coram iudice a quo. vnde Bald. in l. j. in fi. C. de diuerſis reſcrip. dicit, quod inhibitoria epiſcopi, quod nulla fiat nouitas fideiuſſori, non prodeſt reo principali, vel ecōtra, quod nulla fiat nouitas reo principali, non prodeſt fideiuſſori, & dictum

Bal.

Bal.plene procedit in primo dicto, ſcilicet quod inhibitoria
facta, ꝙ nulla fiat nouitas contra fideiuſſorem, non prodeſt
principali, quia defenſio,& priuilegium fideiuſſoris non tra-
hitur ad reum principalem, vt in l.fin. C.de fideiuſſ.& in hoc
caſu loquitur dicta l.creditor.ff.manda. ſed ſecundum dictũ
ſ. quod inhibitoria facta, ne procedatur contra reum prin-
16 cipalem, non proſit fideiuſſori, videtur dubium,quia † exce
ptio, ſeu defenſio competens reo extenditur ad fideiuſſorẽ,
vt in l.eam mandatori C.de non numer pecu.cum ſimilib.
vnde Bal in add. Specul.cod.tit.in 3.car.ver quidam p.omi-
ſit.dicit, quod ſi quis promiſit repræſentare Titium Domi-
no Poteſtati, quem Poteſtas poſtea condemnat, & ipſe Ti-
tius appellat,quod promiſſor non poteſt compelli pendente
appellatione, vt Titium repræſentet, & de hoc eſt text.in l.
cum apud Semp.onium ff.iudica ſol. & ibi etiam hoc tenet
Bart.de quo etiam per Butr.in c.cauſam quæ in princ.de te-
ſtib.hoc tamen non multum facit ad propoſitum,quia fide-
iuſſor ideo non compellitur præſentare reum pendente ap-
17 pellatione, quia † fideiuſſio accepta in cauſa principali non
extenditur ad cauſam appellationis vt eſt text.in dicta l.cum
apud Sempronium. vnde aliud eſt quærere, an fideiuſſor de
præſentando reum iudicio liberatus interpoſita appellatio
18 ne per reum principalem, & aliud eſt quærere, an † proceſ-
ſus factus cum reo principali proſit,vel noceat fideiuſſori, &
planum eſt.quod ei ignoranti non nocet, ſed an proſit vel
noceat ipſi ſcienti, examinatum fuit in cap.quamuis, ſupra
de re iudic. vnde die vt ibi dixi . videtur tamen probabiliter
dici poſſe,quod pendente appellatione interpoſita per reum
principalem fideiuſſor non poſſit conueniri,& quod inhibi
toria,quod nulla fiat nouitas reo principali, proſit fideiuſſo
ri. & ex hoc ſum expeditus de primo intellectu extra glo.
Venio ad ſecundum intellectum, ſcilicet quod hic ageba
tur petitorio coram iudice a quo,& appellans pendente appel
latione fuit ſpoliatus, vel turbatus in poſſeſſione ab appella-
to, poterit ergo ipſe appellans agendo via ordinaria corã iu
dice a quo petere poſſeſſionem ſibi reformari, vel quod appellãs
cedet actioni. nã licet cauſa appellationis pẽdeat ſuper
19 petitorio,non impeditur † agente appellans de poſſeſſione,
quia ei diuerſa cauſa, vt l.naturaliter § nihil commune.
ff.de acquir.poſſ. et quod litis pendentia ſuper petitorio non
obſtet agere volenti poſſeſſorio,probatur in l.cum fundum.
§ enim qui.ff.de ui,& ui armata & in cap ſignificauerunt,ſupra
de teſtib.& plene not in cap paſtoralis de cauſa poſſ.& pro-
priet. Nec obſtat,quod appellans poſſit recuſare iudicem a
quo in alia cauſa tanquam ſuſpectum , vt in cap.ad hæc,
ſupra eod.quia ſi non uult renunciare, poteſt agere & con-
ueniri coram eo, ut in dicto cap.ad hæc & iſte intellectus eſt
verus in ſe,& ſatis conuenit literæ, tamen iſte intellectus ui-
detur indubitabilis, & ſecundum ipſum parua reſultaret vti
litas ex hoc cap. quia clarum eſt, quod appellans in alia cau
ſa poteſt agere, & conueniri coram iudice a quo,niſi recuſet
eum tanquam ſuſpectum , vt dicto cap.ad hæc, & infra eod.
propoſuit. Cauſa autem poſſeſſionis eſt diuerſa a cauſa pro-
prietatis.
Vnde venio ad tertium intellectum,qui videtur eſſe cõmu
nior, & melior, ſcilicet quod iudex a quo poſſit reuocare at-
tentatum pendente appellatione, & iſte intellectus placet
dom. Abba qui dicit iſtum intellectum communiter teneri
per Docto. Sed dubium eſt , an ſit neceſſe illud attentatum
20 † reuocare ſeruato ordine iudiciario. & tex.videtur uelle ꝙ
ſic,vt patet ibi,ordine iudiciario &c & iſtud tenet Inno
cent.ſed Hoſt.dicit, quod poteſt reuocari per viam attentati
per titulum , vt li.pend. quia ex quo appellatio pendet, ſatis
videtur lis pendere propter ſpem iuriſdictionis reaſſumendæ
per iudicem a quo, non poteſt tamen reuocari via attenta-
ti appellatione pendente,ſed Bu.hic dicit,quod ſibi plus pla
cet,quod poſſit reuocari uia attentati appellatione penden-
te , quia in tendentibus in faciliorem exitum appellationis
iudex a quo ſe intromittere poteſt, dummodo poſſit hoc fa
cere abſque cognitione articuli appellationis , vt ſupra eod.
perſonas & cap.cum ſit Romana.& in ca.ij infra de matr.con-
tracto contra interdictum eccle vbi patet,quod iudex a quo
poteſt inhibere partibus,ne aliquid attentent.& iſtud etiam
videtur ſentire domi Abb.& Ioan. And.hic,in prin.in verbo,
reformare. Nec obſtat text dum dicit, quod appellans poteſt
expediri ordine iudiciario , nam debet intelligi de ordine iu-
diciario. ſcilicet qui debet ſeruari in reuocatione attentato-
21 rum & talis † ordo iudiciarius eſt,vt procedatur ſine libello,
& ſine litis conteſtatione, vt in clem.i.iuncta glo.i.vt li pen-
22 den. & quamquam gloſ.dicat, quod iſtam † reuocationem
attentatorum non poteſt facere delegatus,ſed ſolus ordina
rius, tamen Io.And in verbo,reformare. ſenſit contrarium,
& idem dicit But.hic in vi. col.& firmat etiam do.Abb.quia
iuriſdictio iudicis ordinarii,vel delegati non extinguitur per
appellationem etiam quo ad illam cauſam, in qua fuit appel
latum,ſed tantum ſuſpenditur, quatenus ceſſatur contrario
iuſtitiæ appellationis,vt in cap.ſi a iudice, eod tit. in vi vnde
ſicut iudex a quo poteſt citare appellantem ad audiendam
reuocationem grauaminis, & citatus tenetur comparere.vt
in cap cum ceſſante , infra eod & dicto cap ſi a iudice ita in
reuocando grauamine illato per alium ſeu in reuocando at
tentata in præiudicium appellationis nam cum cauſa ſit ad
eum reditura appellatione non iuſtificata intereſſet ſua , vt
nihil innouetur, facit quod not infra eod qua fronte ſecun-
dum vnum intellectũ. dicit tamen,quod hoc procedit,quan
do iudex delegatus non detulit appellationi,ſecus ſi detuliſ-
ſet,quia tunc ſecundum eum nõ poſſet amplius ſe intromit
tere. quia per delationem eſſet abdicata ab eo in totum iu-
riſdictio,ſecus in ordinario. quia ex generali iuriſdictione, ꝙ
habet , poteſt ſe intromittere in nouitet oris, & hoc modo
dicit poſſet ſaluari differentiam, quam ponit iſta gloſ. Inter
ordinarium, & delegatum,ſimile in cap ſi quis contra cleri-
cum ſupra de foro compet.& in cap.cum ſpeciali,infra eod.
iuncto cap iudex.de offi.deleg in vj ſed iſtud ultimum, quod
dicit dom.Abb mihi non placet,nec credo eſſe verum,quia
23 delatio † appellationis non impedit iuriſdictionem iudicis
a quo,circa reuocationem attentatorum vt in cap ij. de ma-
trimo contracto contra interdictum eccl & ſupra dixi Nec
eſt verum , quod per delationem appellationis abdicetur in
totum iuriſdictio iudicis a quo , quia appellante non proſe-
quente appellationem reuertitur iuriſdictio ad iudicem a
quo, non obſtante appellatione,& hoc tenet glo in ca cum
appellationibus.in verbo,committenda.eod tit in vi.& iſtud te
net hic But & ad hoc allegat conſ.quod no Fed de Sen conſi
24 lio ſuo 83. vbi dicit , quod ſi Vicarius † epiſcopi cognoſcen-
do,an inſtrumentum eſt uſurarium inhibuit iudici ſæculari,
ut lite pendente exequatur inſtrumentum & poſtea pronun
ciet inſtrumentum non eſſe uſurarium,& reuocet inhibitio
nem per ſe factam iudici ſæculari , quamquam appellationi
deferat,poteſt inhibere iudici ſæculari,ne pendente appella-
tione exequatur inſtrumentum, & ſic poteſt reuocare reuo-
cationem inhibitoriæ . quia hoc tendit in faciliorem exitum
appellationis, & allegat illum tex.& hoc ſequuntur hic But.
& dom. Abb & idem dicunt in capit.tuam.de ordi cogn ſed
Ioan. de Imo.dicit, de hoc ſe dubitare, quia poſt ſententiam
diffinitiuam eſt functus officio ſuo, vnde non uidetur, quod
poſſit reuocare illud quod facit in ſententia diffinitiua,vt in
l.iudex poſtquam ff de re iudic plus dicit Ang.in l.4.§ con-
demnatio. ff.de re iudic.quod ſi ex forma ſtatuti inſtrumen-
tum petitur exequi coram laico,& aduerſarius petat coram
eccleſiaſtico illud pronunciari uſurarium, quod iſta petitio
non retardat executionem inſtrumenti, & allegat ſingulare
dictum Innoc in cap cum in iure de offic.deleg. in glo mag.
ideo dicit,quod inoleuit conſuetudo,quod epiſcopus mittat
inhibitoriam iudici ſæculari ſub pœna excommunicationis,vt
ſuperſedeat ſed dicit ibi Ang quod tale præceptum eſt iniu-
ſtum,& Ioan de Imo allegat Dom.de Rota deciſ 322 ſed
in hoc Ang & Ioa.de imo male dicunt quia loquuntur con
tra text in cap tuam de ordi cognit.& in cap lator,qui fil ſint
legi in quibus patet,quod quando exceptio peremptoria eſt
examinanda coram alio iudice , quam coram iudice cauſæ
principalis, operatur effectum exceptionis dilatoriæ , quia
differt proceſſum , & iuriſdictionem iudicis cauſæ principa-
lis, donec fuerit pronunciatum ſuper illa peremptoria vnde
uide Bald in auth quę ſupplicatio. C.de precib imper.offer.
ubi melius declarat dictum Innoc in dicto cap.cum in iure.
vnde tene opi.Feder de Sen,quam ſequitur But & do Abb.
nam iudex reuocando inhibitoriam grauauit , quia non
debebat eam reuocare , cum eſſet opes appellationis inter-
ponendæ, ergo poteſt ſuum grauamen reuocare infra eod.
cum ceſſante. Nec obſtat , quod ſit functus officio ſuo per
ſententiam, quia iſtud tendit in faciliorem exitum cauſæ ap-
pellationis, ergo poteſt iudex a quo hoc facere,vt h c.& in-
fra eod qua fronte & quod ibi not.& eſt bon tex.cum glo in
cap ij de matrimonio contracto contra interdictum eccleſ.
Immo plus dicit dom.Abb in dicto ca tuam, quod ſine alia
inhibitoria debet iudex ſæcularis vigore primæ inhibitorię
ſuperſedere, quoniam iſta reuocatio eſt extincta,ſeu ſaltem
eſt ſuſpenſa per appellationem. remanet ergo prima inhibi
tio in ſuo robore , facit quod not.glo in cap. ſæpe.in uerbo,
rata manet,infra eod & ſic uult dom.Abb quod nedum iu-
dex a quo poſſit mittere nouam inhibitoriam iudici ſæcula
ri , ne procedat ad executionem inſtrumenti pendente ap-
pellatione, non obſtante, quod in ſententia reuocauerit ip-
ſam inhibitoriam, ſed etiam ſine miſſione nouæ inhibitorię
iudex ſæcularis non poteſt inſtrumentum exequi , quia per
appel-

appellationē eſt ſuſpenſa reuocatio inhibitoriæ, & ſic prima
inhibitoria re nanet in ſuo robore. & hæc tene menti, quia
quotidie de facto contingunt. Et hæc ſufficiant in hoc cap.
Sequitur cap. conſuluit.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio generalis in omnibus cauſis non valet.*
2 *Appellari poteſt reſpectu vnius grauaminis, reſpectu cuiuslibet grauaminis in eadem cauſa facti.*
3 *Remedijs fruſtratorijs vti non debemus.*
4 *Grauamen eſt immediata cauſa appellationis.*
5 *Appellatio non valet niſi cauſa rationalis exprimatur.*
6 *Appellatio extraiudicialis poteſt continere appellationem a futuro grauamine.*
7 *Expreſſio cauſæ an requiratur in appellatione extraiudiciali.*
8 *Practica appellandi ordinaria quæ ſuperflua ſit, ſecundum Abb.*
9 *Appellatio concepta hoc modo, Appello a tali grauamine, & ab omni grauamine, quod mihi in hac cauſa in futurum contingeret inferri, nunquid extendatur ad cauſam principalem.*
10 *Appellans non poteſt proſequi niſi cauſas expreſſas in appellatione.*
11 *Certum aliquid dicitur, vel nominatim exprimi, quando apparet certitudo in eo.*
12 *Appellari poteſt a futuro grauamine comminato.*

CAP. XVIII.

1 CONſuluit. Generalis† appellatio in omnibus cauſis non valet, ſecus ſi in
vna cauſa tantum, hoc dicit, ſecundum Ioā. And.
Generalis, & vaga appellatio reſpectu cuiuslibet
grauaminis non valet, ſed reſtricta ad certam cauſam ſic. In
prima deciſa conſultatio, in ſecunda reſponſio. ſecunda ibi,
conſultationi tuę ſecunda ſubdiuiditur, prout duo membra
continet ſecunda ibi, ſi vero. No. ꝙ reſpectu vnius grauami-
2 nis poteſt quis† appellare reſpectu grauaminis in eadem cau
ſa futuri. & ex hoc dicit do. Abb. eſſe bo. tex pro his quę dixit
in c ſuper eo, el j. ſupra eod. vt ſcilicet appellatio interpoſita
ſuper vno articulo ſuſpendit iuriſdictionem iudicis quo ad
totam cauſam appellatore nolente. ſed in reſpon. quod iſte
procedit, quando appellans grauatus in vno articulo appel-
lat ab omni grauamine, quod in eadem cauſa poſſet contin
gere fruſtra enim requireretur appellatio, ſi ſine appellatio-
ne iudex non poſſet amplius in cauſa procedere. dicas ergo,
ꝙ iſte tex. no limitat dictum cap. ſuper eo. inquantum dicit,
ꝙ appellatio interpoſita ſuper vno articulo non extenditur
ad cauſam principalē, ſi ſine ipſa articulus appellationis po-
teſt determinari nam illud procedit niſi grauatus appellet ab
omni grauamine. nam tunc propter grauamen præcedens
poteſt iuſte appellari ab omni grauamine, quod in illa cauſa
poteſt cōtingere: poteſt enim talem appellationem interpo
nere propter grauamen præcedens, ſi non interponeret talē
appellationem, quia tunc non extēderetur niſi ad articulum
appellationis, & non ad connexa, vt d c. ſuper eo. & ille text.
expreſſè facit contra do. Abb. ſi enim appellatio interpoſita
ſuper vno articulo non extenderetur ad totam cauſam, fru-
ſtra iſte quæreret, an grauatus ſuper vno, poſſet appellare
ab omni grauamine, quod in illa cauſa poſſet contingere, ſi
appellatio ad totam cauſam extēderetur. Fruſtratoriis enim
3 †remedijs uti nō debemus l. hæc ſtipulatio. ff. vt leg no. cau.
Quæro antequam veniam ad glo. pro declaratione, quæ
ſit ratio differentię inter primum, & ſecundum caſum huius
4 tex. & dic quod ratio eſt, quia †grauamen eſt immediata cau
ſa appellationis, vt ſupra eo. ſuggeſtum. & inf. eo. vt debitus.
& quia generalis appellatio non eſt reſtricta ad certam cau-
ſam, ideo non valet, & hoc modo procedit primum dictum
huius deciſ. ſed in ſecundo loquitur, quando præcēdente gra
uamine appellauit ab ipſo grauamine illato, & ab omni gra
uamine, quod in illa cauſa poſſet inferri. hoc enim caſu ap-
pellatio admittitur, ex quo grauamē præceſſit & hoc modo
loquitur iſte tex. in 2. reſp. in glo Hæc glo. eſt expedita per ea
quæ proxime dixi, tamē pro clariori expeditione opponitur
de c ij ſupra eo vbi patet. ꝙ illud c loquitur, quando quis ap-
pellat generaliter in omni cauſa & in hoc concordat iſte tex.
in reſpon. In ſecundo autem dicto, quando propter graua-
men præcedens appellat ab omni grauamine, quod in illa
cauſa poſſet inferri dicit tamen, quod hodie iſte tex. non pro
5 cedit, quia non valet †appellatio, ſiue ſit ſpecialis, ſiue gene-
ralis, niſi cauſa rationabilis exprimatur, vt in c. vt debitus. & in
c. cum ſpeciali. § porro infra eod. & no bene glo dum ſenſit,
quod valet appellatio generalis cauſa rationabilis expreſſa,
& ſic intelligi iſtum tex. ꝙ loquitur in appellatione, in qua
nulla cauſa rationabilis exprimatur, & hoc clarius ſenſit Io.
An in primo intellectu quem ponit ad iſtum tex. dicit enim
iſtum tex procedere in duobus caſibus. Primus, quando ali-
quod grauamen exprimitur in appellatione ſecuta clauſula
generali, vt eſt moris Secundus caſus eſt, quando appellatio
interponitur in cauſis maioribus, in quibus non eſt neceſſe
cauſam exprimi, vt infra eo. vt debitus. in fi. Innoc. uero indi-
ſtincte dicit, ꝙ iſtud ca. hodie eſt correctum in appellatione
iudiciali, in extraiudiciali verò dicit appellationem tenere
etiam grauamine non expreſſo, dummodo aliquid fiat, vel
dicatur, quare grauamen timeri poſſit, & grauamen ſubſe-
quatur, aliter dicit, appellationem non eſſe admittendam,
etiam ſi ſit extraiudicialis propter multas abſurditates, quæ
poſſunt ſubſequi. Fatetur tamen, quod a futuro grauamine
extraiudiciali poteſt appellari, puta appello ne me graues, vel
moleſtes ſuper tali facto, ne me quis moleſtet ſuper poſſeſſio
ne tali, etiam ſi nulla cauſa in appellatione exprimatur. ſuffi-
cit enim, ꝙ fiat ex probabilibus coniecturis, & ꝙ factum ſit
certum, infra eod. bonæ ſed do. Abb dicit, quod quantum ad
expreſſionem cauſæ non eſt differentia inter appellationem
6 iudicialem, & extraiudicialem, quia licet in † appellatione
extraiudiciali quis poſſit a futuro grauamine appellare, vt in
clem. ſicut, eod. tit & infra eo. bonæ. tamen cauſa appellatio-
nis eſt exprimenda. vnde concludit, quod appellatio, ſiue ſit
iudicialis, ſiue extraiudicialis prætextu grauaminis, non ua-
let, niſi cauſa appellandi ſit expreſſa, ſed de hoc ſcilicet an in
7 appellatione extraiudiciali requiratur † expreſſio cauſæ, dixi
in c. cum ſit Romana, ſuper gl in ver. paſſim, ſupra eo. de quo
etiam per Bar. in l eius. & in l. fi. ff. de app & ſubdit do. Abb ꝙ
iſte tex. in ſecundo dicto poteſt intelligi dupliciter. primo, ſe
cundum tempora antiqua. ſecundum quæ non erat opus
exprimere. ij q vj ad Romanā. ſed ſatis erat, quod appellatio
non appareret manifeſte friuola, vt no infra eo. vt debitus.
Secundo poteſt intelligi ſecundum tempora hodierna, ſcili-
cet ut exprimatur grauamen in vno articulo, & ſubiciatur
clauſula generalis, ſcilicet, & ab omni grauamine, quod mi-
hi in illa cauſa poteſt inferri in futurum, vt ſenſit hic Io. An.
ſed ipſe dicit, quod hæc adiectio, ſcilicet & reſpectu cuiuslí-
bet grauaminis in eadem cauſa futuri, eſt ſuperflua, quia ſine
tali expreſſione ſuſpenſa eſt ſecundum eum iuriſdictio in to
8 tū. & ex hoc dicit, quod ſuperflua eſt † practica qua vtuntur
communiter appellantes, videlicet appello ex tali cauſa,
& aliis rationibus & cauſis, loco & tempore proponendis.
non enim poteſt iuſtificari appellatio niſi ex cauſis expreſſis
in appellatione, vt in clem. appellanti, eod tit. & per hoc di-
cit, quod hæc clauſula conſueuit apponi ad maiorem expreſ
ſionem, & conſuluit quod hæc practica obſeruetur propter
vitandas opin. de quibus in dicto c ſuper eo. nam But & Ioā.
de Imo. in dicto c ſuper eo. tenent, ꝙ appellatio interpoſita
ſuper vno articulo, non extendatur ad cauſam principalem,
ſi non eſt connexa articulo appellationis, & iſta opin. eſt ve-
rior, vt ibi dixi modo vult dicere do Abb quod tenendo illā
opin. vtilis eſſet practica Ioann. And. quæ ſumitur ex hoc tex.
ſed in hoc aduerte, quia appellantes vtuntur duplici pra-
ctica, nam appellant ex cauſa expreſſa in appellatione, vt ex
omnibus cauſis ſuis, loco & tempore proponēdis, & iſta pra
ctica nihil prodeſt, quia ſolum cauſas expreſſas in appellatio
ne poteſt proſequi, vt eſt tex. in clem appellanti. eo tit. & de
hac practica nulla fit mentio. Secunda eſt practica, quia ap
pellantes conſueuerunt dicere. quia me grauaſtis, & timeo
9 in futurum magis grauari, † appello ex tali grauamine, & ab
omni grauamine, quod mihi in hac cauſa in futurum con-
tingeret inferri, nunquid hoc caſu talis appellatio extenda-
tur ad cauſam principalē, vt uirtute talis appellationis poſ-
ſit reuocari grauamen poſtea illatum. & Io. And & do. Abb.
ſentiunt, quod ſic. vt vidiſtis. & iſtud etiam ſequitur Ioan de
Imo & hoc tenet clarius Hoſt. & do. Abb in cap. j. poſt prin.
ſupra de dilat. ſed contra iſtud fortiter facit clem appellanti,
10 eod. tit vbi probatur, quod † appellans non poteſt proſequi
niſi cauſas expreſſas in appellatione. immo ſi appellans dice-
ret, appello ex tali cauſa, & ex omni cauſa quæ pōt ex actis,
& ex proceſſu colligi propter hoc tamen non poteſt proſe-
qui niſi cauſas expreſſas in appellatione, & hoc tenet Ioā. de
Imo. & dom. Cardi. in dicta clem. appellanti, in 4 q & Dom.
de Ro deciſ. vii. quæ incipit, item ſi appellatur. idem ſequitur
Bal. in l minoribus C de his quibus ut indig & Ang. in l. j ff.
de liber. & poſth & Ang & Ioan. de Imo. in l. a. ff. eod. tit. Bald.
tamen in dicta l minoribus. hoc limitat dicens hoc procede
re, niſi exprimeretur nominatim, in qua parte actorum ap-
pareat grauamen. tunc enim ſatis dicitur exprimi nomina-
tim, ex quo exprimitur, in qua parte actorum appareat gra-
11 uamen. dicitur enim aliquid † certum, uel nominatim ex-
primi, quando apparet certitudo in eo, ad quod fit relatio.
facit l. certum ff. ſi cer. pet. & l. nominatim. ff. de lib & poſthu.

& idem

& idem ſentiunt Dom.de Ro.deciſione prædicta quod tene
menti,& iſta multum ſtringuur,quod iſte tex hodie non pro
cedit, etiam ſi in appellatione ſit expreſſum grauamen illa-
tum, quia propter illam clauſulam generalem non videtur
proſequi niſi cauſam expreſſam, niſi diceres ſaluando opin.
Ioan. And.Hoſt.& Ioan de Imo.& dom.Abb quod clemen.
appellanti, debet intelligi, quando quis eſt grauatus ex plu-
ribus cauſis: tunc enim ſi vnam tantum in appellatione ex-
primit ſubiuncta clauſula generali, non poteſt niſi cauſam
expreſſam exequi, & ita loquitur clementina appellaori.
Aliquando enim ſolum in vno articulo eſt grauatus, &
tunc quia merito habet iudicem ſuſpectum, quod grauet in
futurum, vt ſupra eod.ad hæc & infra eod propoſuit. præte-
xtu talis appellationis poteſt defendi a futuro grauamine &
perinde habetur, ac ſi futurum grauamē eſſet nominatum.
12 vnde ſicut a futuro grauamine comminato poteſt † appella-
ri, vt infra eod cum ceſſato're ita a præſumpto grauamine po
teſt appellari. Sequitur c.cum parati.

SVMMARIVM.

1 *Citatio legati prætextu appellationis contemni non debet.*
2 *Appellatio friuola non excuſat quo minus inferior teneatur obedire ſuperiori.*
3 *Excommunicatus repellitur a petitione, tam iudiciali, quam extraiudiciali.*
4 *Contractus geſtus per excommunicatum, an valeat, ſecundum Angelum.*
5 *Tertius quicunque fuerit, admittitur ad opponendum exceptionem excommunicationis.*
6 *Iudicia non admittunt eos, quorum non intereſt.*
7 *Exceptio, tua non intereſt, quod importet, & quando admittitur ſecularis.*
8 *Clericus, & Epiſcopus poſſunt acceptare legationem Regis, & Principis.*
9 *Nuncio creditur in citatione, & in vicinis citationi.*
10 *Nuncius tenetur referre locum, & tempus citationis ipſi notario, ſecundum Bal.*
11 *Inſtrumenta quare contineant locum, & tempus celebrationis.*
12 *Acta in iudicijs præſumuntur ſolemniter geſta.*
13 *Præſentiam exhibere ſuam dicitur qui per ſe, vel procuratorem comparet.*
14 *Præſentare ſe propriè quis dicatur.*
15 *Pœna impoſita exercenti actum perſonaliter, non infligitur agenti per alium.*
16 *Comparere perſonaliter, quis poſſit compellere.*
17 *Statutum dicens quod mulier, vel minor non contrahant ſine præſentia duorum conſanguineorum, perſonaliter debent adeſſe, non mandare vices ſuas.*
18 *Citatio valet, licet deficiat terminus comparendi.*
19 *Citatio quando valeat ſine termino.*
20 *Citato non comparente in termino, an iudex actum expedire poſſit eo amplius non citato.*
21 *Hora nunquid in citatione exprimenda veniat.*
22 *Contumacia an excuſetur ob leuem cauſam.*
23 *Ordo ſacerdotalis omnem dignitatem ſecularem excedit.*
24 *Vinculum ſpirituale eſt fortius corporali, & carnali.*
25 *Beneficia recipiens a diuerſis, cui potius parere debeat ex illis.*
26 *Obligatio iuramentalis laico acquiſita, tolli a Papa non poteſt.*
27 *Obedientia quando non ſit Papæ præſtanda.*
28 *Papæ in dubio ſemper obediendum eſt.*
29 *Superior eccleſiaſticus in obedientia ſeculari ſemper præfertur, ni regalia præſtiterit.*
30 *Citatus a duobus, cui potius obedire debeat, vide per caſus diſcurſum.*
31 *Comparere quis poteſt coram duobus eodem tempore, coram vno per procuratorem, coram alio perſonaliter comparendo.*
32 *Citatus cæteris paribus primo vocanti potius parere debet.*
33 *Vocatus a duobus, & in neutro foro comparens, ab ambobus puniri poteſt.*
34 *Impedimentum contingens ex facto proprio, non excuſat.*
35 *Citatus excuſatur ſi in vinculis exiſtat.*
36 *Vocatus coram epiſcopo, vel eius Vicario, ſeu delegato, coram quo comparere debeat.*
37 *Vaſallus habens feudum a duobus, ſi vocetur ab ambobus ad bellum, cui potius obedire debeat.*
38 *Vaſallus ſi Rex, & Baro Regi ſubiectus dimicant inter ſe, & vterque eum vocet, cui parere debet.*
39 *Vaſalli ſi vocentur ad bellum a Baronibus, & eodem tempore a Regibus, cui obediunt.*
40 *Armiger a duobus captus, dein liberatus ſub conditione vocatus accedendi, ſi ambo vocent, quis potius adeundus ſit.*
41 *Vocatus coram iudice generali, & coram ſpeciali, coram quo comparere debeat.*
42 *Nuncij electio ſpectat ad iudicem, tam ordinarium, quam delegatum.*
43 *Nuncius licet non iurauerit, non prohibetur exercere officium ſuum.*
44 *Nuncius poteſt recuſari tanquam ſuſpectus, ſicut tabellio ſi ſubeſt cauſa.*
45 *Citatus an teneatur credere nuncio citanti.*
46 *Nuncius poteſt citare viua voce ex parte iudicis.*
47 *Nuncius non poteſt realiter citare, vel in poſſeſſionem mittere ſine commiſſione in ſcriptis.*
48 *Iudex an teneatur credere nuncio referenti ſe citaſſe.*
49 *Parti quandoque plus creditur, quam nuncio.*
50 *Excommunicatio eſt magna pœna.*
51 *Negans ſe eſſe citatum probare debet.*
52 *Nuncij quales hodie eligantur, & quales eligi deberent.*
53 *Statuto diſponente alicui credendum, an admittatur probatio in contrarium.*
54 *Nuncius an citare poſſit abſque commiſſione iudicis.*
55 *Documentorum appellatione, comprehenduntur teſtes.*
56 *Proceſſus poteſt probari per teſtes.*
57 *Commiſſio iudicis an præſumatur, ſi conſtet in actis de citatione, & relatione.*
58 *Commiſſio iudicis eſt quædam ſolemnitas extrinſeca, quæ non præſumitur niſi probetur.*
59 *Citatio debet fieri ad requiſitionem partium.*
60 *Actus omnis iudicialis ad petitionem partis fieri debet.*
61 *Conſuetudo, & ſtylus iudicij in citando ſeruari debent.*
62 *Iudex an poſſit committere nuncio poteſtatem citandi generaliter.*
63 *Mandatum generale non ſufficit vbi requiritur ſpeciale.*
64 *Iudex an poſſit committere notario, vel parti, citandi poteſtatem.*
65 *Nuncius quis poteſt eſſe in propria cauſa.*
66 *Præſentandi literas bona practica.*
67 *Nuncio de verbis relatis an ſit credendum.*
68 *Citatus qui reſpondit nolle venire, an ſit contumax.*
69 *Citationes geminantur vt de voluntate citati conſtet.*
70 *Contumax verus quis dicatur.*
71 *Nuncio referente ſe aliter retuliſſe, quam a notario ſcriptum, cui potius credendum ſit, vel nuncio, vel notario, quæritur.*
72 *Scriptura notarij facit plenam probationem.*
73 *Relatio citationis, an poſſit fieri in die feriato.*
74 *Nuncius an poſſit alteri committere, ut pro ſe citet.*
75 *Appellatio interpoſita iudice abſente valet.*
76 *Appellatio facta Cardinali, præſumitur iniuſta.*
77 *Denunciatio plus operatur, quam exceptio, ſecundum glo.*

CAP. XIX.

1 CVm parati. Prętextu † appellationis ci-
tatio legati contemni nō de
bet, hoc dicit, ſecundum Ioan And. & Docto. ſed
do Abb dicit, quod iſta ſummatio eſt nimis gene
ralis, & quod de nihilo ſeruit per cap. vt debitus, infra eod.
2 vnde ipſe ſic ſummat. Appellatio † friuola, non excuſat infe-
riorem quominus teneatur obedire ſuperiori, & de contem
ptu punitur niſi innocentiam ſuam aliter purget, hoc dicit,
& eſt ſolemnis decret. & habet materiam quotidianam, &
diuiditur in quatuor partes. In prima ponitur exceptio Car
dinalis contra epiſcopum. In ſecunda, excuſatio epiſcopi.
In tertia, reſponſio Cardinalis ad ipſam. In quarta ponitur
interlocutio Papæ, & citatio epiſcopi. ſecunda ibi. cumque.
tertia ibi, Cardinalis. quarta ibi, nos vero attendentes.
3 No. primo ibi, tuas petitiones, quod † excommunicatus
non ſolum repelli debet a petitione iudiciali, ſed etiam a pe-
titione extraiudiciali facta coram ſuperiore. facit cap pia. de
excep. in vj. vbi vide per Ioan. Andr. & Dom. Domi. & plene
per Innocent. in capit. veritatis, de dolo. & contuma. vbi tra-
ctat, an & quando excommunicatus repellatur in extraiudi
4 ciali, & ibi etiam tangit, an † contractus geſtos per excom-
municatum teneat, de quo etiam in ca. ſi vero, infra de ſen-
ten. excomm.
5 Secundo no. quod † tertius, cuius non intereſt, etiam ſi
non ſit nominatus, nec citatus in iudicio admittitur ad op-
ponendum exceptionem excommunicationis. & ratio eſt,
quia in hac exceptione iudex ex officio poteſt ſupplere etiā
nemine opponente, vt in cap exceptionem, in fi. infra de ex-
cep. & in cap pia. in fi. eod. ut. in vj. Et ex hoc infertur nota-
6 bilis limitatio ad regulam, quæ dicit, quod † in iudicijs non
admittitur is, cuius nō intereſt, vt in cap. cum inter R ſenio-
rem de electio & ij, quæſt. vj. non ſolent. & in l. non ſolent. ff.
7 de appell. recip. immo iſta † exceptio, tua non intereſt, repel-
lit agentem, & impedit litis conteſtationem, vt eſt tex. nota
bilis in l. ſi autem. §. ſi homo ff. de rei vend. & hoc tenuit Inn.
in capi. ſuper his de accuſat. vbi dicit, quod hæc exceptio, tua
non intereſt, impedit litis conteſtationem, & quod eſt dila-
toria, & ante litem conteſta. opponenda. ſed iſte tex. limitat
regulam

regulam prædictam, qnia in caſibus In quibus iudex poteſt
ex officio ſupplere, poteſt etiam admittere tertium, cuius nō
intereſt, ad opponendum, & ad allegandum, vnde in caſi-
bus, in quibus iudex poteſt procedere ex officio, non habet
locum exceptio, tua non intereſt. & hoc ſequitur hic Ioan.
de Imo. in princ. & dom. Abb. in ſecundo not. ſed dic, quod
iſte tex. hoc non probat, quia non apparet hic, quod fuerit
oppoſitum huic Cardinali, quod ſua non intereſſet. Doct. tñ
hic tenent per iſtum tex. illud, quod ſupra dixi. ſ. quod vbi iu-
dex poteſt ex officio procedere, nō admittatur exceptio, tua
non intereſt. Quod autem tertius non nominatus in iudi-
cio admittatur pro ſuo intereſſe, dic vt in cap. veniens, el ſe-
condo, ſupra de teſtib. & per Bar. in l. a Diuo Pio. §. ſi ſuper re
bus. ff. de re iudic.

8 Tertiò no. ibi, etiam in legatione Regis, quod † clericus
etiam epiſcopus licite poteſt acceptare legationem principis
ſecularis, pro quo uide tex. notab. iuncta glo. 18 diſt. epiſco-
pus. & idem in delegatione, vt in cap. in archiepiſcopatu. in-
fra de rap. ſed multum in contrarium facit capit. te quidem.
11. quæſt. j. vbi dicitur, quod epiſcopi non debent recipere de-
legationem a laicis, & ſi recipiant peccant, valet tamen iudi
cium, vt dicit Bur. & Dom. Abb. in cap. ij. de iudi. Non obſtat
cap. in archiepiſcopatu. quia loquitur quando delegatio ten
dit ad honorem fidei, vel ad commodum Chriſtianitatis re
cipiendo talem delegationem, & de hoc tetigi in dicto cap.
in archiepiſcopatu. & plenius per Butr & dom. Abb. in dicto
cap. ij. de iudic.

9 Quartò no. ex tex. valde not ſecundum dom. Abb. † quod
nuncio creditur non ſolum ſuper nuda citatione, ſed etiam
ſuper his quæ ſunt vicina, & proxima citationi, puta quod
reperit citatum in certo loco. plus dicit Bal. hic per iſtū tex.
10 q † nuncius tenetur dicere in ſua relatione, quam fecit nota-
rio de citatione per ſe facta, in quo loco citauerit, puta ci-
taui talem in tali loco, quia poſſet eſſe locus, in quo citatio
non potuiſſet fieri, eodem modo dicit, quod tenetur nun-
cius dicere, quo tempore citauerit, puta citaui talem tali
die, quia poſſet eſſe citatus alia die, quam iuridica, uel poſt
lapſum tempus citandi. & ſubdit, quod propter hanc ratio-
11 nem, locus & tempus additur in † inſtrumentis, ut in ca Ab-
bate ſanc. de re iudic. in 6. & adde ſingulare dictum Domin.
de Ro. deciſ. 349. vbi dicunt non valere conſuetudinem, q
locus & tempus non inſeratur in inſtrumento, quia præſta-
ret materiam fabricandi falſum, quia non poſſet probari cō
tra inſtrumentum, ex quo locus & tempus celebrati contra
ctus in eo non eſt inſertum, ut in cap. ex tenore, ſupra de te-
ſtib & uidetur uelle Bal. quod niſi nuncius referat, quo die,
& loco citauerit, quod non præſumatur citationem rite fa-
ctam. Nec obſtat, quod in iudiciis omnia præſumantur ſo-
12 lemniter † acta, quia hoc eſt uerum in his quæ fiunt per iu-
dicem. qui eſt perſona publica, ut not. in l. j. C. de iure fiſci. &
haſtæ fiſca libro 10. & in l. Theopompus. ff. de do. prælega. ſe-
cus in his quæ fiunt per executorē, vel curſorem, pro quo nō
eſt ita præſumendum, niſi dicatur, quod præſumatur ex fide
officium geſſiſſe, & quod fuerit mandatum ſecutus. ſed Bal.
dicit, quod prima opinio eſt tutior, & ſic videtur velle, quod
tutius ſit tenere, quod non præſumatur citationem eſſe rite
factam. ſed pro ſecunda opinione, ſcilicet quod præſumi de
beat nuncium rite citaſſe, facit cap. ad audientiam, ſupra de
præſcript. & l. ab ea parte. ff. de probat. & circa hoc uide not.
per dom. Abb. in cap. in præſentia. de probat. & per Bartro. in
l. non ſolum. §. ſed ut proban. ff. de oper. noui nunc.

Quinto no. ibi, vel in propria perſona, uel proprios nun-
13 cios, quod quis dicitur exhibere ſuam † præſentiam, ſiue ſe
præſentet perſonaliter, ſiue mittat nuncium, ſeu procurato-
rem, & hoc communiter Doct. colligunt ex hoc tex. allegāt
cap. epiſcopus. 18. diſtinct. facit optime cap. penult. ſupra de
iuramen. calum. vbi patet, quod ille cui mandatur, vt ſe præ-
ſentet coram Papa, ſatisfaciat mandato in mittendo pro-
curatorem. dicit tamen do. Abb. quod ſecundum propriam
14 ſignificationem vocabuli, ille dicitur ſe † præſentare qui ex-
hibet præſentiam corporalem, & ad hoc allegat tex. notab.
iuncta glo. in verbo, præſentari, in clemen. dudum, de ſepult.
& quod no. c. ea noſcitur. de his quæ fiunt a præl. & dicit hoc
eſſe notandum pro ſtatutis, & aliis diſpoſitionibus requiren-
tibus præſentiam alicuius ad certum actum, nam ſecūdum
eū nō poterit talis actus expediri per nunciū, ſeu per procura-
torē. & idē dicit do. Abb. in c. expoſuit. ſup. de dila. vbi dicit, q
vbi requiritur alicuius præſentia non poteſt actus fieri per
procuratorem, quia ille dicitur præſens. qui exhibet ſe con-
ſpectui, allegat glo. in clem. dudum, in verbo, præſentari, de
ſepult. ad iſtum tex. reſpondet dom. Abb. quod hoc fuit ex-
preſſum, quod deberet ſe præſentari per ſe, uel per nuncios,
ſecus ſi hoc non fuiſſet expreſſum. Tu autem clarius di-
ſtingue, & dic, qnod aut requiritur, quod aliquid non fiat per
ſonaliter, & tunc nō ſufficit illud facere per procuratorem.
& de hoc eſt tex. in ca. expoſuit. iuncta glo. ij. & ibi etiam per
dom. Abb. ſuper ea, ſupra de dilat. hinc eſt, quod ſi alicui im-
15 ponitur † pœna exercenti actum perſonaliter non incurrit
pœnam, ſi hoc facit fieri per alium, & de hoc eſt text. iuncta
glo. notab. in clem. j. in verbo, publice, de vita, & honeſt. cler.
hinc dixit D. Dom. poſt Ioan. And. & Pau. in c. vt circa, in glo.
in verbo, per proprium, de election in vj. qnod vbi ius requi-
rit iuramentum in propria perſona, vel per proprias manus
non poteſt per alium iurare. ſecus ſi requiratur proprium iu
ramentum, quia tunc poteſt iurare per alium, interueniente
ſpeciali mandato, ſi ille cui datur mandatum ſpeciale ad iu-
randum cauſam tractat, & ſic debet intelligi glo. in dic. ver-
bo, per proprium.

16 Quis autem poſſit compellere ad † comparendum perſo-
naliter. dic, vt in cap. 1. de iudic. in vj. & in l. fin. C. de procurat.
aut requiritur, quod quis ſe præſentet, & tunc ſi loquimur in
materia, quæ poteſt expediri per procuratorem, verba ſunt
intelligēda, ſm ſubiectam materiam & hoc modo procedit
cap. penult. de iuram. calum. ſed ſecundum propriam ſignifi-
cationem ille dicitur ſe præſentare qui exhibet ſe conſpe-
ctui, & ſic ceſſante materia, quis non dicitur ſe præſentare,
niſi perſonaliter ſe præſentet, & hoc modo loquitur gloſ. in
dicta clem. dudum. in verbo, præſentari, de ſepult. Et ex hoc
17 ſequitur, quod ſi † ſtatutum dicit, qnod mulier, vel minor
non poſſit contrahere ſine præſentia duorum cōſanguineo
rum, quod ſi conſanguineus, uel non uult, uel non poteſt in-
tereſſe, quod non poteſt alteri committere uices ſuas, vel ad
illud procuratorem conſtituere, & hoc tenet hic dom. Abb.
& in dicto cap. expoſuit ſuper glo. ij. de dilatio. & idem tenet
Bal. in l. j. in fi. C. qui admit. & Ang. in l. Titius. ff. quib. mod. pi
gn. uel hypoth ſol. & hæc tene menti.

18 Sexto no. vnum ad quod ſolet iſte text. quotidie allegari,
ſcilicet quod valet citatio, licet in ea non ſit expreſſus termi-
nus infra quem citatus debeat comparere coram iudice, qa
ſubintelligitur, quod debeat comparere quam citius poteſt
cum quodam temperamento, non enim tenetur citatus il-
lico currere ad iudicem. l. quod dicimus. & l. ratum. ff. de ſolu
tio. Immo Innoc. in c. fin. in ſi. a qui ma. accu. poſſ. tenet, quod
valet citatio generalis, licet in ea non ſit expreſſus terminus
comparendi facit cap. cum dilecti. ad fin. de dolo, & contum.
vbi dicitur, quod non valens comparere in termino præfixo,
debet comparere poſt modū, quàm citius poteſt, & ſic ibi pa
tet, quod ſecunda citatio remanet ſine termino. & iſtam opi
nionem, ſcilicet quod ualeat citatio ſine termino, ſequitur
hic Ioan. And. & etiam Bal. hic dicens, quod quando citatio
fit ſine termino, ineſt in ea tantum tempus comparendi,
cum primum poterit arbitrio boni viri, argum. l. continuus.
in princ. & §. item qui inſulam ff. de verbor. obligat. & l. ij. §. ſi
mater. ff. ad Tertul. & in l. hęc conditio. la piccola ff. de cond.
& demonſt. & l. nepos Proculo ff. de verbor. ſignifi. iſtam opi
nionem ſequitur etiam hic Bur. & in cap. fin. infra qui matr.
accu. poſſ. & Specul. in tit. de citatione § ſequitur. ver. quid ſi
non præfixerit. & idem ſequitur hic dom. Abb. in prima col.
dicens hāc opinionem communiter teneri per Canoniſtas,
& de hoc etiam per dom. Abb. in cap. cum dilecti. de dolo, &
contum. ſed Cyn. in l. dies feſtos. C. de fer. tenet, quod citatio
facta ſine termino ſit ipſo iure nulla, per l. fin. C. de iure do. im
pe. ibi, certum tempus &c. Idem ſenſit Bart. in l. liber homo.
§. 10. ff. de verborum oblig. & l. aut qui aliter. §. j. ff. quod vi aut
clam facit. clem. ij. circa fin. ver. quid ſi iudex, eod. tit. & in Au-
then. de exhib. reis § ſi vero dum dicit, certas induciās, & pro
hoc etiam facit l. ad peremptorium cum l. ſeq. ff. de iudi. vbi
patet, quod citatio debet habere terminum, & iſtam opinio-
nem etiam tenuit Bald. in cap. fin. ſupra de ſeud. Ioan. autem
de Imo. hic in fi. videtur ſequi opi. Canoniſtarum. nam dicit,
quod l. aut qui aliter, non loquitur in citatione facta a iudi-
ce, ſed in nunciatione noui operis facta a parte, quæ nuncia-
tio debet eſſe certa, ſed in citatione facta a iudice ſubintelli-
gitur, vt compareat quamprimum poteſt, vt ſupra dictum
eſt, & ſic dicit poſſe defenſari opin. Specul. & Ioan. Andr. &
aliorum. & idem dicit in l. qui ante Kalendas, in quarta col.
ff. de verb. oblig.

Subdit tamen hic, quod ad opin. vitandas, tutius eſt, quod
ſemper in citatione apponatur certus dies, in quo citatus de-
beat comparere, ſed Ang. in dicta l. liber homo. § 10. ff. de ver
bor. oblig. voluit concordare opin. dicens, quod aut quæritur,
19 an valeat † citatio ſine termino quo ad hoc, vt iudex poſſit
mittere contumacem, ſi non veniat cum primum poteſt, &
dicendum quod ſic. & hoc modo procedit iſte tex. & c. cum
dilecti. de dolo, & contum. & cap. cupientes. §. j. in fi. j. reſpon.
de electio. in 6. Aut quæritur, an valeat citatio ſine die quo

ad hoc, ut ex illa citatione poſſit procedi ad ſententiam diffinitiuam, vel ad alios actus præiudiciales expediendos. & dicendum eſt, quod non, ſecundum eum: non enim poteſt iudex ad actus præiudiciales procedere, niſi pars ad id in certo termino ſit citata, vt in cap. conſuluit, de offi. deleg. & hoc modo procedit opin. Cy. & Barto. de qua ſupra, & vide eundem Ang. in tract. de inuentario, in 5. colum. ver. antequam autem deueniatur ad inuentarium vbi dicit, quod opin. Canoniſtarum procedit, quãdo iudex citat ad comparendum coram ſe ad contradicendum actui iam celebrato, vel quando quis vocatur, vt ad cauſam veniat generaliter. vbi autem vocatur ut ueniat ad contradicendum certo actui celebrando, tunc debet ſtatui terminus in citatione, vt dicta l. aut qui aliter. & quod ibi not. Bart. ff. quod ui aut clam. & hoc ultimo caſu procedit opin. Cy. & Barto. & ſic vult Ange. quod vbi quis citatur ſimpliciter, ut compareat, uel ut contradicat actui iam celebrato, non requiritur terminus in citatione, ſed ubi citatur, ut compareat ad contradicendum actui de nouo faciendo, tunc requiritur, quod in citatione apponatur terminus, alias citatio eſt ipſo iure nulla, tamen tex. in l. ad peremptorium cum l. ſeq. ff. de iudic. probat, quod etiam in citatione ad comparendum requiritur terminus. ſed poteſt reſponderi, quod licet iudex in citatione debeat terminum apponere, tamẽ ſi hoc non facit, valet citatio, & iudex poteſt mulctare non comparentem, vt hic. & in cap. cum dilecti de do. & contu. non tamen poteſt iudex procedere ad ſententiam diffinitiuam, uel ad aliquem actum præiudicialẽ faciendum, quia quando agitur de actu faciendo, requiritur terminus ad hoc, vt citatus melius poſſit deliberare, ut dic. l. aut qui aliter. §. j. ff. quod ui aut clam.

20 Quid autem ſi † citatus non comparuit in termino, an poſſit iudex actum expedire eo amplius nõ citato, verbi gratia, iudex citauit partem ad audiendam ſententiam. quæ nõ comparuit, nunquid poſſit ferri ſententia poſt terminum eo amplius non citato, hoc tangit Bart. in l. aut qui aliter. §. j. ff. quod vi, aut clam, & habetur per Doct. in cap. conſuluit, de offi. deleg. & plene per do. Abb. in c. cum dilecti, de do. & contum. Sed circa prædicta dubitatur tenendo opin. quod non valeat citatio, niſi in ea exprimatur dies, in quo citatus debet 21 comparere, nunquid eodem modo † hora ſit exprimenda in citatione. & Innoc. notab. in cap. cum nobis olim, de electio. tenet, quod hora non ſit exprimenda in citatione, unde ſi aliquis citatur, ut interſit electioni, debet comparere de mane, quia conſuetum eſt, ut audita miſſa celebretur ipſa electio, vt in cap. quod ſicut, ſupra de elect. & ideo citatus non eſt expectandus per totam diem, ſed vſque ad illam horam ſolitam, & conſuetam expeditioni illius actus, & illud dictum ſequitur Bal. in l. ſi ut proponis. C. quomodo, & quã do iud. ubi dicit, quod citatus ut compareat tali die coram iudice, ſubintelligitur tacite citatus, vt compareat hora ſolita cantarum, & ſic nõ debet expectari per totum diem. & idem dicit Bal. in capit. j. de mil. vaſal. qui contumax eſt, in quinta columna. ſi tamen in loco eſſet conſuetudo, quod bis reddatur ius in die, puta de mane ante prandium, & poſt prandium, tunc intelligeretur citatus, ut compareat poſt prandium, arg. eorum, quæ not. Bart. in dicta l. liber homo. §. decem. ff. de uerb. obli. & Bal. in dicta l. ſi ut proponis C. quomodo, & quando iudex, & in l. j. eod. tit. nam cum pars ſit expectanda uſque ad ultimam horam termini, in dubio debet referri citatio ad illam horam, & hæc notabis. Vltimo Bal. hic inducit iſtum tex. contra glo. in l. j. §. fin. ff. ſi quis ius dic. non obtem. quæ dicit, quod etiam leuis occaſio, uel imperitia ex-

22 cuſat a † contumacia, facit quod not. glo. in l. ex conſenſu. §. fin. ff. eod. & in l. non poteſt dolo carere. ff. de regu. iur. nam epiſcopus iſte habebat occaſionem non paruam, quia erat in ſeruitio Regis, tamen quia iſta excuſatio non erat iuſta, excommunicatur, & punitur. & idem dicit in epiſcopis, qui ſunt in ſeruitio aliorum Dominorum illuſtrium. ſed tu dic ſecundum dom. Abb. quod iſte tex. innuit, quod legatio Regis illum excuſaſſet a comparendo, ſi fuiſſet in legatione Regis, nam Papa in reſponſione dicit, quod non debuit obtemptu appellationis contemnere legatum, ſecus ergo obtemptu legationis, quia ſi legatio eum non excuſaſſet, Papa illũ confutaſſet, ſicut confutauit excuſationem appellationis. ſed potes dicere ſuſtinendo dictum Bal. quod occaſio, quod non comparuerit coram legato propter appellationem interpoſitam non excuſauit illum epiſcopum a contumacia, facit cap. ij. de dolo, & contu. in vj. & ſic leuis occaſio, vel imperitia non excuſat a uera cõtumacia, quicquid dixerit glo. in l. j. §. fin. ff. ſi quis ius dic. non obtem. ¶ In glo. ij. hæc glo. in effectu uult, quod aut epiſcopus non tenet regalia, ideſt bona feudalia a Rege, & tunc ei non eſt parendum de neceſſitate, & pro hoc fac. t. quod clericus quantumcunque ſit in minoribus, etiam ſi habeat tantum clericalem tonſuram,

23 non ſubijcitur principi ſeculari, & ſacerdotalis † ordo excedit omnem dignitatem ſæcularem, vt in c. duo 96. d. l aut detinet bona regalia, ideſt feudalia, & tunc ſi vocatur a Papa, vel ab eius legato potius debet parere Papæ, vel eius legato quam Regi exemplo Petri, quia relictis omnibus ſecutus eſt Chriſtum. aut vocatur ab inferiore, & tunc potius eſt obediendum Regi, ex quo ab eo tenet regalia, & ſic glo. intelligit iſtum tex. quod iſte epiſcopus non fuit excuſatus propter legationẽ Regis, quia potius debuit obedire legato, quam Re-

a gi quia legatus repræſentat perſonam Papæ 93 diſt. ca. fin.[a] ſed do. Abb. dicit, quod in hoc iſta gl. loquitur contra iſtum text. quia ſi legatio regia non excuſaſſet iſtum epiſcopum a comparendo coram legato, fruſtra fuiſſet hic allegatum per iſtum Cardinalem, quod epiſcopus iſte non fuiſſet in legatione Regis. Item Papa in interlocutione dicit quod obtentu appellationis non debuit contemnere legatum, ſecus ergo obtentu legationis, nam ſi legatio non excuſaſſet, Papa confutaſſet iſtam cauſam, ſicut confutauit cauſam appellationis. Sed potes reſpondere defendendo glo. quod ideo Papa non confutauit cauſam legationis, quia non conſtabat, quod iſte epiſcopus fuiſſet in legatione Regis. Ideo iſte text. non facit pro glo. nec contra glo. Innoc. vero dicit, quod ſi archiepiſcopus vocat epiſcopum, vel alium prælatum ad cõſilium, vel ad cauſam, & Rex ante, vel poſt vocauit eundem, licite poteſt interuenire mandatum epiſcopi, & ire ad Regẽ, cui honor eſt deferendus per iura primo allegata per glo. ſed Hoſt. dicit hoc eſſe intelligendum de tenente bona feudalia a Rege, ſi vero archiepiſcopus præcipit, vt coram eo compareat non obſtante vocatione Regis, quia tunc magis eſt obe-

24 diendum ſpiritui, quam corpori, quia † vinculum ſpirituale eſt fortius, quam carnale. de Papa vero dicit, quod ſibi ſemper eſt obediendum relictis omnibus, dummodo non præcipiat aliquid contra Deum. & ſubdit Innoc. quod vocatus a diuerſis debet multa reuoluere: debet enim conſiderare, an vocantes ſint pares, & quis primo vocauit. Item quis ſit in maiori neceſſitate, arg. l. ſi quis in graui. §. ſi cum omnes. ff. ad Sille. & in l. contra pupillum. §. qui ad maius. ff. de re iudic. ſed dom. Abb. dicit, quod non putat hæc dicta Inno. & Hoſtien. eſſe indiſtincte vera. Quid enim ſi prælatus aſtringitur principi ad aliud ſeruitium temporale, & perſonale, & ſic vrgente cauſa vocatur a domino ſæculari. Superior autem eccleſiaſticus eum vocat pro modica cauſa: namquã iumcunque intendat impedire vocationem principis ſæcularis, nihilominus vocatus tenebitur parere ipſi principi, & dicit, quod dictum Innoc. & Hoſtien. debet intelligi vbi datur paritas, vt quia iam princeps, quam ſuperior eccleſiaſticus eſt in pari neceſſitate. tunc enim præfertur ſuperior eccleſiaſticus. Secus vbi cætera non ſunt paria, vt quia princeps ſæcularis primo vocauit, & eſt in maiori neceſſitate cõſtitutus, & allegat notabiliter ſimili per Innoc. in ca. iam dudum, de præben. vbi Innoc. poſt princ. ver. ſed contra hanc opi. obijcitur. dicit, quod

25 ſi quis recepit † beneficia a diuerſis epiſcopis, quod ſi ab ambobus vocatur, debet obedire primo, quia videtur recepiſſe ſecundum beneficium ſaluo iure priuati, dicit tamen, quod ſi eſſet neceſſarium illi a quo ſecũdo recepit beneficium, nec primus ſentit incommodum, vel ſi ſentit, eſt modicũ: tunc eſt agendum cum ſuperiore primi epiſcopi, vt eum cogat dare licentiam, vt pareat ſecundo, vel ſi mora eſſet periculoſa, poteſt ipſe venire contra mandatum primi, & obedire ſecundo, quia malitiis hominum non eſt indulgendum l. in fundo. ff. de rei vendic. & plus dicit dom. Abb. quod forte etiam in Papa poſſet dici, quod etiam ipſe ſine cauſa nõ poſſet impedire quominus prælatus obediat principi ſæculari, ſecundum iuramentum præſtitum occaſione feudi, quia Pa-

26 pa non poteſt tollere † obligationem, maxime iuramentalem quæſitam laico, vt in clem. paſtoralis. de re iud. ſic no. Innoc. in cap. cum inter P. de renunciat. & pro hoc etiam facit quod not. Innocen. in cap. inquiſitioni, infra de ſent. excom. vbi dicit, quod ſi Papa præcipit laico, vt det rem ſuam alicui, quod non tenetur obedire, quia non poteſt auferre iura priuata laicorum, vnde eodem modo non debet poſſe impediri, quominus Rex vtatur ſua iuriſdictione in prælatum, ex quo ab eo tenet feudalia. facit cap. nouit, ſupra de iudic. & ſupra eod. ſi duobus. § j. & adde aliud dictum Innocent. in

dicto

ADDITIO.

a ¶ Epiſcopus ratione feudi eſt ſubiectus laico. Vide Bal. in prælu. l. feud. vltra diuiſ. Innoc. in cap. cæterum, de iudic. Iac. Alua. in tit. ſi de feu. fuer. controuer. cap. quia clericus. & remiſsiue eundem in tabula, ſeu repertorio, in verbo, clericus.

27 dicto ca. inquiſitioni. vbi dicit non eſſe obediendum † Papæ,
ſi ex eius mandato veriſimiliter timetur ſcandalum, vel aliquod malum futurum. Item ſi præcipit aliquid cõtra vniuerſalem ſtatum eccleſiæ ſine cauſa manifeſta. vt not. Innoc. in cap. quanto. de conſuet. dicit tamen do. Abb. quod in dubio
28 citatus debet obedire † Papę, quia præſumendum eſt eum moueri cum cauſa, iuxta nota. in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtit. & not. glo. in cap. non eſt, infra de voto. & per Legiſtas in l. fin. C. ſi contra ius, vel vti. publ. vnde ex prædictis concludo, & prima ſit concluſio quod ſi prælatus vocatus a Rege non tenet ab eo regalia, ſemper obediendum eſt ſuperio-
29 ri † eccleſiaſtico, vt uult gloſ. & Hoſt. & communiter Docto. Secunda concluſio, ſi vocatus tenet regalia a principe ſæculari, ſi in citatione non dicitur, quod ueniat ad concilium non obſtante uocatione Regis excuſatur, quia in dubio non eſt præſumendum, quod ſuperior prælatus voluerit impedire iuriſdictionem Regis, ſeu Principis ſæcularis, ſecundum Innoc. & Hoſt. Nec obſtat 18. diſt. ſi epiſcopus quia ille tex. debet intelligi, quando aliter inſurgeret ſcandalum, ſi non pareret Regi, & ita intelligit Hug. illum tex. allegat 63. diſt. Salonitanæ. vel intelligitur, quando Rex eſſet Legatus Papæ, quia tũc propter legationem eſt maior archiepiſcopo, & ſic ſibi potius eſt parendum, quam archiepiſcopo, & iſtos duos intellectus ad illum tex. ſequitur etiam Archid. & Io. de Fan. Tertia concluſio, ſi apparet de intentione ſuperioris prælati vocantis, quod voluerit aſtringere vocatum nõ obſtante vocatione Regis, ſi ex utraque parte ſubeſt æqualis, ſeu magna neceſſitas, potius debet obedire ſuperiori eccleſiaſtico, quã principi ſæculari. Secus ſi non ſubeſt magna neceſſitas ipſi eccleſiaſtico ſuperiori, & ſubſit magna neceſſitas ex parte principis ſæcularis, quia tunc potius debet obedire principi ſæculari. Quarta concluſio, eccleſiaſticus uocatus a principe ſæculari, & a Papa, potius debet obedire ipſi principi ſæculari, quam Papæ, ſi conſtet, quod Papa ſine cauſa, uel ex modica cauſa ipſum vocet. in dubio tamen debet præſumi cauſa iuſta, & ſic potius in dubio debet parere Papæ, quam principi ſæculari, argu. eorum quæ notantur in cap. quæ in eccleſiarum, de conſtit. Et ex prædictis poteſt inferri, quan-
30 do quis † citatur a duobus, vel uocatur a duobus, cui potius debet parere, & in hoc diſcurre per caſus.

Primus caſus eſt, quando poteſt obedire vtrique, vt puta,
31 verbi gratia, quia poteſt † comparere per procuratorem, & hoc caſu debet comparere coram utroque, uel per procuratorem, uel coram uno in propria perſona, coram alio per procuratorem, ut l. ſi quis in graui §. ſed cum omnes. ff. ad Sille. hoc tenet Hoſt. hic, & Bart. in l. ii. ff. de cuſtod. reorum. & Bal. in l. ii. § i. ff. ſi quis cau. & Dom. Dom. in c. ſi epiſcopus. 18. diſt. & hoc tenet gl. in terminis, in cap. paſtoralis §. i. in verbo, a Rege, de offic. deleg.

Secundus caſus eſt, quando non poteſt utrique obedire, vt quia uocatur ab utroque, vt compareat in propria perſona, & mandantes ſunt pares & hoc caſu ſi aſtringitur alteri maiori neceſſitate debet ei obedire, vt dicto §. ſed cum omnes. vnde ſi clericus obtinens beneficia in diuerſis diœceſibus uocatur ab ambobus epiſcopis, debet obedire illi a quo primo fuit illi collatum beneficium, quia collatio, ſeu receptio ſecundi intelligitur facta ſaluo iure primi, vt dicit Innoc. in cap. cum iam dudum. infra de præben. hoc tamen debet intelligi, niſi alter eſſet in magna neceſſitate, alter in parua, ut dicto §. ſed cum omnes. & ſentit Inno. in dicto cap. cum iam dudum vbi autem non appareret, cui primo eſſet obligatus,
32 & eſſet ęqualis neceſſitas, debet parere † primo uocanti, arg. in cap. cæterum de reſcrip. & in cap. propoſuiſti, ſupra de foro compet. & hoc tenet hic Innoc. dum dicit, quod vocatus a diuerſis debet multa reuoluere, ſcilicet an uocantes ſint pares, & qui primo uocauit, & quis ſit in maiori neceſſitate, ubi autem omnia eſſent ęqualia, ut quia non appareret, cui primo eſſet obligatus, & eſſet ęqualis neceſſitas, & ambo eodem tempore uocarent, poſſet uocatus gratificari cui uo-
33 luerit, ut dicto § ſed cum omnes. Si tamen † uocatus in neutro foro compareret, poteſt ab vtroque puniri tanquam contumax, arg. 10 l. cum quidam. & in l. ſi quis Titio. ff. de lega. ij. & hoc tenet Iac. But. & Bal. in l. ij. ff. ſi quis caut. Item ſi ſuo facto impoſuiſſet ſibi neceſſitatem comparendi coram utroque. ut quia poſt primam citationem commiſit delictum, propter quod fuit bannitus a ciuitate, & poſtea citatum mandato, quod non poſſit comparere, nihilominus poteſt puni-
34 ri tanquam contumax, quia † impedimentum contingens ex facto proprio ipſum non excuſat. l. Papinianus exuli. ff. de minor. & hoc ſentit Bart. in d. l. ij. §. i. ff. ſi quis caut.

Tertius caſus eſt, quando uocantes non ſunt pares, ſed unus eſt ſuperior, alius inferior, & tunc in his quæ ſunt iuriſdictionis tam ſuperioris, quam inferioris, parendum eſt ſuperiori. l. contra pupillum, §. i. ff. de re iudic. in his uero quæ ſpectant ad iuriſdictionem inferioris, & non ſuperioris, vt quia inferior habet iuriſdictionem excluſiuè, non accumulatiuè, ſecundum ea quę dixi in cap. paſtoralis, de offic. ordin. & in c. auditis. de præſcrip. & tunc parendum eſt inferiori. Excuſa-
35 tur tamen † citatus a ſuperiore, etiam ſi citetur a Papa, quando eſt in vinculis, quia non poteſt comparere antequam ſit ſolutus, ſeu liberatus a vinculis, uel a carcere l. qui in carcerem ff. quod met. cau. l. qui neque ff. de verbor. ſignific. & hoc verum niſi procuraſſet illam capturam, vt in l. qui data opera. ff. ex quib. cau. maio. ita dicit hic Bal. & in hoc caſu dependet quæſtio glo. ſcilicet an epiſcopus debeat potius obedire Regi, quam archiepiſcopo, & hoc fuit declaratum ſupra per quatuor concluſiones.
36 Et ex his infertur, an † vocatus coram epiſcopo, & coram ſuo delegato, vel coram ſuo Vicario deberet comparere, uel coram Vicario, ſeu delegato, vel coram epiſcopo. & dicendum eſt, quod debet comparere coram epiſcopo, quia poteſt reuocare Vicariũ, vel delegatũ ſuum, vt in l. iudiciũ ſol. ff. de iudic. item ſi quis citatur coram Archidiacono, & coram epiſcopo in eadem diœc. debet comparere coram epiſcopo, quia licet epiſcopus non poſſit reuocare proceſſum Archid. ut no. Archid. 11 quæſt. 1. de perſona tamen citando partes bene poteſt retardare eius proceſſum, ita dicit Bal. in dicta l. ij § i. ff. ſi quis caut. argumen. dictę l. iudicium ſoluitur. ff. de iudic.

Ego autem puto hoc uerum, quando epiſcopus primo citat, vel ſaltem eodem tempore, ſecus ſi Archidiaconus, vel alius inferior habens iuriſdictionem accumulatiuè cum epiſcopo primo citaſſet, quia tunc epiſcopus de illa cauſa non poſſet ſe intromittere, vt dixi poſt Ioan. And. in cap. paſtoralis. de offic. ordin. ſed forte Bald. uoluit intelligere, quando citatur pro alia cauſa ab epiſcopo, tunc enim debet comparere, quia licet epiſcopus non poſſit impedire quominus procedat in cauſa in qua prœuenit iuriſdictionem, tamen citando, ut compareat pro alia cauſa, poteſt proceſſum inferioris retardare, vt dicit Archid. in dicto cap. de perſona. 11. quæſt. 1. Item dicit hic Bal. quod ſi reus ex eodem facto condemnatur ex contumacia a præſide ducatus, & a poteſtate Aſiſiũ, quod ſententia poteſtatis eſt ipſo iure nulla, quia quamdiu lis pendet coram præſide, non tenetur ſuper eodem facto coram poteſtate comparere, etiam ſi poteſtas præuenerit præſidem in cognoſcendo, vel in inquirendo, quia maius tribunal eximit citatum a minori tribunali non ſolum die ſtatuto ad comparendum, ſed etiam vſque ad finem cauſæ, ſed de hoc vide Bart. in l. ii § fin. ff. de cuſtod. reor. vbi Bart. etiam tangit illum articulum, tangitur etiam in l. contra pupillum. § qui ad maius. ff. de re iudic.
37 Et ex prędictis etiam infertur ad quæſtionem de † vaſallo tenente feudum a duobus dominis, qui inter ſe bellũ faciunt & vterque uocat uaſallum, ut ueniat ad bellum & illam quæſtionem tetigit Spec. in tit. de feu. § i. ver. duodecimò quæro, & uer. ſequẽ ubi dicit, quod tenetur obedire illi cui prius eſt obligatus, argum. l. in operis. ff. loca. & in l. ij. ff. qui pot. in pig. hab. altera uero debet ſeruire per ſubſtitutum, & illud etiã tenuit Innoc. in ſimili in cap. cum iamdudum de præben. dicit tamen Specul. quod ſi non conſtaret quis eſſet primus dominus, locus eſſet gratificationi qu a uaſallus poſſet iuuare, quẽ uellet ex ipſis Item Spec. debet intelligi niſi uaſallus eſſet alteri ex dominis multum neceſſarius, alteri uero parum neceſſarius, quia tunc deberet iuuare illum cui eſſet magis neceſſarius. etiam ſi eſſet ſecundus dominus, ut uoluit Innocen. in ſimili, in dicto cap. cum iam dudum. Item quando non cõſtat quis ſit primus dominus, ſi alter eſt melior, & dignior & ſunt in pari neceſſitate, debet parere illi, qui eſt melior, & dignior, ut dicit glo. ſingul. in ſimili in l. ciues. C. de incol. lib. 10 & ſic dictum Spec. dum dicit, quod quando non conſtat quis eſt primus dominus, quod locus eſt gratificationi, procedit, quando per omnia ſunt pares, & ſunt in neceſſitate tunc enim eſt locus gratificationi.

Et ex prædictis etiam tertiò infertur, quod ſi Rex habet
38 guerram cum Barone ſibi ſubdito, & Baro præcipit ſuis † uaſallis, qui eum iuuent in bello, & Rex idem facit, & Specu. in loco præall. uer. 14. dicit, quod debent parere Regi: ſed hoc eſt intelligendum, niſi Rex inoniſſet iniuſtum bellum contra Baronem, quia tunc potius debent iuuare Baronem, quã Regem, ut in cap. quid culpatur. 23. quæſt. 1. & dixi in cap. ſicut, el iij. de iureiuran. Et ſi Rex tyrannice ſe gereret contra Baronem deberet priuari dominio illius baronatus, per no. per Bart. & Bal. in l. ij ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iu. & eſt bo. tex. cum glo. 12. q. 5 de forma.

Quid autem ſi duo Barones in Regno habent guerram
39 inter ſe, & quilibet uocat ſuos † uaſallos in auxilium: Rex

autem

autem habens guerram cum alio Rege vocat eoſdem vaſal
los ad ſuum auxilium, cui magis teneantur parere, an Re-
gi, an verò ſuis Baronibus. & Spec. vbi ſupra, verſi. decimo-
quartò. dicit, quod magis parendum eſt Regi, nam ipſe eſt ſu
perior, vnde ipſi tanquam ſuperiori eſt parendum, vt in di-
cta l. contra pupillum. §. qui ad maius. ff. de re iudi. & 11. q. 4.
Iulianus.
40 Quintò infertur ex prædictis, quid ſi vnus † armiger eſt
captus a duobus ſeparatim, & relaxatũ ab eis ſub fide redeun
di ad vocationem eorum, & quilibet eum vocat, cui magis
teneatur parere. Iſtam quæſt. diſputauit Bal Papię; quam po
ſuit in l. adoptione. C. de adoptio. & Ange. in l. contra pupil
lum. § qui ad maius. ff. de re iudica. & decidunt, quod pri-
mo debet deuenire ad nobiliorem, per gloſ in dicta l. ciues.
C. de incol. libro 10. Sed ego credo hoc eſſe verum, vbi non
apparet, cui primo dederit fidem veniendi: alias puto, quod
debeat venire ad illum, cui primo ſe obligauit, per no. in ſi-
mili per Innoc. in cap. cum iamdudum. de præben. & per Spe
cul. in dicto tit de feudis. verſic. 12. vbi in ſimili dicit, quod de
bet parere illi, cui primo eſt obligatus, & de hoc dixi ſupra
proxi. in ij. quæſt. & idem puto dicendum in aduocato obli-
gato aduocare pro duabus eccleſiis, quæ litigant inter ſe,
& ambæ quærunt patrocinium ipſius aduocati. de qua quæ-
ſtione vide in Specu de aduocato. §. j. ver. pone aduocatus &
hæc tene menti: quia ſunt quotidiana.
41 Quid autem de eo qui eſt † vocatus, vt compareat coram
iudice generali, & coram iudice ſpeciali illius cauſæ, co-
ram quo magis tenetur comparere. vide Bal in cap. 1. de in-
ueſt. in maritum fac.
¶ In gloſ. in verbo, ſuus nuncius. hæc gloſ. in effectu vult,
quod non credatur nuncio, niſi deſtinetur cum literis, vel ni
ſi ſit nuncius publicus, qui iurauerit exequi officium ſuum
fideliter: tunc enim ei creditur circa citationem, non autem
circa alia. ſed glo in cap quoniam contra falſam, de probat.
in verbo, citationes. videtur ſentire contrariũ, ſcilicet quod
non credatur nuncio publico etiam iurato, niſi de conſuetu
dine Longobardorum, vnde in iſta materia pro declaratio-
ne, quia eſt quotidiana, tria ſunt videnda principaliter.
Primo, an nuncio ſit credendum de citatione.
Secundo, an ſit credendum nuncio de commiſſione iudi
cis ſibi facta.
Tertio, an ſit ſibi credẽdũ de verbis ꝓlatis a parte citata.
Et quarto aliquid tangam de relatione nuncij.
42 Venio ad primum, & in hoc pręmitto, quod † electio nun
cij ſpectat ad iudicem, ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus, &
hoc tenet Bart. in extrauag ad reprimendum, in verbo, per
nuncium, in princ & Bal. in l. 2. C. de ſport per illum tex facit
tex. in Auth. de iudicibus §. neceſſitatem. Immo etiam arbi-
ter poteſt eligere nuncium, qui poſſit citare in cauſa, de qua
in eum fuit factum compromiſſum, vt in l. ſed interpellatur.
§. 1. ff. de arbit. vbi Bal hoc tenet. & nuncius debet iurare fide
liter exercere officium ſuum, vt in l hac edictali. §. his illud.
C. de ſecun. nup. & hoc ſenſit hic glo. & in dicto ca quoniam
contra falſam. in verbo, cita iones, de probat. Dicit tamen
Bart. in d. extrauag ad reprimendum, in d. verbo per nunciũ,
43 quod licet † nuncius non iurauerit, ex hoc tamen non pro-
hibetur exercere officium ſuum, vt in auth. decernimus. C. de
iud. licèt Bal in l. magis puto, §. illud. ff. de re co. & in d. l. 2. in
prin. C. de ſport ſentiat ꝯtrium, & ipſe nuncius eligitũ periculo
iudicis ipſum eligentis, vt in Auth. de iudicib. §. hoc autem.
plus dicit Barto. in d. verbo, per nuncium, quod etiam ſi non
conſtaret ex actis, vel aliter, quod iudex elegerit nunciũ non
eſt curandum, quia ſtatim cum ſibi ſit commiſſio de citando
ipſa commiſſione eligitur nuncius. Item dicit Bart. quod ſi
ex forma ſtatutorũ nuncij deberent certo modo eligi, quod
tunc deberet conſtare de ſua electione, vel ſaltem debet eſſe
in quaſi poſſeſſione illius offic: j, & ita haberi, & reputari, ar-
gu. l. Barbarius. ff. de offic. præt. & dicit etiam Bart. quod quili
bet iudex delegatus, uel arbiter poteſt vti nunciis publicis ẽt
ſui ſuperioris, ſi velit, vt eſt tex. in Auth. de defenſoribus ciui
tatum §. deinde. ibi ex prouinciali officio. & ita ego ſeruo in
practica, quando ego ſum iudex delegatus, quia facio partes
citari per nuncium publicum, vel curiæ epiſcopalis, vel Pala
tij domini Poteſtatis, tene tamen menti dicta Bar. & Bal. quia
ſi iudex delegatus, vel arbiter vellet eligere aliquem, qui non
eſſet nũcius publicus, ſi ipſum vellet facere nuncium in cau
ſa ſua poteſt hoc facere, niſi ſtatutum ciuitatis hoc contra-
diceret: puta ſi ſtatutum ciuitatis diſponeret, quod nullus
poſſit citare, niſi ſit electus per do. Poteſtatem, vel per con-
ſilium. ſeu per antianos ciuitatis: tũc enim iudex delegatus,
vel arbiter debet vti talibus nunciis. dicit tamẽ hic Bal quod
44 † nuncius poteſt recuſari tanquam ſuſpectus, ſicut tabellio,
ſi ſubeſt cauſa ſuſpitionis, & ideo conſulit, quod nũcius eli-
gatur de conſenſu partium, & allegat glo quam dicit eſſe or
dinariam, & no in Auth. de triẽ. & ſem. §. & quod ſæpe coll. 3.
hoc præmiſſo duo ſunt videnda.
Primo, an citatus teneatur credere nuncio citanti, quod
iudex ſibi commiſerit.
Secundo an iudex debeat credere nuncio referenti ſe citaſ
ſe partem, ipſa parte negante ſe citatam.
45 Circa primum, ſcilicet an † pars [a] teneatur credere nuncio
a citanti. glo iſta tenet ꝙ ſic: nam dicit, ꝙ ſi eſt nuncius publi-
cus, & iuratus, debet credi ei, & etiam ſine literis, quando ci-
tat, ſed ſi non eſt nuncius publicus, non debet credi ei ſine li
teris & idem dicit glo. 82. dist. propoſuiſti. & 4 q. 3. item in cri
minali & de hoc vide in Spec. de citatione § ſequitur. verſiu.
vtrum autem citatus. vbi diſtinguit, quod aut nuncius citat
ex parte iudicis ordinarij, & tunc citatus non tenetur ei cre-
dere ſine literis, quantumcunque nuncius ſit certus, & fide-
lis, allegat no in c præterea, de dilat & in c. cum in iure, de of
fic. dele. quod tamen intelligit eſſe verum niſi iudex delega-
tus citaret per nuncium publicum, & iuratum, quia tunc ci-
tatus tenetur ei credere ſine literis, ſed Bart. in l. Palatinos.
C. de loca ſun. fiſc. lib. 10 ſimpliciter dicit, ꝙ ſi nuncius eſt pu
blicus & notus, debet ei credi ſine literis, ſecus ſi eſt ignotus.
ſed limita iſtam glo. inquantum dicit, ꝙ debeat credi nun-
cio publico, & iurato ſine literis. nam hoc eſt intelligẽdum,
quando ſimpliciter citat ad comparendum, ſecus ſi vellet ci
tare realiter, puta accipere pignora, vel tenutam, vel alio mo
do grauaret partem in bonis, tunc enim nullo modo credi-
tur ſine literis, licet eſſet publicus & notus nũcius, hoc tenet
Bart. in d. l Palatinos & in d. extrauag. ad reprimendam. in
verbo, per nuncium. idem dicit Bal hic in 2 col. ver. item no.
46 hic, quod nuncius nam dicit, quod † nuncius poteſt citare ex
parte iudicis, etiam uiua voce, & dicit hoc eſſe verum in ci-
tatione perſonali, ſcilicet quãdo quis citatur, ut compareat,
47 ſecus dicit in reali † citatione, quia ipſam facere non poteſt,
niſi oſtendat commiſſionem in ſcriptis, arg. C. de exact. trib.
l. prohibitum, eod. lib. Item dicit, quod nuncius non poteſt
mittere, niſi oſtendat commiſſionem in ſcriptis, arg l. j C. de
mand princip. Secundo limita iſtam glo. quia debet intelli-
gi, quando nuncius publicus citat intra territorium, ſecus ſi
extra territorium citaret, quia tunc quantumcunq; nuncius
ſit publicus. & notus. non debet ei credere ſine literis, etiam
ſi portat ſignum publicum nuncij, per no. in Auth. de colla-
toribus. §. eos. ita dicit notabiliter Bart in d. verbo, per nun-
cium, in d. extrauag. & idem ſentit in dicta l. Palatinos. in fi.
dicit tamen Bart. in d. extrauag. ad reprimendum. in uerbo,
per literas, quod ſufficit, quod litera ſit ſigillata ſigillo priua-
to ipſius iudicis, vel ſubſcripta manu tabellionis, & quod
tunc citatus tenetur credere eas eſſe literas ex parte iudicis
citantis, & ſubdit ibi notabil. Bart. quod eo ipſo, quod nun-
cius defert literas, eſt ſignum, & præſumptio efficax, quod ſit
nuncius eius, ex cuius mandato citat, & quod ſibi eſt creden
dum, & idem ſentit Inno. in cap. quoniam contra falſam. de
probat. ubi dicit, quod talibus litteris ſuper commiſſione iu
dicis eſt credendum, ſicut creditur litteris nuncij ſuper rela-
tione citationis factæ per eum, quas ipſe nuncius remittit
ſigillatas ſuo ſigillo, & idem dicit Hoſt. & Io. And. in d. c. quo
niam contra falſam, in verbo, citationes, ſupra de probat.
48 Venio ad ſecundum, ſcilicet an iudex † teneatur credere
nuncio referenti ſe citaſſe. & gloſ. hic, ut uidiſtis, tenuit
quod ſic, & idem tenuit glo. 82. diſtinct propoſuiſti. & quar-
ta quæſtio. tertia. §. item in criminali: ſed Abb hic, & Ioann.
Andr. in Specul. de citatione. § ſequitur. verſic. ſed nunquid
credetur, dicit hoc eſſe relinquendum arbitrio iudicis, qui
ſecundum qualitatem perſonarum, & cauſæ, quandoque
49 plus creditur † parti, quam nuncio; puta ſi nuncius eſt uilis
perſona, & pars ipſa conſtituta eſt in dignitate, uel uitæ lau
dabilis, & quandoque exiget iuramentum a parte contra aſ
ſertionem nuncij, quãdoque plenam probationem. & idem
tenet hic dom. Abb in tertia colum. qui dicit, quod hoc di-
ctum communiter tenetur, & quod eſt multum æquum. &
allegat cap. ad audientiam, a contrario ſenſu, ſupra de præ-
ſcriptionibus. idem ſentit hic Bald. & in dicto cap. quoniam
contra falſam, in 12. colum. dic tamen, quod ſi iudex male
arbitraretur, poſſet interponi appellatio, quia etiam in his,
quæ relinquuntur arbitrio iudicis, poteſt ab eo appellari,
vt dicit glo not. in cap. ſuper his, in verbo, arbitrium, de ac-
cuſatio. & Barto. in l. ſi qua pœna. ff. de verborum ſignificat.
ſed

A D D I T I O.

a ¶ An pars teneatur credere nuncio citanti. Vide Bal. in l. penult. ult. colum C. de ann. excep.

ſed Barto. in d. extrauag. ad reprimendam. in verbo, per nun-
cium, & in l. j § circa carnis. ff. de offic. præfec. vrb. s. dicit, q
eſt credendum nuncio, ſi refert ſe citaſſe, & ſic ſequitur opi.
huius glo. & dicit, quod ita ſeruatur in practica de conſue u-
dine, & idem ſequitur Spec. de citatione. § ſequitur. ver. hoc
autem nota. & in § iam de citatione. ver. quod autem dixi &
in iſta opin. videtur reſidere Bal. in l. magis puto. § illud ff. de
reb. cor. & i la in opin. ſequitur hic Io. de Imo in 4. col. & in c.
quoniam contra, præalleg. Ex quo infertur, quod ſi nuncius
refert ſe citaſſe, & pars negat, credendum eſt nūcio, niſi pars
probet contrarium, vel per teſtes, vel per coniecturas veri-
ſimiles, & iſta opin. mihi placet, quia pro ea eſt caſus hic, nā
propter relationem nuncii qui retulit ſe repeririſſe illum epi-
ſcopum in Salamantina eccleſia, & non in legatione Regis
50 iſte eſt ſtatuit excommunicatus, & tamen † excommunicatio
eſt magna pœna, vt in c. corripiantur. 24. q. 3. idem probatur
in l. magis puto. § illud ff. de reb. cor. vbi per nuncium proba-
tur pecuniam, pro qua fuit res pupilli alienata, eſſe verſam
in vtilitatē pupilli, & tamen negari non poteſt ibi eſſe ma
gni præiudicii, quia ſi poſtea pupillus petat reſtitutionem in
integrum aduerſus venditionem, teneretur ipſam pecuniam
reſtituere, ex quo relatum nuncii probat ipſam eſſe verſam in
vtilitatem pupilli, ad idem ſupra de electio. bonæ memoriæ
51 Magun. ver. quamuis autem pa. ec. quod ille qui negat † ſe citā
tum, debet illud probare. Ego tamen pro concordia ſic di-
cerem, quod aut nuncius eſt vilis perſona, & iſte qui negat
ſe citatum, eſt conſtitutus in dignitate, vel vitæ probabilis, &
tunc credendum ſit iuramento partis negantis ſe citatam, &
hoc modo procedit opi. Hoſt. & Io. And. & ſequacium. nam
vilis perſona, immo etiam infamis poteſt eſſe nuncius, quia
ſecundum mores noſtros eſt viliſſimum officium, licet ſecū
52 dum leges deberent eligi † perſonæ diuites, & probatæ vitæ,
vt in Auth. de iud. § is autem, coll. 6. ita dicit Bart in d. extra-
uag. ad reprimendam in verbo, nunciū. aut nuncius eſt pro-
batæ vitæ, & iurauit officium ſuum fideliter exercere. & hoc
caſu ſit credendum nuncio referenti ſe citaſſe, licet pars ne
get ſe citatam, etiam ſi ſit conſtituta in dignitate, vel vitæ
laudabilis, niſi probet ſe nō fuiſſe citatam, & hoc modo pro-
cedit opin. huius glo. & Bar. quam etiam ſequitur Io. de Imo.
& illud probatur hic, & in omnibus ſupra allegatis. facit opti-
me c. ad audientiam. ſupra de præſcrip. vbi patet, quod credi-
tur notario qui iurauit exequi officium ſuum fideliter, ſi nō
eſt ſuſpectus.

Quid autē ſi ſtatutum diſponeret, quod credatur relatio-
ni factæ per nuncium de citatione, nunquid pars negans ſe
citatam poſſit probare contrarium, hoc eſt dicere, an vbi ſta-
53 tutum † diſponit eſſe ſtandum dicto alicuius admittatur pro-
batio in contrarium. & dicendum eſt, q ſic, hoc tenet Azo
in ſumma. C. ad leg. Aquil. & Bal. in l. ſi tutor. in fi. C. de peric.
tut. & in l. contra negantem, in fi. C. ad leg. Aquil. & in l. j C.
ſi aduerſ. ſub. & Io. de Imo. in cap. fin. quod met. cau. & domi.
Abb. in capitu. continebatur, de deſponſa. impube. & utro-
bique dixi. Et ex his ſum expeditus de primo membro prin-
cipali, ſcilicet an ſit credendum nuncio ſuper citatione, hoc
eſt ſe citaſſe ex parte iudicis, pars debeat ei credere, & ſi
referat ſe citaſſe, & pars neget, credendum ſit nuncio ſe
citaſſe.

Venio nunc ad ſecundum principale, ſcilicet an nun-
54 cius † poſſit citare ſine commiſſione iudicis, & dicendum
eſt, quod non de hoc eſt tex. in l. neminem. C. de exhib. reis.
& hoc tenet ibi Cy. & Bart. & concludit ibi Barto. quod nec
perſonalis, nec realis citatio poteſt fieri ſine ſpeciali com-
miſſione iudicis. ad idem optime facit l. cum clericis. C. de
epiſco. & cleri. vbi patet, quod commiſſio citationis eſt ſen-
tentia interlocutoria, & ibi hoc notat Bald. & iſtam opinio-
nem, ſcilicet quod nuncius non poſſit citare ſine ſpeciali
commiſſione iudicis, tenet Innoc. in cap. quoniam contra.
præalleg. & Butr. & dom. Abb. in cap. i. de iudic. & dicit Inno.
quod ſi non apparet de commiſſione iudicis citatio eſt nul-
la, & hoc ſequitur But. & Ioā. de Imo. in dicto cap. quoniam.
contra, & in dicto cap. j. de iudic. vbi etiam hoc tenet dom.
Abb. Immo etiam non crederetur iudici, ſi diceret ſe com-
miſiſſe notario, quod citaret. & hoc voluit glo. in dicto cap.
quoniam contra, in verbo, citationes. & hoc tenet Ioā. And.
ibi, per illum tex. quia vt ibi dicitur, non crederetur iudici, ſi
diceretur ſe commiſiſſe notario, quod citaret. & hoc voluit
glo. in dicto c. quoniam contra falſam. in verbo, citationes,
& hoc tenet Ioan. And. ibi, per illum tex ſuper proceſſu. dic
tamen, quod non eſt neceſſarium, quod commiſſio citatio-
nis fiat in ſcriptis, immo poteſt viua voce committi nūcio,
quod citet, vt eſt tex. not. in c. cum dilecti. ſupra de do. & con-
tum. & ibi hoc tenet But. & dom. Abb. licet Io. de Imo. dicat
illud procedere in nūciis Papæ, ſecus dici in aliis iudicibus.

quorum verbis non creditur, ut dicto cap. quoniam contra.
ſed tenenda eſt opin. But. & dom. Abb. Nec obſtat cap. quo-
niam contra falſam, præalle. quia debet intelligi, quod com
miſſio probetur per teſtes, quia textus dicto ca. quoniam con
tra. in fi. dicit, quod acta iudicialia poſſunt pbari legitimis
55 documentis, ſed appellatione † documentorum comprehē-
duntur teſtes, ut in cap. peruenit, de teſti. cog. & in l. j. ff. de fi.
inſtrum. & de hoc vide glo. in terminis, in cap. pia, in verbo,
documentis, de excep. in 6. quæ dicit, quod appellatione do-
cumentorum, comprehenduntur inſtrumenta, & teſtes, &
56 iſtud, ſcilicet quod † proceſſus poſſit probari per teſtes, tenet
Hoſt. & Io. And. & communiter Doct. in dicto cap. quoniam
contra. Immo etiam per partis confeſſionem poteſt probari
proceſſus, vt in cap. fin. ſupra de probat. Immo ſententia po
teſt per teſtes probari, vt in cap. ſicut. de re iudi. vnde conclu-
dendum eſt, q de commiſſione iudicis debet conſtare, alias
citatio eſt nulla, nec creditur iudici aſſerenti ſe commiſiſſe
nuncio, quod citaret partem, ſed ipſa commiſſio poteſt pro-
bari, vel per teſtes, vel per literas ſigillatas ſigillo iudicis etiā
priuato, vt dicit Bar. in extrauag. ad reprimendum, in verbo,
per literas, & dixi ſupra in 2. par. membri præcedentis quæſt.

Quid autem ſi in actis conſtat de citatione, & relatione ci-
57 tationis per nuncium facta, an præſumatur de † commiſſio-
ne iudicis, & Guido de Suza in l. ad peremptorium. ff. de iu-
dic. tenet quod ſic, & hoc ſequitur But. in d. c. quoniam con-
tra. & do. Abb. in c. i. in fi. ſupra de iud. idem ſequitur quando
bonus nuncius eſſet bonæ vitæ, & famę, & ageretur de mo-
dico præiudicio, per no. per Innoc. in c. j. de cleri. pereg. & per
Doct. in c. ea noſcitur, inf. de his quæ fi. a præl. ſed Io. de Imo.
58 in d. c. quoniam contra. tenet contrarium, quia † commiſſio
iudicis eſt quædam ſolemnitas extrinſeca, quę non prǽſumi
tur, niſi probetur, vt in l. quæcunque ff. de publ. & per Bar. in
l. ſciendum. ff. de verb. oblig. & Ang. ibi idem tenet, ſcilicet q
non prǽſumatur commiſſio iudicis, niſi probetur, tamen mi
hi magis placet opin. do. Abb. ſ. quod quando agitur de mo-
dico præiudicio, & nuncius eſt vitæ laudabilis, & in actis cō-
ſtat de relatione citationis, q debeat præſumi iudicem com
miſiſſe, quia propter legalitatem perſonæ prǽſumitur ſolem
nitas extrinſeca, vt ſenſit Inno. in c. j. de cler. peregr. & firmat
do. Abb. in c. niſi eſſent, inf. de præb. licet autem dubitetur, an
debeat prǽſumi commiſſio iudicis, tamen ſi apparet de com
miſſione iudicis, & citatione, ſeu relatione nuncii, præſumit
in dubio, quod pars requiſiuerit iudicem, vt citaret partem,
59 quamuis non valeat † citatio, niſi iudex citet ad petitionem
partis, vt in l. ad peremptorium ff. de iud. & in c. j. ſup. de iud.
Et iſtud, quod debeat præſumi interueniſſe requiſitionem
partis, tenuit Guil. in dicta l. ad peremptorium. & But. & Io.
de Imo. & do. Abb. in dicto cap. j. ſupra de iudic.
60 Ex quo no. q licet omnis † actus iudicialis debeat fieri ad
petitionem partis, vt in d. l. ad peremptorium. tamen in du-
bio prǽſumitur interueniſſe requiſitionem partis, ſed prædi-
ctam regulam. ſ. q nuncius non poſſit citare ſine ſpeciali cō
miſſione iudicis. limitat Inno. in d. c. quoniā contra. quando
eſſet nuncius generalis deputatus ad citationes faciendas,
quia tunc poſſet citare abſq; alio ſpeciali mandato, ſed Cyn.
& Bart. in l. neminem. C. de exhib. re. tenent cōtrarium & idē
tenuit Cyn. in l. ea quidem. C. de accuſ. & Bal. in l. cum cleri-
cis. C. de epiſc. & cler. & Io. And. in addit. Spe. in ti. de citatio
ne. § ſequitur ver. ſed nūquid dices. ſed Bal. in l. ſi quando. cir-
ca fi. C. de teſti. limitat prędicta duobus modis, in quibus po-
teſt ſaluari dictum Inno. in d. c. quoniam contra:

Primo, quādo citatio requirit modicam cauſę cognitio-
nem, ſicut eſt citatio ad comparendum: tunc enim in tali ci-
tatione ſufficeret auctoritas generalis nuncii citātis, licet ali-
ter de commiſſione non appareret. facit quod no. Inno. in c.
licet in beato Petro, de accuſat.

Secundo, quando eſſet conſuetudo diu obſeruata, q gene-
ralis auctoritas nūcii ſufficiat ſine alia commiſſione iudicis:
61 nam talis † conſuetudo, & ſtylus iudicii, eſt ſeruandus. l. ij.
C. quemad. teſta. aper. & circa hoc, ſcilicet q ſtylus iudicii ſit
ſeruandus. vide Lap. allega. ſua 5 a. & iſtud ſecundum dictum
Bal. ſ. q nuncius generalis poſſit citare abſq; alia commiſſio
ne iudicis multum no. hic Io. de Imo. & idem dicit Bal. in l. j.
ff. de in ius uoc. & iſta conſuetudo viget in iſta ciuitate, quia
pars facit aliam partē citari coram iudice ipſo iudice igno-
rante. & hoc ſæpe ſum expertus in cauſis mihi commiſſis,
quia ſæpe inueni partem citatam ad inſtantiam alterius par
tis me ignorante, nec aliquid ſciui de citatione, niſi quan-
do partes comparuerunt coram me, & arbitror iſtam con-
ſuetudinem eſſe in omnibus ciuitatibus circumuicinis, quia
quaſi ſemper pars facit aduerſarium citari, ut compareat
non præcedente aliqua commiſſione iudicis, immo ipſo iu-
dice ignorante.

Nunquid

62 Nunquid autem † index poſſit generaliter cōmittere nun
cio poteſtatem citandi. But. tenet quod non, in c. 1. de iudi. &
refert Bar. ita tenere in l. fi. C. de exhib. reis. vbi Bar. requirit
ſpecialem commiſſionem fieri, & dicit, quod generalis com
miſſio nihil releuat, per l. 1. C. de iure do. impe. ſed Ioan. de
Imo. in d. ca. 1. de iudic. dicit, quod hoc dictum non tranſit
ſine dubitatione, quia tantum debet operari genus quo ad
omnia, quantum ſpecies quo ad quædam, vt dicit glo. no. in
regula, generi per ſpeciem, lib. vj. facit quod no. Bar. & Bal. in
l. fi. §. neceſſitatem. C. de bon. quæ lib. vbi dicunt, quod pater
poteſt generaliter procurare cōſenſum filio ad quaſcunque
lites faciendas. Bal. tamen ibi dicit, quod ſi cauſa requireret
ſpeciale mandatum, vt eſt in actibus multum præiudiciali-
bus, non ſufficeret generalis cōſenſus patris, vnde tutius eſt
tenere opin. Bart. & But. ſcilicet quod non ſufficiat generalis
cōmiſſio iudicis, ſed requiratur ſpecialis, quia vbi requiritur
63 ſpeciale † mandatum, non ſufficit generale, vt c. qui ad agen-
dum, de procur. in vj.

64 Nunquid autem poſſit † iudex committere notario, uel
parti poteſtatem citandi. Spec. in ti. de citatione. § ſequit. ver.
quandoque, circa prin. concludit, quod notario citanti de
mandato iudicis debet credi, cum ſit perſona publica, & iu-
rata, vt in c. ad audientiam, ſupra de preſcrip. & in l. ſi quis de
curio. C. de falſ. eodem modo concludit, quod ipſa citatio
poſſit committi parti, vt in l. eum qui. § ſi epiſtola. ff. de furt.
65 vbi eſt tex. quod quis poteſt eſſe † nuncius in propria cauſa,
& idem not. Bart. in l. iuſte. ff. de acquir. poſſeſſ. ſed vide Bart.
in extrauag. ad reprimendum, in verbo. per literas, in fi. vbi
dicit, quod actor poteſt petere literas citatorias, & dicit hoc
eſſe expreſſum in dicto §. ſi epiſtola. dicit tamē, quod ſi pars
negaret literas præſentatas ipſi actori non crederetur pro
ſe, niſi probaret per alios præſentationem literarum, & ideo
66 conſuluit, quod † præſentet ipſas præſentibus teſtibus, & no
tario, & quod notarius de ipſa præſentatione conficiat in-
ſtrumentum, & dicit hoc ſufficere ad probandam præſen-
tationem literarum. Idem dicit Bart. in ca. 1. de iudic. & Bal.
in l. ſi ut proponis. C. quomo. & quan. iud. Nec obſtat, quod
dicit Spec. in loco præalleg. vbi dicit, quod eſt credendum
parti citanti, ſi defert literas citationis ſubſcriptas manu no-
tarij de mandato iudicis. nam verū eſt, quod pars quæ cita-
tur, debet credere talibus literis, ſed non creditur parti ci-
tanti, quod literas præſentauerit, niſi probet, vt ſupra dixi.
& ex hoc ſum expeditus de ſecundo principali, ſ. an credatur
nuncio ſuper commiſſione citationis.

67 Venio nunc ad tertium principale, ſcilicet an † credatur
nuncio ſuper verbis prolatis per partem. & in hoc aduerte,
quia verba poſſunt eſſe duplicis conditionis. Aliquando
enim pars dicit verba impertinentia ad cauſam, vt dicit, quod
nuncius eſt vnus poltronus, vel ipſum percutit, vel proijcit
lapides contra eum, & ſimilia: aliquando dicit ſe nolle com
parere coram iudice: in primo caſu dicendum eſt, quod nō
ſit credendum nuncio, niſi aliter probetur, & hoc ſentit glo.
hic, dum dicit, quod creditur nuncio tantum ſuper citatio-
ne, & non ſuper alijs, & hoc in terminis tenet Ioan. And. in
Spec. in ti. de citatione. §. ſequitur. ver. ſed nunquid credetur.
In ſecundo autem caſu, ſcilicet quando dicit ſe nolle venire
Io. And. in loco præalleg. eodem modo tenet, quod non de-
bet credi nuncio, niſi aliter probetur, & dicit Io. And. quod
talis reſponſio non eſt annexa citationi, quia citatio ualet
& eſt perfecta, etiam ſi citatus nihil reſpondeat, ſed taceat. &
hoc idem ſequitur Io. And. in addit. Spec. in tit. de contuma
cia. §. 1. in addit. magna, & But. & Io. de Imo. hic, & in clem. 1.
in 4. col. de do. & contu. & hoc etiam tenet glo. notab. in ver
bo, in iudicio, in c. venerabilis. §. idem eſt de ſen. excom. in 6.
68 quæ dicit, quod ſi nuncius referat partem † citatam dixiſ-
ſe, quod nolebat venire, non dicitur verus contumax, quaſi
ſentiat, quod nuncio non credatur. idem tenet Bal. & Ang.
in l. diuus. ff. de reſtit. in integ. & idem tenet Salic. in l. tres de-
nunciationes. C. quomo. & quan. iud. ſed Innoc. tenet con-
trarium in c. ad petitionem, infra de accuſ. & glo. in l. ex con
ſenſu. §. fi. ff. de appell. & in l. fi. ff. de reſtit. in integ. & idem ibi
ſentit Bart. & expreſſè tenet Bar. in l. tres denunciationes. C.
quomo. & quan. iud. & Ioan. de Imo. l. ſi finita. §. Iulianus. ff.
de dam. infec. dicit hanc partem Salic. quod credatur relatio
ni nuncij, poſſe ſubſtineri in puncto iuris, quia negari non
poteſt iſtam reſponſionem eſſe annexam citationi, pro qua
facit iſte tex. & illam eandem opinionem, ſcilicet quod de-
bet credi relationi nuncij, quod pars dixerit ſe nolle compa
rere, tenet dom. Cardin. in dicta clem. vnica, de do. & contu
ma. in 10. colum. Bar. uerò in l. ex conſenſu. ff. de appell. dicit,
quod ſi in actu requiritur trina citatio, & citatus dixerit nun
cio ſe nolle venire, iterum eſt citandus, ſed ſi eſt citatus pe-
remptoriè, & dicat in iudicio, vel extra iudicium, nolo veni-
re, tunc eſt verus contumax, quia ad conſtituendum verum
cōtumacem, ſufficit, quod ſciat ſe citatum, quaſi dicat Bart.
quod licet relationi nuncij nō credatur, quod dixerit ſe nol-
le uenire, tamen ſatis per relationem nuncij conſtat, quod
ſciuit ſe citatum, & per conſequens conſtituitur verus contu
max, & dicit, quod hoc modo debet intelligi glo. in l. fi. ff. de
reſtit. in integ. ſed do. Abb. hic concordat opin. dicens, quod
aut in iudicio quis dixit ſe nolle comparere, & incontinen-
ti poteſt puniri tanquam contumax, & de hoc eſt caſus in
cap. venerabilis § ſecus. de ſent. excom. in 6. Aut dixit extra
iudicium, & tunc ante lapſum termini ſibi non præiudicat,
tum quia aſſertio nuncij non facit plenā probationem per
ſupradicta, tum quia confeſſio extraiudicialis non debuit ſi-
bi præiudicare reſpectu criminis contumaciæ, quia potuit
hoc dixiſſe ex iracundia, & confeſſio facta calore iracundiæ
non tenet, niſi in ea detur perſeuerantia, vt dicit glo. notab.
in cap. ex literis. de diuort. facit cap. ſi quis iratus. & §. notan-
dum. 2. quæſt. 3. aut in termino non comparuit, & tunc quia
inſurgunt duæ præſumptiones, vna propter non compari-
tionem, quæ inducit præſumptionem contumaciæ, vt eſt
tex. nota in cap. nullus. de præſcript. alia quæ iam eſt orta ex
relatione nuncij, iſtæ duæ præſumptiones ſimul iunctę ope-
rantur, vt ille amplius non citetur, quia ſatis liquet illum
69 nolle comparere, & † citationes geminantur ſolum, ut ap-
pareat de uoluntate citati, ut uoluit Innocen. in cap. ad peti-
tionem, de accuſat. & idem dicunt Butr. & dom. Abb. in cap.
fin. de dolo, & contuma. in ult. quæſt. & dicit dom. Abb. hic,
quod hic videtur tex. contra opinio. Ioan. Andr. quia hic da-
ta fuit fides relationi nuncij, quia reperit iſtum epiſcopum
in Salamentina eccleſia, & non in legatione Regis. Sed tu
dic, quod iſte tex nihil facit contra opinio. Ioann. Andreæ,
quia locus in quo fit citatio, eſt de ſubſtantia citationis, &
ipſam concomitatur, quia eſt neceſſarium, quod citatio fiat
in loco vbi citatus reperitur, tamen concordia dom. Abb.
eſt ſatis æqua, & ſatis probatur ipſum citatum eſſe verum
contumacem, ſaltem ex hoc capite, quia ſciuit ſe citatum,
& non comparuit in termino. & illud quod dicit Bartol. in
dicta l. ex conſenſu § finali. videtur ſatis probabile. nam vbi
citatio non eſt peremptoria, non videtur eſſe uerus contu-
max, ſi non comparuit, ex quo ſciebat ſe iterum debere ci-
70 tari. ſed vbi citatio eſt peremptoria, tunc verus † contu-
max, ſi non comparuit, ex quo ſcit, uel ſcire debet ſe ite-
rum non debere citari, & ex hoc oritur magna præſum-
ptio, quod dixerit ſe nolle venire, ex quo non comparuit in
termino peremptorio.

Et ex prædictis poteſt concludi, an ſit credendum rela-
tioni nuncij, ſi refert ſe poſuiſſe Titium in poſſeſſione bono
rum olim beati Ioannis, an ſibi credatur, de quo uide Pau.
de Caſtro, conſilio ſuo 273. quod incipit, In Chriſti nomi-
ne Domini Amen. viſis & ponderatis, circa medium. Et ibi
videtur reſidere, quod nō ſit credendum nuncio, ſi appareat
contradictor, de quo ibi per eum. & ad prædicta vide no. per
Cy. in l. ea quidem. C. de accuſat. Et ex hoc ſum expeditus
de tertio.

Venio ad quartum, ſcilicet circa relationem nuncij.
71 Et circa hoc quæro, quid ſi † nuncius dicit ſe aliter retuliſſe,
quam ſcripſit notarius, cui magis ſit credendum, an nota-
rio, uel nuncio. & Ioann. Andreæ in additio. Speculat. in ti-
tulo de inſtru. edit. §. reſtat. uerſ. quid ſi vnus dicit, quod hoc
erit in arbitrio iudicis ſecundum qualitatem perſonarum.
Quilibet enim iſtorum gerit officium publicum, vnde ſi
notarius eſt ſuſpectus propter alia prius geſta, magis debet
credi ipſi nuncio: aliàs in dubio magis debet credi ſcriptu-
ræ tabellionis, ut in l. cum precibus. C. de probationibus. &
idem ſequitur hic Ioan. de Imo. in ultima colum. & domi.
Abb. hic, in quarta colum. & hoc modo debet reſtringi il-
lud, quod dicit Ang. in l. prima. § primo, ff. quemadmodum
teſtamen. aper. vbi referendo Iaco. de Arena, dicit eſſe ſtan-
72 dum ſcripturæ † notarij, quia illa facit plenam probatio-
nem, & ad eius eſſentiam non requiruntur teſtes, ut in l. in
donationibus. C. de donatio. nam debet intelligi niſi nota-
rius eſſet ſuſpectus, argumen. l. ſi quis ex argentarus §. primo.
ff. de edendo.

73 Vtrum autem relatio † citationis poſſit fieri per nuncium
die feriato. Bal. tenuit quod non, in cap. fina. de fer. & in l. in
minorum. C. in quibus cauſis reſtitutio in integrum non
a eſt neceſſ. quia actus relationis nuncij debet fieri in iudicio,ᵃ
& ſic

ADDITIO.

a ¶An autem ualeat ſententia facta ante relationem nuncij de citatione. *Vi-
de do. Alex. infra eod. in cap. ſæpe. 18. col. uer. in ultima parte glo.*

& ſic tempore iuridico cum ſit, quoddam teſtimonium ip-
ſius nuncii. dicit tamē. quod non eſt neceſſarium, quod par
tes ſint præſentes, quando nuncius refert, immo relatio nun
cii poteſt fieri corā notario in abſentia iudicis, vt dicit Bald.
in l. præcipimus poſt med. C. de appel. & Ang. in l cum ſaus.
C. de agric. & cenſis lib. 11. & Bart. in l. ſi finita. § Iulian. ff. de
dam. infec idem dicit dom. Abb in cap quoniam contra fal
ſam, in 9. col. ſupra de probatio. & ibi dixi. Et ibi etiam dicit
dom Abb quod ſi nuncius faceret relationem præſente iudi
ce, non eſt neceſſe, quod iudex ſedeat pro Tribunali.
74 Nūquid autem † nuncius poſſit alteri committere, quod
citet loco ſui. & videtur quod nō, quia citare eſt nudum mi
niſterium· ſed illa quæ ſunt nudi miniſterii, non poſſunt al-
teri committi, vt in c fin de offic. deleg. & ibi hoc no. Innoc.
& Hoſt. & idem dicit glo. pen. in clem. vnica, de offic. delega.
ſed poteſt dici, quod ſi ſubeſt cōſuetudo, vel in eadem curia
ſint plures nuncii publici, & nuncius eſt impeditus, vel infir-
mitate, vel alio iuſto impedimento, propter quod nō poteſt
citare, poteſt collegæ demandare actum citationis, arg. l. 1. C.
de ſportu & ff. de offic. conſu. l. j. Ipſam autem relationem
non poteſt ipſe nuncius facere per alium, cum talis relatio
ſit quoddam teſtimonium, & ideo quando nuncius eſt infir
mus, vel aliter impeditus, ita quod per ſe referre non poteſt,
iudex debet mittere ad eum pro relatione habenda, ita dicit
Bal. in c cum dilecti, de do. & contu in ſi 4. col. Et ex his ſunt
expeditus de quarto, & vltimo membro.
75 ¶ in gl. in ver. obiectu, no. duo ex iſta gl. Primo, quod † appellatio
interpoſita I abſentia iudicis, ſi alias eſt litima, valet, & ſuſpē
dit iuriſdictionem iudicis in hac cauſa: nam iſta cauſa fuit in
terpoſita in abſentia legati, vt colligitur ex tex. reg. tamen
glo. quod iudex a quo ſciat appellationem interpoſitam fa-
ci quod no. Archid. in c. appellatio, eod. tit. in 6 ſed D. Abb.
diſtinguit, dicens, quod aut poteſt appellanti imputari, quia
non deduxit appellationem in notitiam iudicis, & tūc talis
appellatio non tuetur appellātem aut nihil poteſt imputari
appellanti, vt quia exiſtens in remotis partibus recepit cita-
tionem, & timuit excommunicationem veriſimiliter ſu-
gam, nec poterat infra tempus habere copiam iudicis a quo
vel ad quem, & tūc talis appellatio facta in præſentia bono-
rum virorum defendit appellantem, vt nō teneant geſta per
iudicem contra ipſum. & ad hoc allegat do Abb no. dictum
Innoc infra eod dilectis vbi dicit, quod appellatio interpoſi
ta in abſentia iudicis a quo eximit appellantem ab eius iuriſ
dictione. Nec obſtat c. ſi duobus, ſupra eod vbi ponderatur
ignorantia iudicis, quia nō loquitur ibi de iud ce a quo, ſed
de iudice ad quem, cuius iuriſdictio non erat adhuc ſuſpēſa,
vnde ille tex procedit in iudice ad quem non autem in iudi-
ce a quo, & de hoc plene dixi in cap ſuggeſtum, ſupra eod.
Secundo no ex glo. quod quando appellatur a Cardinali,
76 appellatio † præſumitur iniuſta, quia Papa non præſumit
Cardinalem aliter iudicaturū, quam ipſe Papa eſſet iudica-
turus, ut in l. 1. ff. de offic præfec. prætio. & ita colligit Bald. ex
hac gl quod no Et iſta eſt ratio, quare Papa citauit iſtum epi
ſcopum ad oſtendendum ſuam innocentiam In glo. fin.
77 No ex glo quod plus operatur † denunciatio, quam exce
ptio, nam exceptio ſolum operatur effectum repulſiuum de
nunciato vero operatur effectū procedendi cōtra denuncia
tum ſed do. Abb ex ta glo ſ dicit, quod Papa hic inchoauit
nouum proceſſum audita contumacia huius epiſcopi, & al
legat no per Io. And in c mandatum, ſupra de reſcrip. & hæc
ſufficiant. Sequitur c. ad hæc.

SVMMARIVM.

1 *Appellatur a mandato facto ei qui iurauit ſtare iudicio, ſi limites iura*
menti excedit.
2 *Abſoluendus ab excommunicatione præſtat iuramentum de parendo*
mandatis eccleſiæ.
3 *Mandatum vt quis pareat, non debet excedere terminos iuſtitiæ, nam*
ab eo appellari poteſt.
4 *Iurans conſuetudinem alicuius loci ſeruare, ad laudabiles tantum reſtrin*
gitur.
5 *Appellare an liceat a ſententia, ſi pars promiſit ſententia iudicis*
ſtare.
6 *Renunciare appellationi qualiter quis poſſit.*
7 *Renunciare appellationi non intelligitur, qui promittit ſoluere indica-*
tum.
8 *Approbans ſententiam latam, non ob hoc approbat tanquam bene la-*
tam.
9 *Iudex in iudicando, debet ſequi conſenſum partium, ſi contra priuile-*
gium vnius partis veniat.
10 *Promittens ſtare ſententia quomodocunque, & qualitercunque, appella-*
tioni videtur renunciare.
11 *Expreſſione requiſita non ſufficiunt verba generalia, vel etiam geminata.*
12 *Verba debent intelligi, vt aliquid operentur.*
13 *Circumlocutio idem importat, quod proprij verbi expreſſio.*
14 *Sententiæ non contradicens conſentire non videtur niſi per decem dies*
taceat.
15 *Appellans non auditur niſi grauetur.*
16 *Arbitrio iudici dato ad procedendum contra aliquam perſonam, intel-*
ligitur quo ad illa conceſſum, in quibus reperitur generaliter facta
determinatio.

CAP. XX.

1 AD hæc. Si † mandatum factum ei, qui iurauit
ſtare iud. ceo eccleſiæ, excedit limites
iuramēti, ſeu promiſſionis, appellari poteſt, alias
ſecus. hoc dicit, cum c. ſeq. & ita ſummat do. Abb.
Communis diuiſio. ſecunda ibi hic tua ſolicitudo.
2 No. primo ex tex. quod ille qui eſt † abſoluēdus ab excom-
municatione præſtat iuramentum de parendo mandatis ec
cleſiæ. Quandoq; tamen iurat obedire mandatis iudicis, vt
in cap. cum deſideres. & in c. ex tenore. infra de ſent. excom.
ſed inter iſta duo mandata non eſt differentia, quia idem im
portant, de quo vide glo. in d. c. ex tenore. & in c. 1. in verbo,
quod noſtro, ſupra quod me. cau. licet glo. voluerit cōtrariū
in c. ſi quid. 1. q. 7. vbi glo. videtur facere differentiā inter iſta
duo mandata, ſed communiter reprobatur in vno tamē eſt
differentia inter iſtas formas, quia ſi datur fideiuſſor pro pa-
rendo mādatis iudicis nō tenetur fideiuſſor ſucceſſori illius
iudicis, vel etiam ſi eſt appellatum, quia fideiuſſio non exten
ditur ad cām appellationis, vt in l. cum apud Sempronium.
ff. iudic ſol. ſecus ſi eſſet iuratum de parendo mandatis ec-
cleſiæ, & pro obſeruatione mandati eſſet datus fideiuſſor,
quia tunc videtur iuratum ſub nomine dignitatis, & iſtam
conſiderationem poſuit Goff. Io. And. & But. & Docto. in d.
c 1. quod met. cau & puto ibi ſcripſiſſe, de quo etiam per Bar.
& Ang. in d l cum apud Sempronium. ff. iud. ſol.
Secundo no. quod ſi aliquis cum iuramento promittit ſta
3 re † mandato iudicis, vel alterius, tamen ſi excedit limites iu
ſtitiæ poteſt ab eo appellari facit c. Quintauallis, de iureiur.
& cap veniens de iureiu in quibus patet, quod iuramentum
non extendiſ ad incogitata. 13. diſt. octau. in verbo, formidat,
quæ dicit quod ſi aliquis generaliter iurauit obedire quædā.
in omnibus tale iuramentum non eſt intelligendum, niſi de
licitis, & iuſtis, ac honeſtis, & idem dixit gloſ in l. non uide-
tur ff de iureiur. vnde Hug & Archid. & Ioan. de Fan. 6. q. 4.
quod bene dicunt, quod ſi aliquis iurat ſtare mandato epi-
ſcopi, & poſtea epiſcopus mandat ei quod non appellet, uel
aliquid aliud præcipit, de quo non fuit excogitatum, quod
poteſt licite appellare, & ad prædicta facit quod not. Innoc.
in cap. dilecta, de maior. & obed vbi dicit, quod ſi quis iurat
4 ſeruare † conſuetudines alicuius loci, non tenetur ſeruare,
niſi conſuetudines laudabiles, & honeſtas. hinc dicit Bal. in
l. ſi ad excludendum. C. de iureiurando. quod ſi aliquis iuret
alicui tenere aliquod ſecretum, non tenetur ſeruare iu-
ramentum, ſi ſibi dicitur aliquid, quod ſit contra Deum,
uel contra proximum, ſed de hoc vide glo. multum nota.
in capitulo, ego N. in uerbo, nulli pandam, & quod ibi dixi,
ſupra de iureiur.
Et ex his infertur, an ſi pars promiſit ſtare ſententiæ iu-
5 dicis, utrum ſi poſtea fertur ſententia contra eum † poſſit
appellare. & glo. multum ſingularis in dicto capitu. quod
bene, ſexta quæſtio quarta, dicit, quod ſic, etiam ſi præſtitiſſet
iuramentum de parendo ſententiæ, & idem dicit ibi Hug &
Archidiac & Ioann de Fantu ubi dicunt, quod ſi aliquis iu
rat ſimpliciter parere ſententiæ, uel mandato iudicis u-
detur cogitatum de ſententia iuſta, & de mandato iuſto,
& ſi eſt ſententia, uel mandatum iniuſtum, non uidetur
parere.
Et ex hoc infertur notabilis limitatio ad leg. final. in fine.
C de tempor. appellatio. & ad leg. primam ff. a quibus appel-
6 lare non liceat. vbi dicitur, quod quis poteſt renunciare † ap
pellationi. Nam illæ leges debent intelligi, quando expreſ-
ſe, & pacifice renunciatur appellationi, ſecus ſi iurat, uel
promittit ſimpliciter ſtare, uel parere ſententiæ iudicis, tunc
enim non intelligitur renunciare appellationi expreſſæ, ſeu
non eſt expreſſa renunciatio appellationis, & quod requira
tur expreſſa renunciatio, tenet Bart. in l. ſi conuenerit. in ſi.
ff. de re iudic.
Et ex hoc infertur, quod ſi pars ante ſententiam promittit
parere, & ſatiſfacere ſententiæ, & ſoluere iudicatum, uel ra-
tam habere ſententiam, ex hoc non intelligitur renunciatū
7 † appellationi, nec dicitur facere cōtra ſtipulationem, nec in
pœnam incidit, vt in l. cum apud Sempronium. ff. iudic. ſolut.
& in

& in l.3.§.falſus.ff rem rat.hab plus dixit Bart in dicta l.ſi con
uenerit.in fine. ff.de re iudicata, quod ſi partes conſentiunt,
quod cauſa committatur conſilio ſapientis, & aperto con-
ſilio conſentiunt, quod iudex ferat ſententiam ſecundum
ipſum conſilium, quod hoc non obſtante pars, contra quã
fertur ſententia, ſecundum conſilium poteſt appellare,
quia licet conſenſerit ſententiam ferri ſm conſilium, non vr
per hoc renunciare appellationi, quia poteſt eſſe, quod con-
ſenſerit ſententiam ferri ſm cõſilium, ꝙ putabat optimam
in cauſa appellationis ex nouis probationibus, quas in pri-
8 ma cauſa facere non potuit. Item qa licet † approbauerit ſen
tentiam tanquã bene latam, vt in l. Pomponius. ſcribit, & ꝙ
ibi no glo.mag.ff.de neg.geſt. Item quia ante ſententiam re-
quiritur expreſſa renunciatio appellationis, vt in l fin. C.de
temp.appell.& ideo licet conſenſerit ſententiam ferri ſm te
norem conſilij etiam aperti, & delegati, non expreſſe renun
ciat appellationi. Contrarium tamen tenet Bal.in l.tale pa-
ctum.in ſua repet.in ττ.col.ff.de pact.nam ex quo aperto cõ
ſilio partes ex certa ſcientia conueniunt de ſententia feren-
da ſm conſilium vr approbari, & confirmari ſententia iudi-
cis ferenda ſm conſilium, arg.l.cum donationis. C.de tran-
ſact.& in regula, ſcienti.in 6. Item quando partes conueniũt
de ſententia certo modo ferenda, non poteſt appellari, ex
quo eſt actum quid, & qualiter pronuncietur, vt in l.ſi con-
uenerit ff.de re iudic.facit l.ſi libertus ff de oper.lib.ſed quan
do aperto conſilio partes conſentiunt, ꝙ iudex ferat ſenten
tiam ſecundum conſilium dicuntur conſentire qualiter, &
quid iudex debeat pronunciare, ergo non poteſt interponi
appellatio, quia non poteſt allegari grauamen incogitatũ,
ex quo partes ſciebant tenorem conſilij. & iſtam opin.con
tra Bart ſequitur et Ioã de Imol.& Raph.Raimundus in d.l.
ſi conuenerit. vide tamen Bal.in l.j. C.de iuriſd.omn.iudic.
9 vbi Iac.But.dicit, quod licet iudex ſm iudicando contra pri-
uilegium vnius partis debeat ſequi conſenſum partium, vt
in d.l ſi conuenerit.non tamen in iudicando contra ius com
mune. ſed Bal dicit hoc eſſe verum, quãdo eſt error iuris ex-
preſſus. nam etiam de expreſſo conſenſu partium iudex non
poteſt pronunciare exprimendo in ſententia errorem iuris:
ſecus dicit, ſi error iuris non eſſet expreſſus, quia tunc poſſet
pronunciare, nec ab eo poſſet appellari, vt in l.ſi. in fi. C.de
temp.appell.& in hoc vltimo Bal. concordat cum eo, quod
dixit in d.§.qui prouocauit, contra opin. Bart.in d.l ſi conue
nerit. Et ex his infert Bal.in d.l.j.quod ſi partes conſenſerint,
quod iudex iudicet ſecundum conſilium alicuius ſapientis,
iudex non poteſt ſecundum illud pronunciare, ſi aperte con
tinet errorem iuris, quia in hoc non valet conſenſus partiũ.

De hoc tamen articulo, ſcilicet quando cauſa committi-
tur conſilio ſapientis, an iudex teneatur ſequi conſilium, &
an poſſit interponi appellatio, dic vt per Innoc.& Doct.in c.
ſi pro debilitate, ſupra de offic.deleg.& per Bart.& Docto.in
d.l.ſi conuenerit. ſed Bal.in d.l tale pactum. §.qui prouoca-
uit.ff.de pact.limitat glo.& Docto.in d.c.quod bene vj.q iui.
dum dicunt, quod iurans, vel promittens ſtare ſententiæ fe-
rendæ, poteſt ab ea appellare: nam procedit ſecundum Bal.
niſi appoſitantur verba ampla; vel geminata: puta ſi iurant
ſtare ſententiæ ferendæ, puta qualitercũque ſit, vel niſi quis
10 † promitteret ſtare ſententię quãdocunque, & qualitercun-
que ferendæ: tunc enim ſecundum Bal.intelligitur renuncia
tum appellationi.& mouetur per glo.ibi.facit quod no.glo.
in ſimili.& Bald.in l.cum pœna.ff.de arbitr. & in l.Baliſta. &
quod ibi not.ff.ad Trebell.

In contrarium tamen multum facit, quia ubi requiritur
11 ſpecialis † expreſſio, non ſufficiunt verba generalia etiam
geminata, vt per Pet de Ancha.& Dom.Dom.in c.ij de præ
ben.in vj. vbi dicunt, quod ſi Papa dat proprio motu alicui
prælato poteſtatem conferendi beneficia clericorum ſuæ
dięceſis, ſcilicet ut conferat auctoritate Apoſtolica beneficia
vacantia, vel in poſterum vacantia qualitercunque, & vbicũ
que, & qualiacunque, non obſtante etiam eo dic, quo opor-
teret de verbo ad verbum expreſſam, & ſpecialem mentio-
nem in literis Apoſtolicis facere, quod propter hoc non po
terit conferre beneficia vacantia in curia, quia in hoc requi
ritur ſpecialis, & expreſſa mẽtio ad hoc facit etiam glo.mul
tum notab.in c inquiſitores, in verbo, expreſſe, de hære.in vj.
quæ uult, quod ubi requiritur expreſſa mentio, non ſufficit
mentio generalis per uerba geminata, quæ, poſſunt referri
ad perſonam, de qua requiritur expreſſa mentio, & dicit ibi
Dom Dom hoc eſſe notandum pro priuilegiis, in quibus re
quiritur, quod de eis fiat expreſſa mentio, ſed his non obſtan
tibus mihi placet limitatio Bal vnde dicerem ſic, quod aut
verba generalia, & geminata operantur in aliis effectum ſu-
um, etiam ſi non comprehendant caſum, in quo requiritur
expreſſa, vel ſpecialis mentio, & tunc verba generalia quan-
tumcunque ſint late concepta, non referentur ad caſum, in
quo requiritur expreſſa, vel ſpecialis mentio, & hoc modo
procedunt not.in d.cap ii.de præben.in vj.& quod no glo &
Dom.Dom in d.c inquiſitores, in verbo, expreſſe, de hæreſ.
in vj. aut uerba nullum alium effectum poſſunt operari, &
tunc referuntur ad caſum, in quo requiritur ſpecialis, vel ex-
12 preſſa mentio, quia † verba debent intelligi, vt aliquid ope-
rentur, vt in cap.ſi Papa, de priuileg in vj.& in l.ſi quando.ff.
de legat. j. vnde ſi illa verba, promitto ſtare ſententiæ quali-
tercunque, & quandocunque ſit prolata, uel quæcunque
ſit ſententia, non importarẽt renũciationem appellationis
nihil operarentur ut eſſent ſuperflua. & ideo quia ſalua ra-
tione recti ſermonis non poſſunt ad aliud referri, debent in
ducere renunciationem appellationis, optime facit quod
no.Bart.in l.ſi decreta. C.de tranſact. & Bart in l ſub præte-
xtu, eod tit. Item quia pacta ſunt aliquid ſpecialiter expri-
13 mi, vel per † circumlocutionem, quæ idem importat, ut in
l.certum ff.ſi certum pet.& in l ſi quis in nomine.C.de teſta.
& in cap licet ex quadam. de teſtib & iſtud puto eſſe ueriſſi-
mum de iure.

Aduerte tamen, quia licet requiratur expreſſa renuncia-
tio appellationis ante ſententiam latam, tamen poſt ſenten
tiam latam ſufficit tacita renunciatio, vt in l ad ſolutionem.
C.de re iudic. & in cap.quod ad conſultationem, ſupra de
re iudic.& hoc tenet Bart.in dicta l.ſi conuenerit.in fi. vnde
ſi notarius dicit, quod talis ſentẽtia eſt lata præſentibus par-
tibus, & conſentientibus, & partes taceant, & non contradi
cant, intelliguntur approbare ſententiam iudicis, ſeu laudũ
arbitri, ut dicit Bal.in addit. Specul.in tit.de arbitr.in tit.ſi de
emologatione notãdum eſt, ſecus ſi tabellio ſcriberet præ-
ſentibus, & non contradicentibus partibus, quia per hoc
non inducitur emologatio, ſeu approbatio ſententiæ, ita
uoluit Bal.in l.nec in arbitris. C.de arbit & ſic plus operatur,
quod notarius ſcribat partibus præſentibus, quod ſententia
ſit lata præſentibus partibus, & non contradicentibus: &
14 ratio eſt, quia ille, qui non contradicit † ſententiæ, ſeu lau-
do, non intelligitur ei conſentire, niſi taceat per decem dies,
ut in l.cum antea. C.de arbitr.& in auth. hodie. C.de appel-
latio.& illa fuit theorica Barto. in l.j. C. de relatio. ubi dicit,
quod ſi iudex facit aliquid præſente parte. & non contradi-
cente, intelligitur conſentire, ſed fallit ſecundum eum in be-
neficiis interlocutoriis, vel diffinitiuis, in quibus dato, quod
pars ſit præſens, & non contradicat, intelligitur conſentire
niſi taceat per decem dies. & iſtud dictum Bart ſequitur do.
Abb in c quoniã contra, de probat.& hæc tene menti, quia
ſæpe occurrunt in practica. ¶ In glo in verbo, appellant. In-
nocen dicit, quod ſiue quis iurauerit, ſiue nõ, numquam au-
15 diatur † appellans, niſi grauetur, ut in capit.ut debitus, infra
eod.ſed dom. Abb.dicit, quod ſecundum hoc, quod iſte tex.
de nihilo prouideret, vnde ipſe dicit, quod ratio dubitandi
fuit iuramentum præſtitum de ſtando mandatis eccleſiæ, vi-
debatur generaliter intelligendum, de maior.& obed cap.ſo
litæ. ſed ratio decidendi eſt, quia iuramenta generaliter præ
ſtita debent intelligi ciuiliter, & reſtringi ad cauſam hone-
ſtam, & ueriſimiliter cogitatam, ut plene dixi in ſecũdo no
tabili. Ideo ſi mandatum iudicis excedit fines mandati iura
menti, poteſt licite appellari, quia iuramentum hoc caſu
non urget, ut in iuribus in ſecundo notabili allegatis. ¶ In
glo.in uerbo, ultra dies, dom. Abb dicit, quod glo eſt intelli
genda quantum ad alias cauſas appellationis, quia iudex a
quo debet moderari terminum ſecundum diſtantiam loco
rum, ut in cap.cum ſit, ſupra eod.ſed in caſu huius capituli in
dex debet præfigere iſtum terminum, ex quo Papa ſic uo-
luit moderare, nam noluit auferre poteſtatem iudicis ali-
ter moderandi, niſi ſubeſſet cauſa legitima, & iſtud dictum
domini Abba. mihi placet, licet Docto. communiter ſe-
quantur glo. & ipſam etiam ſequitur Bal.

Ex qua colligitur, quod ſi ſunt duæ leges, quarum una
diffinit tempus, & altera dat arbitrium iudici, quod illa, quę
diffinit tempus, poteſt moderari arbitrio iudicis.

Et ex hoc infert ad quæſtionem, quod ſi ſtatutum dicit,
quod bannitus habeatur pro confeſſo, ſi non comparuit
infra octo dies, & aliud ſtatutum dicit arbitrium poteſtati
contra magnates, modo poteſtas ſtatuit tres dies magnati
bannito ad comparendum, quæritur ſi non comparet in-
fra tres dies, habeatur pro confeſſo. & Bal dicit, quod ſic.&
ratio eſt, quia poteſtas habuit arbitrium minuendi tempus
octo dierum, ex quo ſtatutum dat ei arbitrium procedendi
contra magnates, & bene no.hęc verba Bal.

16 Ex quibus habes, quod ubi datur arbitrium † procedendi
contra aliquam perſonam, intelligitur datum arbitrium
etiam quo ad illa, in quibus reperitur generaliter facta ex-
preſſa, & limitata determinatio.

Et ex hoc limita c. de cauſis, de off. del. vbi dicitur, quod in
his quæ a iure ſunt determinata, iudex nõ habet arbitrium,
ſed tenetur ſequi determinationem iuris, nam illud proce-
dit niſi lex, uel ſtatutum contra aliquam perſonam det arbi
trium procedendi. Tamen quid poſſit facere iudex a quo, da
tur arbitrium procedendi vigore talis arbitrij. vide glo. not.
in clem. ſæpe in verbo, defenſionem, de uerbor. ſignificat. Et
hæc ſufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus qui iurauit ſtare mandatis eccleſiæ, ſi appellauit antequam ei ſit mandatum, eius appellationi non eſt deferendum.*
2 *Iuramentum de parendo mandatis, quod excommunicato defertur pro abſolutione de conſuetudine introductum eſt potius, quam de iure.*
3 *Abſolutio ab excommunicatione, an valeat non præſtito iuramento de parendo mandatis.*
4 *Conditio eſt implenda in forma ſpecifica.*
5 *Actus geſtus contra formam a iure datam non tenet.*
6 *Conſuetudinarium non eſt arbitrarium.*
7 *Excommunicatio non vitiatur omiſſione formæ.*
8 *Appellatio non valet, ſi mandatum non excedit formam iuramenti.*
9 *Excommunicatus reincidens in eodem delicto, non reincidit ipſo facto in excommunicationem.*
10 *Abſolutio facta ex falſa cauſa, nunquid teneat.*
11 *Excommunicatus pro contumacia debet prius ſatisfacere de expenſis, & præſtare cautionem de ſtando iuri, deinde abſolui debet.*
12 *Proteſtatio in præiudicialibus non valet.*
13 *Appellans an videatur renunciare appellationi.*
14 *Renunciare appellationi an videatur, qui faciendo actum contrarium appellationi, proteſtatur non renunciare appellationi.*
15 *Iudex a quo, an poſſit abſoluere ab excommunicatione. vide concluſiones.*
16 *Differentia inter abſolutionem, & reuocationem.*
17 *Iuriſdictio omnis per appellationem transfunditur in ſuperiorem.*
18 *Verbum proſequi, non denotat actum perfectum.*
19 *Verbum pro poſſe, denotat implementum.*
20 *Cautio ſemper eſt exigenda vbicunque eſt præſumptio, quod quis contra promiſſionem, vel iuramentum veniat.*
21 *Iuramentum omne honeſte regulariter eſt interdictum periuro.*
22 *Immiſſionem impediens ab initio, impedit etiam illud ex poſtfacto.*
23 *Excommunicandus, ſi antequam reducatur in excommunicationem, offert ſe paratum ad parendum mandatis excommunicationis, non debet excommunicari.*
24 *Excuſationis multa exempla vide notanda.*

CAP. XXI.

QVæſtioni. Iſtud cap. ſummatum fuit cum
c. præced. poteſt tamen ſic ſum
1 mari. Si † excommunicatus præſtat iuramentum
de ſtando mandatis eccleſiæ, & appellet ante-
quam ſit ei mandatum, vel poſtea, appellationi ſuæ non eſt
deferendum, ſed eſt reducendus in eandem excommunica-
tionem, donec pro poſſe pareat mandatis, hoc dicit, ſecun-
dum Bal. Diuiditur in duas partes. In prima ponitur conſul
tatio. In ſecunda reſponſio. ſecunda ibi. reſpondemus.

2 No. primo ibi. ſicut motus eſt, quod † iuramentum, quod
præſtatur in abſolutione ab excommunicatione de paren-
do mandatis eccleſiæ, potius fuit introductum ex conſuetu
dine, quam de iure, vnde facit ad illam quæſtionem, nun-
3 quid valeat † abſolutio ab excommunicatione non præſti-
to iuramento de parendo mandatis eccleſiæ, vel de paren-
do mandatis excommunicatoris. & Hoſtië tenet, quod non
valet abſolutio non præſtito tali iuramento, vt in cap. cum
deſideres, de ſent. excomm. ſed glo. ibi tenet contrarium, &
Doct. communiter illam ſequuntur, & dom. Abb. ibi, & hic
dicit, licet quidam velint ſuſtinere contrariam opin. Ho-
ſtien. dicentes, quod iura communiter dicunt, quod excom
municatus abſoluitur præſtito iuramento, vt patet in ca. ex
tenore, de ſenten. excomm. Ablatiui autem poſiti abſolute
important conditionem. l. a teſtatore. ff. de condi. & demõ.
4 † Conditio autem implenda eſt in forma ſpecifica, vt l.
Mæuius. ff. de condit. & demonſtr. cum ſimilibus. Item quia
iſta eſt forma eccleſiæ, quod præſtetur iuramentum in abſo-
lutione excommunicationis, ut in cap ſuper eo, de ſentẽ. ex-
5 com. † Actus autem geſtus cõtra formam a iure datam non
tenet, vt in cap. Pilanis, de reſtitu. ſpoliat. & in cap. dilecta. de
reſcrip. Nec obſtat ſecundum eos, dic. cap. cum deſideres, de
ſent. excom. vbi dicitur, quod præſtatio talis iuramenti fuit
inducta magis de conſuetudine, quam de rigore canonum,
quia conſuetudo non minus obligat, quam ius ſcriptum.
vnde Bald. in l. quicunque. C. de ſeruis fugit. dicit, quod
6 illud, quod eſt † conſuetudinarium, non eſt arbitrarium.
Illud etiam videtur ſentire hic Bal. in fi. dicens, quod quan-
do conſuetudo ſtatuit aliquid pro forma, non valet niſi for-
ma ſeruetur, & hoc quando illud requiritur ante factum,
vel in facto, ſecus ſi requiratur poſt factum, quia tunc ha-
bet vim modi, & non formæ ſubſtantialis, allegat not. per
glo. in l. vniuerſo. C. de precib. impera offer. & iſtam theori-
cam etiam poſuit Bart. in l. j. ff. de teſtam. vbi dicit Bar. quod
ſi aliqua ſolemnitas requiritur ante actum celebratum, in ip
ſo actu celebrando, actus celebratus ſolemnitate non ſerua
ta eſt ipſo iure nullus, ſecus dicit ſi ſolemnitas poſſit inter-
uenire ipſo actu iam celebrato, quia tunc eius omiſſio non
vitiat actum ipſo iure. Immo dicit Bart. quod ſi ſtatutum di-
ceret, quod contractus non valeat non ſoluta gabella, con-
tractus mero iure ualet, quia gabella non ſoluitur niſi poſt
contractum celebratum. ſed tu tene communem opi-
nionem, quæ probatur in dicto capitulo, cum deſideres.
dum dicit, quod tale iuramentum præſtatur magis de con-
ſuetudine, quam de rigore canonum. ex quo enim ceſſat ri-
gor canonum, non videtur præſtatio iuramenti eſſe de for-
ma ſubſtantiali. vnde non obſtat cap. ſuper eo, de ſent. excõ.
dum dicit, quod ſecundùm formam eccleſiæ præſtatur ta-
le iuramentum, quia iſta forma non eſt ſubſtantialis, & pro
hoc facit, quod excommunicatio, & abſolutio pari paſſu
ambulant, de pœnit. diſt. 1. verbum. ſed omiſſio formæ non
7 vitiat † excommunicationem, vt in cap ſacro, de ſenten ex-
com. not. glo. 2. quæſt. 1. in ſumma. Ergo etiam omiſſio for-
mæ non debet uitiare abſolutionem ab excommunicatio-
ne. & de hoc, ſcilicet quod abſolutio ab excommunicatio-
ne non ſeruata forma teneat, videtur tex. in cap. uenerabilis.
§. vbi autem, de ſent. excõm. in 6 vnde tene communem opi
nionem tanquam veriorem.

Secundo no. quod vbicunque mandatum nõ excedit for
8 mam iuramenti, non valet † appellatio facta contra man-
datum. Capitulum autem præcedens loquitur, quando mã
datum excedit formam iuramenti, & ideo in caſu cap. præ-
cedentis potuit interponi appellatio, & ideo dic, quod aut
mandatum non excedit formam iuramenti, & nõ ualet ap-
pellatio, vt hic. aut excedit formam iuramenti, & tunc lici-
te poteſt appellari, vt in cap. præced.

9 Tertio no. quod † excommunicatus reincidens in eodem
delicto, non reincidit ipſo facto in excommunicationẽ, ſed
poteſt iterum excommunicari, hoc probat iſte tex. dum di-
cit, quod eſt reducendus in eandem excommunicationem,
quia ſi ipſo iure reincideret, nõ requireretur, quod ſuperior
excommunicaret, concordat cap. ſignificauit, ſupra de offic.
ordi. hoc tamen intelligas, niſi abſolutio fieret conditiona-
liter, puta ſi excommunicatus abſoluitur cum hoc, quod ſi
delictum iterum perpetrauerit, reincidat in excommunica-
tionem. Item fallit in caſibus, de quibus in cap. eos, de ſent.
excom. in 6.

10 Nunquid autem † abſolutio facta ex falſa cauſa teneat. vi
de glo. in c. ex parte. in glo. mag. circa fi. de off. ord.

Quarto nota, quod iterum excommunicatis pro eo-
dem facto durius conceditur ſecunda abſolutio, quam pri-
ma, quia in prima abſolutione ſufficit cautio de paren-
do mandatis eccleſiæ, vel excommunicatoris. In ſe-
cunda uero abſolutione requiritur, quod ſuſcipiat man-
datum, & quod pro poſſe illud proſequatur. & ratio eſt,
quia præſumitur contra eum, tanquam contra relapſum,
ex quo non paruit primo mandato. ſimile de offic. ord. ſigni
ficauit, in fi. facit de hæret. ſuper eo, lib. 6. ¶ In glo. j. hæc glo.
ponit duas ſolutiones ad cap. præced. quod videtur facere
contra illud c. quia ibi dicit, quod valeat appellatio hic nõ.

Et prima ſolutio eſt, quod ibi appellatum fuit iuſta de cau
ſa, hic autem cauſa ſubterfugij. vt dicitur in tex. & ſic illa uer
ba, cauſa ſubterfugij, poſita in tex. ſoluunt contrarium, ſe-
cundùm glo.

Secunda ſolutio eſt, quod hic iurauit ſtare iudicio eccle-
ſiæ, quia propter contumaciam fuerat excommunicatus,
& poſtea appellauit ex cauſa probabili, vnde intelligitur ſta
re iudicio eccleſiæ, quia facit illud, quod ius ſibi permittit,
infra eodem, vt debitus. hic autem erat excommunicatus
pro alio delicto, in quo iacebat: puta quia detinebat uxo-
rem alterius, & ſuper hoc iurauit ſtare mandatis eccle-
ſiæ, ſed ſtatim ante mandatum, uel facto mandato,
quod eam dimitteret, & vlterius non reciperet, incontinen
ti appellauit, nam tali appellationi non eſt aliquatenus de-
ferendum, quia præiudicat iuramento, & hoc ſatis poteſt col
ligi ſecundum glo. ex litera, dum dicit, quod non debet de-
ferri appellationi, quæ derogat eius iuramento, immo dicit
glo. quod etiam ſine iuramento tali appellationi non eſt de
ferendum, per quam remaneat in ſua iniquitate, vt in c. ſeq.

& in

& in cap.conſuluit,ſupra eod & cap.cum ſit Romana. ſupra eod & in effectu licet iſtæ videantur duæ ſolutiones,eſt unica ſolutio.

Sed aduerte,quia glo.videtur facere differentiam,an quis excommunicetur pro contumacia,vel pro manifeſta offenſa,tamen non eſt facienda differentia,quia ſicut excommunicatus pro manifeſta offenſa,non debet abſolui,niſi primo ſatisfaciat,vt in c.ex parte,de verb.ſign.ita etiam excommu
21 nicatus† pro manifeſta contumacia,non debet abſolui niſi prius ſatisfaciat de expenſis, & præter cautionem de ſtando in iudicio. & de hoc eſt tex.in c.venerabilis. § ſecus.de ſent. excom. in vj. vnde ſicut requiritur ſatisfactio pro manifeſta offenſa , ita etiam requiritur ſatisfactio pro manifeſta contumacia, antequam reus abſoluatur, unde ut ſalues glo.intelligas ipſam , quod loquitur de excommunicato pro dubia contumacia, item in alio glo.videtur male dicere , quia ſi quis eſt excommunicatus pro manifeſta offenſa , ut quia publice detinet uxorem alterius, non debet abſolui, niſi ſatisfaciat , & dic ſaluando gloſ quod licet iſta abſolutio eſt iniuſta, tamen non eſt nulla,quia ſicut ſententia excommunicationis iniuſta ligat, ut in cap.1. 11 quæſt 3. ita etiam abſolutio iniuſta ualet,& liberat ab excommunicatione,ut in cap. venerabili.§. vbi autem,de ſenten.excomm.in vj.de quo tamen dicetur infra eodem,qua fronte.vel poteſt dici.quod iſte primo ſatisfecit, quia reliquit vxorem alterius,& poſtea iterum recepit eam , & perſeuerauit in delicto. & ſuper hac glo. quærit Bal. quid ſi ſtatutum imponit pœnam cent. ducat. detinenti per menſem vxorem alterius , an detinens vxorem alterius per duos menſes debeat in ducent. puniri . & concludit, quod ſi continuatiue eam tenuit, punitur tantum in cent. quia eſt unicum delictum continuatum, ſecus ſi poſt menſem eam dimiſiſſet, & poſtea eam reciperet,& teneret per alium menſem , quia eſſent duo delicta , & ſic deberet de utroque puniri , de quo uide Barto. in l inficiando. §.infans ff.de furtis. & l prima § nunc quæritur.ff de public. & per Doctores in l.quicunque. C.de ſeruis fugit vide etiam bonam glo.ſexta queſtio prima,imitare.& dominum Abb. in capit.ſicut dignum, de homicid.& in capit.ſicut, ſupra de teſtibus vbi dici poſt eum. ſed redeundo ad glo.dicit, quod quælibet ſolutio glo.eſt bona in ſe. ſed quod poteſt dici breuius,& generalius,ꝙ quandocunque mandatum excedit limites iuramenti,ſemper poteſt appellare,& ſic debet intelligi cap.pręcedens. Quandoq; mandatum non excedit limites iuramenti,& tunc habet locũ iſte tex.ratio diuerſitatis,quia immediata cauſa appellationis eſt ipſum grauamen,vt infra eod.vt debitus.ſi ergo ceſſat grauamen,ceſſat appellatio. iudex autem ad quem ex variis coniecturis,ſeu ex qualitate factorum habebit decernere, vtrum ſubſit grauamen.

Et ex prædictis ſolutionibus habes vnum intellectum ad iſtum tex.quod hic nõ admittitur appellatio,quia obuiabat iuramento,ſed Inno.ponit alium intellectum. ſcilicet quod hic fuit appellatum ab excommunicatione, & appellans redijt ad iudicem a quo,& fecit ſe abſolui pręſtito iuramento. Demum uolebat proſequi appellationem primo interpoſitam,& deciditur hic.quod tali appellationi non eſt deferendum. & hoc dicit eſſe verum Innoc. niſi fuiſſet proteſtatus , quod per hoc nõ intendebat renunciare appellationi.refert tamen alios tenere contrarium , ſcilicet quod nullus iudex a quo ordinarius , vel delegatus poſſit excommunicatũ abſoluere. niſi primo renunciet appellationi tacite,vel expreſſe,& iſtam ultimam opin.Innoc.ſequitur Io.de Imo. inf.eo. qua fronte & Bal hic,in fi. nam tenet,quod iudex a quo non poſſit abſoluere ab excommunicatione,niſi renuncietur appellationi.quia per appellationem trãslata eſt iuriſdictio in iudicem ad quẽ.& dicit Bal.quod in his præiudicialibus non
22 valet † proteſtatio,ut in clem.gratiæ, de reſcript iuncta glo. in uerbo,renunciare,ſed tamen Inno.videtur reſidere in prima opin.But.autem hic facit tres caſus.

Primus eſt , quando uult abſoluere per uiam reuocationis,& hoc caſu poteſt non obſtante appellatione reuocare ipſam excommunicationem. ſed dom. Abb dicit, quod iſte caſus nihil prouidet , quia ſi reuocat excommunicationem ratione , cuius fuit appellatum ,tollitur etiam ipſa appellatio, vt in cap.ſi a iudice,eod.tit.in vj.& in cap cum ceſſante, infra eod.

Secundus caſus eſt , quando uult aſſumere cognitionem ſuper iuſtitia, vel iniuſtitia appellationis,& tunc non poteſt abſoluere niſi renuncietur appellationi. Ratio eſt,quia hoc ſpectat ad iudicem ad quem, vt in cap dilectus,ij.de reſcript. & in l.eos. C.eod. & ibi per glo.Barr & Bal & per Barto.in l. chyrographis.§. primo ff de adminiſt.tuto ſed dom. Abb dicit, quod opinio Bartoli in iſto ſecundo caſu procedit,quando iudex a quo uult cognoſcere de iuſtitia , vel iniuſtitia appellationis ad effectum pronunciandi appellationem iuſtam, uel iniuſtam, & hoc modo loquuntur iura ſupra allegata , ſecus ſi uellet cognoſcere ad effectum reuocandi grauamen, quia tunc poteſt conſentiente appellante,licet ipſe appellans non teneatur ad hoc comparere , quamuis poſſit ſi uult ſine præiudicio appellationis , quia hoc non obuiat appellationi , immo comparet ad effectum , vt reuocetur grauamen. & de hoc eſt tex.cum glo.in cap.ſi a iudice.eod. tit.in vj de quo dixi ſupra eod.cum teneamur.facit quod notat Inno.in cap.paſtoralis § præterea.de offi.deleg vbi dicit, quod iudex a quo poteſt cognoſcere de cauſa appellationis ad ſuam inſtructionem.

Tertius caſus eſt , quando appellans petit abſolutionem a iudice a quo cauſa legitimandi perſonam ſuam,puta vt non poſſit aliquid ei opponi in actibus,in quibus intendit comparere,uel quos intendit exercere. & hoc caſu dicit Bat. quod poteſt fieri abſolutio ſine pręiudicio appellationis. & cum iſta opin. videtur etiam reſidere Innoc. infra eod.qua fronte. & tenet contrarium.ſed dom.Abb.dicit,quod putat opin.But. eſſe veriſſimam,etiam ſi non proteſtetur,quod per hoc non intendat renunciare appellationi, quia petendo abſolutionem cauſa legitimandi primam , videtur tacite proteſtari . videtur enim petere abſolutionem, ne interim iaceat in excommunicatione,nõ autem animo renunciandi appellationi. Et ex prædictis dom. Abb.elicit duos articulos.

Primus eſt,nunquid excommunicatus appellans ab excõmunicatione uideatur renunciare appellationi , petendo abſolutionem a iudice a quo.

Secundus articulus,nunquid iudex a quo poſſit abſoluere excommunicatum, ſi non renunciat appellationi.

23 Circa primum , ſcilicet an † appellans uideatur renunciare appellationi , fac quatuor concluſiones.

Et prima ſit cõcluſio,quod ſi appellans proteſtatur,quod non intendit renunciare appellationi,ualet proteſtatio,nec inducitur renunciatio appellationis,ex quo apparet de eius mente,quod nõ intendit renunciare eius appellationi. & ex hoc tenet Innoc.infra eo.qua fronte. & communiter Doct. licet Bal hic dicat,quod non ualeat proteſtatio. verum antẽ faciens actum contrarium appellationi, & proteſtãs, quod
24 non intendit † renunciare appellationi,iuuetur ex tali proteſtatione,forſan dicetur infra eod ſolicitudinem.& dixi in c. quod ad conſultationem,ſupra de re iudic.

Secunda concluſio eſt.petens abſolutionem ab excommunicatione per uiam reuocationis grauaminis , non videtur renunciare appellationi,vt d.ca.ſi a iudice.in glo.eo.tit.in 6. & hic But.& dom. Abb.

Tertia concluſio,petens abſolutionem ab excommunicatione a iudice a quo cauſa legitimãdi perſonam ſuam, ne interim pendente appellatione ſtet in excommunicatione non videtur renunciare appellationi,cum nõ faciat actum contrarium ipſi appellationi,& in iſta opin. videtur reſidere Innoc.hic, & in cap. qua fronte, infra eod & firmat Butr. & dum Abb.hic,& in d.c.qua fronte.licet Io.de Imo.in d.c.qua fronte ſentiat contrarium,& etiam Bal. hic.

Quarta concluſio,comparens coram iudice a quo ſuper aliis articulis , uel vt iudex a quo cognoſcat de iuſtitia , uel iniuſtitia cauſæ ad effectum pronunciandi ſuper appellatione,videtur renunciare appellationi,arg.infra eod.ſolicitudinem.& idem dicit do Abb.ſi ſimpliciter compareret coram iudice a quo, petendo abſolutionem ab excommunicatione,arg.in c gratum,de offic.deleg niſi proteſtetur, quod per hoc non intendit renunciare appellationi, & hoc etiã tenet Inno.hic,& in d.c.qua fronte.& ex hoc ſum expeditus de primo,ſcilicet an petens abſolutionem ab excommunicatione a iudice a quo videatur renunciare appellationi.

25 Venio ad ſecundum articulum, ſcilicet an † iudex a quo poſſit abſoluere ab excommunicatione . & in hoc fac tres concluſiones.

Prima ſit cõcluſio, quod iudex a quo poteſt abſoluere ab excommunicatione per uiã reuocationis grauaminis , hoc eſt reuocãdo ipſam excommunicationem, vt infra eo.cum ceſſante,& in cap.ſi a iudice,eod.tit.in 6. Sed hoc caſu extinguitur appellatio, reuocato ipſo grauamine,vt in dictis iuribus,nec eſt neceſſaria abſolutio,ex quo reuocata eſt excom
26 municatio,& quæ ſit † differentia inter abſolutionem,& reuocationem excommunicationis. vide text.cum glo.in c.1. quod metus cau.

Secunda cõcluſio , Iudex a quo non poteſt cognoſcere de iuſtitia,vel iniuſtitia excommunicationis, quia hoc eſſet cognoſcere de ipſa appellatione,quod pertinet ad iudicem ad quem, & non ad iudicem a quo, vt ſupra dixi,niſi uellet cognoſcere de conſenſu appellatoris ad effectum grauaminis reuocandi,vt eſt tex.cum glo.in d. c.ſi a iudice.

Tertia cõcluſio, ſi petetur abſolutio a iudice a quo ad fi-
nem legitimandi perſonam, vel ſimpliciter, vel cum pro e-
ſtatione, quod per hoc non intendit renunciare appellatio-
ni, iudex a quo poteſt abſoluere, & in hac opin videtur reſi-
dere Inno. hic, & in dicto cap qua fronte tenet contrarium.
Et idem ſi eſt delegatus, & appellationi non detulit ſed ſi de-
tulit appellationi adhuc ordinarius põt abſoluere propter
generalem iuriſdictionem, quam habet, vt infra eo. qua fron
te, ſecundum vnum intellectum. In delegato vero qui detulit
appellationi do Abb dicit, quod Doct. infra eod. qua fronte
ſentiunt, quod poſſit abſoluere fauore abſolutionis ab excõ
municatione, ſed ipſe tenet contrarium, quia per appellatio
17 nem omnis † iuriſdictio transfuſa eſt in ſuperiorem, vt in c.
cum appellationibus, eod tit in 6. ſed nr, quicquid dicat do.
Abb. quod immo poteſt delegatus abſoluere, licet detulerit
appellationi. quia non eſt verum, quod tota iuriſdictio ſit
translata in ſuperiorem irreuocabiliter, quia appellante nõ
proſequẽte appellationem iuriſdictio reuertitur ad delegatũ,
licet detulerit appellationi vt dicit glo in verbo, remittẽda,
in dicto cap cum appellationibus vnde delegatus qui detule
rit appellationi, poteſt expedire ea quæ tendunt in faciliorẽ
exitum appellationis vt dixi in dicto ca. cum teneamur. licet
dum. Abb. ibi, teneat contrarium ¶ In glo. in verbo. reducen
dus Hoſt. hic dicit glo. procedere in ſolis caſibus, ſcilicet: vt
abſoluendus iterum iuret, quia hæc eſt forma eccleſiæ in ab-
ſolutione, ſed quo ad caſum noſtrum dicit concertationem
glo. non procedere, quia etiam ſi vellet dare fideiuſſorem,
uel pignora, non abſolueretur, niſi prius adimpleat manda-
tum, quia hoc videtur requirere iſte tex in fi & communiter
Doct hic tranſeunt. ſed do Abb. dicit, quod iſte tex in fi hoc
non probat, quia ſolum dicit, vt pro poſſe proſequatur man
18 datum. verbum † autem proſequi, non denotat actũ perfe-
ctum, ſed ſufficit inchoare. vt dictum eſt ſupra eo perſonas.
& ad hoc allegat cap. ſignificauit, in fi. ſupra de offic ordin.
vbi iterum contumax, & redire volẽs. abſoluitur ab excom-
municatione, cum prius cœpta licet non perfecta. Sed tu te-
ne opin communem. quia iſte tex. requirit, ſi bene pondere
tur, quod adimpleatur mandatum, non autem quod inci-
piat, nam text dicit. quod debent ſuſcipere mandatum, &
ſuſceptum pro poſſe proſequi vnde verbum ſuſcipere man
19 datum, denotat inchoationem: Proſequi autem † pro poſſe,
denotat adimplementum. nam ſi ſufficeret inchoatio tex.
non dixiſſet proſequi. Ad cap ſignificauit poteſt reſponderi,
quod vbi fuerunt excommunicati pro offenſa dubia, ideo
ſufficit inchoatio. Iſta autem offenſa erat manifeſta, vt dicit
glo. & ideo debent adimplere mandatum iudicis pro poſſe.
D. tamen Abb. diſtinguit in iſta materia dicẽs, quod aut quis ex-
communicatur pro cauſa liquida, ita quod apparet, quod
eſt excommunicatus pro manifeſta offenſa, & tunc non de-
bet abſolui niſi expreſsè ſatisfaciat ut in cap. ex parte, de ver
bor ſignific & in cap. venerabili §. ſecus de ſent excom. in vj.
& hoc dicit procedere, quando ſatisfactio de præſenti, uel
proximo poteſt haberi ſecus ſi requireret ſpatium tpis: pu-
ta ſi haberet cõſtituere capellam, uel hoſpitale, uel aliud ſi-
mile. ſufficeret eum incipere pro poſſe ipſam ſatisfactionẽ,
& præſtita cautione poſſet abſoluere, & ita dicit procedere
iſtum tex in fi facit ſecundum eum cap ſignificauit, in fi. de
offic ordin ſed tu intellige iſtum tex. vt ſupra dixi, & pro hoc
allegat dom. Abb. in ſimili de eo qui abſoluitur in articulo
mortis, etiam pro manifeſta offenſa, quia ab eo nõ exigitur
prius ſatisfactio, ut in cap fin. infra de ſepult. & facit cap. qua
fronte, infra eo. ubi dicitur. Debet enim iudex multum ad-
uertere, ne quis decedat in excommunicatione facit ca. epi-
ſcopi. 11 q 3. aut cauſa excommunicationis non eſt liquida,
tamen propter inobedientiam reincidit in excommunica-
tionem, & tunc propter præſumptionem de præterito aggra
uatur eius conditio, ideo cauere debebit cum pignoribus,
uel fideiuſſoribus, arg in cap j. & ij. de do. & contum. in 6. &
in cap. literas. de præſumpt. & cogetur etiam iterum iurare,
vt dicit glo iſta, licet aliter dicat in cap. literas, de præſump in
glo. fi ſed illa communiter reprobatur: ideo Doct. in cap. ad
reprimendam, de offic ordin. & in cap. fin. de reſtit. ſpoliat. di
cunt, quod ubicunque eſt præſumptio contra aliquem, ne
ueniat contra iuramentum, vel contra promiſſionem, debet
20 ab eo exigi ſufficiens † cautio, ſed reincidens in idem deli-
ctum, habet præſumptionem contra ſe, ut in cap. ſcribam,
de præſump. & in regula, ſemel malus, in 6. & dicit do. Abb.
hanc concluſionem eſſe ponendam reſpectu iuramenti,
21 quod omne † iuramentum honoris regulariter eſt inter-
dictum periuro per iura allegata per glo. ſed iuramentum
honoris, quod tendit ad obligandum, tenetur periurus
præſtare ſicut alius, ut in cap. cum in eccleſiis, de maior. &
obedien. niſi ſit præſumptio, quod iterum incurreret periu-
rium, quia tunc etiam iuramentum honoris non eſt ei præ-
ſtandum, ut in cap. clericos, infra de cohab. cler. & mulier.
Quid autem ſi ille qui eſt reducendus in excommunica-
tionem, antequam reducatur, offerat ſe uelle parere man-
datis excommunicatoris. nunquid tunc ſufficiat iuramen-
tum, vel ſufficiat talis oblatio & ad illud facit tex notab in
l ſi pecuniæ § ſin. ff. ut in poſſeſſ lega. vbi datur regula quod
22 quicquid impedit † immiſſionem in principio, illud etiam
impedit ex poſt facto, & illum tex not. multum not. Ang in
l. de die § plane ff. de his qui ſatiſd cogã & in conſil ſuo 193.
vbi dicit, quod quædam ciuitas indixit repreſalias contra ci-
uitatem Florentiæ, & per illum tex. dat remedium, quod ci
23 uitas Florentina ſoluat, & ſic tollentur repreſaliæ, † vnde
eodem modo poteſt dici, quod ſi periurus offert ſe paratum
obedire mandatis excommunicatoris, antequam reduca-
tur in eandem excommunicationem, quod non debet ex-
communicari, ſecus ſi ſe offerret poſtquam eſt reductus in
ipſam excommunicationem, quia tunc non debet abſolui
niſi det fideiuſſores, uel pignora, ſicut non reuocatur im-
miſſio per oblationem contumacis factam poſt ipſam im-
miſſionem, ut eſt tex in dicto §. plane, & in dicta l. ſi pecuniæ,
in fi. ff. ut in poſſeſſ. lega ¶ In glo ult no iſtam glo. quod quis
non obligatur ad impoſſibile vnde Bal. hic dicit, quod etiam
vaſallus non obligatur domino per iuramentum fidelitatis
niſi ad illud, quod eſt poſſibile, ut in capit j. de feu. ſine culpa
non admittendo dicit tamen ibi Bal quod uaſallus non ex-
cuſatur propter leue impedimentum. vide etiam pulchra
24 † verba Bal in l ſi ideo. C. de his quibus ut indign. ubi dicit,
quod excuſantur hæredes defuncti, qui non fecerunt punire
malefactores, ſi non potuerunt inuenire: eodem modo di-
cit, quod excuſantur ſindici, qui tenentur denunciare ma-
leficia, ſi maleficium poteſt inueniri, & idem dicit Bart. in l.
j §. occiſorum. ff. ad Sillen. Item excuſatur uilla, quæ non
cepit malefactores, ſi erant fortiores hominibus uillæ, ut
notatur in cap. ult. de pœn in vj. Item dicit Bald. quod excu-
ſatur iudex, qui cauſam nõ determinauit infra tempus præ
fixum a ſtatuto, ſi non potuit ferre ſententiam infra tempus
ſtatutum, de quo etiam per Cyn in l. j. C qui accuſ non poſſ. &
de his etiam uide Ang in l. ſi o. C. de adult. & dom Cardin. in
capit quod ſicut, de eo qui mitt. in poſſeſſ. & Bald. in l. acce-
ptam. C. de uſur. in vigeſimatertia quæſtione, & hæc tene
menti. Et hæc ſufficiant in iſto capitulo. Sequitur capit.
præterea.

S V M M A R I V M.

1 *Appellans ab ordinario, de delicto poſtea commiſſo, ab eo puniri po-
teſt.*
2 *Appellans ab ordinario, poteſt coram eo conueniri.*
3 *Appellatio ſuſpendit in illa cauſa iuriſdictionem iudicis a quo.*
4 *Appellationi iniquæ non eſt deferendum.*

C A P. X X I I.

1 PRæterea. Appellans † ab ordinario de de
licto poſtea commiſſo ab eo pu
niri poteſt, hoc dicit. Communis diuiſio. ſecun-
da ibi, diſcretioni tuæ.
2 No. primo, quod † appellans ab ordinario, poteſt conue
niri coram eo de delictis poſtea commiſſis. & dic idem de
delictis antea commiſſis, ut in cap. ad hoc, ſupra eod. & infra
eod propoſuit.
3 Secundo no. quod † appellatio ſuſpendit iuriſdictionem
iudicis a quo in cauſa, in qua fuit appellatum, non autem
in alia cauſa, de quo dictum eſt ſupra eod. ad hæc, & in c ſu-
per eo, el primo.
4 Tertio no. quod † appellationi fouenti iniquitatem, uel
iniuſtitiam, nunquam eſt deferendum, quia non poteſt ope
rari appellatio ultra naturam ſuam, quæ eſt ut releuet gra-
uamen, non ut iuſtitiam perimat, ut ſupra eod. ad noſtram.
& in cap ſuggeſtum.
¶ In glo. t. Hoſtien dicit, quod ſi delicta ſunt grauia, & ma
nifeſta nihil operatur appellatio, & recuſatio. Secus ſi non
ſunt grauia, quia tunc poterit iudicem recuſare, de quo dic
ut melius dicetur infra eod. propoſuit. & dicit domin. Abb.
tex. eſſe ponderandum, quia in reſponſione nulla fit men-
tio de qualitate enormitatis, ſed factum, ſecundum eum,
fuit qualificate narratum in deteſtationem illorum appel-
lantium. ſed ego puto, quod iſte tex. debeat intelligi, quan-
do delictum erat manifeſtum per hoc, quod dicit, quod ap-
pellatio non debet reos defendere in ſua iniquitate, quo mi-
nus eorum exceſſus puniantur: ſi enim de delicto non con-
ſtaret, poſſent de nouo appellare, uel iudicem recuſare. ſed

tex.

tex dicit, quod nõ admittatur appellatio, ne exceſſus remaneat impunitus. vnde ex iſta rõne debet admitti, & hoc modo ſaluatur opi. Hoſt. & pro opi. Hoſt. eſt caſus in d. c. propoſuit. J eod. vbi dicetur. ſequitur c. conſtitutis.

SVMMARIVM.

1 *Appellationi aduerſarij non deferens, non poteſt ſe iuuare, vel excipere de appellatione ſua interpoſita.*
2 *Abbas poteſt interuenire in iudicio tanquam procurator alterius.*
3 *Abbas habet monachos in poteſtate.*
4 *Abbas non eſt in poteſtate alicuius.*
5 *Clerici generaliter non poſſunt eſſe procuratores, vel negociorum geſtores laicorum, & qualiter intelligitur.*
6 *Appellationi illius non eſt deferendum, qui non detulit appellationi ſui aduerſarij.*
7 *Canonici & clerici, quando habeant vocem in electione epiſcopi.*
8 *Electio epiſcopi de iure communi ad ſolos canonicos ſpectat.*
9 *Sententia debet pronunciari in plurali numero, quando vnus ex pluribus pronunciat alijs praeſentibus, & mandantibus.*
10 *Excommunicatus maiori excommunicatione non poteſt eligere, nec eligi.*
11 *Collatio beneficij facta excommunicato non valet.*
12 *Actus nullus nullum praeſtat impedimentum.*
13 *Statuto iubente, quod inſtrumentum habeat executionem paratam, intelligitur de inſtrumento rite facto.*
14 *Bannitus qui appellauit, & petiit eximi de banno, an interim poſſit impune occidi.*

CAP. XXIII.

1 Conſtitutis. Qui non detulit † appellationi aduerſarij. primo interpoſitę non poteſt ſe iuuare, vel excipere de appellatione ſua poſtea interpoſita. hoc dicit. In prima deciſe narrat factum. In ſecũda dat iudices. Secunda ibi ideoque, & pone caſum, vt dicam ſuper gl. fi.

2 Nota primo, † Abbatem poſſe interuenire in iudicio, tãquam procuratorem alterius in negotio, quo nullum vertitur intereſſe monaſterij prout hic erat, & vide bo. glo. in ca. de praeſentium. 16 quaeſtione j. quae dicit, quod Abbas poteſt eſſe procurator alterius ſine licentia alicuius, & non ſolum procurator, ſed etiam iudex, vel aduocatus, vel arbiter, & aſ-
3 ſignat rationem, quia † Abbas habet monachos in poteſtate, vt in ca. non dicatis. 12. quaeſtione prima. vnde ipſe Abbas
4 † non eſt in poteſtate alicuius, vt in l. ſic euenire. ff. de adult. ad idem facit cap. per venerabilem, in prin iuncta ſuprascriptio. qui fil. ſint legit. vbi Archiepiſcopus Arelaten fuit procurator cuiuſdam laici coram Papa, & ideo Innocent. in cap. ſacerdotibus, & in c. ſed nec. ne cler. vel mona & in cap. j in fi. ſupra de obla. ad ra. vnde ponit vnum nota. dictum di-
5 cens, quod vbicunque reperitur in iure, quod clerici † non poſſint eſſe procuratores, ſeu negociorum geſtores laicorũ debet intelligi generaliter, quia vnum negotium, etiam coram iudice ſeculari procurare, vel adminiſtrare non prohibentur, & idem conſuluit Fed. de Sen. conſilio ſuo 263. & de hoc vide per dom. Abb. in dicto cap ſed nec, ſeu in c. ſacerdotibus, ne clerici, vel mona. & in cap. ij. de poſtu. ubi dixi.

6 Secundo no. quod non eſt deferẽdum † appellationi illius qui non detulit appellationi ſui aduerſarij prius interpoſitae concordat c. bonae, el primo, ſupra de elect. & infra eodem, an ſit. vbi plenius dicetur. ſed dom. Abb. dixit iſtum textum eſſe intelligendum, quãdo vtraque appellatio interponitur ſuper eodem negotio, ſicut fuit hic, quia fuit vtraque appellatio interpoſita circa electionem vnius epiſcopi, ſecus ſi interponeretur ſecunda appellatio in diuerſo negotio, quia tunc non haberet locum regula huius tex. qui loquitur, quãdo vtraque appellatio interponitur circa idem negocium, & adducit dom. Abb. ad hoc illud vulgare, frangenti fidem fides frangatur eidem, quia non habet locum in diuerſis negocijs, vt notatur in l. cum proponas. C. de pactis, & dixi in cap. peruenit. ij. de iureiur. notatur etiam in capi. conſtitutus, j. de poenis.

7 Tertio nota, quod in electione epiſcopi non ſolum † canonici habent vocem, ſed & clerici dioeceſis, ſed hoc intellige, quando ita ſe habet conſuetudo, vel priuilegium. vel ſtatutum factum in fundatione epiſcopatus, ut in cap. cum dilectus. de conſuetudine dicit tamen Fed. de Se. conſilio ſuo 9. quod ius tale poteſt alteri conferri in fundatione eccleſię, quia agitur de iure quaerendo, ſecus poſt fundationem, quia agitur de iure quaeſito, & praelatus in iure quaeſito, non poteſt eccleſiae praeiudicare, vt in regula, delictum, in texto, & nota hoc dictum Fed. de Se. quia per illud ſingulariter limitatur. c. Eleutherius 19 quaeſtione, ſecunda. vbi dicitur, quod in fundatione eccleſiae, poteſt epiſcopus, ſeu fundator reſeruare ſibi aliquod ius alteri, nam illud capit. procedit, quãdo in ipſa fundatione hoc facit, ſecus ſi faceret poſt fundationem quia hoc non liceret, cum non poſſit auferre ius eccleſiae iã quaeſitum, & circa hoc vide etiam, quod notat dom. Cardi. in capitu. potuit. j. de loca. De iure autem communi electio
8 † epiſcopi ſpectat ad ſolos canonicos vt in c. j de elect. & in c. cum eccleſia Sutrina. de ca. poſ. & propr. & vide Inno. in cap. 1. j. de inſti. in fi. vbi dicit, quod ſoli canonici admittuntur ad electiones, vel ad alienationes, vel ad alios cõtractus.

Vltimo nota, ibi in epiſcopum & paſtorem elegerunt, quod ſecundum illa tempora electio poterat pronunciari per verba pluralis numeri hodie verò ad denotãdam vnitatem electionis, & conſenſus, ſiue electio fiat per compromiſſum, ſiue ſcrutinium electio, debet pronunciari per verba ſingularis numeri vero omnium, vt dicit tex in c. cum ab uno, in ij. reſponſo. de re iudi. in 6. quamuis, quando vnus ex pluribus
9 iudicibus pronunciat alijs praeſentibus, & mandantibus † ſententia debeat pronũciari per verba pluralis numeri. puta nos tales iudices, vel arbitri, vt dicit tex. in d. c. cum ab vno. in primo reſponſo. ¶ In glo. j. nota gl. quod excommunicatus, & ſuſpenſus eſt ineligibilis actiue, & paſſiue, & hoc probant iura allegata in glo. nec obſtat c. ſi celebrat. de cleri. excom. min. quia loquitur in excommunicato minori excommunicatione qui habet actiuam, ſed non paſſiuam, id eſt poteſt e-
10 ligere, ſed non eligi. ſecus in † excommunicato maiori excõmunicatione vel ſuſpenſo maiori ſuſpenſione, quia talis nõ poteſt eligere, nec eligi, ut in iuribus allegatis in glo. de quo etiam habetur in c. cum dilectus, allegato in gl. & dic, quod
11 etiam † collatio beneficij facta excommunicato ipſo iure non valet, vt in c. poſtulaſtis de cler. excom. min. ¶ In gl. fi. dom. Abb. dicit, quod ratio decidendi iſtius tex. eſt, quia electio prima erat nulla tanquam facta a minori parte capit. & contra appellationem legitimam, & de excommunicato, nec appellatio potuit praeſtare impedimentum ſecundae electioni per rationem poſitam in fi. literae. & ſubdit dom. Ab. quod melius conuenit literae, quod iſte Archidiaconus elegerit, quam quod ſolum nominauerit, quia alias nõ poteſt dici, quod non detuliſſet appellationi aliorum, niſi ad electionem proceſſiſſet, & ita etiam intelligit illum text. Ioan. And. ut patet in figuratione caſus, quam facit. dicit enim, quod vacante eccleſia de qua in tex. & canonicis tractantibus de electio. Archidiaconus nominauit quendam c. nomine, cui fuit obiectum, quod erat excommunicatus, & appellatum fuit, ne eligeret, qua appellatione non obſtante, ipſe Archidiaconus eum elegit in epiſcopum, & appellauit ne contra hoc aliquid fieret, quo facto primicerius, cum canonicis, & plebanus cum conſenſu cleri epiſcopatus, vel maioris, & ſanioris partis capituli elegit, de quo fit mẽtio in tex. in epiſcopum, & cauſa iſtarum electionum delata fuit ad Papam, quia examinatis ambabus electionibus mandat Patriarchae Grandenſi, vt ſequitur in litera, & ſic Io. Andr. intelligit iſtũ textum, quod ille Archidiaco. poſt appellationem factam per alios elegit iſtum c. & ſic patet quod non detulit appellationi interpoſitę, quia ea non obſtãte proceſſit ad electionem. & ex hac glo. iuncto tex. nota, quod vbi prima electio eſt nulla, valet ſecunda electio, prima non caſſata, ſeu non denunciata nulla de quo dic. vt in c. auditis, & in cap. conſiderauimus de elect. & ex hoc tex. cum gl. poteſt etiam notari, quod
12 † actus nullus nullum praeſtat impedimentum, vt in regula non praeſtat impedimentum, lib. 6. vnde dixit Bal. in l. non dubium C. de legibus. quod ſi ſtatuto cauetur, quod de contractu debet ſolui gabella, ſi contractus eſt nullus, nulla debet ſolui gabella hinc etiam Dom. Dom. I. dil. de his notabiliter dicit per illum textum, quod ſi teſtator relinquit pro anima ſua ſacerdotibus certae eccleſiae, quod illi qui ſunt inhabiles ad exercitium ſacerdotij, vt ſunt ſuſpenſi, vel irregulares, nõ debent aliquid percipere de tali legato, quod no. vide etiam Barto. in l. non putauit. § non quaeuis. ff. de contratabul. vbi
13 dicit, quod ſi † ſtatutum dicit, quod inſtrumentum habeat executionem paratam, debet intelligi, ſi inſtrumentum eſt rite factum. alias non habet executionem paratam item ſi ſtatutum dicit, quod ſi aliquis ceſſerit actioni nobili puniatur in certum, debet intelligi de ceſſione rite facta item dicit ibi Bar. quod ſi ſtatutum dicit, quod bannitus poſſit impune offendi, debet intelligi de rite bannito, & idem dicit Bar. in l. fi. ff. de adulter.

14 Quid autem ſi bannitus † appellauit, & petiit ſe eximi de banno, an interim poſſit impune occidi vide Bart. in l. 3. § ſi ſeruus. ff. de acquirenda poſſeſſione item quid ſi aliquis occidit non rite bannitum. vide Bar. in l. ij. ff. de quaeſtionibus, & vide Bal. in l. appellatione, in fi. commenti. C. de appel. & iſta ſufficiant, ſequitur c. propoſuit nobis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Appellans ab ordinario in vna cauſa, in alijs coram eo reſpondere tenetur.*
2 *Pendentia appellationis in vna cauſa, eſt iuſta cauſa iudicis recuſandi.*
3 *Iudex deferendo appellationi, non videtur fateri grauamen.*
4 *Recuſatio iudicis non admittitur in notorijs.*
5 *Iudex incompetens non poteſt punire delictum etiam notorium.*
6 *Exceptio incompetentiæ admittitur in notorio.*
7 *Delictum quamuis notorium ſententiam condemnatoriam requirit.*
8 *Verbum debet, ex propria ſignificatione importat neceſſitatem.*
9 *Verbum non poteſt, quid importet.*
10 *Iudex in manifeſtis, ut ſuſpectus recuſari poteſt.*
11 *Notorium facti tranſeuntis, probationes requirit.*
12 *Manifeſtum quid dicatur, ad differentiam notorij.*
13 *Fornicatio cenſetur probata in clerico tenente in domo mulierem ſuſpectam.*
14 *Iudex ex quo eſt ſuſpectus, non videtur habere rectum iudicium arbitrandi.*
15 *Iudex, quando pœnas determinatas in iure vult aggrauare, vt ſuſpectus recuſari poteſt.*
16 *Delictum, quod dicatur graue, & manifeſtum, quæritur.*
17 *Oblaquentes contra ſtatum dominorum in plateis, grauiter delinquunt.*
18 *Deprehenſus in fuga poſt crimen commiſſum, an dicatur deprehenſus in crimine.*
19 *Delictum, an debeat conſumari, vel ſufficit inchoatum, ut incurratur pœna legis.*

CAP. XXIIII.

1 PRopoſuit. Appellans † ab ordinario in
vna cauſa, in aliis coram eo
reſpondere tenetur, poteſt tamen, vt ſuſpectus re
cuſari, niſi de crimine graui, & notorio agat. hoc
dicit. Communis diuiſio. Secunda ibi, ſuper quo.
No. primo ex tex quod appellatio non ſuſpēdit iuriſdictionē
iudicis a quo, licet reſpectu illius cauſæ, in qua fuit appella-
tum. concordat c. ad hæc ſi in vna, ſupra eo. & c. ſuper eo. pri-
mo, & c. præterea. ſupra eod. tit.
Secundo nota, ibi. quia ideo omnino ſuſpectus eſt, quod
2 ſola † pendentia appellationis in vna cauſa, eſt iuſta cauſa
recuſandi iudicem in alia cauſa, & ſic ſufficit ſola pendentia
appellationis & ſic non videtur eſſe neceſſarium, quod co-
ram arbitris probetur grauamen, ſed ſufficit probare ſolam
pendentiam appellationis, & hoc tenuit Goff. in ſumma,
de iudicijs, ver. ex his ergo caſibus, & Ioan. de Imo. hic, & in
c. ad hæc ſi in vna, ſupra eod. & pro hoc facit verbum omni-
no poſitum in tex. quod idem importat, quod ipſo iure, vt di
cit glo. nota in l. j. § ſi pecuniam. ff. depoſ. in uerbo omnino,
quam ſequitur ibi Bal. & ſic videtur velle iſte tex. quod pro-
pter pendentiam appellationis ipſo iure ſit inhabilis, & ſic
non eſt neceſſariū, quod probetur aliud grauamen. tamen
Ioan. Andr. & Doct. hic tenent contrarium, & in ca. ad hęc.
ſi in vna, ſupra eo. & D. Abb. concordat opi. quod aut iudex
fatetur grauamen, ſeu de eo notorie cōſtat, & procedit opi.
Goff. aut negat, nec de grauamine conſtat, & tunc procedit
opi. Ioan. And ſed iſta concordia eſt contra iſtum text. quia
patet, quod indiſtincte ſola pendentia eſt iuſta cauſa recuſa
tionis, & de hoc plene dixi in d. c. ad hęc, ſi in vna. dic tamen
3 tenendo opi. communem, quod † iudex deferendo appel-
lationi, propter hoc non videtur fateri grauamen, quia vide
tur deferre appellationi ob reuerentiam ſuperioris, non aūt
cauſa fatendi grauamen, de quo vide bo. text. in ca. j. eodem
titulo, in ſexto.
4 Nota tertio, quod in notoriis non admittitur iudicis † re-
cuſatio, ſicut etiam non admittitur appellatio, ut in ca. per-
uenit, & in capit. conſuluit, ſupra eod. vnde dicit hic Vin. &
Ioan. And. poſt eum, quod notorius criminoſus non poteſt
ſe tueri per exceptionē ſpolii, quia exceptio ſpoliationis, eſt
dilatoria, nec poteſt opponi poſt lit. conteſt. ut no. Innoc. in
ca. ij. in fi. de ordi. cogn. vnde ſi litis conteſtatio excludit ex-
ceptionem ſpoliationis, fortius notorium, & hoc modo li-
mita c. frequens. de reſtitu. ſpol. in ſexto. Et quod propter no-
torietatem repellitur quis a petitione reſtitutionis, notat In
noc. in ca. conſtitutus. de fi. presby. probatur in c. ſignificaſti.
de diuor. & in ca. ad decimas de reſtitu. ſpolia. in 6. vbi etiam
per Dom. Dom. Tene tamen menti vnum nota. dictum Bal.
in l. penult. C. de iuriſd. omnium iud. vbi dicit, quod licet de-
5 lictum ſit notorium etiam per confeſſionem, tamen † iudex
incompetens non poteſt punire, quia iudex incompetens
qualitercunque procedat, ſemper dicitur grauare facit ca. at
ſi clerici. de iudi. Et ex hoc nota, quod licet in delicto noto-
6 rio non admittatur recuſatio iudicis, tamē admittitur † exce-
ptio incompetentiæ item notat Bal. dum dicit, quod iudex
incompetens ſemper dicitur grauare, licet factum ſit noto-
rium, & hoc facit contra iudices laicos, qui multum putant
ſe mereri apud Deum, ſi puniunt clericos de eorum delictis,
quando delicta ſunt manifeſta, nam male faciunt, & Deum
offendunt vſurpantes iuriſdictionem alienam, nec euadunt
pœnam excommunicationis.
7 Vltimo nota ibi, merito ſit damnandus, quod quamuis
† delictum ſit notorium, nihilominus requiritur ſententia
condemnatoria, ſed in contrarium facit l. emptorem. ff. de
ædi. emp. vbi dicitur, quod notorium, & ſententia æquipa-
rantur, & quod notorium habet vim ſententiæ. ſed reſpon-
de, & dic, quod quantum ad probationem faciendam noto
rium probat, ſicut ſententia quæ tranſiuit in rem iudic. ita
loquitur dicta l. emptorem ſed vbi requiritur ſententia non
ſufficit notorium, niſi feratur ſententia, & ita dixit Bal. in ca.
teſtimonium, ſupra de teſti. & circa hoc vide quæ dixi in ca.
peruenit. ſupra eod. & in c. ad veſtram. el. 3. de iureiur.
¶ In gl. ij diuide ipſam in duas partes, prout de duobus q-
rit. Secunda ibi. ſed quid ſi appellauit. In prima parte no. gl.
8 verbum † debet, ex propria ſignificatione importat neceſſi-
tatem, ſed dicit dom. Abb. hoc eſſe verum, niſi ſubiecta ma-
teria aliud ſuadeat, vt in ca. j. de deſpon. impub. & de hoc vi-
de bon. glo. in clem. attendentes in verbo debeant, de ſta. re-
gula. & per Bar. in l. 3. C. de pigno vbi latius examinat de ver-
bo, oportet. vide tex. & glo. 25. quæſtione prima. in prin. & in
cap. j. de verbo, non poteſt. vide gl. in regula, poteſt. de reg. iu.
9 in 6. quæ dicit, quod verbum † non poteſt, importat neceſſi-
tatem, aliquando tamen importat congruētiam, vt dicit gl.
no. in ca. ad monaſterium, in glo. fi. de ſta. mona.
In ſecunda parte glo. Ioan. And. & communiter Doct. re-
probant iſtā gl. quia acta facta reſpectu appellationis non de
bent prodeſſe, vel nocere, quando agitur ad alium finem, ſci
licet, vt admittatur recuſatio, arg. c. veniens, ſupra de teſti. vn
de dicit Io. Andr. quod non eſt expectandus circuitus appel
latibus, ſed eligendi ſunt arbitri ſuper recuſatione, & ſi p-
babitur grauamen ex mente habebit locum recuſatio, nec
proderit talis probatio in cauſa appellationis, quo ad meri-
ta ipſius cauſæ appellationis, cum ad alium finem agatur, vt
d. capit. veniens, & de hoc plene dixi in dicto ca. ad hæc, ſi in
vna, ſupra eodem.
¶ In glo. fi. nota ex gl. differentiam inter notorium, & ma-
nifeſtum, & quod in notoriis iudex non poteſt recuſari, ut ſu
10 ſpectus ſed bene † in manifeſtis. ſed gl. in d. c. quia ſuſpecti. 3.
quæſtione 5. in verbo, & ſi manifeſte quæ incipit, argit. quod.
videtur ſentire, quod etiam quando crimen eſt notorium
poſſit iudex recuſari, & quod ſpoliatus non obſtante notorie
tate criminis poſſit petere reſtitutionem. ſed illa glo. poteſt
11 ſaluari intelligendo ipſam, quod loquatur de notorio † facti
tranſeuntis, quia in tali notorio requiruntur probationes,
vt dicit glo. ſecunda, quæſtione j. de manifeſta, in ſecunda gl.
facit tex. in cap. ſicut. ſupra de re iudic. vnde quando non eſt
notorium facti tranſeuntis, quia in eo requiruntur proba-
tiones, iudex poteſt grauare in recipiendo probationes,
ideo poteſt recuſari tanquam ſuſpectus, & ex hoc habes
duas limitationes ad iſtum textum. prima limitatio eſt, quia
non procedit in delicto manifeſto prout manifeſtum eſt di-
12 ſtinctum a notorio, nam † manifeſtum dicitur eſſe illud, quod
poteſt probari, quod tamen non eſt notorium.
Secunda limitatio, quia non procedit in delicto notorio
quod eſt facti tranſeuntis, quia in eo requiruntur probatio-
nes, & recipiendo probationes iudex poſſet grauare, & ſic
iſte tex. debet intelligi de delicto notorio facti permanentis,
puta ſi detineret publice vxorem alterius in domo ſua, vel ſi
quis publice exerceret fœnus, tenens apothecam ad ipſum
fœnus exercendum, & tene menti gl. in c. tua, in gl. antepen.
de cohab. cler. & mul. quæ dicit, quod ſi quis tenet mulierē
13 ſuſpectam in domo, eo ipſo videtur eſſe probata † fornicatio
& tanquam conuictus de fornicatione poteſt puniri. iſtud
eſt enim notorium facti permanentis, ex quo eam tenet pu
blice in domo. ſed dom. Abb. ibi dicit illam glo. procedere,
niſi detinens allegaret aliquam iuſtam cauſam detinēdi, de
quo dic, vt ibi per eum.
Tertiam limitationem ponit Innoc. dicens iſtum textum
eſſe intelligendum in delicto graui, & manifeſto, ſecus, ſi
delictum non eſſet graue, quia licet eſſet manifeſtum poſſet
iudex recuſari tanquam ſuſpectus, & hoc modo intelligit d.
c. quia ſuſpecti. 3. quæſt. 5. ſed dom. Abb. hoc reprobat dicēs,
quod deberet dici totum oppoſitum, quia facilius deberet
admitti recuſatio in grauibus, vbi agitur de maiori præiudi-
cio, ar. c. vbi periculum. de elect. in ſexto.
Quartam limitationem ponit hic Butr. dicens, quod iſte
tex. debet intelligi, quando pro delicto eſt pœna a iure limi-
tata, ſecus ſi pœna relinqueretur arbitrio iudicis, quia tunc
poſſet

poſſet iudex recuſari tanquam ſuſpectus, & hoc tenet Hug.
& Archid & Io.de Imo.& Dom Dom.in dicto cap. quia ſu-
ſpecti.3.quæſt.5.& Hoſt & Ioan.And infra eo cum ſpeciali,
& Bal in l apertiſſimi.C.de iud facit,quod no.Barto in l hn-
dic ff.de pę Nec obſtat ſi diceretur, quod ſi iudex male arbi-
tratur,poteſt ab eo appellari,vt dicit gl.in c.ſuper his,in ver-
bo,arbitrium de accu.& Barto in l ſi qua pœna.ff.de verbo-
rum ſignificat nam ſi iſta ratio eſſet bona,non liceret iudi-
cem recuſare in aliqua cauſa,quia ſemper poteſt appellari a
iudice ſi grauat,& tamen licet poſſit appellari poteſt etiam
iudex recuſari,quia intereſt euitare grauamen ſaltem de fa-
cto,& ne quis vexetur in appellationibus ſuperfluis, ex quo
14 enim iudex † eſt ſuſpectus, non videtur habere rectum iudi-
cium arbitrandi,ar.c.repellantur.infra de accuſa. & dicto c.
quia ſuſpecti Et ex hac limitatione infertur limitatio ad ea,
quæ dicit Innocen in cap.ex parte.de verborum ſignifi.& in
ca.venerabili.de cenſi.in quibus dicit,quod in delictis noto-
riis iudex ordinarius poteſt eſſe iudex in cauſa propria,quia
dicitur potius executor quam iudex,& quod ab eo non pōt
appellari,quia ab executore non appellatur,vt ĩ. eodem.nō
tur.nam Innoc.debet intelligi,quando pœna delicti eſt a iu-
re determinata, ſecus ſi veniret declaranda arbitrio iudicis,
quia tunc ab eo poteſt appellari, & tanquam ſuſpectus po-
teſt recuſari,& iſtud etiam ſequitur hic Io.de Imo.& ex hoc
etiam limitatur illud,quod notat Bar.in l.ſi quis forte. §.1.ff.
de pę.vbi dicit,quod iudex poteſt cognoſcere de delicto cō
miſſo in ſuam familiam,& delinquentes punire, quando de
lictum eſt notorium,nam ſecundum dom. Abb. Bart. debet
intelligi,quando pœna eſt a iure determinata, ſecus ſi eſt ar
bitraria.plus dixit But in cap veſtra.de cohab cleric.& mu-
15 lierum,quod etiam in pœnis determinatis a iure poteſt † iu
dex ſuſpectus recuſari.quando iudex non vult imponere pę
nam a iure determinatā ſi vult pœnam iuris aggrauare, ſe-
cundum ea quæ habentur in l.& ſi ſeuerior.C.ex quibus cau
ſis infa.irrogatur,& in l.quid ergo, §. pœna grauior.ff.de his
qui no.infa.quia enim augendo pœnam iuris poſſet partem
lędere,& modum excedere, merito poteſt recuſari tāquam
ſuſpectus.& ex his conclude,quod quantumcunque delictū
ſit notorium,ſi tamen iudex poteſt lędere poteſt recuſari tā
quam ſuſpectus,ſiue pœna ſit a iure determinata,ſiue non,
& hæc tene menti,quia ſunt multum notanda.
16 Sed extra glo.quæro,quod † delictum dicatur eſſe graue,
& manifeſtum Hoſt.dicit,quod quando plurimi ſcandalizā-
tur de delicto,& quaſi tota ciuitas commouetur dicitur de-
lictum graue,& manifeſtum.allegat 26.q.6 c.fi. dicit tamen,
quod hoc relinquitur arbitrio iudicis,argu. c. cum illorum,
de ſenten excom.Et ex hoc dicto infert Bal. hic ad ſtatutū
ciuitatis Florentiæ, quo diſponitur, quod executor iuſtitiæ
habeat arbitrium contra committentes crimina,ex quibus
ſtatus ciuitatis poteſt turbari,quod credendum eſt eius ver-
bo,nec eſt opus, quod probetur factum, ex quo ſecundum
aſſertionem executoris poteſt ſequi turbatio,quod dicit eſ-
17 ſe nota.dignum.Et hoc facit contra † obloquentes,qui in pla
teis obloquuntur de ſtatu dominorum,quia talis obloquu-
tio dicitur graue delictum,ſi ex ea poſſet ſequi turbatio.fa-
cit tex cum glo.in l.nemo.C.de ſumma Trint
18 Quærit etiam Bal.vtrum † depræhenſus in fuga poſt com
miſſum crimen dicatur deprælienſus in crimine. & dicit, ꝙ
ſic,quia deprąhenditur in cohærentiis criminis, arg.ff de a-
dult.l.capite quinto.ſecus dicit, ſi depręhendatur in itinere
ante commiſſum crimen,quia tunc non dicitur deprælien-
ſus in crimine,ſed in attentatione criminis.& dicit,quod de
bet puniri integra pęna,ac ſi crimen perfeciſſet ſi eſſet com
miſſum tale crimen.vbi ſufficit attentaſſe, alias dicit, quod
punitur arbitrio iudicis.allegat nota.per Cy.in l.ſi quis non
dicam rapere.C.de epiſcop. & cle vbi tangit,an ad incurren
19 dam pœnam legis ſufficiat † delictum inchoare, an vero re-
quiratur conſumatio delicti,de quo etiam per glo.& Bar.in
l.qui ea mente.ff.de fur.& per But. qui plene hoc examinat
in c.1.de eo qui mit.in poſſ. & ibi etiam hoc tangit do. Abb.
& nota bene verba Bal.ſcilicet, quod ille dicatur deprælien
ſus in crimine, qui reperitur in fuga poſt delictum perpetra
tum,non autem ſi reperiatur in fuga ante delictum commiſ-
ſum.ſed de hoc ſcilicet, quod dicatur deprælienſus in crimi
ne,vide per Doct.in c.cum non ab homine, & in c.at ſi cleri
ci,ſupra de iudi.& hæc ſufficiant.ſequitur c qua fronte.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus abſolui debet præſtita cautione de parendo mandatis, non obſtante appellatione aduerſarij.*
2 *Indignus gratia apoſtolica cenſetur,qui canones obſeruare contemnit.*
3 *Electio epiſcopi tribus in locis poteſt confirmari,ſcilicet, vel in eccleſia, vel in Palatio Archiepiſcopi,vel in camera ſua.*
4 *Cauſa eccleſiaſtica poſſunt tractari in eccleſia.*
5 *Epiſcopus poteſt reddere ius in camera ſua.*
6 *Iudicium eccleſiaſticum non debet exerceri in domibus laicorum.*
7 *Actus non vitiatur omiſſione modicæ ſolemnitatis.*
8 *Interdictum poteſt proferri tam contra loca,quam contra perſonas.*
9 *Excommunicatio non poteſt proferri contra vniuerſitatem.*
10 *Iudex a quo eſt appellatum,poteſt abſoluere eum,qui fuerit ab eo excommunicatus.*
11 *Cauſa appellationis interpoſita ad Papam debet remitti in partibus tractanda.*
12 *Delegatio iudicis,an debeat fieri de conſenſu partium, vel ſolius appellantis.*
13 *Excommunicatio nunquam tranſit in rem iudicatam.*
14 *Iudex,quando fert ſententiam ex ſuo officio debet citare excommunicandum.*
15 *Proceſſus factus,& ſententia lata in eccleſia, a iudice laico,ſunt ipſo iure nulla.*
16 *Contractus,quando abſque peccato celebretur in eccleſia.*
17 *Extenſio non debet fieri a quaſi contractu ad uerum contractum.*
18 *Extenſio pœnæ,non debet fieri ad caſum non omnino conſimilem.*
19 *Obligatio animus accipitur pro contractu.*
20 *Statutum prohibens contrahere,an intelligatur prohibere contractum, in quo ex vna parte tamen obligatio oritur.*
21 *Extenſio debet fieri,vbi eſt eadem,vel maior ratio.*
22 *Terminus octo dierum debet dari excommunicato, ad probandum pro manifeſta offenſa eſſe excommunicatum,ſi opponatur ne debeat abſolui.*
23 *Iudex a quo,an poſſit abſoluere excommunicatum, ſi non renunciat appellationi. vbi ſe remittit.*
24 *Practica procedendi,quando dubitatur vtrum ſententia excommunicationis ſit iuſta,vel iniuſta.*
25 *Excommunicatus exiſtens in periculo mortis,qualiter poſſit abſolui.*
26 *Excommunicatus abſoluitur ad hoc,ut poſſit teſtificari.*
27 *Abſolutio,quæ non ſolet fieri ſine ſatisfactione, ſi facta fuerit,etiam valet ſine ſatisfactione.*
28 *Excommunicatio ſemper fertur pro contumacia,non pro crimine ab homine.*
29 *Caſus enumerantur in quibus incurritur excommunicatio, vbi ſe remittit.*
30 *Contumacia eſt cauſa immediata excommunicationis.*
31 *Citatio aduerſarij,an requiratur ad actum abſolutionis.*
32 *Verbum nullatenus,quid importet.*
33 *Epiſcopus male facit abſoluendo excommunicatum ſine ſcientia excommunicatoris,tamen valet abſolutio.*
34 *Poteſtas ligandi,& poteſtas ſoluendi,a pari procedunt.*
35 *Abſolutio excommunicationis qualitercunque facta,licet ſit etiam iniuſta valet,dummodo iudex iuriſdictionem habuerit.*
36 *Abſolutio facta a iuramento præſtito ſuper aliquo contractu, an valeat parte non citata.*
37 *Iudex antequam abſoluat excommunicatum debet citare aduerſarium.*
38 *Abſolutio poteſt fieri parte non citata,ſi cautio recipiatur de ſtando iuri & reficiendis expenſis pro contumacia.*
39 *Abſolutio facta a delegato debet fieri cum obſeruatione formæ commiſſionis.*
40 *Actus factus contra formam mandati non tamen redditur nullus, ſed etiam non adimpleta forma mandati.*
41 *Abſolutio,an valeat, ſi ſeruata non fuerit forma expreſſe data.*
42 *Prohibitio iuris,vel ſtatuti,cum verbo penitus,importat nullitatem ipſo iure abſque alio decreto.*
43 *Clauſula decreti,vt factum contra formam ſit irritum,& inane,non habet locum in his quæ imprimunt characterem.*
44 *Priuilegiato delinquenti,niſi ſatisfecerit,iuſtitia denegatur.*
45 *Religioſi exempti,ſi nolunt ſoluere debitoribus,non ſunt audiendi,ſi volūt aliquem conuenire,niſi prius ſoluerint.*
46 *Famulus fidelis,ſi non ſatisfiat ſibi a domino de ſalario ſuo, an poſſit rem æquiualentem auferre.*
47 *Conſuetudo, quod epiſcopus non teneatur ſequi conſilium capituli valet.*
48 *Confirmatio electionum qualem cauſæ cognitionem requirat, vide.*
49 *Abſolutio quare poſſit fieri a iudice a quo,non obſtante appellatione aduerſarij.*
50 *Appellatio non admittitur in his,quæ non recipiunt dilationem.*
51 *Iudex a quo poteſt facere omne id quod tendit in faciliorem exitum appellationis.*
52 *Contradicere non debemus ei,qui non nocet nobis,& alteri prodeſt.*
53 *Lucrari ſatis dicitur,qui voluntatem ſuam adimplet.*
54 *Mors etiam venit propter peccatum.*
55 *Salus animæ prius quærenda,cum anima adiuuet corpus.*
56 *Homines mali quare a Deo creati fuerint.*
57 *Deus ſicut eſt bonarum naturarum optimus creator,ita eſt malarum voluntatum iuſtiſſimus ordinator.*
58 *Boni quare auferantur de hac vita.*
59 *Cautio de iudicio ſiſti,eſt peremptoria.*

60 Iura.

60 *Iuratoria cautio, quando non ſufficiat.*
61 *Archiepiſcopus, non poteſt aliter per ſimplicem querelam, licet ad eum neceſſario appelletur.*
62 *Excipiens, ne quis abſoluatur, niſi primo ſatisfecerit, an poßit repelli per exceptionem excommunicationis.*
63 *Excommunicatus, licet non agat, tamen excipere poteſt.*
64 *Excommunicatus, an audiatur petendo reuocationem tenutæ, ſeu immißionis factæ in bonis ſuis.*

CAP. XXV.

1 Qua fronte. Abſoluitur † excommunicatus præſtita cautione de parendo iuri non obſtante, quod eius aduerſarius, aut excommunicator appellet, ne abſoluatur. hoc dicit. In prima repræhendit querentem. In ſecunda eius quæſtioni reſpondet. Secunda ibi, ſane. ſecunda ſecundæ ibi, de his.

Nota primo ex tex. quod peruertens ordinem iuris, & con-
2 temnens canones ſeruare, eſt † indignus gratia apoſtolica, ſicut dicitur de excommunicato inobediente, vt ſupra eod. cum parati. vnde dixit gl. ſingularis, ſecunda, quæſtione 7. ſacerdotes, quod ſubditi poſſunt denegare obedientiam epiſcopo non ſeruanti canones, & de hoc dixi poſt dom. Abb. in c. ego, de iureiur.

3 Secundo nota, quod electio † epiſcoporum poteſt in altero de tribus locis confirmari, ſcilicet in eccleſia, vel in palatio Archiepiſcopi, vel in ſua camera.

4 Et ex hoc inferuntur duo: primo, quod † cauſæ eccleſiaſticæ poſſunt iudicialiter tractari in eccleſia, ſecus in iudicio ſeculari, quia iudicium ſeculare non poteſt tractari in eccleſia, & de hoc eſt tex. cum glo. in verbo, ſecularium, in c. decet de immu. eccl. in 6. vbi patet, quod iudex ſecularis non poteſt iudicare in eccleſia, ſed bene eccleſiaſticus. Et ex hoc ſequitur, quod epiſcopus, vel eius vicarius poteſt eligere ſibi tribunal in eccleſia pro cauſis agitandis. ad idem eſt bo. tex. in gl. in c. præceptum. ij quæſtione ſecunda. nunquam tamen vidi ſeruari de conſuetudine quod iudicium eccleſiaſticum exerceatur in eccleſia, & honeſtius eſt, quod alibi exerceatur iudicium propter contentiones, & iurgia quæ interueniunt in iudiciis, quæ eſt inhoneſtum fieri in eccleſiis, cum eccleſia ſit locus orationis, in qua ceſſare debent ſtrepitus iudiciorum, tamen ſi exerceretur iudicium in eccleſia valeret proceſſus, & ſententia, vt eſt tex. cum glo. in d. cap decet. ſecus in proceſſu, & ſententia iudicis ſecularis, quia proceſſus ſunt nulli ipſo iure, vt dicit tex. in dicto cap decet.

5 Secundo infertur, quod † epiſcopus poteſt reddere ius in camera propria, & dicit Bal. hic quod etiam ſi epiſcopus eſt in villa, poteſt ibi in ſua camera reddere ius, quia ibi eſt, vt epiſcopus, & ibi eſt ſua cathedra. dicit tamen, quod ſi epiſcopus eſſet in venatione non poſſet in campis reddere ius, in l. cum ſuam. C. de ſent. & interloc. omnium iudicum; & adde Bal. in l penult. ff. de iuſti & iure, ubi tex. dicit, quod iudex debet ſedere pro tribunali in loco, vbi maiores conſueuerunt ſedere, & reddere ius: dicit enim, quod illa l. non aſtringit epiſcopos, & quod non tenentur illam l. ſeruare, quia propter dignitatem pontificalem permittitur epiſcopis ſedere pro tribunali in quolibet loco ſuæ diœceſis, vt eſt tex. in c. ſi epiſcopus, de offic. ordin. in 6 glo. tamen ibi, in verbo, loco, dicit, quod hoc debet intelligi, dum ſedet pro tribunali in loco honeſto, & quod dicitur de epiſcopis, idem dicendum eſt in legato, quo ad ſuam legationem, & in Archiepiſcopo, quo ad ſuam propriam diœceſim, ſed non quo ad prouinciam, de quo vide gl. ij. in d. c. cum epiſcopus.

6 Tertio nota, quod † iudicium eccleſiaſticum non debet exerceri in domibus laicorum etiam principum, quia locus non dicitur honeſtus, cum detrahatur iuriſdictioni eccleſiaſticæ, quæ eſt maior iuriſdictione ſeculari, vt in c. duo 96 diſt. & in c. j. ſupra de ſacra vnctione. dicunt tamen hic Inno. & Hoſt. quod licet confirmatio fieri non debeat in talibus locis, tamen facta teneret. facit ca. cum terra. ſupra de elect. & hoc etiam ſequitur hic Bal. quod dicit Ioan. de Imo. eſſe tenendum menti. hoc etiam mihi placet, quia iudicium non peccat in ſubſtantialibus, & quia omiſſio modicæ ſolennita-
7 tis non vitiat † actum l. j ff. de ven. inſpi. & pro hac opi. facit iſte tex. quia proceſſus, & confirmationes non irritantur, ſed ſolum repræhenditur iſte Archiepiſcopus.

Quarto nota ibi, vel interdicto, quod particularis perſona poteſt non ſolum excommunicari, ſed etiam interdicto
8 ſubijci, & ſic patet, quod † interdictum poteſt proferri, tam contra loca, quam contra perſonas. concordat c. ſi ciui. de ſen. exc.
9 in vj. Secus in † excommunicatione, quæ poteſt proferri contra perſonas, non tamen contra vniuerſitatem, vel contra collegium, vel contra locum, vt in cap. Romana. § in vniuerſitatem. de ſenten. excomm. in 6.

10 Quinto nota, ſecundum vnum intellectum, quod † iudex a quo eſt appellatum etiam ſi detulerit appellationi poteſt abſoluere excommunicatum a ſe, cum hoc tendat in faciliorem exitum appellationis. & de hoc plene dixi in c. quæſtioni ſupra eodem. Secundum alium intellectum nota, quod iudex ad quem eſt appellatum poteſt ſtatim a principio abſoluere excommunicatum recepta ſufficienti cautione de ſtando iuri, quando timet, ne excommunicatus decedat in excommunicatione, & hoc modo limitatur c. Romana. §. ſententias, eod. tit. in vj. de quo infra dicetur.

11 Sexto nota, quod cauſa † appellationis interpoſita ad Papam, non eſt regulariter tractanda in curia, ſed debet delegari, & remitti in partibus, & hoc probat iſte tex. in verbo, aduerſarius, intelligendo, quod loquatur de appellante. facit ratio c. ut litigantes. de offi. ord. in vj.

12 An autem debeat fieri † delegatio, de conſenſu vtriuſque partis, vel ad petitionem ſolius appellantis, & an poſſit fieri eo inuito, dic vt per glo. in capit. j. in verbo, petierit, eodem titulo, in ſexto.

Septimo nota quod appellatio aduerſarij, ne excommunicatus abſoluatur non habet impedire, nec tardare abſolutionem, de quo infra dicetur.

Octauo nota, quod excommunicatus poteſt conqueri de excommunicatione non ſolum per viam appellationis
13 ſed etiam per viam ſimplicis querelæ, quia † excommunicatio non tranſit in rem iudi. etiam ſi nunquam ab ea appelletur, de quo per glo. in cap. ad reprimendam. in verbo, ſuſpendatur, de officio ord. facit c. venerabilem, in prin. de ſenten. excomm in ſexto, immo etiam ſi ab excommunicatione ſit appellatum, & appellatio ſit deſerta, per hoc tamen non tranſit in rem iud. & poterit de ea iterum cognoſci, vt in c. licet, de ſent. excomm. in 6. de quo tamen, dic ut dixi in d. c. lator. & c. conſanguinei, ſupra de re iud.

Vltimo nota, quod vbi iudex ex officio profert excommunicationem, & non ad inſtantiam partis, quod tunc excommunicatus conquerens de excommunicatione coram ſuperiore excommunicantis, debet ſtatim ante ingreſſum iudicii abſolui præſtita cautione. non obſtante contradictione, ſeu appellatione ipſius iudicis excommunicantis, & ſic iſte tex. hic, in fi. ver. de his, loquitur de excommunicatione lata ex officio, & quando ipſe excommunicator ſe opponit, ſed in §. ſane, loquitur, quando excommunicatio fertur ad inſtantiam partis, & quando ipſa pars ſe opponit.

14 Et ex hoc infertur, quod quando iudex fert ſententiam ex ſuo officio, quod eſt citandus ad defenſionem ſententiæ, ſi ſua putauerit intereſſe, & de hoc eſt bon. text. in dicto c. venerabilibus, poſt prin. ver. ſed ſi excommunicatus, & ver. attamen, de ſent. excom. in vj. ſecus quando iudex proceſſit ad inſtantiam partis, quia iudex neceſſario eſt citandus, & de hoc eſt tex. in d. ver. ſed ſi excommunicatus, & hoc tenet Inno. in c. de cætero de tranſac. & in c in noſtra, de procura. de quo vide bo. gl. in c. cum ſpeciali, quæ incipit, ſed qualiter, infra eo. item dom. Abb. in quantum eſt dictum eſt, quod
15 † proceſſus, & ſententia factus per iudicem ſecularem in eccleſia ſunt ipſo iure nulla, ut in d. ca. decet. de immu. eccl. in vj. nunquid eodem modo contractus factus in eccleſia, ſit nullus, & glo in dicto capit. decet, in verbo, proceſſus, tenet, quod contractus valeat, quia ille tex. ſolum vitiat proceſſus, ſententias, non autem loquitur de contractibus. idem tenet Bar. in l. nemo. C. de ſacroſanc. eccl. dicit tamen, quod contrahentes peccant mortaliter, quia eccleſia eſt locus orationis, non autem locus faciendi contractus, vt d. ca. decet. facit cap. j. & ij. ſupra de ferijs, & hoc eſt verum, ſecundum Bar. niſi contractus reſpiceret pietatem, vt in l. j. & 2. C. de his qui in eccl. manu. & in auth. quibus modis naturales efficiantur legitimi. §. quandocunq;. vel niſi de eccleſia ſecure exire non poſſit, vt C. de his qui ad ecc. confug. l. præſenti. §. cum autem,
16 tunc enim † contractus abſque peccato, poteſt celebrari in eccleſia, & hoc modo intellige gl. in d. c. decet. in verbo, proceſſus. & ex hoc dom. Abb. arguit, quod pœna appoſita pro-
17 pter quaſi contractum † non debet extendi ad verum contractum. nam in iudicio quaſi contrahitur. l. 3. §. idem ſcribit. ff. de peculio. notat Io. And. in c. pia. de excep. in vj. & tamen pœna nullitatis iudicii, & ſic quaſi contractus, non extenditur ad verum contractum, quia verus contractus geſtus in eccleſia tenet, & idem dicit dom. Abb. e conuerſo, ſcilicet, vt pœna appoſita in contractu non habeat locum, in quaſi con-
18 tractu, ne fiat † extenſio pœnæ ad caſum non omnino conſimilem, & dicit, quod hoc tenet Bart. in l. more. ff. de acquir. hæred. & in l. apud Iul. ff. ex quibus cau. in poſſ. eatur. vbi dicit, quod ſi ſtatutum diſponit, quod mulier non poſſit con-

trahere

trahere ſine conſenſu duorum conſanguineorum, poterit hæreditatem adire ſine eorum conſenſu, quia ille qui adiit hæreditatem non contrahit, ſed quaſi contrahit verba autẽ ſtatuti debẽt proprie intelligi, vt in l.3.§.hæc verba ff. de nego geſtis, & in c in noſtra, de iureiuran. cum ſimil. quod dicit dom. Abb eſſe notan. Sed aduerte, quia licet Bar. teneat illud quod dicit dom. Abb. hic in d.l. apud Iul. in fi. tamen in d.l. more, ſentit contrarium. dicit enim, quod aut ſtatutum loquitur, quod mulier non poſſit obligari ſine conſenſu conſanguineorum, & tunc ſine eorum conſenſu, nõ poterit adire hæreditatem, & de hoc dicit eſſe caſum in d.l. more, ſecũdum unum intellectum, & hoc eſt veriſſimum, quia ſecundum propriam ſignificationem, ita eſt propria obligatio illa, quæ deſcendit ex quaſi contractu, ſicut illa, quæ deſcendit ex contractu. Aut ſtatutum dicit, quod mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu duorum conſanguineorum, & in hoc Bar. primo dicit, quod videtur, quod poſſit adire hæreditatem, quia adire non eſt contrahere, vt in l. ex maleficio. §. hæres. ff. de act. & obl. & in d.l. apud Iul. in fi. ff. quibus cau. in poſſ. eatur. poſtea dicit quod in contrarium videtur, quia ꝑ
19 contractu accipitur omnis † obligatio vt ff. de iud. l. omnem, & ita reſidet Bar. in d l. more. ſed verius videtur illud, quod dicit Bar. in dicta l. apud Iul. in fi. ſcilicet, quod ſi ſtatutum diſponit, quod mulier non poſſit contrahere, ſine conſenſu duorum conſanguineorum, quod nihilominus poſſit adire hæreditatem, vel ſecũdum propriam ſignificationem aliud eſt contractus, & aliud eſt quaſi contractus, licet ſecundum largam ſignificationem appellatione cõtractus veniat, quaſi contractus, vt dicit glo. ij in c. ſi. de foro compe. & in auth. ſacra puber. C. ſi aduer. vend. & ibi etiam per Bar. vbi Bart. dicit, quod quaſi contractus eſt contractus. vbi ex vna parte tãtum oritur obligatio firmaine iuramento, quia nomine contractus ibi latiſſime accipitur, quia illa autem eſt fauorabilis animæ, & per conſequens extendenda, & ſic Bart. ibi ſentit, quod vbi eſſet materia odioſa ratione contractus non veniret quaſi contractus, hoc etiam modo intellige l. j. ff. de act. & oblig. & l. 3. §. contrarium, ff. de contrario iud. tu. in quibus habetur, quod appellatione contractus comprænditur quaſi contractus, nam illæ ll. procedunt, ſecundum largam ſignificationem, ſed ſecundum ſtrictam, & propriam ſignificationem differentia eſt inter contractum, & quaſi contra-
20 ctum. Et ex his poteſt inferri, an ſi † ſtatutum prohibet cõtrahere intelligatur prohibere contractum in quo ex vna tantum parte oritur obligatio, vt eſt donatio mutuum, depoſitum, & ſimiles ꝯctus in quibus ex vna tantum, parte oritur obligatio, & de hoc videtur tex. cum glo. in j l. Labeo. §. cõtractum ff de verborum ſignific. quæ dicit, quod proprie loquendo appellatione contractus, venit contractus, ex quo ex vtraque parte oritur obligatio, vt eſt locatio, venditio, & ſimiles, & quod contractus. in quibus ex vna tantum parte oritur obligatio non ſunt propriè contractus, & Bar. dicit illam gl. eſſe notandam pro ſtatutis, & idem ſenſit Bar. in d. authen ſacramenta puberum. vbi dicit, quod appellatione cõtractus, non venit contractus, vbi ex vna tantum parte oritur obligatio, niſi ſecundum largam ſignificationem, ſed Io. And in Spe. de ſententiis in §. iudex. ver. item nulla eſt ratio ne litigatorum, videtur tenere, quod ſtatutum prohibens contractum intelligatur etiam prohibere contractum, vbi ex altera tantum parte oritur obligatio, & ponit caſum in his terminis, ſtatutum prohibet bannitum cõtrahere ad ſui commodum: ſtante tali ſtatuto, Titius locauit domum Seio ad annum, & ante lapſum anni fuit bannitus, & domum illam vẽdidit Sempronio, cum pacto, quod ipſe Sempronius emptor pateretur cõductorem habitare in domo vſque ad finem anni, & quærit, an pactum valeat, & in effectu concludit, quod aut bona ſunt confiſcata, & tunc etiam ſine pacto conductor expelli non debet, alias ipſe fiſcus ſuccedens bannito teneretur conductori ad intereſſe, vt in l fi. ff. de iure fiſci. Aut bona non ſunt confiſcata, & tunc dicit Ioan. Andr. quod pactum non valet, quia ſi valeret bannito proueniret vtilitas, quia ſi conductor non poſſet expelli, non haberet regreſſum cõtra bannitum locatorem, cui bona remanſerũt: ſed ſi expellitur ipſe conductor aget contra bannitum, ut in l. ſi merces. §. j. ff. locati. & ſic Ioan. Andr. loquitur in contractu, in quo oritur obligatio ex vna parte tantum. nam ſi bãnitus paciſcitur, quod conductor nõ expellatur ante finem termini, ex iſto pacto ſolum obligatur contrahens cum bãnito, & tamen ſtatutum prohibens cõtractum intelligitur, ſecundum Ioan. An prohibere illud pactum, in quo ex altera tantum parte oritur obligatio. vnde pro concordia ego ſic dicerem, quod aut ratio expreſſa per ſtatutum æqualiter militat in contractu, ex quo ex altera tantum parte oritur obligatio, & tunc prohibito contractu intelligitur pariformiter prohibitus contractus, ex quo ex altera tantum parte oritur obligatio ſi enim ſtatutum prohibet bannitũ cõtrahere ad ſuam vtilitatem, ita ratio militat tantum in cõtractu, in quo oritur obligatio ex altera parte tãtum ſicut in cõtractu vltro citroq; obligatorio, immo cõtrahens nõ habet vtilitatem ex contractu niſi inquantum altera pars obligatur ſibi, non autem inquantum ipſe obligatur. & ideo ratio ſtatuti prohibentis bannitum contrahere ad ſuam vtilitatẽ principaliter reſpicit obligationem, ex qua contrahens obligatur ſibi. vnde principaliter ſtatutum diſponit circa contractum inquantum contrahens obligatur ipſi bannito, ideo ſtatutum debet habere locum in contractu, in quo ex altera tantum parte oritur obligatio, ſi contractus ſit ad vtilitatem banniti, & ad hoc facit gl. no. in clem. j. in verbo, lineũ. de vi. & hon. clericorum, quę dicit, quod etiam in pęnalibus
21 vbi eſt eadem, vel maior ratio, debet fieri † extenſio, & idem dicit glo. in c. j in verbo, Italiæ. de temp. ord. in vj. & hoc modo procedit dictum Ioan. And in d. verſ. item nulla eſt ratio ne litigatorum. Aut ſtatutum ſimpliciter prohibet bannitum contrahere, & tunc ſtatutum debet intelligi de contractu vltro citroque obligatorio, quia iſte proprie eſt contractus, non autem de contractu obligatorio ex vna parte tantum, & hoc modo procedit dictum glo. & Bar. in dicta l. Labeo §. contractum. ff de verborum ſignifi. & illud, quod notat Barto. in d auth. ſacramenta puberum, & hoc nota, quia per Doct. non declaratur & de materia c. decet, de immun. eccle in ſexto ſcilicet, an valeat iudicium ſactum in eccleſia, & quid de teſtibus examinatis in eccleſia, & quid de delatione iuramenti facta in eccleſia. vide per Bart. & Bal. in l. nemo. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. non dubium. C. de ll. vide But. & dom. Abb in cap. j. ſupra de ſenis. Procedo vlterius ad oppoſitionem fortiter contra tex nam videtur, quod nullo modo poſſit procedere: aut enim fuit excommunicatus ꝑ manifeſta offenſa, ſiue pro manifeſta contumacia, & nõ debebat abſolui, niſi prius ſatisfaceret, & ſic iuſta erat cõtradictio aduerſarii, vt in c. ex parte. de verborum ſignifi. & in ea. venerabilibus, § ſecus, de ſenten. excommuni. in 6. Aut fuit excommunicatus pro offenſa, vel contumacia dubia, & tũc appellatio interpoſita ab aduerſario, vt nõ abſolueretur, erat fruſtratoria, quia ſatis eſt hoc caſu præſtare cautionem, vt in cap. ex parte. præall. ergo iſta appellatio tanquam fruſtratoria, non debebat deuoluere cauſam ad ſuperiorem, & per conſequens iudex non debebat recipere cautionem, de parẽdo iuri coram iudice ad quem, fuit appellatum Sol. propter hæc contraria iſte tex. habet plures lecturas. primæ duæ loquuntur in iudice a quo. Tertia in iudice ad quem.

Venio ad primam lect ſm quam intelligitur iſte tex. ꝙ abſolutio petebatur a iudice a quo, & quod excõicatus non appellauerat ab excõicatione, ſed eius aduerſarius tantum appellauerat, ſecundũ iſtam lect. ponuntur ad contraria plures ſolutiones, ſed Ioan. And. ſoluit, quod iſte text. procedit, ſecundum iuramentum, quæ appellatio non expreſſa cauſa deuoluebat cauſam ad ſuperiorem, non tamen impediebat abſolutionem propter rationem literæ, ſcilicet ne excommunicatus decedat in excommunicatione, & Ioan. And. in hac ſolutione intelligit iſtum textum, quod iſte erat excommunicatus pro offenſa, vel contumacia dubia, & quod aduerſarius appellauit, ne abſolueretur etiam, ſecundum eum talis appellatio, ſecundum iſta tempora deuoluebat cauſam ad ſuperiorem. licet non impediret abſolutionem, ne excõmunicatus decedat ante abſolutionem ſed dom. Abb. dicit, quod iſta ratio poteſt impugnari, quia etiam ſecundum antiqua tempora appellatio manifeſte friuola, nõ deuoluebat cauſam ad ſuperiorem, ut infra eo vt debitus. ſed ſecundum lect. Ioan. And. patet, quod iſta appellatio erat manifeſte friuola, quia erat contra ius, nam excommunicatus debet abſolui præſtita cautione, vt ſupra eodem, ad hæc. & c. quæſtioni. vnde ipſe dicit, quod aduerſarius excommunicati contra dicebat, ne abſolueretur ante ſatiſfactionem proponens forte offenſam, vel contumaciam manifeſtam, ſed pars, & iudex hoc negabant, ideo ipſe appellauit, & hæc appellatio cauſa appellationis expreſſa etiam hodie eſſet legitima, & deuolueret cauſam ad ſuperiorem, vt in c ſolet de ſent excõmu. in ſexto. etiam ſi diceretur, quare iudex a quo abſoluit, ex quo appellatio prima fronte erat legitima dom. Abb. reſpondet dicẽs, quod ſi tex. intelligitur, quod appellatio fuit interpoſita non expreſſa cauſa, duplex fuit ratio abſoluendi: vna, ne excommunicatus decederet in excommunicatione, vt dicitur in tex. & quia prouidetur parti aduerſę per cautionem. Secunda fuit ratio, quia abſolutio tendit in faciliorem exitum appellationis, nam iudex ad quem ad omnia excommunicatum abſolueret recepta cautione, vt in c per tuas. de ſenten. excomm. ſed ſi iſte tex intelligatur, quod ap-

pellaui

pellauit expreſſa cauſa, ſcilicet, quia non debebat abſolui ante ſatisfactionem, cum eſſet excommunicatus pro manifeſta offenſa, vel pro manifeſta contumacia, tunc fuit vnica ratio abſoluendi, ſcilicet ne interim decederet in excommunicatione: abſolutio enim hoc caſu non reddit in faciliorem exitum appellationis, ſed præiudicat appellationi, cum appellatum fuerit, ne abſolueretur. Aduerte tamen, quia quādo opponitur, ne excommunicatus abſoluatur, quia ſuit ex
22 communicatus pro manifeſta offenſa, debet aſſignari terminus octo dierum ad probandum, & ſi probauerit eū excommunicatum, nō debet abſolui, niſi præſtetur ſufficiens emēda, & ſi non probauerit debet abſolui recepta cautione de ſtando iuri. & ſic videtur, quod iſte tex. ſecundum iſtam lect. non procedit, quia aut quis eſt excommunicatus pro offenſa, vel contumacia dubia, & tunc appellatio aduerſarii non valet, quia eſt contra ius, cum debeat abſolui præſtita cautione, de ſtando iuri, vt in c. per tuas ĵ. de ſenten. excommu. Aut eſt excommunicatus pro manifeſta offenſa, vel manifeſta contumacia, & tunc iudex non dēt abſoluere, niſi prius ſatisfaciat, vt in c. ex parte de verborum ſignifi. & in d. c. venerabilibus. § ſecus de ſentent. excomm. in vj. Aut non conſtat, quod ſit excommunicatus pro manifeſta offenſa, vel pro manifeſta contumacia, ſed aduerſarius, vel executor hoc dicit, & tunc eſt aſſignandus terminus octo dierum ad hoc probandum, ut d. c. ſolet. ver in prima, & iſtud contrarium valde obſtat huic lecturæ, nec declaratur per Doc. vnde intelligendo iſtum textum, ſecundum quod intelligit D. Abb. ſcilicet, quod aduerſarius excommunicati dicebat eum excommunicatum pro manifeſta offenſa, vel pro manifeſta contumacia, ſed ipſe excommunicatus, & iudex hoc negabant. valde obſtat d. c. ſolet. verſi in prima. vbi patet, quod debet aſſignari terminus octo dierum ad probandum. Sed reſponde, quod iſte tex debet intelligi, quando periculum eſt in mora, tunc enim iudex ſtatim poteſt abſoluere excommunicatum, etiam ſi conſtet ipſum eſſe excommunicatum pro manifeſta offenſa, vt in d c venerabilibus. §. ſane, & hoc videtur tenere glo. in §. penult verbo, reuocentur, de appel. in ſexto, quæ intelligit iſtum textum, quando periculū erat in mora, & ſecundum iſtum intellectum limita d cap ſolet. ver. in prima. dum dicit, quod debet dari terminus octo dierum ad probandum manifeſta offenſam, nam debet intelligi, quando periculum non eſt in mora, ſecus ſi periculum eſſet in mora quia tunc iudex debet ſtatim abſoluere recepta cautione, vt hic, & ſecundum iſtam lect. ita declaratam habetur notabilis limitatio ad d. c. ſolet.

Venio nunc ad ſecundam lect. quæ habet, quod excommunicatus prius appellauerat ab excōmunicatione, & poſtea petebat abſolutionem a iudice a quo, aduerſario contradicente, & appellante, vt hic deciditur, quod poteſt abſolui cautione, non obſtante appellatione aduerſarij, & nota bene hanc lect. quod excommunicatus poteſt petere abſolutionem a iudice a quo, qui eum excommunicauit, & iudex poteſt eum abſoluere etiam ſi aduerſarius appellat, ne abſoluatur.

23 Vtrum autem † iudex a quo poſſit abſoluere excommunicatum, ſi non renunciat appellationi, & nunquid petendo ſimpliciter abſolutionem videatur renunciare appellationi tangunt. hic Doct. ſed plene examinaui ſ. eo. c. quæſtioni. vbi videbis.

Venio ad tertiam lecturam, ſecundum quam iſte tex. intelligit, quod abſolutio petebatur a iudice ad quem, & hoc videtur innuere finis iſtius cap. dum dicit, quod excommunicator contradicebat, & ſic innuit, quod abſolutio non petebatur ab excommunicatore, ſed ab eius ſuperiore, & hoc caſu dicit Hoſt. quod iudex ad quem poteſt abſoluere poſtquam examinauit cauſam. partibus præſentibus, & non ante, vt in d. c. Romana. §. penult. eodem titulo, in ſexto, & ita communiter tranſeunt Doc. Sed dom. Abb dicit, quod hoc videtur eſſe contra tex. in c. per tuas de ſenten. excomm. vbi dicitur, quod iudex ad quem, debet ante omnia excommunicatum abſoluere recepta cautione. nec obſtat d. ca. Romana. §. penul. quia non loquitur in abſolutione ab excommunicatione, ſed quando iudex vult reuocare ſententiam excommunicationis, uel denunciare ipſam eſſe nullam, nam hoc non poteſt facere, niſi prius plene cognouerit de cauſa præſentibus partibus, & hoc modo loquitur d. § penult. alle gatus per Hoſt. Aliud eſt enim abſoluere cautione recepta, aliud eſt reuocare ſentētiam excommunicationis, vel eam denunciare nullam. vt notat Ioan. Andr. in nouella, in § penult. & ratio diuerſitatis eſt ſecundum eum, quia in abſolutione, quæ fit cautione recepta, nulli parti fit præiudicium, nec aliquid fit contra ſententiam excommunicatoris, ſed quando vult reuocare eam tanquam iniuſtam, vel denunciare eam nullam, in hoc præiudicat parti aduerſæ, & tacite pronunciat excommunicatorem male pronunciaſſe, quod non debet poſſe facere, niſi prius cognouerit de meritis appellationis. Vnde vt clarius intelligas qualiter ſic debeat habere iudex ad quem, eſt appellatum ab excommunicatione vide pulchrum tex. in d. c. venerabilibus. §. ſane. vbi tex dicit, quod aut conſtat appellantem ab excommunicatione excommunicatum pro manifeſta offenſa, & tunc iudex ad quem non debet abſoluere excommunicatum, ſed debet eum remittere abſoluendum ad excommunicatorem, niſi periculum ſit in mora, vel niſi excommunicator requiſitus malitioſe recuſauerit abſoluere. aut conſtat excommunicationem eſſe iniuſtam, & tunc iudex debet abſoluere excommunicatum ſine aliqua cautione. Aut dubitatur, an ſententia excommunicationis ſit iuſta, vel iniuſta, & tunc eſt in electione ſua, an velit abſoluere excommunicatum iuxta formam eccleſiæ, an ipſum remittere abſoluendum excommunicatori, & honeſtius eſt, quod in hoc deferat ipſi excommunicatori. ita tex. diſtinguit in d. §. ſane.

24 Aduerte tamen, quia quando dubitatur, † vtrum ſententia excommunicationis ſit iuſta, vel iniuſta, ſi aduerſarius excommunicati, vel excommunicator. dicit ipſum excommunicatum pro manifeſta offenſa, iudex ad quem, nō debet ſtatim abſoluere, ſed debet aſſignare terminum octo dierum ad probandum, & ſi probatum fuerit, quod ſit excommunicatus pro manifeſta offenſa, non abſolueret eum, niſi prius ſatisfaciat, quod intellige, niſi periculum ſit in mora, & hoc modo intellige c. ſolet. ver. in prima. de ſent. excomm. in vj. hoc etiam modo videtur intelligenda glo. in ca. Romana §. penult. eodem titu. in vj. in verbo, reuocent. quæ dicit, quod licet iudex non debeat reuocare ſententiam excommunicationis, vel denunciare eam nullam, niſi primo præſentib. partibus cognouerit de meritis appellationis, tamen ſi periculum eſt in mora poteſt ab excommunicatione abſoluere, nam debet intelligi, quando aduerſarius excommunicati dicit eum excommunicatum pro manifeſta offenſa, alias ſi eſſet excommunicatus pro offenſa dubia, vel pro contumacia dubia, etiam ſi periculum non eſſet in mora, eſſet ſtatim abſoluendus recepta cautione, vt in c. per tuas. infra de ſent. excommu. vnde vt illa glo. procedat eſt intelligēda, quando quis eſt excommunicatus pro manifeſta offenſa, vel aduerſarius hoc allegat. Sed aduerte, quia ſecundum prædictas tres lecturas, quas hic recitat do. Abb. & ſupra etiam retuli, iſte tex. non loquitur in excommunicato pro manifeſta offenſa de qua conſtet. ſed Docto. intelligunt etiam iſtum textum in excommunicato pro manifeſta offenſa, & ita intelligendo iſte tex. recipit alias lect.

Prima eſt, quod iſte tex loquitur, quando periculum erat in mora, & pro hac lect. videtur bo. tex. in d. c. venerabilibus. § ſane. de ſenten. excommun. in vj. & ita intellexit glo. iſtum textum, in d. c. Romana. § penult. in verbo, reuocent. de app. in vj. quæ ſupra fuit ſæpius allegata.

25 Et ex hac lectu. habes, quod vbicunque † excommunicatus eſt in periculo mortis, poteſt abſolui recepta ſufficienti cautione, licet ſit excommunicatus pro manifeſta offenſa. & ex hoc limitatur c. ex parte. de verbor. ſign.

Secunda lect eſt, quod offenſa reſpiciebat Deum principaliter, vt quia tenebat publice concubinam, vel eſt notorius blaſphemus: iſto enim caſu, licet offenſa ſit notoria, poteſt abſolui nulla præcedente ſatisfactione, & ex hac littera habetur ſecunda limitatio ad d. c. ex parte. tamen iſta lect. licet Doct communiter eam ſequantur non conuenit literæ, ut patet in tex. iſta offenſa concernebat præiudicium tertii. ſi enim iſta offenſa ſolum Deum reſpexiſſet, non habuiſſet veriſimiliter aduerſarium. ipſam tamen lect. tene menti, quia eſt notabilis.

Tertia lect. eſt, quod ſatisfactio conſiſtebat in implemento alicuius iuris ſpiritualis, puta ſi excommunicatus fuit, quia non vult eligere, vel conferre beneficium ad mandatū executoris, vel ſi excommunicatur teſtis, quia non vult teſtificari: ſi enim deberet ſatisfacere ante abſolutionem, hoc eſt eligere, vel conferre, vel teſtificari, nō valeret electio, vel collatio facta ab excommunicato, nec teſtimonium præſtitum ab excommunicato, vt in c. cum dilectus. de conſuet. & in c. cum inter. R. ſeniorem. de elec. & in c. decernimus de ſenten. excomm. in vj. vnde propter hoc debet abſolui recepta cautione antequam ſatisfaciat, & iſtud tenet Inno. in c. pro illorum. infra de præben. de quo vide bo. glo. in c. ſolet. in verbo, emenda, de ſenten. excommu. in vj. Vnde conclude, quod in omni cauſa, quam excommunicatus non poteſt adimplere, niſi abſoluatur, ſemper debet abſolui præſtita cautione etiā ſi ſit excommunicatus pro manifeſta offenſa ad hoc optime c. veniens. ij. in fi. ſupra de teſti. ubi patet, quod † excom-
26 municatus

abſoluitur ad hoc, vt poſſit teſtificari, & ex hoc habes tertiã
limitationem ad d. c. ex parte. nam vbicunque excommuni-
catus non poteſt ſatiſfacere, niſi prius abſoluatur ab excom
municatione, debet abſolui recepta cautione, & licet illa lec.
ſit vera in ſe, tamen ad literam diuinat.

Quarta lectura eſt, quod iſte erat excommunicatus pro
manifeſta offenſa reſpiciente præiudicium aduerſarij, & pro
iſtum intellectum eſt hic text. quod licet excommunicatus
pro manifeſta offenſa, vel contumacia, dẽt ſatiſfacere priuſ-
quam abſoluatur, tamen † abſolutio facta non præſtita ſatiſ-
27 factione valet, licet ſit iniuſta. pro hoc facit tex. nota. in ca.
venerabilibus. § vbi autem. de ſenten. excomm. in ſexto. Et ex
hac lect. habes, quod abſolutio facta poſt appellationem le-
gitimam valet, & appellatio non ſuſpendit ipſam abſolutio-
nem, & in hoc plus habet abſolutio, quam excommunica-
tio, quia excommunicatio lata poſt appellationem eſt nul-
la, vt in c. per tuas. de ſent. excommu. ſed abſolutio facta poſt
appellationem eſt valida, vt hic, ſecundum iſtum intellectũ,
& ratio eſt, quia fauorabilior eſt abſolutio, quam excommu
nicatio, facit, quod no. Inno. in ca. ab excommunicato. ſupra
de reſcriptis in verbo obtentis, vbi dicit, quod appellationẽ
ſuſpendit iuriſdictionem. appellationem, abſolutionem ab
excommunicatione, ita quod ſecundum eum appellatione
pendente non erit excommunicatus, ſed abſolutus facit &,
quod notant Dom. de Rota. deciſ. ſua 399 quæ incipit, item
ſi pronunciatur, & quod notant Doct. in c. quamuis. infra de
ſent. excommunic. Sed aduerte; quia contra prædicta facit
inquantum facta eſt differentia, an quis excommunicetur p
28 offenſa, an pro contumacia, quia videtur ſemper ferri † excõ
municatio pro contumacia, cum ab homine non debet quis
excommunicari pro crimine, ſed pro contumacia, vt in c. ne-
mo. & in c. epiſcopi. 11. quæſtio. 3. licet a iure quis ſæpe incur
rat excommunicationem ex crimine, vt in c. ſi quis ſuadente
diabolo, 17. quæſ. 4. & multi ſunt caſus, in quibus a iure in-
fertur excommunicatio, & Hoſt. in ſumma, de ſent. excom.
29 § 3. in princip. ponit 30. † caſus, in quibus per conſtitutiones
ſexti libri quis incurrit excommunicationem, & glo. in cle.
j. in verbo, excommunicationis. de ſenten. excommun. colli-
git 52 caſus, in quibus quis incurrit ſententiam excommuni
cationis per conſtitutiones clementinarum, & in illis caſi-
bus quis incurrit excommunicationem a canone, etiam ſi
non ſit incorrigibilis, ſed ab homine quis non debet excom
municari, niſi ſit incorrigibilis, & ſic iura male videntur di-
cere, dum dicunt, quod aliquando quis excõmunicatur pro
pter contumaciam, aliquando propter offenſam. Sed ſolue,
quod duplex eſt cauſa excommunicationis, aliqua enim eſt
cauſa immediata ipſius excommunicationis, & aliqua eſt cã
30 mediata. Cauſa † immediata excommunicationis eſt ipſa cõ-
tumacia, ſiue præceſſit delictum, ſiue non; debet enim delin
quens primo moueri, vt ſatisfaciat, & de hac cauſa immedia
ta excommunicationis, loquitur glo. in d. c. nemo, & in d. ca.
epiſcopi. 11. quæſt. 3. Cauſa vero mediata, quandoque eſt of-
fenſa, ſeu delictum, quandoque contumacia, & hoc modo
intellige illum textum, & conſimiles quia loquuntur de cã
mediata, & non de immediata, & adde glo. ſingularem in c.
duo. 96 diſt. in quæ dicit, quod licet pro minimis cauſis aliqs
non ſit excommunicãdus, tamen quælibet contumacia eſt
digna excommunicatione. Et ſubdit, quod tanto maior eſt
contumacia, quanto ſurgit ex re minori, quam gl. tenẽ men
ti. & dom. Abb. hic allegat unum notabile dictum Innoc. in
d. c. ex parte. de verbo. um ſignifi. vbi dicit, quod quando præ
cedit contumacia etiam extraiudicialis, vt quia ille, cui man
datur, nõ obedit ſuperiori, poteſt licite ſequi excommunica
tio abſque alia admonitione, & allegat bo. tex. 11. quæſtione
tertia certum.

Nunc quarto de quæſtione quotidiana, quam Doct. hic
mouet, ſcilicet an ad actum abſolutionis ab excommunica
31 tione requiratur † citatio aduerſarij & Docto. communiter
dicunt, quod ſic, quia poteſt præten... intereſſe: forte enim
expenſas fecit, quas conſequi debet ante abſolutionem, vt
in c. venerabilibus. § idem de ſent. excommun. in vj. uel forte
poſſet prætendere manifeſtam offenſam, ita quod excom-
municatus ante abſolutionem deberet ſatiſfacere aduerſa-
rio, ergo debet vocari, cũ eius interſit, vt in ca. intra quatuor,
de maio. & obed. & 3. quæſt. 9. omnia. ſimile quando reuoca
tur miſſio in poſſeſ. quia non debet reuocari commiſſio, ni-
ſi parte citata, vt in c. quoniam frequenter. § in alijs. vt li. nõ
conteſt. & hoc procedit etiam in abſolutione ad cautelam,
quia etiam in ea requiritur citatio partis, vt dicit Hoſt. & Io.
And. in dicto c. ſoler. de ſen. excommu. in vj & hoc verum,
niſi periculum ſit in mora, quia tunc poſſet fieri abſolutio
abſque aliqua citatione, vt in c. venerabili. j. de ſent. excom.
& pro hoc facit ratio illius text. & quod in ſimili notat Inn.
in c. ſignificauit ſupra de teſti. & illam partem, ſcilicet, quod
requiratur citatio, quando tractatur de abſolutione ab ex-
communicatione, ſeu quando iudex vult abſoluere ab ex-
communicatione, tenet Specul. in titulo. de contumacia. §
final. verſicu. ſed pone, excommunicatus. dicunt tamen
Doctor. in capitu. j. de iudi. quod ſi de facto fieret abſolutio
ab excommunicatione parte non vocata, quod valeret, &
idem tenet Spe. in d. ver. ſed pone excommunicatus, & Hoſt.
hic. & Io. And. & Bu. & Io. de Imo. ſed glo. 11. quæſtione 3. ex
communicatos. videtur limitare dicta doctorum hic, dum
dicunt, quod ad actum abſolutionis requiritur citatio par-
tis. nam gl. prædicta dicit quod hoc eſt verum, quãdo iudex
excommunicauit ad inſtantiam partis. Secus ſi excommuni
cauit ex ſuo mero officio, quia tunc in abſolutione non re-
quiritur citatio partis, & illud ſequitur hic dom. Abb. quod
notat Bar. in ſimili, in l. 1. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. ſed cõ-
tra prædicta videtur facere tex. nota. in c. Romana. § ſenten-
tias eodem tit. in vj. vbi dicitur, quod ſententia excommuni
cationis, vel interdicti, nullatenus eſt reuocanda, vel nulla
denuncianda, niſi cauſa appellationis fuerit examinata par-
32 tibus citatis. nam verbum † nullatenus, importat quod reuo
catio ſententiæ excommunicationis, vel declaratio nullita-
tis, ipſo iure non teneat partibus non vocatis, & per illum
tex. dicit ibi Dom. Dom. quod ſi lege, vel ſtatuto dicatur, quod
iudex nullatenus aliquid faciat, ſine certa ſolennitate, quod
ſi facit contrarium, actus eſt nullus, de quo vide glo. nota. in
cle. j. in verbo. nullatenus. de ſeq. poſſ. & fru. Sed dom. Abb.
hic reducendo iura ad concordiam diſtinguit, & de eius di-
ſtinctione facias tres caſus.

Primus eſt, quando abſolutio fit ab excommunicatione,
ſeu ab eius ſuperiore concurrente cum eo in iuriſdictione
in perſonam excommunicati, verbi gratia, prælatus eccle-
ſiæ collegiatæ aliquem excommunicauit, modo tam ipſe qui
excommunicauit, quam epiſcopus poteſt excommunicatũ
abſoluere, quia vtrique eſt ſubditus immediate. ſiue ergo ex
communicator abſoluat excommunicatum, parte non ci-
tata, ſiue epiſcopus qui eſt eius ſuperior, valet abſolutio: im-
33 mo etiam ſi epiſcopus † abſolueret excommunicatum, ſine
conſcientia excommunicatoris, & abſque congrua ſatiſfa-
ctione, licet malefaciat, valet abſolutio. & hoc tenet gl. fi. in
c. cum ab eccleſiarum. de offi. ordi. Nam ſicut valet excom-
municatio ſine citatione, & admonitione partis, vt in cap.
ſacro. infra de ſent. excomm. & per glo. 2. quæſt. j. in ſumma,
& 12. q. 3 in ſumma, ita valet abſolutio, ſine citatione partis,
34 quia † poteſtas ligandi, & ſoluendi procedunt a pari, de pœn.
diſt. j. verbum, & quia abſolutio eſt magis fauorabilis, quam
excommunicatio, vt in l. Arrianus. ff. de act. & obl. & pro hoc
vide tex. nota. in c. venerabilibus. § vbi autem de ſen. excom
mu. in vj. vbi traditur regula generalis, quod dummodo fiat
35 abſolutio a † iudice habente iuriſdictionẽ abſoluendi, quan
tumcunque ſit iniuſta abſolutio valet, & ſic abſolutio non
redditur nulla ex defectu citationis, vel alterius ſolẽnitatis.
vide quod notat Inno. in c. ab excommunicato, in verbo, ob
tentis, ſupra de reſcriptis.

Secundus caſus eſt, quãdo abſolutio fit a iudice ad quem,
& hoc caſu, dicit dom. Abb. quod ſi non eſt appellatum ad
eum non valet abſolutio, quia non habet iuriſdictionem in
ſubditos ſuffraganei, niſi per appellationem, vt in c. paſtora-
lis. de offi. ord. & de hoc eſt tex. in c. venerabilibus, poſt prin.
de ſen. excomm. in vj. vbi expreſſe dicitur, quod Archiepiſco-
pus non poteſt abſoluere ſubditum ſuffraganei, niſi ad eum
fuerit appellatum. vnde tex. in d. § vbi autem, requirit, quod
ſuperiori competat cognoſcere de excommunicatione ad
hoc, vt abſolutio iniuſta teneat, & vide ibi gl. in verbo, com-
petit. ſed ſi Archiepiſcopus recipiat appellationem tanquã
emiſſam ex cauſa probabili, valet abſolutio parte non cita-
ta, vt d. § vbi autem. nam hoc caſu habet iuriſdictionem un-
de tenet abſolutio ab excommunicatione parte non citata
ſicut teneret abſolutio facta ab excõmunicatore parte non
citata, quia militãt eædem rationes, & eadem ratione dicas
quod ſi fieret abſolutio parte non citata a iudice qui poteſt
adiri per viam querelæ, quod valeret de quo in ca. j. ſupra de
off. leg. probatur in d. § ubi autem.

Tertius caſus eſt, quando ſuperior vult reuocare ſenten-
tiam tanquam iniuſtam, vel denũciare eam nullam, & hoc
non poteſt facere, niſi partibus vocatis, ut dict. in cap. Roma-
na § ſententias, eod. titulo. in vj. & ibi hoc tenet Io. Andr. &
Do. Dom. & dom. Abb hic. & ratio eſt, ſecundum eum, quia
talis reuocatio, ſeu declaratio eſt quaſi diffinitiua pronun-
tiatio ſuper excommunicatione, & actus iudicialis, nec cõ-
petit poteſtas iudici ad quem ſuper tali pronunciatione, niſi
ſi prius cauſam examinauerit.

Aduerte tamẽ, quia licet verum dicat D. Abb, quod non
valet

valet reuocatio ſententiæ excommunicationis, vel declara
tio nullitatis eius, niſi partibus citatis. hoc tamen nõ eſt ex
ea ratione, quod ſit actus iudicialis, ſed quia habet vim diffi-
nitiuæ pronunciationis ſuper ipſa appellatione interpoſita
a ſententia excommunicationis. nam excommunicatio iu-
dicialis lata die feriata etiam in honorem Dei valet, ut dicit
Fed. de Sen. conſilio ſuo 31. vnde eadẽ ratione, & fortius de-
bet valere abſolutio iudicialis facta die feriato in honorem
Dei, in quo pars non poteſt citari, vt in c. ſi ſupra de ferijs, &
in l. dies feſtos. C. de ferijs, & ſic debet valere abſolutio indi-
cialis, quæ eſt fauorabilior parte non citata. Melior eſt ergo
ratio, quod non valeat reuocatio ſententiæ excommunica-
tionis, vel declaratio nullitatis eius, quia habet vim pronun
ciationis ſuper appellatione interpoſita a ſententia excom-
municationis, quæ nõ poteſt fieri, niſi cauſa cognita, & par-
tibus vocatis. Et ex his infert dom. Abb. ad quæſtionem quo
36 tidianam, ſcilicet nunquid valeat † abſolutio a iuramento
præſtito ſuper aliquo contractu facta ab epiſcopo parte nõ
vocata. & dom. Abb. hic dicit, quod But. in c. debitores, ẽ. de
iureiuran. tenet, quod ſic arguendo per ſimile ab abſolutio-
ne facta ab excommunicatione parte non vocata: ſed dom.
Abb. diſtinguit, quod aut eſt certum, iuramentum eſſe licitũ
ex parte recipientis, puta ſi in inſtrumento eſſet expreſſum
iuramentum de ſoluendis vſuris, vel in eo contineretur ali-
quis contractus temporis, ſeu continens pactum ex parte re
cipientis iuramentum, & tunc procederet dictum Butr. quia
hoc caſu clarum eſt, epiſcopum eſſe iudicem in abſoluendo.
allegat nota per Inn. in d. c. debitores. Aut contractus ſuper
quo fuit præſtitum iuramentum, nullam iniquitatem conti
net in ſui ſerie, licet allegetur per partem, quæ petit abſolu-
tionem a iuramento, & hoc caſu ſecundum eum non tenet
abſolutio parte non citata, quia regulariter, nec epiſcopus,
nec etiam Papa poteſt abſoluere a licito iuramento alteri p̃-
ſtito, vt no. Inno. in c. cum inter. P. de renun. & gl. ordinaria,
in c. quanto. de iureiur. & ibi plene dixi. non eſt ergo epiſco-
pus iudex in omnem euentum, & ſic antequam conſtet iu-
ramentum eſſe illicitum, non poteſt abſoluere, non poteſt
autem conſtare, niſi parte vocata, vt in c. cum ex literis. de re
ſtitu. in integrum, & in l. ſi. C. ſi per vim, vel alio modo, & ſub
dit dom. Abb. quod etiam ſi iuramentum eſſet illicite rece-
ptum, ex quo tamen hoc non conſtat non tenet talis abſo-
lutio, quia ignorat id quod eſt fundamentum ſuæ iuriſdi-
ctionis, allegat l. quæro. ff. de eo, qui pro tutore, & notabilẽ
theoricam Bar. in l. multum. ff. de cond. & demon. & in l. ſi fi
nita. §. Iulia ff. de dam. infec. & in l. 2. ff. de iud. & de iſto articu
lo, ſcilicet an valeat abſolutio a iuramento parte non citata, vide
dom. Abb. qui latius loquitur in c. j. de iureiur. de quo etiam
tangit in c. cum contingat eodem titulo ſed ego dixi in c. de
bitores. & reuertendo ad propoſitum concludẽdo prædicta
duæ ſunt regulæ. prima eſt, an iudex in abſolutione ab excõ
municatione debeat partem citare. Secunda eſt an valeat
abſolutio ab excommunicatione parte non citata. & circa
37 primam regulam, dic quod † iudex antequam abſoluat ex-
communicatum, debet citare aduerſarium, & hoc procedit
etiam in abſolutione ad cautelam, vt dicit Hoſt. & Ioan. An.
in c. ſolet. de ſenten. excomm. in vj. hoc autem recipit tres li-
mitationes. prima eſt, quando periculum eſt in mora ſi pars
deberet citari, & expectari, vt in c. venerabili infra de ſent. ex
comm. notat Ioan. And. in d. c. ſolet. Secundo fallit, quando
excommunicatio eſſet lata ex officio, & non ad inſtantiam
partis, vt dicit gl. in cap. excommunicatos xi. quæſt. 3. Tertia
limitatio eſt, quando quis eſt excommunicatus pro offenſa
dubia, vel pro contumacia dubia, tunc enim poſſet abſolui
parte non citata, recepta cautione de ſtando iuri, & de refi-
ciendis expenſis aduerſario aliter non citato. & hoc tenet
Pet. de Anchar. & Do. Dom. in d. cap. Romana §. ſententias.
eod. titu. in vj.

Ex quo infertur, quod dum Doct. dicunt, quod pars debet
citari in abſolutione ab excommunicatione, ſunt intelligẽ-
di in caſu, quando quis eſt excommunicatus, vel allegat eſ-
ſe excommunicatus pro manifeſta offenſa, vel pro manife
ſta contumacia, ſecus ſi conſtat excommunicationem eſſe
latam pro dubia offenſa, vel pro dubia contumacia, quia tũc
38 poteſt licite fieri abſolutio † parte non citata, recepta cau-
tione de ſtando iuri, & de reficiendis expenſis, & iſtam limi-
tationem tenent. Circa ſecundam regulam, ſcilicet, an va-
leat abſolutio parte non citata, & regula eſt, quod ſic, vt
dicto § vbi autem. Sed hæc ſecunda recipit ſimiliter tres li-
mitationes.

Prima eſt, quando datur defectus iuriſdictionis. & hoc p-
batur in dicto §. vbi autem, iuncta gl. in verbo, competit.

Secunda limitatio eſt, quando iudex reuocat ſententiam
excommunicationis, vel eam denunciat nullam, quia talis
reuocatio, & denunciatio, non valet, niſi cauſa cognita, &
partibus vocatis, vt d. ca. Romana. §. ſententias, eodem titu-
lo, in ſexto.

Tertia limitatio eſt, quando fit abſolutio ab excommuni
catione contra formam reſcripti, vel cõtra formam datam
ab homine, quia tunc talis abſolutio eſt ipſo iure nulla, vt in
c. Piſanis. de reſtitu. ſpol. in ver. in irritum reuocamus, & ibi
39 hoc tenet Ioan. And. & Doc. dicentes, quod vbicunque † de-
legatus non ſeruat formam commiſſionis ſibi factam, non
tenet abſolutio ab excommunicatione & hoc bene no. gl.
licet abſolutio ab excommunicatione facta cõtra formam
iuris teneat, vt dicto §. vbi autem, ſecus in abſolutione facta
contra formam datam ab homine, vt dicunt Ioan. Andr. &
Doct. in dicto c. Piſanis, & eadem ratione dicit ibi do. Abb.
in 3. colum. quod excommunicatio lata contra formam da
tam ab homine eſt ipſo iure nulla. Optime facit, quod no.
Inn. in c. j. de conceſſ. præben. in vj & quod notant Docto. in
cap. ſi. de præben. vide etiam glo. no. in cle. j. in glo. magna. de
offi. deleg. quæ dicit, quod ſi clauſulæ in reſcripto ſapiunt cõ
ditionem, non valet excommunicatio lata per executorem
antequam clauſulæ ſint purificatæ, tanquam lata contra
formam reſcripti, vt d. c. Piſanis. & in c. cum dilecta. de reſcri
ptis. dicit tamen dom. Abb. in dicto cap. Piſanis quod ſi alias
habenti poteſtatem abſoluendi, vel excommunicandi man
detur a ſuperiore, quod aliquem excommunicet, vel abſol-
uat ſeruata certa forma, quod tenet excommunicatio, vel
abſolutio non ſeruata illa forma, quia nõ datur defectus iu-
riſdictionis, ex quo eſt facta commiſſio habenti alias pote-
ſtatem. facit optime, quod no. gl. no. in cle. j. in verbo, inhibẽ
tes, de iurepatr. Sed tamen dictum dom. Abb. eſt intelligen-
dum, quando ſuperior excitauit iuriſdictionem inferioris or
dinarii, iuxta nota. in cap. licet. in corrigendis, de offic. ordin.
Secus ſi eius iuriſdictio eſſet a ſuperiore alterata, ut quia fe-
ciſſet eum delegatum, tunc enim non valeret illud, quod a-
gitur non ſeruata forma data ab homine etiam ſi in forma
data ab homine contineatur forma data a iure, vt in d. c. Pi-
ſanis. & in c. cum dilecta. de reſcriptis vbi eſt bo. tex. & hoc te
net Ioan. de Imo. in d. cap. Piſanis. ſed ego puto, hoc uerum,
quando abſolueret auctoritate delegata, ſecus ſi abſolueret
auctoritate ordinaria, quia tunc ualeret abſolutio, non ſer-
uata forma data a delegante, non enim per delegationem
amittit poteſtatem ordinariam, ſed poteſt uti utraque uel al
tera, qua vult, ut dicit Inno. Io. And. & dom. Abb. in c. cum
ex officii, de præſcrip. licet Bu. ibi aliter dicat.

40 Et aduerte, quia non ſolum † actus redditur nullus, quan
do actus geritur expreſſe contra formam p̃dãtã, ſed etiam
quando ad plenum non adimpletur mandatum, vt dicit gl.
in d. clem. j. de iure patro. nam quando datur certa forma ad
actum, paria ſunt agere contra formam, vel præter formam,
vt eſt tex. not. cum glo. in cap. ſi cui, de electio. in 6. & in cap.
prouida, eod. titu. & lib. & hæc tene menti, quia ex ipſis ha-
bes. nunquid ſi Papa, vel legatus, vel inferior committat alic
ui poteſtatem abſoluendi, vel excommunicandi, teneat ex-
communicatio, vel abſolutio non ſeruata forma.

Sed de vno dubitatur, quia ſæpe in iure exprimitur, quod
41 nullatenus quis abſoluatur, niſi † ſeruata tali forma, puta ni
ſi prius ſatis fecerit, prout loquitur tex. in cap. fina. de offic.
deleg. in 6. & in cap. quoniam, in fi. de immun. eccleſ. eodem
libro. & in cap. quamquam. in fi. de cenſi. libro 6. & in capit.
quicunque. in princ. de hæret. eod. lib. & in clem. 1. de ſequeſt.
poſſeſſ. & fruc. & in clemen. 1. de ſepult. & multa ſimilia iura
poſſent ad hoc allegari, vnde quæritur nunquid in his caſi-
bus valeat abſolutio non ſeruata forma tradita a iure. ſed
de hoc vide glo. not. in dicta clemen. prima, in verbo, nulla-
tenus, de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruc. quæ videtur velle, quod ab-
ſolutio facta contra formam datam a iure per talia uerba te
neat, ſecus dicit, ſi forma data ſit ab homine, & remittit ſe
ad ea, quæ dixit in clem. in uerbo, inhibentes, de iure patro.
ubi glo. tractat, an & quando facta contra inhibitionem iu
ris ualeant. & concludit, quod ſi imponitur a iure aliquid
faciendum ab ordinario, ſuper quo alias habet iuriſdictio-
nem, licet a iure tradatur certus ordo, uel modus, ualeãt ge
ſta contra inhibitionem iuris, dummodo talis prohibitio
non habeat clauſulam decreti, ubi ordinarius reciperet po-
teſtatem, uel iuriſdictionem ad illud faciendum ab ipſa le-
ge: tunc enim geſta contra inhibitionem iuris, eſſent ipſo iu
re nulla, ſi non ſeruetur modus, uel ordo a iure traditus. ra-
tio eſt, quia tunc deficit iuriſdictio, quæ limitate fuit tradi-
ta, ita dicit ſingulariter glo. prædicta. cum ergo in caſu no-
ſtro epiſcopus alias habeat poteſtatem abſoluendi in ſupra
dictis caſibus, vt in cap. nuper, de ſenten. excomm. licet in iu-
re ſit expreſſum, quod nullatenus fiat abſolutio citra ſatiſfa-
ctionem, tamen abſolutio facta contra inhibitionem iuris

ſine

ne decreto erit valida, & hoc etiam tenet Io. Andr. & Do.
Dom. in d. ca. quoniam. de immu eccle in vj & hoc ſequitur
etiam Io. de Imo in d. cle. j. ſuper glo præall. in verbo, nulla-
tenus de ſequeſt poſſ. & fruc & dom. Cardi. ibi in vj quæſtio.
Sed in contrarium fortiter facit ca. Romana §. in uniuerſita-
tem. de ſent excom in vj. vbi ille §. penitus. prohibet ſenten-
tiam excommunicationis ferri contra uniuerſitatem, & ibi
Hoſt Ioan. And. & Dom. Dom. & communiter Doc. tenent
ꝙ excommunicatio ſit nulla propter dictionem penitus, ibi
poſitam, quæ eſt excluſiua poteſtatis ipſo iure, & ad hoc al-
legat Ioan. And. tex. in Auth. de alienatione emphyteuſis.
§. Sanctiſſimas, & idem dicit Ioan. Aud. in c. j de poſtu. præl.
in vj. quæ verba ſunt bene notanda. ex quibus habes, quod
42 † probibitio iuris, vel ſtatuti facta cum dictione penitus, im-
portat nullitatem ipſo iure abſque alio decreto, & pro hoc
ego allego tex. cum glo. ſi in l. ſi qui C. de poſtulando. vbi pa
tet, quod verbum penitus, etiam iuncto verbo futuri tempo-
ris importat idem, quod ipſo iure, & ſic canonem latæ ſentē
tiæ. ſed dic, ꝙ non obſtantibus huiuſmodi uerbis abſolutio
facta per habentem alias poteſtatem, valet, & pro hoc facit
gl nota in c. j. in verbo, tenent, de offi. ord. in vj quæ dicit, ꝙ
eſt ſpeciale in ſententia cenſuræ, ꝙ valeant, licet a iure fieri
prohibeantur. vnde idem dicendum eſt, & fortius de abſolu
tione, quæ eſt fauorabilior, quàm excommunicatio. non
obſtat. §. in Vniuerſitatem, ſ. allegatus, quia ideo ibi excom-
municatio eſt nulla, quia vniuerſitas, vel collegium non ha-
bet animam, & ſic nō eſt capax excommunicationis, & hoc
tenuit glo. vij. quæſt. j. c. denique, licet glo. in dicto § in Vniuer
ſitatem, aliud dixerit, & male, & communiter reprobatur.
43 Aduerte tamen inquantum dixi, ꝙ clauſula † decreti vi-
tiat, ſeu irritat factum contra prohibitionem, nam hoc fal-
lit in his in quibus imprimitur character. nam ſi prohibetur
aliquem ordinari, nō ſeruata certa forma. cum clauſula de-
creti, ꝙ ſi contra fiat ſit irritum, & inane, & nullius firmita-
tis, nihilominus imprimitur caracter, licet non habeat exe-
cutionem ordinis, de quo uide glo. no. in c. prouida, in uer-
bo, firmitatis, de elect. in vj & in clem. in pleriſque, in uerbo,
vel aliud, de elec. & aliam gl. ſingularem, in clem. j in verbo,
irritum. de regula quæ dicit, quod illa, quæ pertinent ad offi-
cium curę, vt baptizare, & eucharistiam dare, & ſimile. item
quæ conſiſtunt in facto, ſicut prædicare, non cadunt ſub de-
creto, ideſt non poſſunt irritari per clauſulam decreti, quia
nequeunt non fuiſſe, & hanc gl. tenebis menti.
44 ¶ In glo. j. Hoſt. ex hoc infert, quod ſi priuilegiatus † delin-
quit poteſt ſibi iuſtitia denegari, vt in cap. nuper. in fi. de de-
ci. ſed do. Abb. dicit hoc dictum intelligendum, quando pri-
uilegiatus delinquit contra ſubditum alicuius iudicis, non
vult ſatisfacere, & poſtea ſibi petenti iuſtitia debeat denegari
niſi prius ſatisfaciat, & dicit dom. Abb iſtum eſſe exquæſitū
modum procedendi contra exemptos, & dicit, quod hoc di
ctum procedit, quando debitum, cui non vult ſatisfacere eſt
liquidum, alias non, & hoc eſt bene notandum cōtra exem-
45 ptos maximè † religioſos, qui nolunt creditoribus ſuis ſolue
re, & cum conueniuntur coram ordinariis dicunt ſe exem-
ptos. nam facta fide ordinario, quod ſint debitores, debet eis
denegare audientiam, ſi nolunt aliquem conuenire coram
ipſis ordinariis, niſi prius ſatisfaciāt ſuis creditoribus, & ideo
tene hoc menti. An autem liceat retinere ſibi rem, quam de
tinet, vel æquipollentem. vide in lib. de reſti. ſub titu. de reſti.
bellantium. § vlt. & quæ notantur per Doc. in c. cum olim.
ī. de reſt. ſpo. & adde, ꝙ no. li. de reſt ſub rubr. de famulo fur-
46 tum faciente. vbi quæritur, an † famulus, qui fideliter ſerui-
uit dño ſuo, cui non fuit ſatisfactum, poſſit auferre rem æq-
ualentem mercedi ſui. & concludit, ꝙ ſic, ſed vī idem no. p
Inno. in d. c. cū olim. & ad hoc Exo. 3. in fi. vbi pręcepit Deus
Iſraelitis, ut auferrent ēi vaſa argētea, & precioſa ægyptiis, &
aufugerent, & hoc in recompēſation. damnorū paſſorū, vt
dicit ibi gl. in gl. ij. dic, ꝙ ɔ̃tria procedunt in iudiciis ſeculari-
bus. ſed iudicia eccleſiaſtica pñt exerceri in eccleſia, ut dicit
gl. in c. præceptum. 2. q. 2. & eſt tex. cum gl. in d. c. decet. de im-
mu ecc. in vj. & tenet ēt Bar in l. nemo. C. de ſacroſ. eccl. In gl.
3. in fi. dic, ꝙ gl. non bene dicit inquantum exigit conſenſum
capituli in confirmationib. electionum, & cōiter per doc. re-
probatur, quia iura allegata in gl. ſolum exigunt conſilium,
& non conſenſum, & inter hæc eſt magna dña, vt in ca. j. ne
ſe. vac in vj. & in c. cum in veteri. de ele ſufficit ergo epo hēre
conſilium capituli, nec tenet̃ eps cōſentium ſequi, & hodie
47 valet † conſuetudo, ꝙ eps, vel alius prælatus, non teneatur
requirere conſilium capituli, vt eſt tex. in c. 3. de conſue in 6.
48 Qualis autem cauſæ cognitio requiratur hodie † in cōfirma
tionibus electionum, dic ut in c. fi. de elect. in vj. hodie in cō-
firmationib. electionū, dic ut in c. fi. de elec. in 6. In gl. in uer-
49 bo, decedat, no. tres rationes quare † abſolutio pōt fieri a
iudice a quo, non obſtante appellatione aduerſarij. Prima ra
tio eſt, quia ſpeciale eſt in ſententia excōicationis, quia pp
peccatum ſtatuetur ne decedat in excōicatione. Secunda ra-
tio eſt, quia in his quæ non accipiunt dilationem, no admit-
50 titur appellatio. † vt pura, quia res eſt tempore peritura mul
ta exempla patent in l. fi. ff. de ap. non reci. & nota illam ſecū
dam rationem, ex qua habes, ꝙ in oī caſu, in quo periculum
eſt in mora, non admittitur appellatio, nec eſt ei deferēdū,
& multa exempla, ſ. quando res eſt tempore peritura, patent
in l. ſi ff. de app. non reci & in aliis iuribus alle in gl. & de hoc
vide in Spe. eo tit § in quibus. ver. 8. Tertia ratio eſt magis ge-
neralis, nam ideo iudex a quo, poteſt abſoluere excōicatum
quia nil deperit aduerſario per hāc abſolutionem, cum cau
tum ſibi ſit per receptionem cautionis, & excōicato prodeſt
ne interim vitetur, vel moriatur. & ex hac tertia ratione no.
51 ꝙ iudex † a quo poteſt facere oē, id quod tendit in faciliorē
exitum appellationis, & dicit do. Abb hanc particulam glo.
iuncto tex. tenendam menti de quo plene dixi ſ. eo. cum te-
neamur. Nota tamen dno ex glo. primo ex fi. ꝙ aliquis non
52 debet † ɔ̃dicere illi, ꝙ ſibi non nocet, & alteri prodeſt, iuxta
illud, quod mihi prodeſt, & mihi non nocet, libenter facere
debes. vnde dixit gl. j. di. c. ij. in verbo, fas eſt, quæ incipit, ideſt
æquum, ꝙ vbi aliquid mihi prodeſt, & tibi non nocet, æquū
eſt, ut mihi nō prohibeas, licet ius mihi deficiat, ut ff. de aqua
plu. arc. l. ij. §. item Varus ſed in ɔ̃trarium. facit illud, quod not.
gl. notabilis, quæ ſemper allegatur in l. cum ſeruus in gl. fi. ff.
53 de cond. ob cauſam, quæ dicit, ꝙ quis ſatis dicitur † lucrari
qui voluntatem ſuam adimplet, & ſic econuerſo dicitur dā
num pati, quādo ei auſertur ei, quod ſibi placet, ut in l. Pau-
lus reſpondit creditorem. ff. de ſol. vnde ego ſic dicerem, ꝙ
aut loquimur quo ad honeſtatem, & ſecundum legem diui-
nam, per quam, cuilibet præcipitur proximum diligere,
ſicut ſe ipſum, & ſecundum illam l tenetur ad illud, quod ſi-
bi non nocet, & prodeſt alteri, quia aut loquimur ſm legē
humanam, & tunc ſi proximus tractat de lucro quęrendo
non autem de damno vitando, & hoc caſu non tenetur, nec
ad hoc poteſt compelli, quia diceretur pati damnum, ex quo
facit ɔ̃ voluntatem ſuam, & hoc modo procedit gl in d. l cū
ſeruus. ff. de con. in. ob cauſ & d. l. Paulus. rñdit creditorem ff.
de ſolu. Aut aduerſarius pateretur damnum, & tunc ex quo
ſibi nihil nocet, tenetur ſubuenire proximo, ne patiatur dā-
num, & pro hoc facit ille tex. & quod notat iſta gl. in fi. & ꝓ
hoc facit, quod not. Arch. & Dom. Dom. in c. ij. j. diſt. ubi di-
cunt, quod ubi ſubeſt cauſa neceſſaria, quis poteſt tranſire ꝑ
agrum alienum etiam domino non conſentiente, ſi per trā
ſitum non lęditur ager, ſicut faciebat populus Iſrael, quādo
iuſta bella gerebat, quia tunc tranſitus per agrum alienum
debebat eſſe liber.
54 Secundo nota ex gl in prin. ꝙ homo citius † moritur pro
pter peccatum. vide gl. ſimilem 11. q. 3. cpi, in gl fi. & dicit hic
Bal ꝙ ſi quis vult habere ſalutem corporis, prius debet quæ-
55 rere ſalutem aīæ, † quia anima adiuuat corpus non e ɔ̃, & al
legat gl. ſuper illo pſalmo, vbi dr̄, & erunt dies illorum anni
ſeptuaginta. nam gl. ibi dicit, ꝙ abbreuiati ſunt dies mali ꝓ-
pter peccatum. allegat ēt Ariſt dicentem, ꝙ magnū eſſet ma
lum, ſi malus exiſtens immortalitatem promereretur, quaſi
dicat, ꝙ malus homo ſemper male facit, & ſi longo tpe viue
ret, tanto magis mala multiplicarentur. dic tamen, ꝙ Deus
56 non ſine ratione creauit † hoīes malos, nec ēt ſine rōne ſu-
ſtinet eos in vita, quia magnum fructum Deus capit ex ho-
minib. malis, vt dicit Aug. in li. 11. de ciui. Dei, ca. 18. vbi dicit,
ꝙ Deus non creaſſet vllum Angelorum, vel hominum, quē
malum futurum eſſe præſciſſet, niſi pariter noſſet quibus eo
rum bonorum vſibus commodaret, & in c. præcedenti. dic c
57 quod ſicut † Deus bonarum naturarum optimus eſt crea-
tor, ita malarum voluntatum eſt iuſtiſſimus ordinator, ut
cum male illi utuntur naturis bonis, ipſe bene vtatur etiam
volūtatibus malis. vnde dicit canon, tu bonus tolera malū.
23. quæſtio. quarta. tu bonis & iterum, ferrum quippe mē-
tis noſtræ ad acumen non poteſt peruenire veritatis, niſi
hoc alterius eraſerit lima prauitatis, ideſt proſecutio malo-
rum, ſeptima, quæſtione prima. §. cum autem, & de hoc, ſci-
licet, quare Deus creauerit malos, vel diabolum, vide magi-
ſtrum ſententiarum, libro ſecundo, diſtinct. tertia, cap idem-
que Auguſtinus, & vigeſimaſecunda diſtinct. in prin. vbi pul
chre loquitur. vide etiam Hieron. in prologo Abachnepro-
phetę. vbi declarat rationē, quare Deus det poteſtatem ma
lis, vel infidelibus ſuper bonos. & inquantum dicit glo. quod
58 Deus aufert bonos † de hac vita, ne malitia mutet eorum in
tellectum, de quo ēt loquitur tex. in c. ſi ex bo. de pę. diſt. 4 dic
ꝙ hæc verba originaliter habentur Sapientię 4. c. ubi tex ſic
loquitur, Iuſtus autem ſi morte pręoccupatus fuerit in refri-
gerio erit: ſenectus enim venerabilis eſt non diuturna, neq;

numero annor.computata.Cani aũt ſunt ſenſus hominis & ætas ſenectutis vita immaculata, & deinde ſubdit placens Deo factus dilectus.& viuens inter peccatores trãſlatus eſt, raptus eſt, ne malitia mutaret intellectũ eius,aut ne fictio malitiæ deciperet aĩam illius. & no. bene iſta verba qa ſunt pulchra.& notanda & no. etiam,dum dicit,quod Deus auferet de medio iuſtum,quando viuit inter peccatores ne propter conuerſationẽ eorum corrumpatur,& ideo debent cauere iuſti magnam conuerſationem malorum,quia periculum eſt,ne peruertantur, iuxta pſalmi. Cum ſancto ſanctus eris,& cum peruerſo peruerteris ¶ In glo.in uerbo, cautione,dom. Abb dicit illam glo ſemper notandam,ex qua habetur regula,& unus caſus exceptus a regula. Regula enim eſt, vt abſolutio ab excommunicatione, fiat cum cautione iuratoria,ideſt quod abſoluendus ab excommunicatione, iuret ſtare mandatis eccleſiæ ſuper illa excommunicatione. caſus autem exceptus a regula eſt, quãdo aliquis excommunicatur,quia noluit parere iuri,ideſt quando excommunicatio eſt lata pro contumacia iudiciali, quia tunc non debet abſolui,niſi præſtita ſufficienti cautione.i.datis fideiuſſorib. uel pignoribus.& dicit dom. Abb quod licet Doct.hic communiter tranſeant cum iſta gl tamen in c. ex parte.j. de uer. ſign. plene diſtinguunt ſed quantum ad caſum hic exceptũ, dicit quod putat glo.bene dicere,cum hic verſetur intereſſe partis, & excommunicatio tunc habeat uim cuiuſdam immiſſionis in poſſeſſ vt in c.quoniam frequenter.in fi.ut li.nõ cont.vnde ſicut immiſſio,niſi præſtita cautione fideiuſſoria, vel pignoratiua,ut in auth & qui iurat.C.de bo.auc iud poſ. & in c.j.de ſequeſt.poſſ & fruc.ita nec excommunicatio de

59 bet relaxari,niſi præſtita tali cautione ita † cautio de iudicio ſiſti eſt peremptoria ut in l.a ff.de præto.ſtipu. & regulariter omnes cautiones prætoriæ debent eſſe ſufficiẽtes, ideſt cum fideiuſſoribus.vel pignoribus,ut in l.j ff.de præto.ſtip.& addit dom. Abb alium caſum exceptum a regula: nam vbicunque timetur,ne abſoluendus veniat contra iuramentum, nõ ſuf

60 ficit † iuratoria cautio,ſed requiritur cautio idonea.ſ. cum fideiuſſoribus,vel pignoribus ita dicunt Doct.in c fi. ſ. de reſti ſp.vl.& in c.j de dolo,& contuma.in vj. immo ſi eſſet uerisimile,quod non ſerua et defendum, vt in ca.clericos.j. de cohab cler.& mulie de quo dixi ſ.eo.quæſtioni, ſuper gl. penult. Addit tertium caſum,in quo non ſufficit cautio,etiã cum fideiuſſore,uel pignore,nam excõmunicatus pro manifeſta offenſa,vel pro manifeſta cõtumacia, regulariter nõ debet abſolui,niſi primo ſatisfaciat,vt in d.c.ex parte.de verborum ſignifi.& in ca venerabilibus.§.ſecus. de ſent.excom. main in ſexto.

61 ¶ In glo penulti dic, quod † Archiepiſcopus non poteſt adiri per ſimplicem querelam,ſed neceſſarium eſt, ut ad eũ appelletur,ut in c. venerabilibus de ſent.excom.in vj. ſed legatus poteſt adiri per ſimplicem querelam, ut in c.j. de offi. deleg.item ſi prælatus ſubditus epiſcopo aliquem excommunicat,qui eſt eodem modo ſubditus epiſcopi,poteſt excommunicatus adire epiſcopum per ſimplicem querelam, ut in c cum ab eccleſiarum.de offic.ordin.Sed extra gl.quæro,a n

62 † excipiens,quod excommunicatus non abſoluatur,niſi primo ſoluat expenſas,vel niſi primo ſatisfaciat de offenſa poſſit repelli per exceptionem excommunicationis.& videtur, quod ſic,quia excommunicato petẽti reſtitutionem obſtat exceptio excommunicationis,vt dicit gl.no. in c. ex inſinuatione,in gl penul. & idem dicit gl.23.diſt.in nomine domini. in verbo,audientia,in fi. ſed in contrarium eſt ueritas, quia excipiens de ſatiſfactione, non venit vt actor, ſed per uiam

63 † exceptionis, quæ eſt permiſſa excommunicato, ut in cap. cum inter ſ.de excep.& hoc maxime procedit,quia refectio expenſarum fit officio iudicis,ut no. Inno.j.eo. ſæpe. & ideo iudex poterit ſupplere pro excõmunicato, & hoc tenet Ioã.

64 de Imo hic in fi. An autem † excommunicatus audiatur petendo reuocationem tenutæ, ſeu immiſſionis factæ in bonis ſuis.vide per Bar in l de pupillo.§ qui remiſſionem.ff de ope. no.nun. & per Doct in c j.de reſcriptis in vj de quo plene dixi in d.c.cum inter,ſ de excep. & iſta ſufficiant in iſto ca. ſequitur c.repræhenſibilis.

S V M M A R I V M.

1 *Subditi non debent excommunicari,vel ſuſpendi, niſi præmiſſa canonica monitione.*
2 *Regulares a correctione diſciplinæ non appellant.*
3 *Terminus appellanti eſt ſtatuendus.*
4 *Appellans,non proſequendo in termino in expenſis punitur.*
5 *Sententia excommunicationis,ſine canonica monitione,non eſt ferenda.*
6 *Suſpenſio non eſt ferenda,niſi præmiſſa canonica monitione.*
7 *Admonitio,non requiratur in ſuſpenſione,vel interdicto, niſi quando pro contumacia ferantur.*
8 *Excommunicatio dicitur eſſe medicinalis.*
9 *Suſpenſio.& interdictum poſſunt ferri in pœnam delicti.*
10 *Iudex poteſt augere pœnam a iure determinatam ex cauſa.*
11 *Prælati regulares,ſine cauſa atque admonitione excommunicantes eandem incurrunt pœnam,quam prælati ſeculares incurrunt.*
12 *Appellatio non datur a correctione,ſeu diſciplina eccleſiaſtica.*
13 *Appellationem non proſequens, licet fruſtratoria ſit, in expenſis punitur.*
14 *Inopia excuſat a condemnatione expenſarum.*
15 *Inopia eſt etiam,quædam ſpecies defenſionis.*
16 *Abbas non poteſt punire monachum abſque conſenſu capituli.*
17 *Abbas ſolus poteſt infligere pœnam impoſitam per ſtatuta per Abbatem,& conuentum.*
18 *Remedium contra prælatos ſeueros eſt appellare.*
19 *Monitio canonica qualis eſſe debeat,& requiratur.*
20 *Irregularis a Papa ſolum abſoluitur.*
21 *Excommunicatio,an valeat ſine citatione.*
22 *Condemnatio in expenſis, a quo iudice fieri debeat.*
23 *Iudex appellationis,quando poſſit condemnare in expenſis.*
24 *Iudex pronuncians ſe incompetentem poteſt in expenſis partem condemnare.*
25 *Iudex ad quem ex interuallo etiam in expenſis poſt pronunciationem poteſt condemnare.*
26 *Iudex ad quem,quando pronunciare non poſſit.*
27 *Iudex ad quem,an poſſit pronunciare appellationem eſſe deſertam,& impedire iudicem a quo,ne exequatur interim ſententiam.*
28 *Iudex ad quem,ſuper deſerta appellatione qualiter pronunciare poſſit.*
29 *Delegatus ad cauſam appellationis,an poſſit eo affirmare ſententiam,licet certum ſit appellationem eſſe deſertam.*
30 *Abſolutio ab obſeruatione iudicij tunc fieri debet appellato,quando deſerta eſt appellatio.*
31 *Appellatus appellatione deſerta poteſt petere attentata reuocari.*
32 *Delegatus poteſt impetrari ſuper articulo deſertionis.*
33 *Iudex ad quem,in appellatione etiam friuola condemnat appellantem in expenſis.*
34 *Iudex ad quem,non poteſt condemnare in expenſis,licet cauſa ſit deſerta ſi cauſa coram eo nunquam fuit introducta.*
35 *Deſertionem appellationis,nec iudex ad quem, nec iudex a quo, cognoſcunt,ſed potius alius.*
36 *Delegatus iudex cognoſcit de deſertione appellationis abſque noua commiſſione.*
37 *Cognitio deſertionis appellationis ante omnia requiritur.*
38 *Exceptiones præiudiciales,poſſunt a iudice reſeruari, ſi requirant altiorem indaginem.*
39 *Contumax,ſeu temere litigans, ſi non habet, vnde ſoluat,debet luere in corpus ad arbitrium iudicis.*
40 *Pœna corporalis,non infligitur conuento ex contractu,nam cedendo bonis liberatur.*
41 *Contumacia,uel calumnia, ſunt delicta non contractus.*
42 *Non ſoluendo,quando ad pinguiorem fortunam perueniendo teneatur.*
43 *Cautela pro eo qui criminaliter eſt puniendus pœna pecuniaria,et non eſt ſoluenda.*
44 *Inopia eſt cauſa remiſſionis pœnæ,& liberationis.*
45 *Clerici ſeculares,an dicantur habere proprium,ita ut poſſint ſoluere condemnationem expenſarum.*
46 *Epiſcopus propter felloniam amittit feudum in vita ſua.*
47 *Clerici,licet habeant vſum,non tamen efficiunt fructus ſuos.*
48 *Bona clericorum diſtinguuntur in patrimonialia,& beneficialia.*
49 *Clericus,an poſſit incarcerari.*
50 *Clericus condemnatus in expenſis perſoluet illas ſi habet bona patrimonialia.*
51 *Condemnatio clerici,non debet nocere eccleſiæ,& ſibi debitis.*
52 *Clericus condemnari poteſt,dummodo non compellatur mendicare.*
53 *Viuere commode,& abſque penuria,differunt.*
54 *Clericus,quando pro debito ciuili poſſit incarcerari.*
55 *Clerico litigante pro eccleſia qualiter fiat condemnatio.*
56 *Tutor inſtituens litem calumnioſam de ſuo ſoluit expenſas, licet nomine pupilli egerit.*
57 *Fatalibus appellationis elapſis nullo proſequente appellationem,an appellans ſit in expenſis condemnandus.*
58 *Expenſæ,aut ſoluantur ratione contumaciæ,aut ratione victoriæ.*
59 *Appellans teneatur proſequi appellationem,non appellatus.*

C A P. XXVI.

Repræhenſibilis. Non debent prælati ſuſpendere,vel ex
1 cõicare † ſubditos, niſi præmiſſa canonica mo
2 nitione. hoc primo. Et ſubditi præcipue † regulares a diſciplinæ correctione appellare non poſſunt. hoc ſe
3 cundo.& appellanti dẽt ſtatui † terminus ad pſequendũ. j. qm ſi nõ pſeqt appellatio eſt deſerta, & iudex a quo libere
procedet

4 procedet hoc tertio. Et † appellans ſi non proſequitur ſ. ter
minum appellato pſequente condemnatur in expenſis. hoc
dicit quarto, & vltimo, & habet quinq; dicta ſecundum ibi,
nec ſubiecti. tertiū ibi, ſi vero quiſquam. quartum ibi, ſi au-
tem in quocunque. quintum ibi, præcipue vero.
Nota primo ex tex. regulam generalem, quod ſententia
5 excommunicationis, vel ſuſpenſionis, nunquam eſt ferenda
ab homine pro delicto, vel alio caſu, ſed ſolum pro cōtuma
cia in non parendo, & hoc no. gl. in cap. nemo. & in c. epī. xj.
q. 3. de quo dixi in c. præcedenti. Amplius probat ille text. ꝙ
6 etiam † ſuſpenſio non eſt ferenda, niſi canonica monitio-
ne præmiſſa. & ſic niſi præcedat contumacia, & vide text. in
c. j. inncto §. & hæc eadem. de ſent. excomm. in vj. vbi dicitur
ꝙ excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum, debent ferri
in ſcriptis, & expreſſa legitima cauſa, & quantum ad propoſi
tum vide meliorem tex. in c. ſtatutum eo. tit. & lib. vbi patet,
ꝙ ſuſpenſio, & interdictum æquiparantur in hoc excommu
nicationi, ſ. vt in eis debeat procedere monitio quemadmo-
dum in excommunicatione ſed Inn. in c. j. ſ. de exceſſ. præla.
dicit hoc procedere, quando ſuſpenſio, vel interdictum fer-
tur ab homine pro contumacia, ſecus dicit, quando fertur
7 pro crimine in pœnam, quia tunc nulla requiritur † admo
nitio, ſicut nec in alijs pœnis imponendis, & idem tenuit In-
noc. in c. ad hæc quoniam. ſ. eo. vbi dixit, ꝙ excommunica-
tio, interdictum, & ſuſpenſio, æquiparantur in multis, & præ
ſertim in hoc, ut debeat præcedere admonitio, niſi quando
ſuſpenſio fieret in pœnam delicti. Hoſt. vero hoc approbat,
reſpectu ſuſpenſionis ferendæ a canone, ſecus ſi ſuſpenſio ſit
ferenda a iudice, quia tunc ſecundum eum requiritur ſem-
per admonitio. allegat c. ſicut. de cohab. cleri. & mul. ſed do.
Abb. in d. ſuncte tenet opi. Inn. & dicit, ꝙ pro ea videtur tex.
in c. tam literis. ſ. de teſti. vbi Papa abſque admonitione im-
poſuit pœnam ſuſpenſionis, ergo & hoc alij facere poſſint,
vt in c. in cauſis. de re iud. facit optime, c. Romana. §. ſed nec,
de app. in vj. vbi licet primo dixiſſet de excommunicatione
ſuſpenſione, & interdicto, tamen dum tractauit de offenſis,
ſeu culpis præteritis, vel præſentibus ſolū prohibet excom-
municationem ferri ſine admonitione, nec aliquid dicit de
interdicto, vel ſuſpenſione, quaſi ſecus ſentiat in ipſis. & ra-
tio differētiæ eſt, quia excommunicatio nunquam infertur
in pœnam, ſed ratione contumaciæ, & ſi vult ſe corrigere re
8 laxatur † excommunicatio incontinenti, cum ſit medicina
lis, vt in c. j. de ſent. excomm. in vj. ſed ſuſpēſio poteſt directe
ferri propter crimen, & in pœnam criminis. vnde non requi
ritur admonitio, ſicut nec in alijs pœnis, & pro hoc optime
facit tex. in c. j. in princ. de cler. excom. min. ibi, aut ab omni
officio pro certis criminibus ſuſpenſus. ex quo conclude, ꝙ
licet excommunicatio non poſſit ferri ab homine in pœ-
9 nam delicti † ſuſpenſio tamen, vel interdictum poteſt ferri
in pœnam delicti, & tunc non requiritur admonitio, ſicut
nec in alijs pœnis imponendis.
Secundo nota ſingulariter ex iſto tex. ſecundum intelle-
ctum Abb. qui communiter tenetur per Doct. & qui etiam
multum conuenit literæ, quod ubicunque ius fulminat ex-
communicationem propter delictum, iudex poteſt excom-
municare ſine alia admonitione, & ex hoc dicit Abb. ut re-
fert Io. And. in verbo, ſubiectos, ſe excuſaſſe quendam Ab-
batem qui abſque admonitione excommunicauerat mona
chum pro eo, quod exiuerat clauſtrum ſine licentia, & po-
ſtea repertum fuit ſtatutum in monaſterio imponens excō-
municationem ipſo facto pro dicta cauſa, vnde alia admoni
tio non fuit neceſſaria, ut hic in tex. Et ex hoc dicit do. Abb.
inferri vnum mirabile ex iſto tex. quia excommunicatum a
iure pro delicto poteſt ſuperior iterum excommunicare ꝓ
eodem delicto ſine aliqua admonitione, & nulla contuma
10 cia de nouo contracta, vt hic clare colligitur, nam † iudex
poteſt augere pœnam a iure determinatam ex cauſa, vt in l.
quid ergo. § pœna grauior. ff. de his qui nota. infa. & in l. & ſi
ſeuerior. C. ex quibus cau. infa. irro. Nec obſtat c. at ſi clerici.
in fi. ſupra de iud. vbi dicitur, ꝙ pro uno delicto quis non de
bet affligi duplici pœna, quia ita eſt unica pœna, licet aucta,
nam per primam excommunicationem eſt poſitus extra
eccleſiam. vnde per ſecūdam non amplius ponitur extra ec-
cleſiam. ſed firmius ligatur per ſecūdam excommunicatio-
nem quàm per primā, quia erit neceſſarium, quod abſolua
tur ab vtraque excommunicatione, de quo vide gl. in ca. ita
quorundam. de iud. & in c. cum pro cauſa. de ſent. excom. &
3. quæſ. 4. Engeltrudam, & nota bene verba Abbatis, vbi di-
cit, quod quidam Abbas fuit excommunicatus, quia excom
municauit ſine admonitione ex eo, quia repertum fuit ſta-
tutum monaſterij inferens pœnam excommunicationis
11 ipſo facto, nam etiam ex hoc, habes, quod prælati † regula-
res ferentes excōicationē, ſine admonitione in caſu in quo
requiritur admonitio, vel ſine ſcriptis, & cauſa non expreſſa
incurrunt eandem pœnam, quam incurrunt prælati ſecula-
res, & hoc probat tex. in c. j. de ſent. excommu. in vj. vbi tex.
ita generaliter loquitur, quod etiam comprehēdit prælatos
regulares, & hoc tenet ibi Io. And. & Dom. Dom. Hoſt. autē
hic poſuit aliam lect. ad iſtum tex. intellexit enim, quod iſte
tex. loquatur de denunciatione excommunicationis, videli
cet, ꝙ iudex poteſt denunciare excommunicatum a canone
abſque alia citatione, quando factum eſt notorium, & dicit
dom. Abb. lecturam eſſe notā. quia eſt uera in ſe, de quo ple-
ne dixi in ca. peruenit, ſ. eo. ſed d. eſt do. Abb. quod lect. Abb.
magis conuenit literæ, & etiam cōmuniter tenetur p Doct.
Tertio nota, quod a correctione, ſeu a diſciplina eccleſia-
12 ſtica, non poteſt † appellari. vnde religioſus nō poteſt appel-
lare a pœnitentia imponenda, ſecundum regulam ſuam, ſeu
ſecundum ſtatuta regulæ. vnde dicit hic Bal. quod diſciplina
ti ſancti Franciſci non poſſunt appellare in his quæ mandā
tur eis per eorum priorem, ſecundum regulam, quia ſcriptū
eſt, Apprehēdite diſciplinam, ne quādo iraſcatur Dominus,
& pereatis de via iuſta.
13 Quarto nota, quod non proſequens † appellationem, li-
cet fruſtratoriam non punitur pœna extrinſeca, ſed ſolū con
demnatur in expenſis. vnde Bal. hic dicit, quod deſertor ap-
pellationis ſolū punitur in intereſſe aduerſarij, ut in l. tutor.
in princ. ff. de vſur. non autem criminaliter. Et ex hoc infert,
quod l. eos. § ne tamen. C. de appel. non habet locum de iu-
re canonico, & dicit, quod ita dicit gl. ſingularis in l. j. ff. a q-
bus app. non licet.
Quinto nota ibi, ſi quid proprium, a cōtrario ſenſu, quod
14 † inopia excuſat a condemnatione expenſarum, nam ille q
15 nihil habet, nihil ſoluere poteſt. unde dicit Bal. quod † ino-
pia eſt quædam ſpecies defenſionis, ut in l. Titia ff. de procu.
nam inanis eſt actio, quam inopia debitoris excludit, ut in
l. nam hiſ. ff. de dolo, & in c. olim. de reſtitu. ſpol. dicit tamen
Bal. quod licet inopia excuſet a pœna temeritatis, nunquam
tamen excuſat a pœna contractus, ut eſt tex. notabilis, ſecun
dum Bal. in l. diuus Veſpaſianus ff. de iure pat.
Vltimo nota argumentum ibi. prælati ſui, &c. diſciplinā,
16 quod † Abbas non poteſt punire monachum abſque con-
ſenſu ſui capituli, ſed tex. eſt in contrarium in ca. Ioannes ſ.
de regular. & ibi hoc tenet Io. And. per illum tex. idē probat
18. q. ij. Abbates. vbi patet ꝙ ſolus Abbas reuocat monachū
fugitiuum, & ſolus eum punit de delicto fugæ cōmiſſo, nec
aliqua ibi fit mentio de conſilio, vel cōſenſu cap. ſed ſolum
dicitur ibi, ꝙ dēt implorare auxilium epī, ſi ſolus non poteſt
corrigere. ad idem 18 q. ij. nullā vbi dr̄, ꝙ tota poteſtas in mo-
naſterio eſt penes Abbatem. ad iſtum tex. videtur, ꝙ non lo-
quitur de pœna inferēda a prælato, & capitulo, ſed loquitur
de ſtatutis factis per prælatum, & capitulum, quia ſæpe reli-
gioſi faciunt ſibi ſtatuta ultra regulam, ut in c. ad noſtram. ſ.
17 eo. Et hāc ſol. do. Abb. dicit eſſe notandam, quod ſolus † Ab
bas poteſt infligere pœnam, quæ imponitur per ſtatuta edita
per ipſum Abbatem, & conuentum. ſed Hoſt. & Io. Andr. in
c. j. de cēſ. in vj. intelligunt iſtum tex. qñ prælatus eſt nimis ſe
uerus in corrigēdo, nam tunc debet adhibere in corrigēdo
conſenſum capituli, ſed d. Abb. dicit, ꝙ licet hoc ſit æquum
eſt diuinare ad iſtum text. & ꝙ nullibi in iure probatur: nā
18 promptum eſt † remedium contra prælatos ſeueros, qa po-
teſt interponi appellatio, nam hic ſolū tollit appellationē ꝯ
regularem diſciplinā, ſecus ſi prelatus punit religioſum iniu
ſtē, & ꝯ regulam, quia tunc bene poteſt ab eo appellari ad
ſuperiorem. ut in c. ad noſtram, ſ. eo. & ibi dictū fuit, & ſatis
probatur hic a contrario ſenſu. ſed tu dic, quod intellectus,
quem ponit Ioan. And. ad iſtum tex. in d. c. j. de cenſib. in vj.
melius conuenit literæ, quam ille qui ponitur hic per Doct.
quia tex. dicit hic, quod monachus appellauerat ꝯ regularē
diſciplinam Abbatis, & capituli, & ſic innuit, ꝙ prælatus, &
capitulum impoſuerunt pœnitentiam monacho, & dictum
Ho. & Ioan. And. eſt etiam verum in ſe: ex quo enim Abbas
eſt nimis ſeuerus in corrigendo, debet adhibere capitulum
ſecum in corrigendo ad hoc, ut capitulum temperet ſeueri
tatem Abbatis, nec eſſet plene ſuccurſum monacho per ap-
pellationem, quia interim de facto grauaretur, ſicut in ſimi-
li poteſt recuſari iudex tanquam ſuſpectus, licet ab eo poſſit
appellari, de quo dixi in c. propoſuit. ſ. eo.
¶ In glo. prima, dum dicit, quod requiritur trina monitio
canonica, dom. Abb. dicit, quod melius dixiſſet, quod debet
19 interuenire trina † monitio euangelica, quia cap. nouit, alle
gatum in gloſ. non tractat de admonitione canonica, ſed
de admonitione euangelica. Item dicit dominus Abbas,
quod ſufficit una monitio peremptoria pro omnibus, de
quo vide bo. glo. quæ ponit practicam, in c. conſtitutionem.
in verbo, pro omnibus, de ſent. excomm. in 6. item vide glo.

24 q. 3. de illicita in verbo, manifeſtorum, quæ videtur ſentire, quod etiam in manifeſtis criminibus debeat præcedere monitio, & dicit dom. Abb. quod Arch. ibi tenet quod quando crimen eſt notorium, vel quando res perdita eſt præſens ſufficiat vnica admonitio, de quo etiam per Doct. in c. dilecto de ſen. excomm. in vj. Et an in no omni requiratur monitio dixi ſ. eo. cum ſit, in fi. item inquantum glo. dicit, quod iudex procedens ad excommunicationem non præcedente canonica admonitione eſt ſuſpenſus per menſem ab ingreſſu eccleſiæ, dic quod ſi durante ſuſpenſione ingereret ſe diuinis efficeretur irregularis, vt in c. is, cui. de ſent. excommun.
20 in vj. † à qua ſolus Papa poteſt abſoluere, vt ibi, & in c. j. eo. titulo, & libro.

21 ¶ In gl. j nota glo. ex qua habes, quod † excommunicatio nulla præcedente admonitione, ſeu citatione valet. idem tenet glo. ij. in c. ſacro de ſenten excomm. & xj. q. 3. in ſumma, & ij. q. j in ſumma, & hoc probatur in d. c. ſacro, & in c. ſtatuimus, de ſent. excom in vj per locum a ſpeciali, & hoc procedit etiam in delegato, vt dicit Inno in c. illud. de cler. excom. min. & inquantum glo excipit duos caſus, dicit quod non excipiuntur directe a regula quia non loquuntur, quando monitio non præceſſit, ſed loquuntur, quando excommunicatio eſt lata poſt appellationem, vel quando ſententia excommunicationis continet intolerabilem errorem, ſed uide vnum caſum exceptum a regula, in c. ſtatuimus, de ſent. excõ. in vj. nam excommunicatio lata in participantes monitione non præmiſſa, non tenet, tamen illud ca. eſt reſtringendum prout dicit ibi Io. And & D. Do. de quo dixi in ca peruenit. ſ. eo. ¶ In gl. in uerbo, competens. Circa hanc gl. & circa text. quærunt Doct. quis iudex debeat facere condemnationem
22 † expenſarum, an iudex a quo, vel iudex ad quem, & in hoc conſidera tres caſus.

Primus eſt, quando iudex pronunciat male appellatum, & bene iudicatum, & hoc caſu abſque dubio iudex appellationis poteſt condemnare in expenſis, vt j. eod ut debitus.

Secundus caſus eſt, quando tempora ſunt lapſa, & ſic appellatio eſt deſerta, tamen fuit deſerta poſtquam iudex ad quem fuit aditus, & tunc idem dicendum eſt, vt in caſu præcedenti. Ex quo enim pronunciat appellationem eſſe deſertam, & ſic ſe non eſſe iudicem competentem poteſt condẽnare in expenſis. quia condemnatio venit acceſſorie ad pro-
23 nunciationem: quando enim † iudex pronunciat ſe incompetentem poteſt in expenſis condemnare, vt in clem. j. de reſcriptis, & in c ſi. iuncta glo. vlt. de reſcriptis, & hoc tenet Feder. de Se. conſilio ſuo 128. quod incipit, caſus talis eſt. Quidã a ſententia, & hoc ſequitur hic Bu. & Io. de Imo. & do. Abb. & Bal. in l. eos. circa princ. C. eod & ſic etiam debet intelligi Bal in § fi. eiuſdem legis. Glo. tamen in c. j. in uerbo, condemnandus, eodem titulo. in vj dicit, quod etiam iudex a quo poteſt condemnare in expenſis. & credo illam gl eſſe veram, & per ipſam debere limitari illud, quod dicunt Doct. hic nam
24 ſi iudex † ad quem, omiſiſſet cõdemnationem expenſarum, quando pronunciauit appellationem eſſe deſertam, non tñ appellantem abſoluiſſet, poſſet iudex a quo, condemnare in expenſis. Item ſi poſt decurſa fatalia aditetur iudex a quo, ut mitteret ſententiam executioni, poſſet condẽnare appellantẽ in expẽſis, & hoc modo intellige glo. prædictam, dum dicit, quod iudex ad quem, & iudex a quo, poterunt in expẽſis condemnare.

25 Dic tamen, quod † Iudex ad quem, etiam ex interuallo poſtquam pronunciauit appellationem eſſe deſertam, poteſt cõdemnare in expenſis, & hoc tenuit ſingulariter Goff. in c. ex parte. ſ. de reſcr. per iſtum tex. quia iſtę expenſæ debentur ex diſpoſitione iſtius c. & ſic debẽtur iure actionis. & ſic poteſt fieri condemnatio ex interuallo. Nec obſt. l. Paulus. ff. de re iud vbi dicitur, quod circa acceſſoria dẽt ſupplere eadem die, & quod poſtea non poteſt ſupplere ſñiam circa acceſſoria. nã illud hẽt locum, quando expẽſæ, vel fructus veniunt officio iudicis, ſecus ſi debeantur iure actionis, quia poſſunt peti, & poſt ſñiam quandocunq;, vt no gl. & Bar. in l. non ſolum. ff. de rei uend. & in l. 3 § ſi rem. ff. de leg. 3. & ideo cum expenſæ debeantur ex condictione iſtius ca. & ſic iure actionis, poterit iudex ad quẽ, etiam ex interuallo condẽnare in expẽſis, & in iſta opi. reſidet Io. And. & But. & Io. de Imo in d. ca. ex parte, licet do. Card ibi teneat contrarium, & male. vnde re-
a ne iſtud dictum menti.[a]

Tertius caſus eſt, quãdo appellãs nunquã introduxit cãm coram iudice ad quem, & ſic nulla fuit facta proſecutio in termino hominis, & hoc caſu Doc præall. & Fe. de Se. conſi. præall. dicunt, quod iudex a quo, debet adiri, & quod ipſe eſt qui hẽt pronũciare appellationem eſſe deſertam, ut in c. perſonas, & in c. cum ſit, ſ. eo. & idem eſſet dicẽdum, quando in termino iuris nulla eſſet facta proſecutio coram iudice ad quem, eodem modo poteſt adiri iudex a quo. & hoc caſu debet intelligi glo in l. eos, in verbo, iuſtam. C. eo quæ dicit, quod ſi
26 tempora appellationis ſunt lapſa † iudex ad quem non poteſt pronunciare, quia perinde eſt, ac ſi non fuiſſet appellatum, nam illa glo. debet intelligi, quando cauſa appellationis nunquam fuit introducta coram iudice ad quem, licet Bar ibi aliter intelligat illam gl. vnde Fed de Se. in præal. conſi. dicit, quod qñ nulla eſt facta proſecutio coram iudice ad quẽ, & fatalia ſunt decurſa, quod debet adiri iudex a quo, & ab eo peti, vt pronunciet appellationem eſſe deſertam, & condemnet appellantem in expenſis per iſtum tex. & per c. j. eo. tit. in vj. tamen Ioan. And. in d. c. j voluit, quod etiam hoc caſu poſſet adiri iudex ad quem, & ab eo peti, quod pronunciet appellationem eſſe deſertam, & vt condemnet appellantẽ in expenſis. mouetur per iſtum tex. & per c. cum appellationib. eod. tit. in vj. vbi patet, quod licet appellatio ſit manifeſtè fruſtratoria, tñ iudex ad quem poteſt in expenſis condemnare appellantem. fatetur tamen Io. Andr. quod etiam iudex a quo poterit condemnare in expenſis. & opi. Ioan. Andr. videtur etiam ſentire Bar. in d. l. eos ſuper glo. præall. in verbo, iuſta. intelligit enim gl. ibi, dum dicit, quod poſt decurſa fatalia iudex ad quem, non poteſt pronunciare, quia perinde eſt, ac ſi non fuiſſet appellatum. dicit Bar. quod non poteſt pronuntiare diffinitiue, ac ſi ſuper appellatione fuiſſet cognitum, ſed debet pronũciare appellationem deſertam, & aduerſarium abſoluere ab obſeruatione iudicij. ſed ego ſic concordarem opi. in hoc vltimo caſu hoc modo, quod aut appellans, & appellatus ſuper hac contẽtione, an appellatio ſit deſerta, adeunt iudicem ad quem. & hoc caſu poterit in expẽſis condẽnare ex quo eſt aditus ſuper iſta contẽtione, an appellatio ſit deſerta, vel non: venit enim acceſſorie iſta condẽnatio expenſarum ad pronunciationẽ, & pro hoc optime facit cle. j. de reſcr. & c. cum appellationib. eod. ti. in vj. Aut ipſe appellans adiit iudicem ad quem appellato petẽte executionem ſñiæ coram iudice a quo, & condẽnationem expẽſarum, & hoc caſu dicerem, quod ſi clare conſtat appellationẽ eſſe deſertã, iudex a quo debet condẽnare appellantẽ in expẽſis etiam ſi iudex ad quem inhiberet ſibi, ne ad executionẽ ſñiæ, vel ad cõdemnationẽ expenſarũ procederet, quia ex quo conſtat clare appellationem eſſe deſertã, per ꝯñs cõſtat iudicem appellationis non eſſe iudicem competentẽ, & ſic inhibitionem non potuiſſe fieri, vt in c. non ſolum. §. j. & in c. Rom § ſi vero vocatis. de app. in vj. ſed ſi non conſtat clare appellationem eſſe deſertam, poteſt adiri iudex ad quem, & ex quo prima facie eſt iudex poteſt etiam condẽnare in expẽſis, & hoc ſenſit Arch. in c. cum app. eo. ti. in vj. & Do. Dom. in d. c. j. ſ. gl. in verbo, condemnandus, eod ti. & lib. & iſtam diſtinctionẽ ſenſit Ia Bu. in d. l eos. C. eo. vbi dicit, quod ſi eſt certum, lapſam eſſe inſtantiam appellationis, iudex ad quem nõ poteſt pronunciare, ſed ſi eſt dubium poteſt pronunciare ſuper dubio inſtantiæ, & non ſuper cauſa principali. & Bal. ẽt ibi dicit, quod ſi appareat, & exiſtenter conſtat appellationem eſſe deſertã iudex ad quem, non poteſt pronunciare, & hoc caſu dixit procedere gl. in d. l. eos. in verbo, iuſtam, quæ indiſtinctè dicit, quod poſt decurſa fatalia iudex ad quem, non poteſt pronũciare: nam ſecundum Bal. illa gl. debet intelligi, quãdo conſtat apparenter, & exiſtẽter appellationẽ eſſe deſertam, & hoc modo habes iſtum articulum plenius declaratum, quã tradant hic Doct. Et ex his poteſt inferri ad quæſtionem, quam dimiſi in c. ex ratione. ſ. eod. & pollicitus ſum, hic me tractaturum,
27 ſcilicet, an † iudex ad quem, poſſit pronunciare appellationem eſſe deſertam, & impedire iudicẽ a quo, ne interim exequatur ſñiam. & do. Card. in d. c. ex parte. ſ. de reſcrip dicit, quod aut eſt dubium de deſertione appellationis, & tunc iudex ad quẽ dẽt cognoſcere, & diffinire, an ſua ſit iuriſdictio, ut in c. ſuper literis. ſ. de reſcriptis. & in l. ſi quis ex aliena. ff. de iudic. & ſic habet cognoſcere, & pronunciare, an appellatio ſit deſerta, vel non, & ſic interim iudex a quo, non poteſt procedere ad executionem ſñiæ. Aut eſt certum, quod appellatio eſt deſerta, & tunc dicit, quod non poteſt adiri iudex ad quẽ etiam per appellatum, ut pronunciet appellationem eſſe deſertam: ex quo enim conſtat notorie ipſum non eſſe iudicẽ, non poteſt adiri, ut cognoſcat, an ſua ſit iuriſdictio, ut dicit gl. ſ. eo. ſi duobus, & ibi dixi. & in hanc ſententiam etiam cõcordant Iac. But. & Bald. in l. eos. in quinta colum. C. de appella. & Bald. in authen. item ſi appellationem in fine. C. de tempo. appel. pro qua opin. facit text. in l. ſecunda. in fi. C. eodem. vbi dicitur, quod lapſis fatalibus, appellans habetur

ac ſi

ADDITIO.

a Adde do. Ale. in c. ſępe. ult. col. uer. vlt. q. infra eo. qui tenet, quod ſi iudex omiſit condemnationem expen. in aliqua interlocutoria, poterit tamen poſtea eum condemnare qui ſuccubuit.

ac ſi nunquam appellaſſet, & idem dicit gl. in l. cos. in verbo,
iuſtum C. de appell. facit etiam clem. ſi appellationem eod.
ti. vbi patet, ꝙ quando eſt deſerta appellatio, nec appellans,
nec appellatus poteſt eam proſequi. Sed in contrarium eſt
veritas, quia etiam ſi certum ſit appellationem eſſe deſertā,
28 nihilominus poteſt † iudex ad quem pronũciare appellatio
nem eſſe deſertam, & reuocare attentata, & etiam condem
nare appellantem in expenſis, & de hoc eſt tex. ſingularis. ſe
cundum unum intellectum in d. ca. ex parte ſupra de reſcri
ptis, & ibi hoc tenet Innoc. & communiter Doct. & dom. de
Rota deci ſua 98. vbi dicunt, quod etiam delegatus ad cau-
ſam appellationis poteſt pronũciare appellationem eſſe de
ſertam non ſolum, quando eſt dubium, an appellatio eſt de-
ſerta, vel non, ſed etiam quando eſt certum, quod eſt deſer-
ta, & plus dicunt. quod non ſolum poteſt pronũciare appel
lationem eſſe deſertam, ſed etiam confirmare primam ſen-
tentiam, licet a iure ſit confirmata poſtquam appellatio eſt
deſerta, vt in l. ij. in ſi. & in auth. ei qui C. de temp. app. & in d.
cle. ſi appellationem, & dicunt dom. de Ro. quod Innocent.
29 in cap. j. de confirm. uti vel inuti. tenet, quod † delegatus ad
cauſam appellationis, ſeu iudex ad quem, poſſit confirmare
ſententiam, licet certum ſit appellationem eſſe deſertam,
& hanc partem etiam ſequitur Bart. in dicta l. cos. C. de app.
vbi dicit, quod deſerta appellatione, licet iudex ad quem nõ
poſſit pronunciare diffinitiuè ſuper ipſa appellatione, tamē
debet pronunciare appellationem eſſe deſertam, & abſolue
30 re † appellatum ab obſeruatione iudicij per text. in l. ſi præ-
ſes, quaſi deſertam. C. quomodo, & quando iudex, & Bar. ibi
loquitur, quando conſtat appellationem eſſe deſertam, & di
cit gl. ibi in verbo, iuſtam, ita debere intelligi. Nõ obſtat cle.
ſi appellationem, eod. titu. quia verum eſt, quod poſt deſer-
tionem appellationis iudex ad quem, non poteſt pronuncia
re ſuper cauſa appellationis, ſed bene poteſt pronunciare ap
pellationem eſſe deſertam & ſententiam confirmare, & re-
uocare attentata, & condemnare appellantem in expenſis,
& hoc modo etiam reſpondendum eſt ad alia iura allegata
in contrarium.

Ex quibus elicitur concluſio, quod etiam ſi ſit notorium
31 appellationem eſſe deſertam, poteſt † appellatus adire iu-
dicem appellationis, & petere, quod pronunciet appellatio-
nem eſſe deſertam, & quod reuocet attentata, & quod con-
demnet appellantem in expenſis.

Nota tamen illud, quod dicunt Dom. de Ro. dum uolunt
quod delegatus ad cauſam appellationis poteſt cognoſce-
re, & pronunciare, an appellatio ſit deſerta, vel non, de quo
ſtatim dicam. Amplius etiam uoluit Ioan. de Imo. in d. cap.
32 ex parte. ſupra de reſcriptis. ſcilicet, quod etiam principali-
ter poteſt † delegatus impetrari ſuper articulo deſertionis. ar.
d. c. ex parte. licet Bu. ibi velit, quod ſit neceſſe eum impetra-
ri ante biennium, & quod quando eſt impetratus ante bien-
nium poteſt etiam poſt biennium cognoſcere, & pronuncia
re ſup ipſa deſertione appellationis. ſed dic, quod opi. Io. de
Imo. eſt verior, quia etiam poſt biennium poteſt impetrari
iudex ſuper ipſa deſertione appellationis, immo etiam poſt
biennium poteſt delegari cauſa appellationis, & deſertio-
nis, vna cum negotio principali, vt dicunt Dom. de Rota in
xj. deciſione.

Ego tamen ſic concordarem opin. in hoc c. quod aut ap-
pellans ad impediendum executionem ſentētiæ accedit ad
iudicem ad quem, vt cognoſcat, an appellatio ſit deſerta, &
quod interim inhibeat iudici a quo, ne procedat ad execu-
tionem ſententiæ, & tunc procedit diſtinctio dom. Cardin.
& Iac. But. & Bal. nam aut eſt dubium, an appellatio ſit deſer
ta, vel non, & tunc poterit de eo cognoſcere ad inſtantiam
appellantis etiam appellato cõtradicente, & poteſt interim
iudici a quo inhibere, ne procedat ad executionem ſenten-
tiæ. Aut eſt certum appellationem eſſe deſertā, & tunc non
poteſt de hoc cognoſcere ꝯdicente appellato, nec impedire
executionem ſententiæ: ex quo enim cõſtat appellationem
eſſe deſertam, per conſequens conſtat ipſum non eſſe iudicē
vt in d. cle. ſi appellationem, & ibi hoc tenet gl. in uer. appel-
latus. Aut ipſe appellatus hoc petit, & tũc procedit opi. Inn.
& Dom. de Ro. & ſequentium ex quo enim appellatus qui
habuit ſnīam in fauorem ſuum, vult ꝙ iudex ad quem ꝓnũ-
ciet appellationem eſſe deſertam, & ꝙ reuocet attentata nõ
poteſt appellans ꝯdicere, nam licet non ſit iudex ſuper cau
ſa appellationis, eſt tñ iudex in pronunciando appellationē
eſſe deſertam, & in reuocando attentata, in condemnando
appellantem in expenſis, & pro hoc optime facit c. cum ap
pellationib. eo. ti. in 6. vbi patet, ꝙ licet appellatio ſit manife
33 ſtè friuola, tñ † iudex ad quem poteſt condemnare appellan
tem in expenſis, & ipſum remittere ad iudicem a quo, & tñ
talis appellatio non deuoluit cauſam ad iudicem ad quem,
nec in ea habet ipſe iudex aliquam iuriſdictionem, ut ibi pa-
tet, & in c. non ſolum. §. j. in c. Ro. § ſi vero vocatis, eo ti. in 6.
& nihilominus, licet non ſit iudex in cauſa appellationis, tñ
eſt iudex in remittendo cauſam ad iudicem a quo, & in con
demnando appellantem in expenſis facit optime cle. j. de re
ſcri. Item puto Inn. & Do. de Ro. & ſequaces debere intelligi,
quando cauſa fuit introducta coram iudice ad quem, & co-
ram eo appellatus fuit fatigatus, nã ratione vexationis factæ
coram eo poteſt iudex ad quem pronunciare appellationē
eſſe deſertam, & reuocare attentata, & condemnare appel-
lantem in expenſis. Secus ſi cauſa appellationis nunq̃ fuiſ-
34 ſet introducta † coram iudice ad quem, & certum eſſet ap-
pellationem eſſe deſertam: tunc enim appellatus nõ poſſet
aliquid petere coram iudice ad quem, quia non poteſt con
demnare in expenſis, ex quo nulla vexatio eſt facta corã eo,
nec etiam cognoſcere, an appellatio ſit deſerta, ex quo clare
conſtat ipſam eſſe deſertam, ſicut quis non poteſt cognoſce
re, an ſit iudex, quando certum eſt ipſum non eſſe iudicē, ut
dixi ſ. eo. ſi duobus, & hoc tenent hic Doct. circa condemna
tionem expenſarum, vt ſ. retuli. nam dicunt, quod iudex ad
quem non poteſt condemnare appellantem in expēſis poſt
quam deſerta eſt appellatio, ſi cauſa appellationis nũquam
fuit introducta coram eo. Vnde ēt hoc caſu poteſt procede-
re opi. Ia. Bu. & Bal. & dom. Card. in d. c. ex parte.

35 Aduerte tamen, quod † licet iudex ad quem poſſit pronũ
ciare appellationem eſſe deſertam, tamen iudex a quo non
poteſt adiri, vt pronunciet appellationem eſſe deſertam, &
hoc tenet Ang. in l. ſi contra maiorē C. eo. ti. ubi dicit, quod
quando ille qui obtinuit ſententiam, deprehendit, ꝙ appel
latio eſt deſerta, debet adire iudicem a quo, ſeu alium iudi-
cem, ad quem ſpectat executio ſententię & petere, vt ſnīam
exequatur, & ſi appellans comparet, & opponat de penden
tia appellationis, dēt replicare de deſertione, de qua iudex
aditus pro executione ſententię habebit cognoſcere tãquã
de emergenti. idem Alex. Imo. conſilio 71. ante fi. ver. præte
rea dato. 5. volum. vide Rotam in tit. de app. incipien. audi-
tor qui tulit, in nouis. qui dicit ꝙ iudex a quo per nouam
commiſſionem cognoſcit de deſertione. vide ſimile per Pręę
poſitũ in c. dilecto. 24. col. ver. item limitabitis, de app. idē in
tractatu cſarũ clauſula, nil nouari gñalis 4. col. circa mediũ.
licet ipſe iudex a quo principaliter non poſſit adiri ſuper de
ſertione, & pronũciatione deſertionis appellationis cogno-
ſcet ergo iudex a quo in cã executionis de iſto emergenti. ſ.
an appellatio ſit deſerta, uel non, & ſi conſtiterit appellatio-
nem eſſe deſertam, poterit exequi ſuam ſnīam, ut eſt tex. no
ta. in d. l. ſi ꝯ maiores. C. eo. facit l. qm̃ nonnulli in ſi. eo. tit. &
idem tenet Ang. & Io. de Imo. in l. præſes ff. de re iud. & idem
dicit Ang. conſi. ſuo 26. & conſ. 136. adde quæ no. Inno. in c.
conſtitutus. poſt prin. j. eo. poſt prin. qui hoc limitat, niſi pē-
deret lis coram iudice ad quem. ibi uide, & q̃ hic dicit Ale.
dicit ēt in c. ex ratione, 9. char. 4. col. ſ. eo & quia dixi ſ. ꝙ de-
legatus ad cauſam appellationis pt̃ cognoſcere de deſertio-
ne appellationis, licet ſit datus ſimpliciter ad cognoſcendũ
de appellatione, hoc tenent Do. de Ro. deci. 198. quę incipit,
item licet, & clarius deci. 154. vbi dicunt, ꝙ exceptio deſertio
nis eſt quoddam emergens in cã appellationis, de quo tanq̃
de præiudiciali eſt cognoſcendum, & pronunciandũ, vt in
c. j. & in cauam de ord. cog. Item dicunt, ꝙ cã deſertionis eſt
36 pars appellationis. vnde concludunt, ꝙ † iudex delegatus abſ
que noua commiſſione pt̃ cognoſcere, & diffinire de ipſa
deſertione, ar. in c. præterea de offi. del. & in l. ij. ff. de iur. om.
iud. & ibi etiam dicunt Do. de Ro. ꝙ de deſertione appella-
37 tionis eſt † cognoſcendum ante oĩa tanquam de præiudicia
li, & idē firmant D. de Ro deci. 424. quæ incipit, itē ſi diffiniti
ua, & idē dicas de exceptione. ꝙ non poſſit appellari, vel ꝙ
eſt renunciatum appellationi. vide tñ Per. de Anch. cõſi. ſuo
361. quod incipit, in Chriſti noīe amē, pro declaratione triũ
quæſitorum. vbi dicit, ꝙ hmõi exceptiones dēnt probari in-
continēti, alias ſi requirerēt altiorē indaginē, aut nõ eſſent
probatæ ante lit. cont. licite iudex poſſet eas reſeruare, & de
hoc vide plenius in d. conſ. & nota bene hoc dictum, ex quo
38 hēs, ꝙ iudex pt̃ reſeruare † exceptiones ꝓiudiciales, ſi req-
runt altiorē indaginē, uel ante lit. cont. non fuerũt probatæ
ꝙ no. ꝓ limi. c. j. ſ. de ord. cog. Et ex hoc hēs illum articulum
plene declaratũ. ſ. an & qñ iudex ad q̃m, poſſit pronunciare
appellationē eſſe deſertã, ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus,
& an iudex a quo poſſit talē pronunciationē facere. an autē
poſſit appellari a pronuntia ſuper deſertione. vide Lan. in re
pet. ca. quoniam contra. ſuper verbo, appellationis. in 16. q.
de probat. qui tenet, ꝙ ſic, & ſcripſi ſ. eodem. ex ratione, in
9. charta, in 2. colum. uerſ. item an poſſit appellari. & Bald.
conſi. 294. tertio volum. quando poſſit pronunciari ſuper de-
ſertione, Lanf. vbi ſupra, decimaſeptima quæſtione.

Quando prius ſit præcognoſcendum de deſertione appella
tionis, & de validitate dici Ro. in antiquis, in titu. de app.
incip. verum prius. Item an pronuncia, quod ſententia ſit
mittenda executioni ſit interlocutoria, vel diffinitiua, Ang.
conſilio 114. dicit, quod eſt interlocutoria. Item adde quod
iudex, a quo extitit appellatum, cognoſcit de deſertione vir
tute nouę commiſſionis, Ro. ti. de appel in nouis ſo. 45. 1. col.
in fi & 3. col. in fi. quæſtionem, an clerici. ¶ In ea glo. ibi, ſed
39 ſi non habet proprium, dic quod quando † contumax, ſeu
temere litigans nõ habet vnde ſoluat, debet luere in corpus,
& hæc pœna corporalis relinquitur arbitrio iudicis, & de hoc
eſt text. nota in c. finem litibus allega. in gl. & dic, quod iſta
regula procedit, quando quis condemnatur ex dolo, ſeu ex
delicto, ſecus ſi conuenìatur ratione ꝯtus, quia tunc dato
40 quod non poſſet ſoluere, non debet † puniri in corpore, ſed
liberatur cedendo bonis, & hoc tenet gl. 14. q. vj. ſi res in ver-
bo, cruciatus, & in cap. non ſatis in verbo, propter debitum.
86. diſt. & in regula, peccatum, in prin. in 6. & idem dicit Bal
in l. fi. § & ſi priuatum circa medium C. de iure delib. Nec ob-
41 ſtat d. cap finem litibus, quia contumacia, † vel calumnia eſt
delictum, non autem eſt contractus, ut in l. omne delictum.
ff. de regu. iuris, & de hoc eſt tex. iuncta glo. in l. ſi filius ff. de
interroga. act. vnde ex parte ſoluentis condemnatio expenſa
rum eſt pœna, vt in c. diſpendia in fi. de reſcriptis in vj.

Aduerte tamen, quod pœna corporalis operatur, quia ſi
poſtea perueniret ad pinguiorem fortunam, amplius non te
neretur, quia videtur ſatisfeciſſe, ex quo ſubſtinuit pœnam
corporalem, & hoc tenet gl. in dicta regula, peccatum, & in
c. cum dignum, in verbo, ſi habent ꝟ. de homi. & hoc modo
limita tex. in c. Odoardus in fi de ſolut & in l. is qui bonis ff.
42 de ceſſ. bon. in quibus dicitur, quod ille qui non † eſt ſoluen-
do, ſi perueniat ad pinguiorē fortunam, tenetur ſoluere, &
idem eſt in eo, qui tenetur ex delicto, quia ſi peruenerit ad
pinguiorem fortunam tenetur ſatisfacere, in c. cum tu in ver
bo, ſ. multat. bus ꝟ. de vſur. & in d. c. ſi res in verbo, peccati nã
hoc procedit, niſi pro hoc ſubſtinueri pęnam corporalem,
tunc enim quia videtur quaſi ſoluiſſe non tenetur, nõ ſi po-
ſtea peruenit ad pinguiorem fortunam, & pro hoc eſt bon.
tex in l. ſed ſi vnius. §. ſed ſi ante ff de iniur. & per hoc Ange.
in l. ſi quis id quod in fi. princ. ff. de iuriſdict. omnium iudic. dat
43 † cautelam, quod ſi quis habet amicum incarceratum pro
cauſa criminali, pro qua debeat imponi pœna pecuniaria
magnæ quantitatis, quod ſi habeat iudicem gratioſum, & a-
micum, debet facere, vt iudex imponat ſibi pœnam corpo-
ralem, & leuem, puta pęnam aquæ calidæ, vel leuis torturæ,
& quod faciat deinde fieri inſtrumētum publicum, quomo
do hæc pœna fuit illata, vt ſic lueret in corpus, nam tunc ſi
poſtea efficeretur ſoluendo non poterit plus cõueniri, & te-
nementi hanc practicam, quam dat Ang in mulcta autem
quæ imponitur a iudice, puta ſi iudex vult mulctare inobe-
44 dientem, abſque dubio ratione † inopiæ fit remiſſio, & libe-
ratio totaliter ut in l. illicitas. in fi ff. de offi. præſi. nec debet
cauere de ſoluendo ſi perueniet ad pinguiorem fortunam,
nec teneretur dato, quod perueniret ad pinguiorem fortu-
nam, & hoc tenet Ioan. And. & dom. Card. in ca auctorita-
te in prin. infra de inſti. & de iſta materia vide per Doct. in c.
Odoardus infra de ſol. & uide additionem, quam circa hoc
feci ad dom. Abb. in ca. cum tu. infra de vſur. Sed circa iſtam
45 glo mouet Hoſt. queſtionem, an clerici † ſeculares dicantur
habere proprium, ita quod poſſint ſoluere cõdemnationem
expenſarum de redditibus beneficii. & Hoſt. hic, vt refert Io.
Andr. ſuper tex. in verbo, ſi quid proprium. dicit, quod e-
tiam ſi clericus nihil habeat de patrimonialibus poterit fie-
ri ſatiſfactio condemnationis expenſarum de prouentibus
eccleſiaſticis, vt in c peruenit. ꝟ. de fideiuſ. dum tamē ex hoc
enormiter non lædatur, alias ſecus, ut in regula, delictum, li-
bro vj. & dicit Hoſt. quod non debet haberi ratio confuſio-
46 nis, vel inopię delinquentis, nam etiam † epiſcopus propter
felloniam perdit feudum in vita ſua, ut in cap. ſi clericus uel
epiſcopus de capitulis Corra in uſibus feud ſecundum vero
canones degradatur, vt 22. q. 5. ſi quis laicus. ſed illud c. loqui
tur, quando non ſolum uenit contra iuramentum, ſed etiã
molitur mortem ꝯ dñum feudi, vel vult facere ipſum amit-
tere regnum ſuum, vel dominium: tunc enim ſi epiſcopus p̃ſ
byter, vel diaconus hoc commiſerit, debet degradari, vt ibi
dicitur, & quoniam etiam priuatur prælatura, feudum per-
tinebit ad eius ſucceſſorem, ſed ſi retineret prælaturam, tũc
in uita ſua amitteret feudum, vt in d. c. ſi clericus. & dicit Io.
And. ita eſſe tenendum, quicquid voluerit Archid. in c ſtatu
tum §. aſſeſſorem de reſcriptis in ſexto, & in c. eos de ſenten
tia excomm eo. libro vbi dicit, quod clerici non poſſunt ſa-
tisfacere de facultatibus eccleſiæ, cũ non habeant, niſi vſum
in ipſis, arg. 16. quæſtio. 3. § ulti & in cap. abolentes. §. primo.
de hære. l & Ioan. And. & Dom. Dom. ibi tranſit cum opin.
Archid. & iſtam opi. etiam tenuit Ioan. de Ligna in c. le gra-
tiæ. de reſcriptis & Bur. in c. ſi. de cau. poſſ & propriet. vbi etiã
47 firmat, quod clerici † non faciunt fructus ſuos, & quod non
habeant, niſi vſum, licet Butr hic, & Ioan. de Imo. tranſeant
cum opi. Hoſt. & Ioan. de Imo. hic, & iſtam opi. etiam tenuit
dom. Abb hic & in c. peruenit. de fideiuſſ. & in ca extirpan-
dæ. §. qui vero, infra de præben tamen de conſuetudine vt di
cit Butr. in d. cap. ſi. de cauſa poſſeſ. & propriet. & etiam dom.
Abb. hic & in locis præalleg. ſeruatur diſtinctio, quam facit
glo. in ca. præſenti. de offi ordi in ſexto. vnde do. Abb. hic in
iſta materia diſtinguit, & facit duos caſus.

Primus eſt, quando clericus comparet in iudicio pro cau
ſa propria, & in ipſa condemnatur in expenſis.

Secundus eſt, quando condemnatur in cauſa eccleſiæ in
primo caſu dicit, quod aut habet bona patrimonialia, &
abſque dubio debet fieri ſatiſfactio de bonis patrimonialib-
bus, & de hoc eſt tex. iuncta glo in verbo, prouentibus in ca.
48 de multa infra de præben † ſed ſi non habet bona patrimo-
nialia, ſed beneficialia. & tunc dicit, quod reſpectu redditũ
qui debent conuerti in vtilitatem eccleſiæ, eodem modo nõ
debet fieri executio in ipſis redditibus eccleſiæ, vt in regula
delictum perſonæ, libro ſexto, & 16. quæſtio. 6. ſi epiſcopum,
ſed reſpectu reddituum, qui habent percipi per beneficiatũ,
dicit, quod etiam in talibus non poteſt fieri executio, quia
clericus habet percipere fructus quatenus indiget ad neceſſi
tatem ſui victus, & non vltra, ut in c. epiſcopus. 2. quæſt. 2. &
21. q. 1. §. fin. cum c. ſequen. dicit tamen, quod attenta conſue
tudine generali, ſecundum quam clerici perſonaliter bene-
ficiati faciunt fructus ſuos, iuxta diſtinctionem gl. in d. c. præ
ſenti de offic. ord. in ſexto poteſt admitti opi. Hoſt. dũ tamē
clerici non mendicarent, quia hoc redũdaret in opprobriũ
eccleſiæ, ut in c diaconi. 93. diſt. & ſic eccleſia indirectè puni
retur, quod eſſe non debet, ut in regula, delictum. hinc eſt, ꝙ
clericus habet beneficium, vt non exigantur, niſi inquantum
facere poteſt. i. quod debet ſibi tantum dimitti, quod inde
poſſit alimentari, vt tenuit glo. nota. in l. miles. ff de remd. &
idem ſequitur dom. Abb. in c. veniens. de tranſact. & in ca. O-
doardus. de ſolut. vbi idem dicit Ioan. de Imo. & idem dicit
dom. Abb. in d. c. extirpandæ. § qui vero. de præben. in repet.
illius. §. ſed omnino vide Dom. Dom. circa hoc in ca. ſi cleri-
cus de ſenten. excomm in vj. circa illum articulum, an cleri
49 cus † poſſit incarcerari, vbi poſt Archid. & Ioan. Andr. dicit
quod aut clericus conuenitur pro crimine, & tunc poteſt in
carcerari, aut conuenitur pro debito ciuili, & tunc non po-
teſt incarcerari, ꝙ intelligit Do. Dom. ſi debitũ ciuile deſcē
deret a crimine, & tunc pro illo poſſet capi, & incarcerari,
& ad hoc allegat Lap. all. ſua 118 vnde eadem ratione, quã-
do delictum ciuile deſcendit a crimine non haberet benefi-
ciũ, ne exigatur vltraquàm facere poſſit, & hoc voluit gl. hic
dum dicit, quod non proſequens appellationem, ſi non po-
teſt ſoluere condemnationem expenſarum debeat pati cõ-
demnationem corporalem, & tenuit hic Ho. & Io. An. dum
dicunt, ꝙ non debet haberi ratio confuſionis, uel inopiæ ip
ſius delinquentis, cum etiam propter delictum eccleſia pri-
uetur feudo in uita prælati, & per hoc optime facit c. finem
litib. de do. & cont. vbi tex. generaliter dicit, ꝙ ſi condemna-
tus in expenſis propter præſumptam calumniam nõ habet
vnde ſoluat, debet luere in corpus. vnde ille tex. cum genera
liter loquatur, includit etiam clericos. vnde in illo primo ca
ſu faciam quatuor concluſiones.

50 Prima ſit concluſio ſi clericus † hẽt bona patrimonialia,
ex quib. poſſit ſoluere condemnationē expenſarũ in illis tñ
dẽt ꝯdẽnari, ut in c. de multa iuncta gl. in ver. prouentib. ꝟ. de
p̃b. vnde gl. no. in l. ſtipendia. C. de exec. rei iu. dixit, ꝙ non p̃t
fieri executio in redditib beneficii, niſi prius facta diſcuſſio-
ne bonorum patrimonialium ipſius clerici, & idē dixit Bar.
in l. commodis. ff. de re iudic. de quo tamen vide ibi Ioan. de
Imo & alios Modernos. & per eundem Io. de Imo. in c. per-
uenit. ꝟ. de fideiuſſ. vbi etiam per dom. Abb.

51 Secunda concluſio, ſi clericus habet beneficium non de-
bet fieri † condemnatio expenſarum in redditibus qui dẽt
conuerti in vtilitatem eccleſiæ, ne delictum perſonæ noceat
eccleſię, vt in regula, delictum, li. 6. cum ſimilibus.

Tertia concluſio, in redditib. qui debent percipi per bene
ciatum, & quos facit ſuos, ſm diſtinctionem, quam facit gl.
in c. præſenti de off. or. in 6. poteſt fieri condemnatio expen-
ſarum in talib. fructibus, arg. c. peruenit. de fideiuſ. quia vt di-
xi, diſtinctio illius gl. ſeruatur de generali cõſuetudine. vnde
tu in hoc dic clarius, ꝙ in illis fructib qui ſunt deputati, ſeu
debent conuerti in victum, & veſtitum ipſius beneficiati
poteſt fieri condemnatio expenſarum etiam ſi oporteat
52 cum parcius uiuere quàm primo, dũmodo non † compellatur
mendicare.

mendicare . vnde dato , quod facta executione non poſſet
viuere ſecundum dignitatem ſuam , nec teneret ſamulos
prout requirit eius conditio vel ſtatus beneficii: tamen ſi ex
hoc non compelliatur mendicare, quamuis compellatur par
cius viuere, poteſt fieri executio in talibus fructibus facit, quod
notat glo.no in c primo, in verbo, abſque penuria, de ſta. re-
gu. in ſexto, quæ facit differentiam inter † viuere commode
& viuere abſque penuria. & iſtam concluſionem tenuit Ho
ſtien.in dicto capit.veniens.de tranſact. ubi iſtum articulum
plene examinaui.

54 Quarta cõcluſio, Clericus etiam pro debito ciuili poteſt
incarcerari,† quando deſcendit a crimine, ut dicit Do.Do.
in dicto cap.ſi clericus, & ſi non videtur habere beneficium
ne conueniatur, niſi quatenus facere poſſit , & hoc tenẽt hic
Hoſt.& Ioan.And.dum dicunt, quod non habetur ratio cõ-
fuſionis, vel inopiæ clerici delinquentis, & pro hoc facit, quia
tale beneficium non datur ei qui conuenitur ex dolo com-
miſſo, licet alias habeat beneficium, ne exigatur, niſi quate-
nus facere poſſit.de hoc eſt tex in l.ſed hoc ita, in fi.ff.de re iu
di.& iſtud videtur probari in dicto cap.finem litibus . de do.
& contumacia. vbi generaliter ſtatuitur, quod condemnatus in
expenſis propter præſumptam calumniam , ſi non habet
vnde ſoluat, debet aliter puniri arbitrio iudicis. Et ex hoc in
fertur, quod clericus condemnatus in expenſis propter con
tumaciam, vel propter præſumptam calumniam, non debet
habere beneficium, ne exigatur vltra, quam facere poſſit, &
ſic non debet ſibi tantum relinqui , quod non compellatur
mendicare , ex quo iſtud beneficium perdidit propter deli-
ctum ſuum . vbi autem defendiſſet iniuſtam litem propter
imperitiam, ſeu iuris ignorantiam ceſſante dolo , tunc poſ-
ſet procedere opi. dom.Abb ſcilicet, quod tantum debeat ei
relinqui, ne compellatur mendicare. circa hoc tamen vide
quod notant Doct in dicto cap Odoardus de ſolut. & in ca.
peruenit.de fideiuſſ. Et ex his habes expeditum iſtum primũ
caſum longe pleniuſquàm faciat hic do. Abb.

55 Venio modo ad ſecundũ caſum. videlicet quando † cleri-
cus litigat nomine eccleſiæ, & in hoc dom. Abb. facit duos
caſus .

Primus eſt, quando prælatus cum capitulo litigant nomi
ne eccleſiæ, & tunc eccleſia debet condemnari in expenſis,
quia delictum prælati communicato cõſilio capituli nocet
eccleſiæ, ut dicit glo. 3. in capit ſecundo de ord.cogn. & in re
gula, delictum, libro ſexto, & in l iubemus.C.de ſacroſan.ec-
cle vbi hoc tenent communiter Doctor. & dicit dom. Abb.
quod hoc procedit maxime in condemnatione expẽſarum
& dicit de hoc eſſe caſum in capitu.ſecundo. ſupra de dolo,
& contumacia.

Secundus caſus eſt, quando litigat ſolus prælatus , & tunc
ipſe ſolus eſt condemnatus in expenſis. allegat tex.cum glo.
ſingulari, in l.non eſt ignotum.C.de admin.tut ubi tex dicit
56 quod ſi † tutor inſtituit calumnioſam litem tenetur ſolue-
re expenſas de ſuo, & non de bonis pupilli, licet egerit nomi
ne pupilli, & idem dicit ibi glo. in prælato, & Barto. ibi idem
videtur dicere in omni adminiſtratore generali litigante
ſine iuſta cauſa, quod dicit dom. Abb eſſe tenendum menti,
vbi uero prælatus non haberet de ſuo vnde ſoluat. dicit do.
Abb idem dicendum eſſe, quod in primo caſu videlicet , quod
in fructibus, qui debent conuerti in vtilitatem eccleſiæ, nõ
debet fieri condemnatio expenſarum, ſed in fructibus quos
ipſe percipit attenta generali conſuetudine , ſecundum quã
ſeruatur diſtinctio gl. in cap. præſenti. de offi ord in ſexto po
terat fieri executio relicto ſibi tantum , quod poſſit ali, ne
compellatur mendicare in opprobrium eccleſiæ. Tu autem
dic, vt dixi in præcedenti caſu, in tertia, & quarta concluſio-
ne. Et ex his habes expeditum iſtum articulum ſatis dubita
bilem. de quo plene tractatur per omnes ſcribentes in d.ca.
peruenit. j. de fideiuſſ. & vide etiam quæ ſcribit do, Abb. in c.
olim. ij. de reſti. ſpo.

Extra gl quæro de una quæſtione, quæ multũ declarat iſtũ tex. quid
ſi nec appellans , nec appellatus fuit proſecutus appellatio-
57 nẽ , & ſic ſunt lapſa † fatalia, nunquid debeat ipſe appellans
condemnari in expenſis. & text. iſte videtur velle, quod non, quia uidetur
requirere, quod appellatus cõpareat ad proſequendam appella
tionem ad hoc, vt appellans non proſequẽs appellationem
condemnetur in expenſis. ad idem facit text. nota. in l. non
ex omnib. in fi ff. de arbit. vbi tex. dicit, quod ſi utraque pars
eſt inobediens arbitro neutra incidat in pœnam, ſed in con
58 trarium eſt veritas. vnde dic. quod aliquæ ſunt † expenſæ ad
quas fit condemnatio ratione contumaciæ , & in iſtis non
condemnatur appellans appellato non comparẽte, & hoc
modo loquitur iſte tex. Aliquæ ſunt expẽſæ, quæ ſoluuntur
ratione victoriæ, quia victus victori debet cõdemnari in ex-
penſis, ut in l. properandum. §. ſin autem. de iud. & in iſtis de-
bet condemnari appellans appellato, quia appellatus vicit
in cã appellationis, ex quo appellatio eſt deſerta. Nec obſtat
d. l non ex omnibus, quia loquitur, quando ambo ſunt in pa
ri cauſa, ſed hic eſt maior negligentia appellantis, quã appel
59 pellati quia † appellans tenetur proſequi appellationẽ, non
autem appellatus, ut in l 2. & in l. fi. § illud. C. de temp. ap. &
in c. j. ad fi. ver quod ſi appellator, eod. tit in vj. & illud tenet
Spec. eod tit. §. nunc videndum ver. quid de appellato, & Bal.
in l. eos. §. fi. C. eo & quando appellans ueniat condemnandus
in expenſis plene dicetur j. eo. ſæpe, & hæc ſufficiant in iſto
c. ſequitur c. ad hæc, & j. cum a te.

S V M M A R I V M.

1 *Appellans cogitur per iudicem proſequi appellationem , aut ſententiam recipere .*

2 *Iudex a quo, non neceſſitatur aſſignare terminum appellanti ad iter arripiendum, vel proſequendum appellationem.*

3 *Iudex non dicitur grauare partes in aſſignando, uel denegãdo terminum, cum ſit in eius mera facultate aſſignare, uel non aſſignare .*

4 *Iudex debet obuiare malitiis hominum .*

5 *Appellant multi, vt lites differant per annum, vel biennium.*

6 *Iudex poteſt compellere partes ad iudicem eligendum, ſi non vult contendere de iuſtitia recuſationis, & deuenire ad electionem arbitrorum.*

7 *Cauſa ſuſpicionis iudicis poteſt de partium conſenſu reduci in vnum arbitrum, qui cognoſcat.*

8 *Sciſmatis cauſa ſi concilium congregari non poteſt, debent partes compelli eligere bonum virum, qui decidat ſecundum Bal.*

9 *Principes ſeculares habent iuriſdictionem contra prælatos ſciſmaticos.*

10 *Principes tenentur tueri pacem, & diſciplinam eccleſiæ .*

11 *Concilium eſt ſupra Papam, quando duo eſſent electi in diſcordiam.*

12 *Papa poſſet deponi ſi eſſet in notorio crimine, & incorrigibilis , & ſcandalizaret eccleſiam.*

13 *Papa tenetur conuocare concilium, vbi de fide agitur .*

14 *Principes retinentes redditus prælatorum occaſione ſciſmatis, non debent eos imburſare, ſed poſt ſciſma reſtituere prælatis, uel ſuperiori.*

15 *Prælati qui dant redditus eccleſiarum laicis, ſunt puniendi.*

C A P. XXVII.

1 AD hæc. tertio. Appellans cogitur per
† iudicem proſequi ap
pellationem, aut parere ſententiæ, & recuſans iu-
dicem, ut ſuſpectum, cogitur alium eligere, cuius
auctoritati pareatur hoc dicit. In prima ponitur decisa con-
ſultatio. In ſecunda bimembris reſponſio Secundum mem-
brum ibi, aut ſi alterutra.

Nota primo ex tex. ibi, fas ſit, &c. ſecundum Hoſt. & Doc.
2 quod non imponitur neceſſitas † iudici a quo, aſſignare ter-
minum appellanti ad iter arripiendum, vel ad proſequendũ
appellationem. vnde eſt in facultate iudicis a quo, utrum ve-
lit aſſignare terminum appellanti , vel ipſum relinquere in
termino iuris, & hoc probat iſte tex. ibi, fas tibi ſit. non enim
importat neceſſitatem, ſicut nec uerbum poteſt , quia non
quicquid poteſtati iudicis permittitur, neceſſitati ſubiicitur,
vt in c. conſuluit. de offi. deleg. & in l. non quicquid. ff. de iudi.
3 cum ſimili. Ex quo infertur, quod non diceretur † iudex gra-
uare partes in aſſignando, vel denegãdo terminum , cum ſit
in mera facultate ſua aſſignare, vel non aſſignare. vnde no-
tabiliter dixit Spe in ti. de off. iudicis §. impedit. poſt princ. quod
non poteſt appellari a iudice qui non facit illud, quod ex of
ficio ſuo ſupplere poterat, & de hoc dixi in c. exceptionem.
s. de excep. ſed do Abb. hoc dictum Hoſt. limitat, quando eſ-
ſet ſuſpicio appellationis fruſtratoriæ. quia tunc iudex tene-
tur aſſignare hunc terminum, vt in ca. ſeq. Vnde tunc ſecun-
4 dum eum † iudex peccaret, ſi non aſſignaret hunc terminũ,
quia debet obuiare malitiis hominum, vt in c. plerunque. s.
5 de reſcr. & in l in fundo. ff. de rei vend. multi enim † appellãt
vt differant lites per annum, vel biennium . vnde tunc iudex
a quo, tenetur aſſignare terminum ad proſequendum appel
lationem, vt in c. ſeq.

Secundo no in ver. aut ſi alterutra, ſecundum unum intel
6 lectum, quod ſi iudex † non vult contendere de iuſtitia re-
cuſationis non tenetur deuenire ad electionem arbitrorum
ſed poteſt compellere partes, vt eligant iudicem, cui cauſam
committat poſt propoſitam recuſationem. ſed cõtra iſtum
intellectum fortiter facit tex. in c iudex. de offic. deleg in vj.
vbi tex. dicit, quod poſt propoſitam recuſationem iudex de
legatus non poteſt cauſam ſubdelegare, niſi procedat de cõ
ſenſu recuſatoris. ſed forte poteſt dici, quod illud c procedit
in delegato, iſtud vero in ordinario. vel aliter , aut delegatus
vult ſimpliciter cauſam delegare , & tunc , quia poſſet de-
legare perſonæ ſuſpectæ , non poteſt hoc facere , niſi

Interueniat conſenſus recuſatoris, ſed vult compellere am-
bas partes, vt eligant iudices. quibus cauſam committat, po
teſt hoc facere, nec tunc dicitur iſta delegatio fieri ſine con
ſenſu recuſatoris, ex quo etiam ipſe habet eligere perſonam
cui debeat fieri ſubdelegatio, & iſta ſecunda ſolutio videtur
eſſe melior, quia non videtur eſſe ratio differentiæ in hoc
inter ordinariũ, & delegatum. & hoc videtur hic ſentire do-
mi. Abb dum dicit, quod ſi iudex recuſatus, non vult con-
tendere de iuſtitia recuſationis, non deuenitur ad electio-
nem arbitrorum, ſed poteſt compellere partes, vt eligant iu-
dicem, cui cauſam committat, & iſtud etiam videtur ſenti-
re Bu. in ſecundo nota. & ſic videtur intelligere iſtum textũ,
generaliter, & hoc modo intelligendo, ſcilicet, quod proce-
dat, tam in ordinario, quam in delegato, notabiliter limita-
uit dicto c. iudex de offi. dele. in ſexto. de quo tamen plenius
dicetur in c. cum ſpeciali. infra eodem.

Tertio & vltimo, ſecundum alium intellectum intelligẽ-
do, quod loquatur de arbitro, qui debeat cognoſcere de cau
7 ſa † ſuſpicionis, quod partes poſſunt cõcordare in vnum ſo-
lum arbitrum, qui cognoſcat de cauſa ſuſpicionis, licet enim
iura communiter loquantur in principali, quando loquun-
tur de arbitris, qui habent cognoſcere de cauſa ſuſpicionis,
vt patet in ca. ſecundo requiris. § primo. & c cum ſpeciali. &
ca ab arbitris. de offic. deleg. in ſexto. tamen ſi partes poſſunt
concordari in bonum arbitrum, valet compromiſſum, & il
le ſolus arbiter electus poterit cognoſcere de cauſa ſuſpicio
nis, & in hoc multum notat iſtum textum Bu. & etiam Bal.
vnde tene ipſum menti. Et ex hoc tex. Bal. colligit argumẽtũ
8 quod in cauſa ſciſmatis † ſi concilium non poteſt habiliter
congregari partes debent compelli ad eligẽdum bonum vi
rum qui cauſam decidat. & dicit Bal. quod principes ſecula
res poſſunt compellere eos, ad hoc cauſatiue ſubtrahendo
eis redditus, & obedientiam, & nõ imburſando. allegat l. qui
fundum §. ſi tutor. ff. pro emptore, & nota iſtud dictum Bal.
quia ſingulariter limitat glo. 79. diſt. ſi ſuo. vbi gl. dicit, quod
ſi duo ſunt electi in diſcordia, vt q̃a neuter eſt electus a dua-
bus partibus, concilium, debet conuocari, & ſic concilium
iudicabit inter eos, vtrum alter, vel neuter ſit verus Papa. nã
illa glo debet intelligi, quando concilium poteſt habiliter
cõuocari, alias poſſunt principes ſeculares compellere iſtos
electos in diſcordia, vel facientes ſciſma, vt eligãt vnum, qui
habeat cauſam, & differentiam ipſorum decidere, & pote-
runt principes ſeculares ſubtrahere ſibi redditus bonorum,
quæ habent donec deueniant ad talem electionem. & pro
9 hoc facit, quia principes † ſeculares habent iuriſdictionem
contra prælatos ſciſmaticos, vt eſt tex. no. in c. de Liguribus.
23. quæſtione 5. & adde alium textum no. in ca principes ſæ-
culi. eadem quæſt. vbi patet, quod quando eccleſia, ſeu præla
ti eccleſiaſtici, non poſſunt prouidere, tenentur principes ſe
culares tales coercere: alioquin, ſi hoc non fecerint, magnã
10 rationem reddituri ſunt de hoc coram Deo, cum † teneantur
tueri pacem, & diſciplinam eccleſiæ. ita dicit ille text. nota.
nunquam obliuioni tradendus, & de iſta materia. vide do.
Pet. in tracta. de ſciſmate. vbi plene per eum.

Notabis etiam glo. in prællega. cap. ſi duo ſcilicet, quod
11 † concilium eſt ſupra Papã, quãdo duo ſunt electi in diſcor-
dia. idem ſi Papa eſſet in notorio crimine, & incorrigibilis,
12 & ſcandalizaret eccleſiam, quia poſſet † deponi a concilio,
ſicut, quando eſt hæreticus, vt dicit gl. ſingularis in ca. ſi Pa-
pa, 40. diſtin. in verbo, concilium. quæ dicit, quod vbi de fide
13 agitur, Papa † tenetur conuocare concilium, & tunc ſyno-
dus eſt maior Papa. Extra illum caſum, dicit glo præd. quod
non tenetur Papa conuocare concilium, & pro hoc facit ca
pi. ſignificaſti. ſupra de elect. vbi dicitur, quod Papa eſt ſupra
omnia concilia. ſi enim eſt ſupra omnia concilia, ergo non
tenetur illa conuocare. vnde illam gloſ. tenebis perpetuò
menti, quia eſt ſingularis, & aliquando de hoc fui interroga-
tus. Nota etiam illud, quod dicit Bald. hic, quod quando
14 † principes ex iuſta cauſa ſubtrahunt redditus prælatis, ſiue
clericis, non debent eos ſibi imburſari, ſed debent eos, vel re
ſtituere prælatis finito ſciſmate, vel eorum ſuperiori qui eos
conuertat in vtilitatem eccleſiæ, & pro hoc facit text. no. in
cap epiſcopus eccleſiaſticarum. xij. quæſtione prima vbi pa-
tet, quod fructus rerum eccleſię non licite dantur laicis, etiã
15 conſanguineis, ſeu propinquis prælati, & tales qui dant † red
ditus eccleſiæ fratribus, vel filiis, aut conſanguineis ſuis, ſunt
puniendi, ut ibi dicitur, & hæc tene menti, quæ ſunt notan-
da, quæ ſufficiant in hoc cap. ſequitur ca. peruenit. adde do.
Abb. in ca. inquirendum, & ibi meam apoſtill. de pecu. cleri.

S V M M A R I V M.

1 *Canonicus monitus, vt reſideat in beneficio, ſi appellat ſtatuitur ſibi ter-
minus ad proſequendum appellationem, & interim beneficio inſeruitur
per Vicarium.*
2 *Canonicus poteſt compelli ad reſidentiam perſonalem faciendam in ec-
cleſia.*
3 *Canonicus non poteſt deſeruire beneficio per alium.*
4 *Beneficium quantumcunque ſimplex, requirit perſonalem reſidentiam in
dubio, niſi conſuetudo reſiſtat.*
5 *Conſuetudo, quod quis per alium beneficio deſeruire poſſit. an valeat.*
6 *Citatio iudicialis ad faciendum reſidentiam in beneficio non requiritur,
ſecundum Abb.*
7 *Verbum ſpoliare, quid importet.*
8 *Suſpicio malitiæ inducit iudicem a quo ad dandum terminum ad proſe-
quendam appellationem.*
9 *Vicarius temporalis ponitur in beneficio.*
10 *Vicarius, an ponatur in beneficio a beneficiato, vel a ſuperiore.*
11 *Beneficia ſimplicia, non requirunt reſidentiam de generali conſuetudine.*
12 *Appellatio olim admittebatur ante ſententiam, non expreſſa cauſa.*
13 *Appellatio, an hodie admittatur ante ſententiam ſine cauſa expreſ-
ſione.*
14 *Appellatio ante ſententiam fit, aut ante litem conteſtatam, aut poſt.*
15 *Confeſſio, an poſſit reuocari poſt præceptum factum de ſoluendo.*
16 *Interlocutoria ſententia, quando habeat vim diffinitiua.*
17 *Sententia interlocutoria habens vim diffinitiuæ recipit appellationem, ſi
cut diffinitiua.*
18 *Sententia, quæ eſt inter diffinitiuam, & interlocutoriam, quæ dicatur.*
19 *Medium debet trahi ad naturam extremorum.*
20 *Sententia interlocutoria reuocari poteſt, diffinitiua vero minime.*
21 *Interlocutoria dicitur habere vim diffinitiuę, quando alia non ſperatur
ſententia.*
22 *Confeſſio facta, non poteſt reuocari poſt præceptum factum de ſoluendo,
quia ex tali præcepto naſcitur obligatio, & actio.*
23 *Interlocutoria inferens plenum præiudicium ſicut diffinitiua, recipit ap
pellationem tanquam ipſa ſententia diffinitiua.*
24 *Interlocutoria quæ habet vim diffinitiuæ, debet ferri cum ſolennitate, cũ
qua fertur diffinitiua.*
25 *Innouatio iuſta fit præcedente appellatione duabus de cauſis, ut in gl.*

C A P. XXVI.

1 PEruenit. ſecundo. Si † canonicus monitus, ut re-
ſideat in beneficio appellat, ſtatuitur ſibi termi-
nus ad proſequendum appellationem, & interim
eius beneficio deſeruitur per vicarium ſubſtentandum de
redditibus bñficij. & ſi appellationem non proſequitur, vel
non facit reſidentiam priuatur beneficio. hoc dicit. In pri-
ma ponitur deciſa conſultatio. In ſecunda reſponſio. Secun-
da ibi, cum autem, Quæ tria facit, & partes patent, & ſecun-
da eſt ibi, interim vero alicui. Tertia ibi, quod ſi prælibatus.
2 Nota primo ex tex. quod † canonicus poteſt compelli ad
reſidentiam perſonalem faciendam in eccleſia. Et ex hoc in
3 fert dom. Abb. quod de iure communi non poteſt † canoni
cus deſeruire canonicatui per alium. ad hoc c. quia nonnul-
li. iuncta glo. & c. relatum, & cap. conquerente. de cleric. non
4 reſidentibus. in quibus patet, quod quodlibet † beneficium
etiam ſimplex requirit perſonalem reſidentiam, & iſtã theo
ricam potuit Innocen in capit. fina. eodem titulo, vbi dicit,
quod omne beneficium quantumcunque ſimplex, requirit
reſidentiam perſonalem in dubio, & idem videtur dicere in
cap. cum iam dudum de præben. el ſecondo, & in c. dudum,
ſecundo de elec. vbi dicit, quod quodlibet beneficium requi-
rit reſidentiam, niſi conſuetudo, vel ſtatutum loci aliter di-
ſponat, & idem dixit glo. in cap. ſententia. in verbo, teneri. de
reſcriptis. In ſexto, & de hoc plene dixi in dicto capi. fina. de
cler. non reſidentibus, & adde, quod dicam ſuper glo.
5 An autem valeat † conſuetudo, quod quis poſſit benefi-
cio deſeruire per alium, vel quod nullo modo teneatur fa-
cere reſidentiam, dic vt plene per Docto. in capit. cum om-
nes. de conſt. & tangit dom. Abb. in cap relatum. & in c. con
querente. de cle. non reſid ubi etiam tetigi.
Secundo nota, ſecundum dom. Abb. quod non requiri-
6 tur citatio † iudicialis ad faciendum reſidentiam in benefi-
cio. hoc probat tex. in verbo, monuiſſet, & in verbo, ſtudio
ſe moneas, & probatur clarius in cap. ex parte, & in cap qua
liter. infra de cleri. non reſidentibus. in quibus patet, quod
inferior monet ſuperiorem per literas, vt veniat ad facien-
dum reſidentiam, & per hoc facit capit. ex tuæ & capitu. fi-
nale. de cler non reſidentibus. vbi dicitur, quod tales debent
7 ſpoliari beneficiis. verbũ † enim ſpoliare, ſignificat ſpoliatio-
nem facti extraiudicialem, vt dicit dom. Abb. in capitu. quo-
niam frequenter. § porro. ut lite non conteſta. & in dicto ca-
pitu. ex parte, & in dicto capit. ex tuæ de cleric. non reſident.

& idem

& dem conſuluit Oldra conſilio ſuo 230. vt refert do. Abb.
ib, & idem tenuit Per. de Anchar. in cap nouit, de his quæ fi.
ipræl a. facit optime tex. notab. iuncto dicto Butr. in cap. fin.
de poſtul. in ver. beneficio ſpoliari nam Butr. ibi dicit ſe re-
ſpondiſſe de facto, quod vbi in lege ponitur verbum ſpo-
liare, importat canonem latæ ſententiæ, & inducit amotio-
nem, & executionem facti, & hoc eſt etiam de mente dom.
Abb. vbi ſupra.
8 Tertio no quod ubi eſt † ſuſpitio maliriæ contra appellan
tem, iudex a quo tenetur præfigere terminum ad proſequen
dam appellationem, & ad hoc fuit allegatus iſte tex. in cap.
præcedenti.
9 Quarto no. caſum in quo in beneficio ponitur † Vicarius
temporalis, an autem poſſit probari per ipſum beneficia-
10 tum, † vel per ſuperiorem. vide bon. tex. in cap. cum ex eo. in
§. porro. de elect. in vj. vbi tex. videtur probare, quod debeat
poni per epiſcopum, ſeu per ſuperiorem, ſed Ioan. Andr. &
Dom. Dom ibi dicunt, quando Vicarius, ſeu ſubſtitutus eſt
ponendus in perpetuum, ſeu ad longum tempus, ſecus ſi eſ-
ſet ponēdus ad modicum tempus: puta ad quindecim dies,
vel ad tres ſeptimanas, nam tunc ſolus rector beneficij po-
teſt ponere Vicarium, ſeu ſubſtitutum abſque auctoritate
epiſcopi, ſeu alterius ſuperioris, quod no.
In glo. 1. no glo. quia vult illud: quod dixi in primo nota-
bili, ſcilicet quod omne beneficium de iure communi re-
quirit reſidentiam, tamen dom. Card in dicto cap. fin de cle
11 ric. non re. id dicit, quod de conſuetudine generali † benefi-
cia ſimplicia non requirunt reſidentiam, niſi appareat con-
trarium: puta quia habeant ordinem, vel aliquod officium
annexum, puta ſi eſt beneficium presbyterale, vel diacona-
le, vel ſubdiaconale, vel beneficium eſt cantoria, cui deſer-
uitur in officio cantandi: talia enim beneficia ratione ordi-
nis, vel officij annexi etiam de conſuetudine requirunt reſi
dentiam. & hoc declaraui in d. c. fi de cler non reſid.
¶ In glo. ſecunda Glo. hęc ſentit, quod olim admitteretur
fruſtratoria appellatio, quod non eſt verum, ſi conſtabat
eam eſſe fruſtratoriam, vt in cap. ad noſtram, & in cap. ſugge-
ſtum, ſupra eod. & in cap. conſuluit, infra eo. Sed bene admit
12 tebatur olim † appellatio ante ſententiam non expreſſa cau
ſa. Nec obſtat ille tex. quia hic non præſupponitur, quod ap
pellatio eſſet fruſtratoria, ſed ſolum quod erat prima fron-
te præſumptio, quod eſſet fruſtratoria, quia erat cōtra diſpo
ſitionem iuris, cum de iure communi teneretur reſidere in
beneficio, ſed quia iſtud ius commune habet multas excep-
tiones, vt dicit glo. 1. ideo admittebatur iſta appellatio cauſa
non expreſſa, quod poterat iuſtificari in caſibus exceptis. &
hoc modo poteſt reſponderi ad cap relatum, infra de cleric.
non reſid quia ibi cōſtabat, quod non habebat aliquam cau
ſam legitimam appellandi: hic autem poterat ſubeſſe cauſa
legitima appellandi, & pro hoc facit dictū ca. relatum, in fi.
vbi dicitur, quod non debet admitti appellatio interpoſita
contra intentionem illius cap. & ſic loquitur, quando mani-
feſte conſtabat appellationem eſſe contra ius. Item ibi bene
ficium requirebat curam animarum. & promiſit de reſiden
do, hic autem erat beneficium ſimplex, nec promiſerat re-
ſidere.
13 Nunquid autem hodie talis appellatio † admittatur ſine
cauſæ expreſſione glo ſentit quod non, per cap vt debitus. &
per cap. cum ſpeciali § porro, infra eo. Abb autem antiquus
dicit, quod etiam hodie teneret appellatio non expreſſa cau
ſa, quia mādatum habet vim diffinitiuæ ſententiæ, nō enim
propter diffinitiuam ſententiam poſſet plus iniungi huic cle
rico, quam per hoc mandatum, & illud dictum notat mul-
tum hic Bal. dicens, quod quando non poteſt plus, vel effica
cius iniungi per diffinitiuam ſententiam, quam fuerit deci-
ſum per interlocutoriam, poteſt appellari ſine expreſſione
cauſæ grauaminis, ſicut quando appellatur a diffinitiua: ſed
quando plus poteſt iniungi per diffinitiuam, quā fuerit in-
iunctum per interlocutoriam, tunc requiritur expreſſio cau
ſæ grauaminis, quod dicit Bal eſſe ſingulare, & valde notab.
Et iſtud, ſcilicet quod poſſit appellari ab interlocutoria non
expreſſa cauſa, quando habet vim diffinitiuæ, tenet Spec eo
dem tit § in quibus verſic. ſed nunquid. in fi. Sed Ioan Andr.
14 hic dicit, quod in talibus præceptis debet diſtingui, † an fiant
ante litis conteſtatio. vel poſt, allegat no in ca dudum, el 1,
de electio. & in cap ex parte, el primo, de verbor. ſignif. quaſi
vellet dicere, quod ſi ſunt talia præcepta poſt litis conteſta-
tio. regulantur ſecundum naturam diffinitiuæ, ſi vero ante
litem conteſt. regulantur ſecundum naturam interlocuto-
riæ, & pro hoc facit quod not glo. in dicto capit dudum. in
verbo, reſponſiones, quæ incipit, ſed pone, & in cap ex parte.
in glo. fin. ff. de verbor. ſignifi. Bart. vero in l. non fatetur. ff. de
15 confeſſ. in 3. col. circa illum articulum, an † confeſſio poſſit
reuocari poſt præceptum factum de ſoluendo, quando tale
præceptum eſt factum ante lit conteſt & Bar dicit, quod ſic,
quia tale præceptum non eſt ſententia diffinitiua ſed tendit
ad executionem confeſſionis. vnde dicit, quod poteſt proba-
re errorem confeſſionis, non obſtante tali præcepto, niſi for
te ante q̄ fieret præceptū, eſſet datus terminus ad oſtendē-
dum, quia non debeat fieri præceptum, & quia confeſſio nō
debet executioni mandari, quia tunc idem eſſet, quod in ſen
tentia, allegat l. penult. ff de confeſſ. & ſic vult, quod quando
præceptum non eſt factum cauſa cognita, quod confeſſio
poſſit reuocari, quia tale præceptum non eſt ſententia, ſed
ſi tale præceptum eſt factum cauſa cognita, tunc confeſſio
non poſſet reuocari, ſicut non poteſt reuocari poſt ſenten-
tiam, vt in l. error. C. de iu. & fac. igno. & cum iſto dicto Bar
to. tranſit hic dom. Abb. recitando. Domini autem de Ro. in
pluribus deciſio. tangunt iſtum articulum, ſed deciſ. 91. quę
incipit. Item fuit dubitatum, melius loquuntur, quam ali-
bi, & ibi dicunt, quod pronunciatio ſuper deſertione appel-
lationis habet vim diffinitiuę, ſi appellatio fuit interpoſita a
diffinitiua, & idem dicunt in ſententia lata ſuper exceptio-
ne peremptoria, quia talis ſententia habet vim diffinitiuæ,
16 licet † ſit interlocutoria. & hoc tenet glo. 2. in clemē. cum a
repulſione, de appel. quę tenet, quod talis ſententia ſit Inter-
locutoria, habens vim diffinitiuæ. ſecus dicunt ſi eſt pronun
ciatum, quod appellatio ab interlocutoria ſit deſerta, quia
tunc talis ſententia eſt interlocutoria, & ab eadem eſt appel
landum tanquam ab interlocutoria, & hoc modo etiam in-
tellige Dom. de Ro deciſ 293 quæ incipit, item ſi a pronun-
ciatione iudicis. vbi ſimpliciter dicunt, quod a ſententia ap-
pellatio, ſit deſerta, eſt interlocutoria, habens vim diffiniti-
uæ, & quod in appellatione a tali interlocutoria non habet
locum clemē. appellanti, hoc eſt dicere, quod in appellatio-
ne a tali interlocutoria, non eſt cauſa exprimenda, non ha-
beat vim diffinitiuæ. nam Domi de Ro. debent intelligi. ibi,
quod loquantur quando pronunciatum eſt appellationem
interpoſitam a diffinitiua eſſe deſertam, ſecus ſi appellatū
eſt ab interlocutoria, prout declarant Domi. de Ro. in dicta
deciſ. 91. & iſtam eandem opinionem, ſcilicet quod vbi ſen-
17 tentia interlocutoria † habet vim diffinitiuæ, poſſit appella-
ri ab ea tanquam a diffinitiua, tenet etiam Ioan. Mo. & Ar-
chid in cap. cupientes, de elect. in 6 & Ioan de Imo. de hoc fa
cit hic magnum teſtum, dicens ſe hoc in practica allegaſſe,
ſcilicet quod in appellatione ab interlocutoria, quæ habet
vim diffinitiuæ, poteſt appellari cauſa non expreſſa, ſicut a
ſententia diffinitiua, ſed do. Abb. in hoc articulo dicit, quod
18 † interlocutoria habens vim diffinitiuæ, non eſt ex toto ſen
tentia diffinitiua, nec ex toto interlocutoria, ſed trahitur
quādoque ad naturam diffinitiuæ, quandoque ad naturam
interlocutoriæ, ſecundum quod magis participat de una,
quam de altera, nam interlocutoria habens vim diffinitiuę,
non eſt pura diffinitiua, quia non imponit finem toti cau-
ſæ, nec eſt purè interlocutoria, quia nō expectat aliam ſen-
tentiam poſt ſe. vnde dicit, quod talis ſententia eſt quoddam
medium inter pure diffinitiuam, & pure interlocutoriam, &
19 quod illud † medium debet trahi ad naturam alterius extre
morum, ſecūdum quod magis participat cum illo extremo
ſimile in hermaphrodito, vt 4. q. 3. hermaphrodita. & in l. quæ-
ritur. ff. de ſtatu homi. idem in tacēte, qui tenet medium inter
contradicere & conſentire. vnde quandoque habet̄ pro con
tradicente, quandoque pro conſentiente, ſecundum quod
magis participat cū natura alterius extremorū, vt plene no.
maxime per Dyn. in regula, is qui tacet, & in Reg qui tacet,
lib 6. & per dom. Abb in cap. nonne, de præſump & dicit do.
Abb quod bonus iudex habet diſcurrere ſingulares actus, &
cauſa exempli, vt intelligantur præcedentia, dicit eſſe diſcur
rendum per tres actus, nam aliter appellatur a diffinitiua,
aliter ab interlocutoria, & cum alia ſolemnitate. Item ſen-
20 tentia † interlocutoria poteſt reuocari, vt infra eo. cum ceſ-
ſante. diffinitiua verò non poteſt reuocari, vt in l. iudex poſt-
quam. ff. de re iu dic. & in cap in litteris, de offic. delega. item
cum alia ſolēnitate fertur ſententia diffinitiua, quam inter-
locutoria. vnde dicit, quod ſi dubitatur de interlocutoria ha
bente vim diffinitiuæ, dicit do. Abb quod ſi interlocutoria
eſt talis, quod finit iuriſdictionem iudicis, ſiue officium ſuū
in illa cauſa, debet appellari tanquam a diffinitiua puta ſi iu
dex pronunciauit ſe non eſſe iudicem competentem, iuxta
not. in cap. ſignificantibus, de offic. deleg. & in auth habita
C ne fil. pro pat. ubi per glo. ſecus dicit, quando eſt talis in-
terlocutoria, quę non finit iuriſdictionem iudicis, puta ſi iu
dex pronunciat non eſſe reſpondendum libello tanquam
inepto, nam exprimendo cauſam rationabilem coram eo
poteſt mutare ſententiam ſuam, vt in cap. cum ceſſante, in-
fra eod. & dicit domi. Abb. per omnia eſſe dicendum idem
quo

quo ad ſecundum, quia ſi iſta quaſi diffinitiua habet omnem effectum diffinitiuæ, ſeruabitur ſolemnitas in ea ferenda, quæ debet ſeruari in diffinitiua, aliàs ſecus.

Quo ad tertium actum, ſcilicet quo ad reuocationem ipſius ſententiæ, remittit ad capit cum ceſſante, infra eod. vbi melius cadit. ſed iſta verba dom. Abb. mihi non placent, nec puto faciendam eſſe, an iudex pronunciet ſe non eſſe competentem, an pronunciet non eſſe reſpondendum libello,
21 quia vtraque habet vim diffinitiuæ: ſicut enim ſententia † interlocutoria, qua pronunciat ſe non eſſe iudicem competentem, dicitur diffinitiua, ſeu habere vim diffinitiuæ, quia non ſperatur poſt illam ſententiam ferri ſententia ab illo iudice, niſi interponatur appellatio, ita quando iudex pronunciat non eſſe procedendum ſuper libello tanquam inepto, non ſperatur ſequi alia ſententia ſuper illo proceſſu, niſi interponatur appellatio, vnde habet vim diffinitiuæ, & etiã de iure ciuili poteſt a tali interlocutoria appellari, vt dicit Bar. in l. 2. ff de appell. non recip. & ibi Bart. nullam facit differentiam inter interlocutoriam qua iudex pronunciat ſe non eſſe competentem, vel pronunciat non eſſe procedendum ſuper libello tanquam inepto, quia vtraque habet vim diffinitiuæ, cum non ſperetur alia ſententia ſequi ab illo iudice, ſiue ſuper illo proceſſu, niſi interponatur appellatio. & quicquid dicat dom. Abb. ego non credo, quod ſententia qua iudex pronunciat ſe non eſſe competentem, non habeat per omnia vim diffinitiuæ, ſed ſolum quo ad hoc, quia non ſperatur ſequi alia ſententia ab illo iudice, & contra dictum do. Abb. allego Dom de Ro in prælleg deciſ 91. vbi dicunt, quod ſi iudex a quo pronunciat appellationem ab interlocutoria eſſe deſertam, talis pronunciatio non habet vim diffinitiuæ, & tamen ſic pronunciando pronunciat ſe non eſſe iudicem competentem, & pro hoc quicquid dicat do. Abb. ego credo, quod interlocutoria habeat vim diffinitiuę quantum ad hoc, vt ab eo ſit appellandum tanquam a diffinitiua, quando per talem interlocutoriam paratur plenum pręiudicium ita quod non poteſt amplius iniungi per diffinitiuam, quam iniunctum fuerit per interlocutoriam, vt dicit hic Abb anti & Bal. & Dom de Ro. in præalleg. deciſio. 91, nec puto faciendam differentiam, an talis interlocutoria feratur ante litem conteſtatam vel poſt, dummodo ex ea fiat plenum præiudicium, vnde ſi reus confiteretur ante li conteſt. & iudex præciperet ei, vt ſolueret, tale præceptum haberet vim diffinitiuæ, etiam ſi iudex præcepiſſet cauſa non cognita, quicquid dixerit Bar. in l. non fatetur. ff de confeſſ & contra opin Bart. tenet Bal in l. error in 6. col. in 4 quæſtio. C. de iuris. & facti ignor. vbi dicit, quod poſt tale præceptum con-
22 feſſio † non poteſt reuocari, quia tranſit in rem iudicatam, vt in l ſi debitori. ff. de iudi. & quia ex tali præcepto naſcitur obligatio, & actio, vt no. in l. cum nõ ſolum §. neceſſitatem. C. de bon quæ libe. & dicit, quod tale præceptum per omnia habet vim diffinitiuæ, & opin. Bal ſequitur Per. de Anchar in cap 2. in fi. comm. de confeſſ. lib 6. vnde facienda eſt conclu-
23 ſio in iſta materia, quod ſi † interlocutoria parit plenum præiudicium, ſicut diffinitiua, ita quod ſi feretur diffinitiua, non poſſet magis præiudicari, quam præiudicetur per interlocutoriam, eſt appellandum ab ea tanquam a diffinitiua, & in hoc caſu loquitur glo 2. in clem. cum a repulſione, de appellatio. quæ dicit, quod ſententia lata ſuper exceptione peremptoria habet vim diffinitiuæ, nam præiudicat, ac ſi eſſet lata diffinitiua, & hoc habet locum, ſiue ſit lata ante litem conteſtatam, ſiue poſt, dummodo pariat plenum præiudicium, & hoc ſenſit Bal in dicta l. error. C. de iur. & fac. ignor. dum dicit quod præceptum factum in cõfeſſum, habet per omnia vim diffinitiuæ, & idem dixit Pet. de Anchara. in dicto capit ij in fi. de confeſſ. in vj & hoc modo debet intelligi dom. Cardin in clem appellanti in penult. quæſt eo tit. dum dicit, quod illa clem. nõ habet locum in appellatione ab interlocutoria habente vim diffinitiuę, quia ab ea eſt appellãdum vt a diffinitiua, quia debet intelligi quando interlocutoria parit plenum præiudicium, vt diffinitiua. Bar. tamen in l ait prætor. § permittitur. ff. de minor. renuit, quod licet interlocutoria pariat plenum præiudicium, nec ſperetur diffinitiuam ſequi poſt eam, nihilominus non valet appellatio cauſa non expreſſa, & ſic Bart. tenet contra Doct. communiter ſcribentes, ſed vide Bal. in l in minoribus. C. de his quibus vt indign qui tenet, quod a tali interlocutoria ſit appellandum, tanquam a diffinitiua, & per eundem Bald in l. ij in li. C. de epiſcopali audien. vbi dicit, quod in Palatijs, & in curijs obſeruatur, quod a tali interlocutoria appelletur, ſicut a diffinitiua, de quo etiam per Bal. in l. ante ſententiã. C. quorum appell non recip. & in l. iuſiurandum & ad pecunias. in fine. ff de iureiur. & Bal conſi. 294. 3. volum idem tenet, quod non poſſit iuſtificari ex nouis actis. Vide dom. Abb. in cap. cum ceſſante, infra eodem, & ibi apoſtillam meam. Item nota il-
24 lud, quod dicit do. Abb quod † interlocutoria habens vim diffinitiuæ per omnia eſt ferenda cum ea ſolemnitate, cum qua eſt ferenda diffinitiua. & ſic ſentit, quod c. fi. de re iud in 6. habeat locum in interlocutoria habente vim diffinitiuæ. Et ex hoc habes articulum iſtum plenius examinatum, quã examinet do. Abb.

¶ In glo. in verbo, iter arripiat Innoc. dicit, quod recitat factum, quia non ſufficit tantum infra tempus iter arripere, niſi ſe Papæ præſentet. Hoſtien. uerò ſequitur glo. ſed Ioann. Andr. dicit ſe credere, quod Innoc. intellexerit verbum infra terminum, poſitum in tex. de termino iuris, quaſi ſit ſenſus, quod debeat arripere iter infra terminum iuris, & ſe præſentare iudici ad quem, & etiam appellationem proſequi, vt ſupra cod cum ſit Romana. & cap ex ratione. tamen ipſe dicit, quod iſte text loquitur de termino a iudice ſtatuendo, hoc eſt dicere, quod ſenſus literæ eſt, quod iudex a quo debet aſſignare terminum infra quem iter arripiat ad appellationem proſequendam, & ſic in effectu Ioan. And reſidet cum opin. glo. & Hoſtien.

¶ In glo pen ex hac glo. collige duas rationes, quia præce-
25 dente † appellatione ſit iuſta innouatio.

Prima eſt in fauorem eccleſię. & cultus diuini. ſ. ne eccleſia interim fraudetur ſeruitio ipſius clerici.

Secunda ratio eſt propter præſumptionem, quæ erat contra appellationem, quia pręſumebatur fruſtratoria, ſed dom. Abb. dicit, conſiderandos duos caſus.

Primus eſt, ſi iſte canonicus prætendebat non debere reſidere perſonaliter, non tamen negabat, quin per ſubſtitutum deberet deſeruire.

Secundus caſus, ſi ex priuilegio, uel conſuetudine dicebat ſe non debere deſeruire etiam per ſubſtitutum.

In primo caſu dicit, quod nullus fauor hic concurrit, nec etiam præſumptio appellationis iniuſtę, ſed mera iuſtitia exercetur: quia cum non negaret quin ſaltem per ſubſtitutum deberet deſeruire, fruſtra expectaretur euentus, cuius nullus eſſet effectus, vt in cap. cum contingat, de offic. delega. & in l. aliquando ff. ad Velleianum. Sed tu dic, quod textus iſte non recipit intellectum iſtum, nec conuenit aliquo modo literæ.

In ſecundo vero caſu, ſcilicet intelligendo, quod iſte allegabat, quod non tenetur reſidere, vel deſeruire per ſubſtitutum forte ex priuilegio, de conſuetudine, dicit dom. Abb eſſe coniungendas ambas rationes glo. quia iſta innouatio fit, tũ propter fauorem cultus diuini, ne appellatione exiſtente friuola priuetur interim eccleſia ſuffragio miniſtri, tũ propter præſumptionem friuolæ appellationis.

Et ex his dicit do. Abb. hic eſſe caſum nota. in quo aliquid innouatur contra appellationem per iudicem a quo, licet appellationi detulerit, ſimile in cap fi. de eo qui mitt. in poſſ. & in cap cum perſonæ, de priuileg. in 6. Et hæc ſufficiant in iſto cap. Sequitur cap conſuluit.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non admittitur contra canones, nec contra iudicem exequentem iuris diſpoſitionem.*
2 *Iudæus an poſſit habere bona immobilia, & propria.*
3 *Iudæi ſunt capaces eorum quæ poſſunt acquiri de iure gentium, vel ciuili, & ſic dominij.*
4 *Infideles non poſſunt habere bona, nec poſſidere, vbi infideles pro hæreticis capiuntur.*
5 *Bona hæreticorum, & circumciſorum ſunt confiſcanda, ideſt Chriſtiani circumciſi.*
6 *Iudæi non poſſunt habere ſeruos Chriſtianos.*
7 *Seruus inuito domino poteſt conſequi baptiſmum.*
8 *Baptiſmi receptio eſt maioris fauoris, quam ordinis.*
9 *Chriſtianus poteſt habere ſeruum Chriſtianum, puta ſi ſeruus baptizatus fuerit, nam remanet in eius poteſtate.*
10 *Chriſtianus an poſſit habere ſeruum Iudæum.*
11 *Iudæorum conſortia Chriſtiano prohibentur.*
12 *Medicus Iudæus Chriſtiano prohibetur, tam laico, quam clerico, ſub graui pœna, præter neceſſitatem.*
13 *Papa poteſt ad decorem ceſſante peccato ſtatuere inter laicos infideles.*
14 *Iudæi non permittuntur habere mancipia Chriſtiana propter periculum conuerſationis, & corruptionis.*
15 *Principes ſeculares non poſſunt permittere Iudæis, vt ſeruos Chriſtianos habeant in regno ſuo.*
16 *Princeps non poteſt permittere Iudæis, ne ſine certo ſigno recognitionis eorum ſecta deambulent.*
17 *Iudex a quo non debet admittere appellationem, quæ ſit manifeſte contra ius.*

Iure

18 *Iure interdicente appellationem fieri, iudex non tenetur ſuperſedere exe-
cutioni ſententiæ.*
19 *Ius neminem grauat, ita nec ius exequens.*
20 *Statutum generale re & verbis non recipit appellationem.*
21 *Iniquitas, ſeu iniuſtitia, licet interpoſita non fuerit appellatio, ſemper
poteſt retractari.*
22 *Negocia extraiudicialia poſſunt quandocunque reuocari, quia non tran-
ſeunt in rem iudicatam.*
23 *Statutum quando debeat eſſe generale.*
24 *Conſuetudo ne mihi liceat tollere lapidicina de ſuo fundo eo inuito valet
propter communem vtilitatem.*
25 *Statutum licet regulariter in odium certę perſonæ fieri non poſſit, poteſt
tamen fieri in fauorem certæ perſonæ.*
26 *Lex, ſiue ſtatutum eſt duplex, ſcilicet aut generalis, aut ſpecia-
lis eſt.*
27 *Mens legis præcipue inſpicienda eſt.*
28 *Officiales de conſilio qui cognoſcit ſe non poſſe obuiare malo, an tenea-
tur dimittere officium.*

CAP. XXIX.

1 Onſuluit.tertio. † Appellatio con-
tra canones, nõ ad-
mittitur, hoc dicit. vel ſic, a iudice iuris diſpoſitio
nem exequente non appellatur, hoc dicit. Com-
munis diuiſio ſecunda ibi, non conuenit. Imo.& Hoſt intel-
ligunt iſtum tex. duobus modis.

Primus eſt, quod cum epiſcopus compelleret Iudæos, vt
compellerent mancipia Chriſtiana in ſua libertate, quia iu-
ra non permittunt Iudæis habere mancipia Chriſtiana in
ſua poteſtate, appellatum fuit ab ipſo epiſcopo per Regem
Francorum, qui interponebat appellationem fauore Iu-
dęorum, a quibus forte multa commoda percipiebat.

Secundo modo poteſt intelligi, quod non appellabat iſte
Rex, ſed quod appellabatur ab eo, quia tanquam miniſter
eccleſiæ compellebat Iudæos, vt dimitterent ſeruos Chri-
ſtianos, & ſecundum iſtum intellectum illud verbum, a Re-
ge, ſtat proprie, & eſt ſenſus, vtrum ſit deferendum appella-
tionibus interpoſitis a Rege Francorum per Iudæos deti-
nentes mancipia Chriſtiana, ſed ſecundum primum intel-
lectum debet exponi a Rege, ideſt per Regem: & dicit dom.
Abb. quod vtraque lectura poteſt adaptari litteræ, nec im-
mutatur iuris diſpoſitio, quia vtroque caſu appellatio erat
contra diſpoſitionem iuris, merito non erat admittenda.

2 No. primo arguendo a ſpeciali, quod † Iudæi poſſunt ha-
bere propria: ſi enim eſt ſpeciale, vt non poſſint habere Chri
ſtiana mancipia, ergo aliena bona poſſunt habere, immo Iu
dæi poſſunt habere bona immobilia, vt eſt tex in cap de ter-
ris, infra de deci.& in c.ij.infra de Iudę.& hoc tenuit Innoc.
in c.quod ſuper his, de vo. vbi dicit, quod Iudęi poſſunt poſſi
dere bona, & iuriſdictiones, & ita etiam conſuluit Bald. ſuo
conſil.5 incip. In Chriſti nomine Amen, & Gaſpar Calde. in
3 ſuis conſiliis, conſil.3.& pro hoc facit, quia † Iudæi ſunt capa
ces eorum, quæ poſſunt acquiri de iure gentium, vel ciuili,
vt l.Iudæi.C.de Iudę. & 1.diſt.ius Quiritum ergo ſequitur, ꝙ
ſunt capaces acquiſitionis dominij, quia dominia ſunt de iu
re gentium, vt in l.ex hoc iure.ff.de iuſt & iu. Nec obſtat tex.
4 8.diſt quo iure. vbi dicitur, quod † infideles non poſſunt poſſi
dere bona, nam ibi infideles capiuntur pro hęreticis Non ob
ſtat etiam authẽ. Gazaros. C.de hæret vbi dicit tex. quod hę
retici, & circumciſi quocunq; nomine cẽſeantur, ſunt infa-
5 mes, & banniti, & quod bona † eorum ſunt confiſcanda: ita
vt ad eos vlterius nõ reuertantur: nam ille tex. non loquitur
de Iudæis, ſed debet intelligi de Chriſtianis circumciſis, qui
ad ſubuerſionem fidei fecerunt ſe circumcidi. & hæc tene
menti, quia nonnulli Prædicatores dicunt, quod Iudæi non
poſſunt poſſidere bona immobilia. ſed hoc non eſt verum,
tamen in aliquibus locis vbi Iudęi exercent fęnus edita ſunt
ſtatuta, ſeu conſtitutiones ab habentibus dominium, quod
Iudæi non poſſint acquirere immobilia, & vbi reperiuntur
tales conſtitutiones, vel ſtatuta, ſunt ſeruanda, ſed de iure cõ
muni non prohibentur Iudęis acquirere immobilia

6 Secundo nota, quod † Iudæi non poſſunt habere ſeruos
Chriſtianos, & idem dicendum eſt de aliis Paganis, vt in ca
pi.j.& fin.infra de Iudę. vbi dicitur, quod infidelis non poteſt
habere mancipium Chriſtianum, ſiue fuerit Chriſtianus, an
tequã Iudæus ipſum emerit, ſiue poſtea effectus fuerit Chri-
7 ſtianus, aut etiam velit fieri, vnde ibi eſt tex. quod † ſeruus in-
uito domino poteſt conſequi baptiſmum. idem probatur in
cap. firmiſſimum. 54 diſt. vbi eſt bo. tex.

8 Ex quo infertur, quod eſt maioris fauoris receptio † bapti ſ
mi, quam ordinis, quia ſeruus non poteſt ordinari inuito do
mino, vt in capit.ij. de ſeruis non ordin. cum ſimilibus & ta-
men non poteſt recipere baptiſmum.

9 Chriſtianus † autem bene poteſt habere Chriſtianum mã
cipium. de quo vide bo. gloſ. in cap generalis in glo. fi. 54. diſt.
& hoc no. contra opinio. vulgarium, qui dicunt, quod poſt-
quam ſeruus recepit baptiſmum, efficitur liber, ſed non eſt
verum, niſi in ſeruis Iudæorum, vel aliorum infidelium.

10 Nunquid autem econtra liceat Chriſtiano † habere ſer-
uum Iudæum. dic quod ſic, vt dicit glo notab. 54. diſt. manci
pia. in glo. fin. dicit tamen, quod non debet cum eo conuer-
ſari, allegat cap ſæpe, & cap nullus. 28. quęſt.j. vbi patet, quod
11 Chriſtiani debent vitare † conſortia Iudęorum, ita quod nõ
debent cum eis manducare, neque habitare, nec in balneo
lauare cum eis, nec vti rebus illorum, nec eos vocare infirmi
tatibus ſuis, vnde eſt prohibitum Chriſtiano habere medi-
12 cum † Iudęum, & ſi quis contrafecerit, ſi eſt laicus, debet
excommunicari, ſi vero clericus, debet deponi, vt dicit tex.
in ca. nullus, & ca. ſequen. 28. quæſtio.1. vide etiam tex. no.
24 quęſt.1. omnis qui. iuncta glo. pen. & iſtos tex. no. contra
infirmos, qui vocant medicos Iudęos ad ſuam curationem,
vel comedũt panes Iudæorum, vel eorum cibos, vel cum eis
conuerſantur, vel vadunt ad balnea ſimul cum eis, nam gra-
uiter peccant, & ſi ſunt laici, debent excommunicari, ſi vero
clerici, debent deponi. dicit tamen Ioan. de Fan. in dicto cap.
nullus, quod ſi quis periret fame, niſi comedat azima Iu-
dæorum, vel moreretur, niſi iuuetur a medico, & alium inue
nire non poſſit, quam medicum Iudęum, quod in tanta ne-
ceſſitate licet & comedere azima, & vocare medicum Iu-
dęum, quia neceſſitas non habet legem, de conſecra. diſt. 3. ſi-
cut. & hæc tene menti.

Tertio no. iunctis iuribus allegat. in glo ſecundum domi.
13 Abbat. quod † Papa in concernentibus decorem religionis
Chriſtianæ etiam ceſſante peccato, poteſt ſtatuere inter lai-
cos etiam infideles. nam nullum peccatum eſt, vt Iudęus ha
beat ſeruum Chriſtianum, ſed ſolum dedecorat, & denigrat
religionem Chriſtianam, & ex hoc dicit vnum caſum gene-
ralem, & notabilem eſſe, in quo Papa exercet iuriſdictionẽ
in laicos etiam infideles. ſed dic, quod ſi eſſet peccatum re-
14 ſpectu Chriſtianorum, ſi permitterent † Iudæos poſſidere
Chriſtiana mancipia, quia eſſet periculum, quod propter cõ
uerſationem, & cohabitationem corrumperent a Iudæis, vt
in cap. nulli, & cap. ſeq. 28. quęſt.1. & dixi in pręced. no. & iſta
eſt punibilis cauſa, quia Iudęi, & alij infideles prohibentur
poſſidere Chriſtiana mancipia, & ſic Papa ratione vitandi
peccati, potuit ſtatuere, quod infideles non poſſint poſſidere
Chriſtiana mancipia, nam Papa ratione peccati habet iuriſ
dictionem in laicos, ut in cap. nouit, de iudic.

In quibus autem caſibus Papa habeat iuriſdictionem, ſi-
ne poteſtatem circa infideles. vide Innoc. qui notabiliter cir
ca hoc loquitur, in cap. quod ſuper, infra de voto, & ibi ſcri-
pſi poſt eum.

15 Quarto no. quod † princeps ſęcularis etiam non recogno
ſcens ſuperiorem, non poteſt ſtatuere, ſeu permittere in Re-
gno ſuo, vt Iudęi habeant ſeruos Chriſtianos. & ratio eſt, ſe-
cundum dom. Abb. quia in concernentibus ſalutem animę,
vel decorẽ Chriſtianę religionis, Principes ſęculares ſubſunt
Papę, vt probatur hic, & in cap cum ad verum & in capit. ſi
Imperator. 96. diſtin. facit textus notab. in cap primo, de ho-
micid. lib. vj.

Et ex hoc tex. poteſt inferri eadem ratione, quod non po-
16 teſt † Princeps ſęculares permittere in ſuo Regno, quod Iu-
dæi non deferant ſignum, & habitum diſtinctum, per quem
publice dignoſcãtur a Chriſtianis, vt in c quia nonnullis, in-
fra de Iudę. quia etiam iſtud fuit ſtatutum in, decorem reli-
gionis Chriſtianę.

Vltimo nota, quod quando appellatio eſt manifeſte con-
17 tra ius, † iudex a quo non debet admittere talem appellatio-
nem, nec debet ſuperſedere, ſed potius ad executionem pro
cedere, ut hic dicitur. ſed dom. Abb dicit hoc eſſe intelligen-
dum, niſi allegetur cauſa rationabilis, in qua illud ius genera
le fallat, vt probatur ſupra cap. prox. dicit tamen dom. Abb.
18 quod vbicunque generaliter a iure † interdicitur appellatio,
non tenetur iudex ſuperſedere executioni ſententię, niſi ex-
primatur aliqua cauſa rationabilis iuri cõformis de quo re-
mittat ad Innoc. in capit paſtoralis § præterea de officio de-
lega. Tu vide tex. & glo. in cap. Romana. § ſin autem. de ap-
pellationibus, in vj & ibi per Dom. Dom. & dicetur infra eo.
cum ſpeciali.

¶ In glo. in fi. dom. Abb. dicit, quod ratio ſpecialitatis eſt,
19 quia ſicut † ius neminem grauat, ita nec exequens ius, ut
23 q.4. qui peccat. & l. Gracchus. C. de adult. hinc eſt, quod a
pœna Regis non appellatur, vt infra eod. quia nos. & in l. ſi
qua pœna. ff. de verbor. ſignific. Ideo quia non grauatur, non
poteſt appellari, quia immediata cauſa appellationis e.l ip-
ſum

ſum grauamen,vt ſupra eod.ſuggeſtum.& hoc inducit dom. Abb.ad quęſtionem,ſcilicet nunquid a ſtatuto loci poſſit appellari,de quo per Bart.in l.fi.ff de appel recip & in l.omnes populi.ff.de iuſtit.& iu.& in effectu Bar.ibi,& do.Abb hic faciunt tres caſus.

20 Primus, quando † ſtatutum eſt generale re, & verbis, & hoc caſu non poteſt appellari,ſicut nec a lege communi,& de hoc eſt caſus, infra eod. quia nos. ſecundum vnum intellectum.

Secundus caſus eſt,quando ſtatutum, re, & verbis eſt perſonale,vt quia concernit certam perſonam,& tunc talis perſona poteſt appellare, vt in l.i.§ ſolent.ff.quemad.appell ſit. & de hoc eſt tex.notab.in cap cum omnes. de conſtitut. vbi etiam per Doct.& ille tex.probat,quod iniquitas, ſeu iniuſti-
21 tia † ſtatuti poteſt retractari, etiam ſi non fuerit interpoſita appellatio, quia tale ſtatutum nunquam tranſit in rem iudicatam,& pro hoc facit tex notab in cap.concertationi, eod.
22 tit. in 6. vbi patet, quod † negotia extraiudicialia non tranſeunt in rem iudicatam, ſed poſſet quandocunque reuocari per viam querelæ, & illud ſequitur etiam hic domi.Abb &
23 aſſignat rationem, quia † ſtatutum debet eſſe generale,hoc tamen intelligas, quando odium non eſt rationabile, ſecus ſi eſſet rationabile: puta ſi ſtatutum fieret in odium aliquorum delinquentium,tunc enim valeret, vt in l amiſſione §. qui deficiunt ff.de capi dimi.& hoc tenet Bart.in l fi. ff.de priuileg.credit.& in prima conſtitutione Digeſtorum,& Cy.in l.i.C.quę ſi lon.conſuetu & hoc etiam firmat Bal in l.j.ff.de legibus & allegat tex in cle cupientes.de pœn.& dicit illum eſſe meliorem tex.qui ſit in iure. Idem firmat Bal.in l iudicibus.C.eod & in l quiſquis.C.quorum appella.non recipi. & conſuluit etiam Ang.conſi.268.& iſta ſit prima limitatio ad dictum Bart.

Secunda limitatio eſt, quando damnum alterius concer-
24 nit publicam vtilitatem,nam valet † cõſuetudo, quod liceat mihi tollere lapidicina de tuo fundo te inuito, & hoc propter publicam utilitatem,ut in l.venditor.§.ſi conſtat. ff.com. præd. vt eſt tex not. & de hoc vide Hoſt.in ſum. §.quod quidam.verſ.iterum communem vtilitatem.

Extra iſtos caſus non valet ſtatutum factum in damnum alterius,ſeu aliquorum,& contra tale ſtatutum poteſt opponi exceptio doli,vt eſt tex.ſing in l.j.ff.de do.

25 Dic tamen, quod licet † ſtatutum regulariter non poſſit fieri in odium certæ perſonæ,vel certarum perſonarum, tamen bene poteſt fieri ſtatutum in fauorem certę perſonę,& ſi fit valet,ut in l.Antiocenſium ff.de priuileg.credi.& ibi hoc tenet Ang.allegat l.neque.C.de decurion.lib.10. & Bal in l.j. C.de ll idem tenet, & idem tenet Per.de Anch.in cap ſi propter.de reſcript.in 6. ſed multum in contrarium facit tex. in 4 diſt.erit autem lex nullo.ibi,priuato commodo,ſed pro cõmuni vtilitate ciuium conſcripta eſt, ſed ſolue, quod duplex
26 eſt † lex,ſeu ſtatutum. Aliqua enim eſt lex generalis, ſeu ſtatutum generale,& talis lex,vel ſtatutum non debet fieri propter priuatum commodum alicuius,ſeu pro communi vtilitate omnium,& hoc modo loquitur ille tex. Aliqua autem eſt lex,ſeu ſtatutum ſpeciale.concernens fauorem, ſeu commodum certæ perſonę,& talis lex,ſeu ſtatutum valet,nec dicitur lex communis,ſed ſingularis,ſeu priuata,pro quo vide bo.tex.in l.j.ff.de conſtit.princ.

Tertius caſus eſt, quando lex, vel ſtatutum eſt generale quo ad uerba,ſed in effectu eſt perſonale,& tunc dicendum eſt per omnia,vt dictum eſt in proximo caſu eiſdem rationi-
27 bus: non enim uerba, ſed † mens legis conſideranda eſt, ut in regula fi.lib.6.& in capit.ſi poſtquam § i de elect.lib.6.& in l non dubium.C.de ll.& dicit dom Abb.hæc verba Bart eſſe notanda,licet nõ ponat limitationes prædictas. dicit tamen lex generaliter eſſe dicendum,quod non ſit facienda differētia,an ſtatutum ſit generale.uel perſonale,ſed ſolum an cõtineat in ſe aliquã neceſſitatem,quia tũc unus ſolus põt appellare,& vnus ſolus põt reſiſtere omnibus ſtatutariis. ut in c.i. de his quæ fi a ma par.cap.& ibi Inno.dicit unum dictũ multum ſingulare dicit enim, quod quandocunque editur ſtatutum iniquum,uel aliquid iniquum fit in uniuerſali, quilibet prætendens intereſſe poteſt contradicere, & appellare,& ſi nõ prætendit intereſſe,adhuc tenetur contradicere,nec ſufficit tacere, quia illi qui conſentiunt eſſe de conſilio ſe obligant ad conſulen. vnde eos non excuſat taciturnitas, & inuoluuntur pœna, ac ſi conſentirent, & no.bene illud dictum, quia ſæpe fiunt multa contra libertatem eccleſiæ. vnde tacētes etiam ſi dent ballottam contra, non euadent pœnam excommunicationis.

Limita tamen illud dictum Innoc. ut dixi in cap.quod ſuper his,de maior.& obed & adde quæ ſcripſi in cap quanto. i.colum poſt princ.de iureiur.

28 Quid autem ſi talis eſt † officialis, an teneatur dimittere officium,ſi non poteſt aliter obuiare,dicitur per Doct.in cap. aduerſus,intra de immu.eccleſ. Et hæc ſufficiant in iſto cap. Sequitur cap.ad hæc ſicut.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio conceditur illi, qui ante citationem miſit nuncium ad Papã, ne delegatus in cauſa procedat.*
2 *Itinerantem excuſat itineris arreptio perſonaliter facta ante notitiam literarum, ne contra eum procedatur.*
3 *Malitioſè verſari præſumitur, qui ſcit ſe citatum, & nuncium mittit.*
4 *Contumax verus cenſetur,qui ſcit ſe citatum, & non comparet, vel ſe occultat,vel quid aliud malitioſè agit.*

CAP. XXX.

AD hæc ſicut.quarto. Qui ante citationem, vel notitiam litterarum miſit nũcium ad Papam
1 † appellare poteſt,ne delegatus in cauſa procedat, ſecus ſi poſt.hoc dicit.

Nota ex tex. quod ſicut arreptio itineris perſonaliter fa-
2 cta ante notitiam literarum excuſat † itinerantem,vt interim contra eum non procedatur, ex quo ſine dolo itinerauit ad Papam,vt in cap meminimus, ſupra eod & quod ibi dixi, ſic & miſſio nuncij defendebat mittentem ſuper cauſa, in qua nuncium miſerat,vt interim non teneretur reſpondere coram delegato impetrato per partem aduerſam,ex quo ante notitiam litterarum nuncium miſerat.

Vtrum autem hodie iſta allegatio ſufficiat, plene dicetur infra eod.vt debitus.

Secundo no. ibi,ſi poſt citationem,ſecundum Bald.quod
3 ille qui ſcit ſe citatum,præſumitur † malitioſe verſari.& iſte tex hoc modo poteſt induci,ſi enim aliquis habet notitiam citationis, & poſt talem notitiam mittit nuncium ad Papam, cenſetur malitioſè verſari, quia cum ſciret ſe citatum, debebat comparere,& non mittere nuncium ad Papam. Et ex hoc dicto Bal poteſt inferri,quod ille,qui ſcit ſe citatum,
4 & non comparet, cenſetur verus † contumax, ſed vide tex. not in cap.quoniam frequenter § porro.ver.in his caſibus.vt li.non conteſta.vbi tex.dicit illum eſſe contumacem, qui peremptoria citatione recepta contempſit cõparere, vel malitioſe ſe occultat,vel impedit,ne citatio ad eum poſſet peruenire, & illum tex.tenebis ſemper mēte, & eum multum no. ibi dom.Abb.& vide not.per glo & Doct in clem.vnica, de do & contum & per Bart.in l ex conſenſu.§.fi.ff eod. & l.fin. ff de reſtitutio.in integr. Et hæc ſufficiant in iſto capitulo. Sequitur cap.de priore.

SVMMARIVM.

1 *Appellationi interpoſitæ qui non detulit, mittitur ad Papam puniendus.*
2 *Subditus per exceſſus poteſt in ſuperiorem ſuum appellare.*
3 *Subditus poteſt accuſare prælatum ſuum, & denunciare eius crimen ſuperiori.*
4 *Intereſt cuiuslibet ſubditi bonum habere prælatum.*
5 *Delicta, & mores mali reddunt quem notabiliter infamem.*
6 *Fama poteſt ſe habere ad bonum, & ad malum.*
7 *Prodigus famæ dicitur vita diſſolutę.*
8 *Legata ad pias cauſas, quando non ſint recipienda.*
9 *Criminoſi an poſſint eleemoſynam, vel alias oblationes facere.*
10 *Appellationi non deferens,eſt puniendus,& quando.*
11 *Iudex qui defert appellationi fruſtratorię, punitur.*
12 *Appellationi quæ in dubio eſt,an ſit friuola,deferendum eſt.*
13 *Iudex ad quem debet cognoſcere,an appellatio ſit iuſta.*
14 *In dubio potius eſt deferendum appellationi,quam ſententiæ.*
15 *In dubio omnis appellatio pręſumitur iuſta.*
16 *In dubio iudicandum eſt,appellationem non eſſe deſertam.*
17 *Papa grauiter peccat, ſi tradit bona eccleſię ſuis conſanguineis,vt locupletet eos.*
18 *Pręlatus non poteſt concedere feudum ſuę eccleſiæ conſanguineo, ſecundum Bal.niſi adſint merita inſignia.*
19 *Executor teſtamenti, an relicta ad pias cauſas poſſit inter conſanguineos ſuos diſtribuere,vel teſtatoris.*
20 *Pręlatus corrigens ſubditum, ſi eſt in eodem peccato, vel ęquali,uel maiori,poteſt appellari,& quando.*
21 *Exceptio criminis contra delegatum opponi non poteſt, ſed bene infamia.*
22 *Appellatio quando detur a correctione ſuperioris.*
23 *Differentia inter iudicium, & correctionem.*

24 Præ

24 *Prælatus poteſt corrigere ſubditum ex officio, & ex zelo charitatis, & ſic dupliciter.*
25 *Accuſare vitia bonum eſt, ſecundùm Aug.*
26 *Appellationi non deferens, ſiue clericus, ſiue laicus, qualiter puniendus.*
27 *Iudex facit litem ſuam non deferendo appellationi.*
28 *Iudex non deferens appellationi, qua pœna puniatur de iure ciuili ciuiliter, vel criminaliter.*
29 *Pondus, accipitur pro libra, & quot ducati libram compleant.*
30 *Pœna corporis afflictiua in perſona honeſta, ſuperat omnem pœnam pecuniariam.*
31 *Appellans poteſt petere iudicem puniri de non delata appellatione, etiam poſt deſertam appellationem.*
32 *Iudex an excuſetur ſi in deferendo appellationi dixerit, ego deferam, ſi tu oſtendas cauſam iuſtam deferendi.*

C A P. XXXI.

1 DE priore. Qui non detulit † appellationi
interpoſitæ ad Papam, mittitur
cum literis ordinarij ad curiam puniendus, hoc
dicit.
2 Nota primo, ſecundum vnum intellectum, † quod ſub-
ditus poteſt ſuperiorem ſuum propter eius exceſſus mani-
feſtos appellare ad ſuperiorem, & iſta appellatio eſt quędam
prouocatio ad cauſam, vt in cap cum ſit Romana, ſupra eo.
3 & dicit dom. Abb. de hoc non eſſe admirandum, quia † ſubdi
tus poteſt accuſare prælatum ſuum, & eius crimen denun-
ciare ſuperiori, vt in cap. licet olim. de ſimo & in cap ex par-
te, & in cap. veniens & in cap. olim de accuſat. Vnde eodem
4 modo poteſt eum prouocare ad cauſam. † Intereſt enim cu
iuslibet ſubditi habere bonum prælatum. 8 q. 1. audacter. &
cap. qualis Tu vide glo. optimam in c. ex parte A. ſup. de teſt.
& quod dixi ſuper ea.
Secundo no. ibi, & quæ ipſum notabilem reddunt. quod
5 delicta, † & mali mores reddunt quem notabilem. i. infamē:
vnde expone tex. notabilem. i. nota infamiæ dignum. ſicut
6 enim † fama poteſt ſe habere ad bonū, & ad malum, vt in l.
capitalium § famoſos. ff. de pœn. & per Bart. in l de minore.
§. tormenta. ff. de quæſt. ita & hoc verbum notabilis: quia po
teſt referri ad virum moribus, & origine generoſum, & ad vi-
rum criminibus infectum, quia ille reddit ſe notum aliis ex
bonis operibus, alter vero ex malis moribus. & vide bo. tex.
in cap. fin de accuſat. vbi agens vitam diſſolutam, dicitur pro
7 digus † famę, & ſalutis, vnde Bar. in l. j. in 7. col. & in 6. q. C. de
8 ſacroſanct. eccleſ dicit, quod † legata ad pias cauſas ab illo,
quem conſtat notorie deceſſiſſe in peccato mortali, vt puta
quia fuit interfectus in furto, vel ſe ipſum occidit, vel ſimilia
non valeat, nec in talibus delictis habent locum priuilegia,
quæ a iure communi, vel canonico ſunt conceſſa legatis ad
pias cauſas. vide etiam Innoc. in cap. cum voluntate, de ſent.
excom. vbi dicit, quod ſi excommunicatus relinquit aliquid
pro anima eccleſiæ, illud legatum non valet, nec eccleſia de
bet illud acceptare.
9 Quid autem de aliis † criminoſis, an poſſint eleemoſynā,
vel aliam oblationem facere. dic, vt per Inno. in d. c. cum vo-
luntate. & in c. quia plerique. de immu eccl. & per glo. magi-
ſtram in c. ex tranſmiſſa. de elect. & 90. diſt. oblationes. & 14.
q. 5. in ſumma.
10 Vltimo nota, quod non deferens † appellationi etiam ex-
traiudiciali ex cauſa rationabili interpoſitæ eſt puniendus.
Et idem eſſet dicendum, vbi iudex deferret appellationi
fruſtratoriæ, quia tali appellationi, nec iuſtitia defert, nec a
iudice eſt deferendum, vt dicit tex. in cap cum appellationi-
bus, eo. ti. in 6 & hoc tenuit Spec. in § nunc dicamus. in prin.
11 eod. tit. vbi dicit, quod ſi † iudex defert appellationi fruſtra-
toriæ, cui non deberet deferri, debet puniri in viginti libras
argenti, allegat 2. quæſt. 6. ſunt quorum verſic ſi quis etiam.
& idem tenuit Ang. in l. quoniā iudices. C eo. vbi dicit, quod
aut certum eſt appellationem eſſe iuſtam. & tenetur iudex
diferre, alias punitur, ut hic, & ibi. Aut certum eſt appella-
tionem eſſe friuolam, & tunc non debet deferre tali appella-
tioni, vt dicto cap. cum appellationibus, eod titu in vj. & d l.
quoniam iudices. & ponit exemplum, quando appellatio
interponitur in caſibus a iure prohibitis, aut contra noto-
rium. & ita etiam dicit Bal. in l. iudicibus. C eod ſed hoc in-
tellige, niſi aliqua cauſa grauaminis allegaretur, quę ſi eſſet
vera, debet appellatio legitima reputari, & de hoc eſt text.
hic, ſecundum intellectum gloſ. & dixi in capitu peruenit. ij.
ſupra eod. & capit conſuluit. 3. ſupra eod. Aut ſu . us in du-
12 bio, & tunc ſecundum Ang deferendum eſt † appellationi.
idem dicit Bart. in l chyrographis §. j. ff. de admin. tut. vnde di
xit Innoc. in cap. dilectus. el 2. de reſcrip. quod appellatio ſem
per dicatur eſſe iuſta quantum ad hoc, vt iudex teneatur de-
ferre appellationi, ſi continet iuſtam cauſam grauaminis, q̄
ſi foret vera, debet appellatio legitima reputari, & idem di-
cit, quod iudex a quo in dubio tenetur deferre appellationi,
& ſuperſedere, quia ad ipſum nō pertinet cognitio, an appel
13 latio ſit iuſta, vel iniuſta, ſed ad † iudicem ad quem, vt eſt tex.
not. in dicto cap. dilectus.
Et no. quia Innoc. loquitur de appellatione ab interlocu-
toria, quia in appellatione a diffinitiua regulariter non eſt
neceſſe exprimere cām grauaminis, ſed Ang in d. l quoniam
iudices, tenet contrarium. dicit enim, quod ſi eſt mere inter-
locutoria, iudex non tenetur deferre, nec ſuperſedere. donec
ſibi inhibetur per iudicem ad quem, vt in cap non ſolum. §.
illa. & in cap. Romana. §. ſi verò. eod. tit. in 6. vnde dicit, quod
ſi non defert appellationi, non eſt puniendus. Mihi autem
placet magis opin. Innoc ſcilicet quod iudex in dubio debet
deferre appellationi, etiam ab interlocutoria interpoſita.
Si tamen hoc non facit, nō reuocantur attentata, niſi de-
mum iuſtificata appellatione, niſi eſſent attentata poſt inhi
bitionem iudicis ad quē, vnde talia attentata dependent ex
futuro euentu, quia iuſtificata appellatione reuocabuntur
in vim nullitatis, vt dixi in cap. ſuper eo. el primo, ſupra cod.
& quia tunc apparebit iudicem a quo debuiſſe deferre appel
lationi, poterit puniri ex eo, quia debuit tali appellationi de
ferre, vt d. c dilectus.
14 Et ex prædictis infertur, quod † in dubio potius eſt defe-
rendum appellationi, quam ſententiæ, & hoc tenuit glo. no.
15 in l. j. C. ſi aduerſ. credito. quæ dicit, quod † in dubio omnis
appellatio præſumitur iuſta, & quod ei deferendum eſt po-
tius, quam ſententiæ. & idem dixit Spec eod. tit. §. nunc dica
mus, poſt medium. verſic. Vincentius dixit. & Archid. in cap.
ſi a iudice, eod tit. in 6. ſed uide Bal eod tit. in addit. Specul. in
11. col. verſ. in dubio potius defertur. vbi dicit, quod in princ.
fauendum eſt appellationi potius, quam ſententiæ, hoc eſt
dicere, quod ſi dubitatur, an appellatio teneat, uel non, po-
tius fauendum eſt appellationi, quam ſententiæ, quia in du-
bio iudicādum eſt, ut appellatio teneat, ſeu quod ſit iuſta. in
medio uero dicit Bal. quod fauendum eſt pariter vtrique: di-
cit tamē, quod ſi uerteretur in dubio, an appellatio eſſet de-
16 ſerta, uel non, quod † in dubio iudicandum eſt appellatio-
nem non eſſe deſertam, & hoc tenet Pau. de Caſt. in l. 1. ff. ſi
quis caut. Et ſic quantum ad hoc etiam in medio potius fa
uetur appellationi, quam ſententiæ, quia in dubio potius eſt
iudicandum pro ſententia quando non conſtat clare in fine
cauſæ, appellationem eſſe iuſtam: ſententia enim tunc eſt
confirmanda, ut no. in l. Herennius. §. Caia. ff. de euict. facit
quod no. glo. in ſimili in c. cum ad ſedem in glo. ij. ver. ſed qua
liter. de reſtit. ſpolia. & circa hoc ultimum uide quod dixi in
c. cauſam, quæ ſupra de re iudic.
¶ In glo. j. hæc glo. uidetur intelligere tex. quod iſte prior
exceſſerit modum in corrigendo iſtum canonicum affligen
do eum contra iuris debitum, & propter hoc iſte canonicus
appellauit ad Papam. ſed iſta lect. licet ſit uera in ſe, male po
teſt aptari ad tex. niſi exponas ibi, propter ſuas enormitates
manifeſtas, ſcilicet commiſſas in affligendo, & puniendo
iſtum canonicum contra regulam, & iuris diſciplinam. &
ex hoc tex ſecundum hanc lect. colligit do Abb. quod ſubdi
tus quantumcunque religioſus iniuſte afflictus & correctus
a ſuperiore, poteſt appellare ad ſuperiorem ipſius ſuperioris
corrigentis, & ſuperior tenetur deferre appellationi, alias pu
nitur ut hic.
Secunda lect. eſt, quod iſte prior compellebat iſtum cano
nicum ad conſentiendum alienationibus, quas illicitē fece-
rat de rebus eccleſiæ conſanguineis, & amicis ſuis. Item ur-
gebat ipſum ad non detegendum uitia ſua, unde iſte canoni
cus ſentiens ſe in iſtis grauari, appellauit ad Papam. prior
autem ipſum incarcerauit, & coegit ipſum renunciare ſuæ
appellationi, unde Papa hoc intelligens ſcribit epiſcopo, ut
eum mittat cum ſuis literis ad Sedem Apoſtolicam, ut pu-
niatur de omnibus exceſſibus. & inquantum ſecundum iſtū
intellectum dicitur, quod iſte prior compellebat iſtum ca-
nonicum ad conſentiendum alienationibus, quas faciebat
de rebus eccleſiæ, conſanguineis, & amicis ſuis vide tex. ſin-
17 gul. in c non liceat Papæ 12 q 2. ubi patet, quod Papa † gra-
uiter peccat, ſi tradat bona eccleſiæ, ſeu ſpiritualia ſuis con-
ſanguineis, ut eos faciat locupletes. & per illum tex. dicit ibi
Hug. & Archid. quod Papa hoc faciens, peccat mortaliter.
& idem dicit dom. Abb in cap. conſtitutis, de relig. dom & in
18 c. dudum ij de elect. dicit autem hic Bal. quod † prælatus non
poteſt concedere feudū eccleſię ſuę conſanguineo ſuo, quia
præſumitur conceſſio ambitioſa, cap. j qui ſucceſſ. ten. in uſ.
feu. dicit tamen, quod antiqua feuda, hoc eſt, quæ conſan-
guinei recognouerunt ab anteceſſoribus, poteſt ei reforma-
re,

re, ſed feudum antiquum eccleſiæ, quod fuerat aliis perſo-
nis infeudatum reuerſum ad eccleſiam, non poteſt infeuda-
re conſanguineo propter nimiam affectionem, quam præ-
ſumitur ad ipſum habere, vt in auth quibuſcunque. C. de ſa-
croſan eccl. dicit tamen, quod propter inſignia merita con-
ſanguinei, poſſet concedere ſibi feudum etiam de nouo, &
dicit quod tunc valeret infeudatio, allegat l ſi parer. ff. de do
nat ſed hoc caſu neceſſarium eſſet probare merita ad hoc,
ut valeret infeudatio, vt dicit Ioan And. in addit Spec in Ru
brica de rebus eccleſ non alien. & Barto. in l ſi donationem.
C. de collat. Et circa hoc omnino vide But. & Ioan. de Imo.
in cap. j. de depo & de iſto articulo, ſcilicet an poſſit prælatus
infeudare, uel concedere rem eccleſiæ cõſanguineis ſuis. dic
vt in dicta auth. quibuſcunque. C. de ſacroſanct eccleſ. & per
Pet de Anchar. & Ioan. de Imo. & dom. Abb in cap vt ſuper.
de rebus eccleſ. non alien. dicit etiam Bal. quod ſi teſtator
19 mandauit † executori dato in teſtamento, vt diſtribueret cer
tam quantitatem pecuniæ in pias cauſas, quod non poteſt
diſtribuere inter conſanguineos ipſius executoris, quia tunc
non diceretur diſtributum ad pias cauſas, allegat glo quam
dicit eſſe ſingularem in l. illud. C. de ſacroſanct. eccl. ſed Bal.
ibi in princ dicit hoc eſſe verum, niſi coniuncta perſona eſ-
ſet poſita in neceſſitate. & idem dicunt Iac de Arc. & Bal. in
l id quod pauperibus. C. de epiſc & cler. in 7 q. ubi dicunt, ꝙ
executor, ſeu commiſſarius teſtamenti poteſt eligere con-
ſanguineos ſuos in pauperes, dummodo ſint pauperes, &
faciat palam, & bona fide. Et ex hoc ſum expeditus de ſecun
do intellectu.

Tertius intellectus ex dictis Doctorum colligitur, ſcilicet
quod hic non præceſſerat grauamen, ſed iſte canonicus ap-
pellauit iſtum priorem ad Sedem Apoſtolicam propter ſuas
enormitates manifeſtas, ſcilicet quia alienabat bona eccle-
ſiæ conſanguineis, vel quia tenebat mulieres inhoneſtas in
clauſtro, & iſta fuit appellatio extraiudicialis, & iſte intelle-
ctus ſecundum dom. Abb multum conuenit litteræ, quia lit
tera dicit, quod appellaui priorem ad Sedem Apoſtolicam
non autem quod appellauit a priore. & ſic fuit appellatio
extraiudicialis, quæ eſt magis prouocatio ad cauſam, quam
appellatio, vt ſupra eo cum ſit Romana. & quamquam non
teneretur appellatus propter talem appellationem compa
rere coram Papa, vt dicit glo. in dicto cap. cum ſit Romana,
in uerbo, nec ſolent, qua incipit, proprio ſumpto uocabu-
lo, ſupra eod non tamen debuit ille prior impedire appellan
tem in proſecutione ſuæ appellationis, & ſi hoc fecerit, de-
bet puniri. vt hic.

Quartam lecturam colligit dom. Abb. ex notatis per Ho-
ſtien & Ioan. Andr in cap. j de cenſibus 6. vbi dicunt, quod
prælatus etiam religioſus cõſtitutus in peccato mortali no-
torio, vel infamatus, ſi ſit incorrigibilis, & velit ſubditũ cor-
rigere, poteſt ſubditus appellare, & ſi defert appellationi be-
ne quidem. & ſi non defert, punietur, vt hic: & aſſignat ratio
nem, quia correctio iudicialis nõ cadit in talem prælatum,
ut in cap. iudicet, & in cap in grauibus. & cap. ſequen. 3. q 7.
& iſtam lecturam clarius poſuit Hoſtien in cap licet. de offi.
20 ordin vbi dicit, quod ſi † prælatus corrigens ſubditum, eſt in
peccato æquali, vel maiori notorio, poteſt ab eo appellari &
ita dicit intelligendum eſſe iſtum text. & ita etiam dicit ibi
Ioan. Andr ſed dom. Abb. dicit, quod ſi hæc lect. eſſet vera. eſ
ſet multum notabilis, ſed quod nõ eſt vera, quia quantum
cunque prælatus ſit notorius criminoſus, antequam priue-
tur prælatura, poteſt iuriſdictionem in ſubditos exercere, nec
ſubditi poſſunt ab eo recedere ante priuationem quantum-
cunque ſit notorius criminoſus, niſi in quibuſdam caſibus
ſpecialibus, de quo remittit ad glo. in cap cum non liceat. in
prima glo ſupra de præſcrip & ad ea quæ dixit ſuper eadem.
& ad dictũ c iudicet. reſpondet quod ibi non loquitur de po
teſtate iudicialiter exercenda. ſed quo ad meritum vitæ, & ad
condemnationem ſuam, quia prælatus magis delinquit cor
rigendo alios, & non ſe, ſed nihilominus corrigere poteſt,
& ad hoc allegat Innoc in cap. cum venerabilis, de except.
vbi voluit, quod etiam contra delegatum non poſſit oppo-
21 ni † exceptio criminis, ſed bene exceptio infamiæ, & plus vo
luit Inno in cap ſceleratus de reſcrip vbi dicit, quod contra
ordinarium non debet admitti aliqua exceptio quamdiu to-
leratur in officio dicit tamen, quod ſi ſuperior corrigeret,
22 nõ ex dilectione, ſeu iuſtitia ſed ex odio, quod † poteſt ab eo
appellari, vt voluit Hoſt & Ioan Andr. in dicto cap licet. de
offic. ordin. per capit. plane. 13 quæſt. 4. facit etiam, quia talis
ſententia dicitur iniuſta ex animo. vt in §. ſi ergo. 11. quæſt. 3.
& no glo in ſumma, ead. quæſt. Sed tu dic, quod opin. Hoſt.
& Ioan Andr. in dicto cap. j de cenſib in vj communiter te-
netur per Doct. & oſtendi ipſam eſſe veriorem in dicto cap.
licet. de offic. ordin. vbi reſpondi ad rationes dom. Abb. tamen
23 quia ibi ego non allegaui Sanct. Thom. vnde nunc ego † di-
ſtinguerem inter iudicium, & correctionem, & appello iu-
dicium, quando proceditur, vt imponatur pœna, quæ a iu-
re requiritur, voco autem correctionem, quando ſuperior
procedit ex officio corrigendo ſubditum de delictis ſuis, nõ
imponendo pœnam, quæ a iure imponitur. In primo caſu,
ſcilicet quando proceditur iudicialiter, dicit Sanc. Tho. 2. 2.
quæſt 60. artic. 2. in fi quod illi qui ſunt in grauibus peccatis
notoriis, ſeu manifeſtis, non debent eos iudicare, qui ſunt in
iiſdem peccatis, uel minoribus, & dicit, quod hoc tenet Ioã.
Chryſoſtomus, Matthæi 7. cap. Nolite iudicare. aſſignat ra-
tionem, quia ex hoc generatur ſcandalum in cordibus alio-
rum, ſi autem peccata non ſint publica, ſed occulta, & ne-
ceſſitas iudicandi immineat. tunc dicit, quod propter offi-
cium poteſt cum humilitate, & timore, uel arguere, uel iu-
dicare, & allegat Auguſt. in lib. de ſermone Domini, ubi di-
cit, ſi inuenerimus nos in eodem uitio eſſe congemiſcamus,
& ad pariter puniendum inuitemus & ſubdit Sanct. Thom.
quod propter hoc iudex, ſeu Prælatus condemnans, non ac-
quirit ſibi nouum meritum condemnationis, ſed condem-
nans alium oſtẽdit ſe ſimiliter condemnabilem eſſe propter
idem peccatum, vel ſimile.

In ſecũdo autem caſu, ſcilicet quando agitur de correctio
ne San. Tho in 4. ſen. diſt. 20. q. 5. ſub quæſtione ſecunda eiuſ
24 dem quæſtionis, dicit San. Tho. quod † Prælatus poteſt dupli
citer corrigere ſubditum: uno modo ex officio, ſicut Prælati
corripiunt: alio modo ex zelo charitatis.

In primo caſu dicit, quod Prælatus exiſtens in peccato ſi-
mili, vel maiori, non poteſt aliũ corripere, ſiue illud peccatũ
ſit notorium, ſiue occultum, & aſſignat rationem dicens, ꝙ
ille qui eſt in peccato mortali etiam occulto indigne vtitur
officio prælationis, vnde peccat corripiendo, vel quicquid
aliud officii proprii exercendo.

In ſecundo autem caſu, ſcilicet quando corripit ex zelo
charitatis, & non tanquam miniſter eccleſiæ tunc nõ peccat
corripiendo niſi ratione ſcandali, quod inde conſurgeret, ꝙ
tamen non poteſt contingere niſi in peccato notorio, & di-
cit, quod ſiue prælatus, ſiue ſubditus etiam exiſtens in pecca
to notorio, videns aliquem peccare, poteſt eum admone-
re non per modum corripientis, ſed per modum rogantis, vt
exemplo ſuo non incitetur ad malum, & idem concludit S.
Tho 2. 2. quæſtio. 33. artic. 5. in fi. vbi concludit, quod ſi pec-
cator cum humilitate corripiat delinquentem, nõ peccat, &
per hoc concludendum eſt, quod Prælatus non poſſit corri-
gere ſubditum in modum prælationis, & ſi vult hoc facere,
poteſt ab eo appellari, & ad hoc faciunt uerba Aug in libro
25 de ſermone Domini in monte, vbi dicit: † Accuſare uitia bo
num eſt, quod cum mali faciũt, alienas partes agunt. ad idẽ
ad Romanos, ſecundo capi. in quo alium iudicas, te ipſum
condemnas. vnde conclude, quod ſi Prælatus criminoſus
vult alium corrigere in modum prælationis, poteſt licite ab
eo appellari, mandatis tamen eius licitis & honeſtis, & ad
officium ſuum pertinentibus, tenentur ſubditi obedire, do
nec toleratur, niſi in quibuſdam caſibus, & de hoc in d. cap.
cum non liceat, ſuper glo. j de præſcript.

¶ In glo fin. hæc glo. in effectu uult, quod non deferens
26 † appellationi, debet deponi. ſi eſt clericus, ſed ſi eſt laicus, de
bet puniri in triginta pondo auri, ut in l. quoniam iudices.
C. eo. ſed Docto. communiter dicunt eſſe diſtinguendum in
ter ius ciuile, & canonicum.

In primo caſu, ſcilicet quando quæritur, qua pœna de iu-
re canonico debet puniri, non deferens appellationi, dicũt,
quod aut eſt cauſa criminalis, & tunc non deferens appella
tioni eſt deponendus, hoc modo loquitur c. de cætero. 2. q 6.
& ibi hoc etiam tenet Archidiac. & hoc modo debet intel-
ligi cap qui ſe ſcit. ea. quæſt quia loquitur, quando appellatur
in maioribus cauſis Sedi Apoſtolicæ reſeruatis: aut cauſa eſt
ciuilis, & tunc punitur ut hic, quia debet remitti puniendus
ad ſuperiorem, & erit pœna arbitraria, quia ex quo a iure nõ
eſt aliter determinata, ut ſupra de officio delega. de cauſis. &
iſtam determinationem communiter ſequuntur Cano. &
27 ſequitur etiam Bal. hic, qui dicit, quod etiam facit † iudex li-
tem ſuam, quia debet condemnari parti, contra quam tulit
ſententiam ad intereſſe, allegat Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi
delic. naſcun. in princ & in cap. ſacro, infra de ſent. excomm.
Tu dic, quod iudex facit litem ſuam non ex eo, quia appel-
lationi non detulerit, ſed ex eo, quia tulit iniuſtam ſenten-
tiam, vnde iudex non debet condemnari parti ad intereſſe,
niſi probet ſententiam eſſe iniuſtam, ſed quãtum ad hoc ut
puniatur ex eo, quia appellationi nõ detulit, non requiritur vt
aliud probetur, niſi quod iudex debuit deferre appellationi,
etiam ſi non probetur ſententiam eſſe iniuſtam.

In ſecundo autem caſu, ſcilicet quæ pœna imponatur de

iure

28 iure ciuili † iudici non deferenti appellationi. ſimiliter Doct.
diſtinguunt, an cauſa ſit ciuilis, an criminalis.
In primo caſu, ſcilicet quando cauſa eſt ciuilis, iudex non
deferens appellationi, debet puniri in triginta pondo auri.
29 & dicit dom. Abb. quod † pondus accipitur pro libra, allegat
l. inter veſtem. ff. de au. & argẽ leg. & dicit, quod ita debet in-
telligi l. quoniam iudices. alleg. in glo. & dic quod 75. ducati
faciunt vnam libram auri, vt dicit glo. Inſtit. de pœna temer.
ling. in fine. & eſt tex. in l. quotiens. C. de ſuſcept. & archiar.
libro 10.
In ſecundo vero caſu, ſcilicet quando cauſa eſt crimina-
lis, tunc debet puniri iuſto ſupplicio, vt dicit tex. in l. a pro-
conſulibus. C. eod. & ſic pœna erit arbitraria, & poterit ſupe-
30 rior interpretari pęnam corporis afflictiuam, † quæ in per-
ſona honeſta cenſetur maior qualibet pęna pecuniaria, vt in
l. in ſeruorum, in fi. ff. de pęn. & illud ſequitur hic dom. Abb.
ſed An. in dicta l. quoniam iudices. voluit limitare prædi-
ctam diſtinctionem. dicit enim, quod prædicta procedunt
in appellatione a diffinitiua, vel in appellatione a diffinitiua
habẽte vim diffinitiuæ, ſecus ſi ſit mere interlocutoria, quia
tunc iudex a quo non tenetur deferre, nec ſuperſedere quo-
uſque ſibi inhibeatur per iudicem ad quem, vt in cap. non ſo
lum §. 1. & in c. Romana. § ſi vero. eod. tit. lib. 6. & per hoc di-
cit, quod tunc non eſt puniendus, ſi non defert appellatio-
ni. ſed ego nõ credo illam limitationem eſſe veram, & ſupra
ipſam reprobaui, nam per appellationem ab interlocutoria
eſt ſuſpenſa iuriſdictio in tota cauſa, vt in cap. ſi a iudice. eo
dem titu. in 6. & cognoſcere, an appellatio ſit admittenda a
iudice a quo, ſed ad iudicem ad quem, vt in cap. dilectus, el
ſecondo, in fi. ſupra de reſcript. & licet iudex a quo, ſi putat
appellationem ex falſa cauſa interpoſitã poſſit in cauſa pro
cedere, vt dicto cap. non ſolum § 1. tamen iuſtificata appel-
latione proceſſus factus pendente appellatione reuocatur
in vim nullitatis, & ſic ex futuro euentu appatet iudicem
debuiſſe deferre appellationi, & per conſequens eum eſſe pu
niendum, quia non detulit. immo plus probat iſte tex. ſecun
dum vnum intellectum, quod etiam non deferens appella-
tioni extraiudiciali eſt puniendus. Item Docto. diſtinguunt
inter appellationem ab interlocutoria, & a diffinitiua. pro
hoc etiam facit quod not. Innoc. in dicto cap. dilectus. vbi di
cit, quod iudex in dubio debet deferre appellationi ab inter
locutoria, quando continet iuſtam cauſa grauaminis, quæ
ſi foret vera appellatio, debeat legitima reputari, & dicit,
31 quod etiam deſerta appellatione, poteſt appellans † petere,
quod iudex a quo puniatur ex eo, quia non detulit appella
tioni, hoc tenet Ioan. Andr. infra eod. ſæpe ſuper glo. in ver-
bo, rata manet, in fi. & ibi dom. Abb. in vj. colum. verſi. extra
glo. quæritur. & ibi dicam.
32 Sed pone, quod † iudex dicit appellanti ego ſum para-
tus deferre tuæ appellationi, ſi mihi oſtenderis, quod debeã
deferre, an ex hoc iudex excuſetur, ne puniatur. & Bal. & Sa
lic. in dicta l. quoniam iudices. dicunt, quod non, quia iudex
debet eſſe de hoc informatus, vt in cap. ab excommunicato.
de reſcrip. facit optime c. ſi a iudice, eod. tit. in vj. Et de mate-
ria huius c. vide plene in Spec. eo. ti. §. nunc dicamus. in prin.
& hæc ſufficiant. Sequitur cap. qui a nos.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio non datur a pœna legis.*
2 *Fama aliquando ita eſt publica, vt ſuppleat probationem.*
3 *Infamia poteſt probari per duos teſtes, ſicut notorium.*
4 *Infamia, an poſſit probari per teſtem dicentem ſe audiuiſſe publice dici.*
5 *Verba, quod quis publice ſit infamatus, important, vt coram populo, vel maiori parte quis infamatus ſit.*
6 *Verba ſunt intelligenda ſecundum communem vſum loquendi.*
7 *Appellatio contra conſuetudinem particularem non eſt admittenda.*
8 *Purgare qui ſe non poteſt, habetur pro conuicto.*
9 *Prælatus qui ſe purgare poteſt, ob infamiam non priuatur.*
10 *Regulares facilius remouentur a dignitatibus, quam ſeculares.*
11 *Prælati regulares non debent remoueri, niſi pro manifeſta, & rationabili cauſa.*
12 *Fama cum vno teſte non probat in criminalibus.*
13 *Infamia an ſit ſufficiens ad ſuſpenſionem epiſcopi.*
14 *Abbas debet cedere in manibus ſuperioris.*
15 *Papa debet cedere in manibus conciliy, ſecundum Bal.*
16 *Papa reſpondens conſultationi, cenſetur reſpondere de iure communi.*
17 *Abbas in quibus caſibus poſſit remoueri a prælatura.*
18 *Prælatus eccleſiaſticus an propter negligentiam remoueri poſſit.*

C A P. XXXII.

1 QVia nos. A pęna legis etiam † particularis
non appellatur. hoc dicit vel ſic,
& ſpecialius. Contra conſtitutiones regulares ap
pellatio non defendit religioſum, hoc dicit. Et
non diuiditur.
2 No. primo ex tex. ſecundum dom. Abb. quod † aliquando
fama eſt ita publica, quod non exigitur de ea aliqua proba-
tio, ſicut dicitur de notorio facti permanentis, vt in cap. eui-
dentia. de accuſat. & in ca. manifeſta ij. quæſt. j. Si autem non
eſt ſic ſparſa, ſeu ſic clamoſa, oportet quod probetur per te
ſtes, & hoc modo ſecundum eum procedit alternatiua, aut
conuicti &c. & ſic eſt ſenſus litteræ, quod ſi Abbates ſunt re
ſperſi publicè aliqua infamia, aut de infamia conuicti, tenen
3 tur prælatiotu renunciare & dicit dom. Abb. quod † infamia
poteſt probari per duos teſtes, ſicut & notorium. vt dicit gl.
not. ij. q. 1. §. ſi quando. & 4. q. 3. §. item ſæpe. & idem dicit glo.
iuris ciuilis in l. 3. §. eiuſdem quoque principis ff. de teſtib. &
idem dicit Bart. in l. de minore. § tormenta. ff. de quæſtioni-
bus. & de hoc etiam per dom. Abb. in cap. tertio loco, ſupra
de præſumpt.
Secundo no. arg. ex tex. ibi, publice reſperſi, quod ſufficit,
quod teſtes dicãt aliquem eſſe publice reſperſum infamia,
4 vnde facit ad quæſtionem, an † ſufficiat teſtem dicere, quod
audiuit aliquid publice dici, etiam ſi non dicat ſe audiuiſſe
a maiori parte capituli, vel a maiori parte viciniæ. ſed con-
trarium tenet Bart. in l. de minore. §. tormenta, præalleg. vbi
dicit, quod ad probandum publice famam, vel infamiam,
non ſufficit teſtem dicere ſe audiuiſſe aliquid publice dici a
maiori parte populi, uel a maiori parte viciniæ, quia poſſibi-
le eſt, quod audiuerit dici ab vno, vel duobus, & ſic non pro-
baret famam, uel infamiam & idem dicit Angel. in l. ea qui-
dem. C. de accuſat. & Bal. in l. de quibus. ff. de ll. & Ioan. de Hi
ſer. in c. cum oporteat de accuſat. & idem ibidem dicit dom.
Abb. ſed idem Bal. in dicta l. ea quidem. C. de accuſat. tenet
contra opin. Bart. de quo etiam per Bal. in l. teſtium. C. de te-
ſtib. vbi refert Dy. conſuluiſſe contra opin. Bart. & idem dicit
Bal. in l. j. ff. ſi cer. pet. & iſtam etiam opinionem tenuit Argẽ
tinus filius dom. Rainerij de Forliuio, qui dicit, quod ſufficit
teſtẽ deponere, quod quis ſit publice diffamatus. & pro hac
opin. facit l. 3. in princ. ff. ad Macedo. vbi dicitur, quod ſi quis
publice reputatur paterfamilias, ceſſat Senatuſconſultum
5 Macedonianum. & ſic illa verba, † quod quis publice repu-
tetur, vel quod publice ſit reſperſus infamia, importãt, quod
quis ſit diffamatus, vel coram populo, ſeu maiori parte po-
puli, vel coram vicinia, vel maiori parte viciniæ. facit quod
no. Inno. in cap. 1. de fide inſtrum. & iſtam partem puto verio
6 rem, nam † verba ſunt intelligenda ſecundum communem
vſum loquendi, vt in cap. ex literis, infra de ſponſa. & in l. La-
beo. ff. de ſup. lega. vnde teſtis deponens, quod audiuit pu-
blice dici, non debet intelligi, quod voluerit dicere, quod au
diuerit ab vno, ſed debet intelligi ſecundum communem
vſum loquẽdi, ſcilicet quod audiuerit dici a maiori parte po
puli. vel a maiori parte viciniæ, quia aliter non poteſt dici ali
quid eſſe publicum, ſeu eſſe publica infamia. & pro hac opi-
nione multum bene facit iſte tex. & d. l. 3. ad Macedonia-
num.
7 Tertio nota, quod contra diſpoſitionem † conſuetudinis,
ſeu ſtatuti particularis non eſt admittenda appellatio. vnde
iſte tex. multum facit ad ea quæ dixi poſt Bart. & domi. Abb.
ſupra eod. conſuluit. hic enim erat conſuetudo, ſeu ſtatutum
arctans ad cedendum propter infamiam, vt infra dicam. &
ſic vbi ſtatutum eſt generale, te & verbis, non poteſt ab eo
appellari.
In gloſ. 1. hæc gloſ. intelligit iſtum tex. quod ideo iſti Ab-
bates publice diffamati, tenebantur cedere, quia non po e-
rant ſe purgare de infamia. vnde ſecus eſſet ſi potuiſſent ſe
purgare, quia tunc non debuiſſent compelli ad cedendum.
& dicit dom. Abb. quod ſecundum iſtum intellectum ſilent
multa contraria, tamen ſecundum iſtũ intellectum iſta de-
cret non poneret aliquid ſpeciale in religioſis, nam idem eſt
in ſæcularibus, quia ſi deficiente accuſatore ſuperior indice-
8 ret purgationem infamato, & ille ſe † purgare non poſſet,
haberetur pro conuicto de illo crimine, ut in cap. accedens.
de accuſat. Tu allega tex. cum glo. in cap. inſinuatum. iuncta
glo. fin. infra de ſimo. quæ dicit, quod purgatio non defertur
niſi propter vehementem ſuſpitionem, quia ex infamia ori
tur probabilis præſumptio, ſed ex eo quod deficit in purga-
tione probabilis præſumptio tranſit in uiolentam, propter
quam poteſt condemnari tanquam conuictus de crimine.
& idem dixit gloſ. in capitulo, cum contumacia. de hæretic.
in ſexto.

Et

Et ex hoc intellectu glo.h. bes. quod propter ſolam infa-
9 miam quantumcunque publicam infamiam, nō debet † præ
latus etiam regularis remoueri a prælatura, dummodo ſe
purgare poſſit, & de forma iuramenti purgationis qualiter
infamatos debet iurare, & qualiter cōpurgatores. vide opt.
tex.in c quotiens.& in c.ſi in ſi infra de purgat. cano ſed In-
noc hic ponit alium,& ſecundum intellectum.ſcilicet quod
ſit ſpeciale in prælatis religioſis, quod ex ſola infamia publi
ca poſſit remoueri a ſuis dignitatibus, quia facilius poſſunt
10 remoueri † regulares, quam ſæculares, vt in cap. qualiter, &
quando.2.in ſi de accuſat.& in cap per tuas, in ſi.de ſimo. &
iſtum Intellectum videtur ſentire hic glo ſin.in ſi.licet poſſit
intelligi, prout dicit glo.j.vt dicam ſuper ea & iſtum intelle-
ctum ſequitur hic Ioan de Imo dicens, hic eſſe tex.ſing quod
in criminibus ſola infamia publica & clamoſa faciant ple-
nam probationem in religioſis. ſed iſtum intellectum hic
reprobat dom.Abb quia non probatur iure,& dicit, quod c.
qualiter & quando,in ſi. potius facit in oppoſitum, quia ibi
datur forma inquirendi propter infamiam. & dicitur ibi,
quod in religioſis non eſt iſte ordo vſquequaque ſeruandus.
præſupponit ergo iſte text. quod infamia contra religioſum
Prælatum dat facultatem inquirendi de veritate criminis, &
quod in inquiſitione veritatis nō eſt ordo iuris ad vnguem
ſeruandus. Nec obſtat ſecundum eum litera ibi, dum dicit,
quod Prælati religioſi poſſunt remoueri facilius,& liberius,
quia fatendum eſt, quod pro facilioribus cauſis poſſunt re-
moueri religioſi, quam ſæculares, vt ibi dicitur, non tamen
ſufficit ſola infamia,& pro hoc dicit dom.Abb. eſſe tex.opt.
in c.licet Hely.& in c per tuas, el primo, infra de ſimo. in qui
bus patet, quod vltra infamiam fuerūt recepti teſtes ad pro-
bandum crimen contra certum Abbatem, & pro hoc ego
allego tex.opt.in capit.ij.de ſtatu monach. vbi dicitur, quod
11 prælati † regulares non debent remoueri niſi pro manifeſta,
& rationabili cauſa: puta ſi fuerunt dilapidatores, & incon-
tinenter vixerint, vel aliud ſimile commiſerint, pro quo ui-
deantur merito amouendi, vnde no.illum tex. dum requirit
illa duo copulatiue, ſcilicet quod cauſa ſit rationabilis, &
manifeſta, non enim dicitur manifeſta, niſi de ea conſtet, ſo
la autem infamia nō facit conſtare, ſeu aliquid manifeſtum
12 eſſe, immo † fama cum vno teſte non probat in criminali-
bus, vt dicit glo.no. In c veniens, el primo, ſupra de teſti.licet
in ciuilibus fama cum vno teſte faciat plenam probationē,
vt dicit glo.not.in c j ſupra eod.vbi dixi. An autem infamia
13 † ſit ſufficiens ad ſuſpenſionem, etiam ſi epiſcopus ſit infa-
matus, donec diſcutiatur veritas criminis. vide Ioan.And. in
c.j de accuſat.in vj.

Tertius intellectus colligitur ex dictis Hoſt. hic dicit enim
quod iſte text. loquitur ſecundum conſuetudinem quorun-
dam religioſorum, ſecūdum quam Abbas publice diffama-
tus de crimine, deponitur, & reperitur ab eo ſigillum, & di-
cit hāc conſuetudinem ſeruari in Generali Prædicatorum,
& Minorum mendicantium, & in Generali Ciſtercienſium,
& Carthuſienſium, & Templariorum, qui Generales, ſicut
ex ſola electione abſque alia confirmatione adminiſtrant,
ita ex ſola infamia tenentur cedere, ſi hoc placet omnibus
præſidentibus, ſeu diffinitoribus, ſeu maiori parti ipſorū cō-
gregatorum in communi capitulo religioſorum. ſubdit ta-
men Hoſt. quod ſi Generalis ordinis, vel alius Prelatus ſic in-
famatus nollet cedere, eſſet ei violentia inferenda, argum.in
l.extat ff.quod met cau. ſed eſſet adeundus ſuperior, qui ui-
ſa voluntate fratrum coget ipſum ad cedendum, uel da-
bit electoribus licentiam aliū eligēdi, non obſtante illius ap
pellatione, vt hic.& hanc lect.tenuit etiam Coff.& dicit do
mi.Abb.quod hæc lectura eſt magis conſentanea literæ, &
quod ceſſante cōſuetudine, ſeu ſtatuto approbato per ſupe-
riorem, non poteſt Abbas etiam in communi capitulo cede
14 re prælaturæ, ſed debet † cedere in manibus ſuperioris, vt in
cap.cum venerabilis, de conſuet. nec poteſt per capitulum ge
nerale ipſorum religioſorum priuari, vt in capit.in ſingulis.
15 infra de ſtatu monach. & dicit hic Bal. quod etiam † Papa te
netur cedere in manibus concilij, ſi propter ſciſma fieret cō
cilium, cum Papa adminiſtret abſque alia confirmatione,
tamen iſtud nō eſt ſimile, quia iſti Abbates, ſeu Generales, q
ſic adminiſtrant, ſine alia cōfirmatione compelluntur cede
re in manibus diffinitorum de conſuetudine, non autem de
iure communi. ſed vbi congregatur concilium propter ſciſ-
ma, Papa tenetur cedere Papatui. de quo tamen dic vt ple-
ne per dom.Pet.de Ancha in ſuo tract de Sciſmate. Sed con
tra lect. Hoſtien. opponitur de c.admonet, & c a.quod in du-
biis, de renuncia. vbi patet, quod quis non poteſt renunciare
Prælaturæ, niſi in manibus ſuperioris, qui poteſt illum inui-
tum deſtituere. Soluit Hoſtien. quod hoc cap. procedit in re
ligioſis, vt vbi eſt conſuetudo.

Contraria vero procedunt in ſæcularibus, & vbi non eſt
conſuetudo: ſed dom. Abb. dicit, quod contra dictum Hoſt.
facit dictum c.cum venerabilis.de conſuet. vbi damnatur ta
lis conſuetudo etiam in religioſis: ſed dom. Abb. dicit poſſe
dici, quod illud cap. loquitur quando quis ſine cauſa legiti-
ma vult propria auctoritate dimittere prælaturam, iſte ve-
ro tex. procedit, quando ſubeſt cauſa infamiæ, & quādo vult
cedere in communi cap. nam & ſi commune ca. nō habeat
totalem iuriſdictionem in particulares prælatos, habet ta-
men in aliquibus, vt dicto capit. in ſingulis. Tu dic clarius,
quod ratione conſuetudinis, ſeu conſtitutionis ordinis ap-
probatæ per ſuperiorem commune cap acquirit iuriſdictio-
nem iſtam in prælatos particulares, & ideo non obſtat cap.
cum venerabilis. quia loquitur in religioſo cedente prælatu-
ræ, non in manibus ſuperioris. Iſte autem tex. loquitur ſecun
dum iſtum intellectum, quando commune capitulum eſt
ſuperior ratione conſuetudinis, ſeu conſtitutionis ordinis. &
ſic iſte tex concordat cum illo, quia etiam hic renunciat in
manibus ſuperioris, quia ipſum eſt ſuperior, & habet iuriſdi-
ctionem in recipiendo talem renunciationem. ſed contra
16 iſtam tertiam lect. Hoſt fortius opponit, nam vbi † Papa re-
ſpondet conſultationi, intelligitur reſpondere de iure com-
muni, vt dicit glo. not. in c conſultationi de temp.ordi. & in
cap. ex tua, de fil. presby. in prima glo. hinc eſt, quod in dubio
intellectus ſapiens ſpeciale eſt confugiendus, inquantum fie
ri poteſt, vt no. in c ex parte. de teſti. ſcilicet quia leges, & ca-
nones debent eſſe generales, & ab omnibus obſeruari, ut in
cap.j. de conſtit. & in l. leges generales C de legib. ſed reſpon
de, quod Papa hic reſpondet de iure cōmuni, quo ad om-
nes religioſos vbi eſſent tales conſuetudines, ſeu conſtitutio
nes ordinis, & tunc a pœna talis conſuetudinis, vel conſtitu
tionis non poſſet appellari.

¶ In glo ij in ſi.uo.j.glo. dum dicit, quod prælati ex leuibus
cauſis nō pōt remoueri. & vide bo.tex. 18 q 2.ſi qs Abbas q
17 tex ponit multos caſus, pro quibus † Abbas poteſt remoue-
ri a prælatura, & ibi glo. dicit, quod pro ſola negligentia po-
teſt Abbas remoueri, ſed glo. in cap. cum ad monaſterium,
in verbo, negligens, quæ incipit, quando pro negligentia, in
ſi. de ſtatu monach quæ videtur velle, quæ tunc Abbas po-
teſt remoueri pro negligentia, quando eſt magna negligen-
tia, & de hoc vide per Ioan. Andr. in cap. ea quæ. § quod ſi ſu
per verbo, remiſſus, de ſtatu monach. Sed nunquid præla-
18 tus ſæcularis poſſit remoueri propter † negligentiam. glo. ſim
pliciter tenuit quod ſic, in c j in 5 glo. ſupra de offi. cuſto. ſed
in cap. ea quæ in 2 glo de offic. Archid. tenet, quod non po-
teſt remoueri, niſi quando negligentia eſt craſſa, & ſupina,
& cadit in latam culpam. & adde glo. not. in c. Petrus. 39. di-
ſtin. quæ ſimpliciter dicit, quod negligentia impedit promo
uendum, ſed nō deiicit iam promotum, nam poteſt dari ei
coadiutor & ſic quando negligentia cadit in latam culpam
poteſt prælatus, ſeu rector eccleſiæ remoueri. Quando autem
cadit in leuem culpam talis negligentia impedit promouen
dum, ſed non deiicit promotum, ſed debet dari coadiutor.

¶ In glo. vl. ibi, de triennio in triennium Hoſt. dicit, ꝙ hæc
decr. fuit Alexandri Tertij, qui fuit ante Innoc. per multum
tempus, a quo. Innocē edita fuit decret. in ſingulis, infra de
ſta. mon. & ideo ipſe dicit, quod iſte tex loquitur de conſue-
tudine quorundam religioſorum, ſecundum quam congre-
gabatur commune capitulum certis temporibus: dicit tamē
dom. Abb. quod debet intelligi iſte tex. non de capitulo par-
ticulari, ſed de communi, ad quod conueniunt religioſi mul
torum monaſteriorum, ſicut hodie videmus in prædicatori
bus, & minoribus, & in monachis, & canonicis regularibus,
& ſimilibus.

¶ In ead glo. ibi, maxime cum publice ſint infamati. hæc
glo. ſecundum But. & Io. de Imo. videtur ſentire Ber. Innoc. ſ.
ſcilicet quod propter ſolam infamiam Abbas teneatur cede
re. ſed ego intelligo iſtam glo. quod loquatur quando defe-
cit in purgatione, prout intellexit glo. j. non enim eſt veriſi-
mile, ꝙ voluerit corrigere illud quod dixit in j glo. argu. in l.
nam ad ea ff de condit. & demon. & hæc ſufficiant in iſto c.
Sequitur cap. ad aures.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio reuertitur ad delegatum ſicut ordinarium, ſi appellans non pro ſequitur appellationem.*
2 *Iudex delegatus a quo eſt appellatum, poteſt aſſignare terminum ad proſequendam appellationem.*
3 *Delegatus nunquid poſſit iuriſdictionem reaſſumere, ſi appellans infra terminum non proſequitur appellationem.*
4 *Iudex delegatus qui detulit appellationi, an poterit reuocare grauamen, & alia attentata.*

C A P. XXXIII.

1 AD aures. Si appellans † non proſequitur appellationem in termino ho-
minis redit iuriſdictio ad delegatum, ſicut ad
ordinarium, hoc dicit.
2 No ex tex. quod iudex † delegatus a quo eſt ap
pellatum, poteſt aſſignare terminum ad proſequendam ap-
pellationem, vt in ordinario, vt in cap. perſonas. & in cap. cum
ſit Romana, ſupra eod. & quoniam illa capitula, & alia quæ
loquuntur de aſſignatione termini, loquuntur quando ap-
pellatur ab ordinario. Iſte autem tex. loquitur, quando ap-
pellatur a delegato. vnde iſte tex. non eſt ſuperfluus, nec repe
ritur aliquis tex. quod ita expreſſe loquatur in delegato ſicut
iſte. & ideo eſt tenendus menti. Sed quærit dom. Abb. nun-
quid ſi delegatus detulit appellationi, & præfixit terminum
appellanti ad proſequendam appellationem, nunquid appel
3 lante non proſequente appellationem infra terminum † de-
legatus poſſit iuriſdictionem reaſſumere, & ſic an iſte tex. ha
beat locum in delegato qui appellationi detulit. & videtur
quod non, quia per delationem tota iuriſdictio eſt transla-
ta in iudicem ad quem, vt in cap. cum appellationibus. eod.
tit. in vj. ſed glo ibi, in verbo, remittenda, tenet contrarium:
nam quando iudex defert appellationi, ita demum a ſe vi-
detur abdicare iuriſdictionem, & ipſam transferre in ſupe-
riorem, ſi appellans coram ipſo proſequatur appellationem
in termino hominis, vel iuris. Vnde eo non proſequente
reaſſumit iuriſdictionem. & iſtud etiam tenet hic dom. Abb.
& remittit ad Dom. de Rota, deciſio. ſua 350. Iſtud multum
facit ad ea quæ dixi in cap. cum teneantur. ſupra eodem. vbi
4 dixi, quod iudex † delegatus qui detulit appellationi, pote-
rit reuocare grauamen, & alia attentata pendente appella-
tione tendentia in faciliorem exitum appellationis, cum ſit
poſſibile cauſam redire ad ipſum delegatum, nam dictum c.
cum appellationibus. habet locum etiam in delegato, vt di-
cit ibi gloſ. in verbo, refutari. licet dom. Abb. in dicto capit.
cum teneamur. voluerit contrarium, quia quando delega-
tus defert appellationi in totum, abdicat a ſe iuriſdictionē.
ſed illud dictum ibi reprobaui, quia per delationem non ab-
dicat a ſe in totum iuriſdictionem, cum cauſa poſſit ad eum
redire appellante non proſequente appellationem, item ſi
deferendo appellationi, delegatus amitteret iuriſdictionem
in totum, non poſſet aſſignare terminum ad proſequendum
appellationem, & tamen poteſt, vt dicit dom. Abb. & bene,
& ratio eſt, quia iſtud tēdit in faciliorem exitum appellatio-
nis. vnde eodem modo poteſt reuocare attentata, & alia fa-
cere quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis, & hęc
ſufficiant. Sequitur cap. ad audientiam.

S V M M A R I V M.

1 *Appellaſſe intelligitur, qui ſe, ſuaq; protectioni Papæ dicit ſubmittere, reliquis obſeruatis.*
2 *Verba quæcunque æquipollentia ſufficiunt, quoties ad actum certa forma verborum non eſt tradita.*
3 *Verba debent deſeruire intentioni, non autem intentio verbis.*
4 *Paria ſunt, appellare, vel ſe ſubmittere protectioni ſuperioris.*
5 *Submiſſio quando habeat vim appellationis.*
6 *Submittens ſe inferiori a Papa, an cenſeatur appellaſſe.*
7 *Attentata poſt appellationem extraiudicialem, quando ſint nulla.*
8 *Iuriſdictio an transferatur per ſubmiſſionem factam protectioni Papæ, vel alterius in cauſa appellationis.*
9 *Recipiens ſub ſua protectione, qualiter teneatur receptum defendere.*
10 *Verbum, protegere, importat defenſionem cum armis.*
11 *Statutum dicens, quod non ſoluens collectas, ſit extra protectionem communis, qualiter intelligatur.*
12 *Cognitio appellationis, an ſit iuſta, vel iniuſta, non poteſt committi iudici a quo, niſi ex certa ſcientia Principis.*
13 *Iudex non poteſt cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio, quando aliquod commodum inde prouenire poteſt.*
14 *Iudex an poſſit cognoſcere de cauſa exemptionis, ſi pars allegat ſe exemptam.*
15 *Exemptionem allegans debet oſtendere epiſcopo priuilegium exemptionis.*
16 *Ordinarius non poteſt recipere teſtes ſuper exemptione, niſi tanquam iudex.*
17 *Iudex procedens ex officio, non poteſt recuſari vt ſuſpectus.*
18 *Inferior poteſt cognoſcere de priuilegio Papæ, & etiam verba eius interpretari.*
19 *Interpretatio priuilegij, quando ſolius Principis ſit.*
20 *Ordinarius mero iure eſt iudex in cauſa exemptionis.*
21 *Ordinarius iudex an in cauſa exemptionis vt ſuſpectus recuſari poſſit.*
22 *Honor non præſumitur appeti, cui onus annexum ſit.*
23 *Iudex qui conſequitur commodum ſportularum, an poſſit cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio.*
24 *Sportularum commodum diuiditur in magnum, ac paruum.*
25 *Sententia lata abſque cauſæ cognitione, an ſit nulla.*

C A P. XXXIIII.

AD audientiam. Qui ſe & ſua prote-
ctioni Papæ ſubmit
1 tit, licet appellationis verbum non † exprimat,
appellaſſe intelligitur, hoc dicit, ſecundum Io.
Ande vel ſic, ſecundum dom. Abb. ſi præceden-
te grauamine quis ſubmittat ſe protectioni ſuperioris, ha-
betur pro appellāte, dummodo obſeruauerit ea quæ appel-
lationi ſunt neceſſaria, hoc dicit. In prima narrat factum.
In ſecunda dat iudicem. ſecunda ibi, licet autem.
Nota primo, quod vbi ad certum actum explicandum
non eſt præfixa certa forma verborum, ſufficiunt quæcun-
2 que † verba æquipollentia ad officium illius rei, licet non
exprimantur verba conformia, quia non refert quid ex ver-
bis æquipollentibus proferatur, vt in capit. penult. infra de
3 ſentent. excommun. nam verba † debent deſeruire intentio-
ni, & non intentio verbis, vt in cap. in his de verbor. ſignific.
ſecus eſſet vbi certa forma verborum requireretur, vt in l. 1.
ff. de verbor. oblig.
Secundo nota, quod ſubmittens ſe, & ſua protectioni ſu-
4 perioris, cenſetur appellare, & ſic † paria ſunt, appellare, vel
ſe ſubmittere protectioni ſuperioris. ſed hoc intellige ſecun-
dum Docto. quando in tali ſubmiſſione exprimuntur ea quę
requiruntur in appellatione, quia tunc eſt fienda vis in ver-
bis, ex quo conſtat de intentione, vt hic, & in cap. petitio ſu
pra de procurat. & ideo ſi aliquis in iudicio ante ſententiam
vellet appellare, & diceret, ſubmitto me ſub protectione iu-
dicis. deberet exprimere cauſam grauaminis, vt in cap. vt de-
bitus. infra eod. & apoſtolos petere, puta quia me ex tali cau
ſa grauaſtis, ſubmitto me protectioni ſuperioris, & apoſto-
los petet, &c.
In appellatione autem quæ interponitur a diffinitiua, ſuf-
ficit ſimpliciter dicere, ſubmitto me protectioni ſuperioris,
quia in appellatione a diffinitiua nō requiritur expreſſio cau
ſæ, & iſtud ſentiunt hic Docto. ſed hoc expreſſè tenet Ang.
in l. j. C. de excuſ. mu. lib. 10. per illum tex. & do. Abb. hic con-
5 cludit, quod vbicunque in † ſubmiſſione protectionis ſeruan
tur ea, quæ debent ſeruari in appellatione, talis ſubmiſſio
habet vim appellationis, & dicit hoc procedere, ſiue appel-
letur in iudicio, ſiue extra iudicium. vide etiam in Speculat.
eodem tit. § qualiter. in fine. vbi dicit, quod non refert, an di-
catur, appello, vel proclamo, vel prouoco, quia mens po-
tius eſt inſpicienda, quam verba. idem dicit Bal. in additio. in
8. colum. vbi dicit, quod ſufficit dicere, conqueror de ſenten-
tia, vel ſimilia verba.
6 Nunquid autem procederet iſte tex. ſi quis † ſubmittat ſe
protectioni alterius inferioris a Papa. & Hoſtien. & commu-
niter Doct. dicunt, quod ſic, quia eadem eſt ratio in alio iudi
ce ad quem, quæ eſt in Papa. & pro hoc optime facit quod
not. glo. in cap. j. in verbo, ad nos, eod. tit. in vj. hoc etiam ſe-
quitur hic dom. Abb.
7 Vltimo nota, quod † attentata poſt appellationem extra-
iudicialem, non ſunt nulla, niſi ſint contra appellationem,
pro quo eſt tex. not. in c. cum nobis olim, ſupra de elect. & te-
tigi ſupra eod. conſuluit. & plene dicam infra eod. bonæ.
¶ In glo. 3. dic, quod mens iſtius glo. eſt, quod aut quis reci
pitur ſub protectione Papę ratione priuilegij, & tunc nō cen
ſetur exemptus, ne derogetur iuriſdictioni ordinarię vt in c.
ex parte. & in c. recepimus. de priuil. Aut quis ſubmittit ſe, &
ſua protectioni Papę ratione grauaminis ſibi illati, & tunc
talis ſubmiſſio habet vim appellationis vt hic. & ad primum
dictum, ſcilicet quod Papa recipiendo aliquem ſub prote-
8 ctione, non cenſeatur eximere a † iuriſdictione ordinarij. vi-
de not. dictum Bart. in l. j. C. de excuſat. mu. vbi dicit ſe reſpon
diſſe in facto ſuper capitulis pacis factæ inter Archiepiſcopū
Mediolanen. & Vbaldinos, in quibus cōtinebatur, quod om-
nia caſtra occupata per ipſos Vbaldinos manerent ſub pro-
tectione, & regimine ipſorum, quod per talia verba non
eſſet eis data aliqua iuriſdictio, & mouetur per dictum capi-
tulum, ex parte, de priuileg. ſed quod ſolum haberent pote-
ſtatem defendendi cum armis, & militibus, quia hoc eſt of-
ficium protectionis, vel defendendi in forma iuris, & iudi-
cij. & ad hoc vltimum allegat iſtud capitulum. nota bene
Alex. de Neuo ij in ſecundum Decret.

9 uerba Barto. ibi, dum vult, quod ille qui † recipit aliquem
ſub protectione, teneatur illum defendere cum armis:nam
Bar. in prima conſtitutione Digeſtorum,in princ.in penult.
col dicit, ꝙ Canoniſtæ dicunt, ꝙ ſi eccleſia recipit aliquem
ſub protectione ſua, non debet eum defendere cum armis,li
cet illi, qui eſt receptus ſub protectione, debeatur maior re-
uerentia,quam alteri,allegat tex.& gl.in c.recepimus. de pri-
10 uile. ſed ipſe tenet contrarium,quia verbum † protegere, im
portat defenſionem cum armis, & militibus, vt eſt tex cum
glo.in l deſertorem § fi.ff.de re milit.& illud quod not in Ru
brica.& in l.j.& in l.fi.C.de protecto.& med lib.12.vbi proba
tur, ꝙ officium protectoris eſt defendere cum armis,& mili-
tibus. dicit tamen Bart. quod ſi talia verba apponerentur in
materia contractuum, de quorum natura defenſio eſt iudi-
cialis,vt in l.fi. C.de acti.emp. dum talia verba importarent
defenſionem iudicialem, ſed vbi natura contractus nō repu-
gnat,dicit Bart. ꝙ verbum protegere,ſeu recipere aliquē ſub
protectione,importat defenſionē cum armis,de quo tamen
dic ut not.per Doct.in d.c.recepimus.& in d.ca.ex parte tua,
de priuileg.

Quid autem ſi talia verba proferantur negatiue, puta di-
11 cit ſtatutum, † quod non ſoluens collectas ſit extra prote-
ctionem communis,vel extra protectionē ſtatutorum?dic,
quod talia verba important, quod ei ius non reddatur, &
hoc tenet Cy.in l.j. C.de nat.libe.& Bal.in authen.caſſa,& ir
rita,in princip.C.de ſacroſanct. eccleſ.& pro hoc optime fa-
cit c.fi.in fi.de vita,& honeſt.cleric.vbi hoc uerbum,ſeu hęc
verba,quod clericus nō defendatur,important priuationem
priuilegij clericalis quo ad illud,ſuper quo non debet defen-
di.facit etiam c.j.de apoſta & c.ex parte,el 3.de priuil.

In glo pen. hęc glo ſenſit contrarium,ſcilicet quod etiam
cum cauſę cognitione ille eps non debuiſſet poſſe cognoſce
re contra appellantem,quia ſuſpenſa erat eius iuriſdictio, vt
in c.non ſolum,& in c.ſi a iudice,eo tit.in 6.& ideo glo.dicit,
quod iſte fuit datus delegatus a Papa ad cognoſcendum de
cauſa appellationis. ſed iſta expoſitio glo. licet ſit uera in ſe,
tamen nō eſt veriſſimum quod Papa remitteret cauſam ap-
pellationis ad cognoſcendum ad iudicem a quo, vt in c.ſe-
quen.& in cap.dilectus.ij in fi.de reſcrip. & in l.eos. C.de ap-
pel.vbi habetur,quod non poteſt cōmitti iudici a quo, vt co
12 gnoſcat. † an appellatio ſit iuſta,vel iniuſta,niſi fiat commiſ
ſio ex certa ſcientia principis, licet iudex a quo ad ſuam in-
ſtructionem poſſit cognoſcere de iuſtitia appellationis ad fi
nem,vt ſciat,an debeat deferre,vel non deferre,vt not.Inno
cen in cap paſtoralis § præterea.de offic.deleg.& hoc no.ex
quo habes,quod licet cognoſcere iudicialiter, an appellatio
ſit iuſta,vel iniuſta,pertineat ad iudicem ad quem, tamen iu
dex a quo poteſt ad ſuam inſtructionem non iudicialiter co-
gnoſcere, an appellatio ſit iuſta, vel iniuſta, ad hoc ut ſciat
an ei debeat deferre, vel non. Ideo forte glo. ſentiens illam
ſolutionem nō eſſe bonam. tranſiuit ad aliam ſolutionem,
ſcilicet quod iſte non potuiſſet cognoſcere ſine noua dele-
gatione, quia iſte presbyter prætendebat ſe exemptum a iu-
riſdictione ipſius epiſcopi,vnde non potuiſſet fuiſſe iudex,ni
ſi cauſa fuiſſet ei delegata per Papam, quia nemo poteſt eſſe
iudex in cauſa ſua.

Et ex hoc no.quod Papa poteſt delegare cauſam iudici ſu
ſpecto,de quo tamen dic,vt dixi in ca cum iniet.ſupra de ex-
cept ſuper glo.in uerbo, de certa ſcientia. Tamen nec etiam
iſte ſecundus intellectus glo.cōuenit literæ, ſcilicet quod Pa
pa iſtam cauſam delegauerit ex eo,quia non potuiſſet eſſe iu
dex in propria cauſa, nam hoc eſt diuinare: vnde alij dicunt
ad tex ſupplendum,maxime. alij vero dicunt,quod Papa po
ſuit hoc verbum ad magis aggrauandum negocium, vel ꝙ
narrauit, prout in facto contigit: nam etiam cum cauſæ co-
gnitione non potuiſſet cognoſcere de iuſtitia, vel iniuſtitia
appellationis. ſed quantum ad ſolutionem gloſ.inquantum
dicit, quod ille non potuiſſet eſſe iudex, quia cauſa erat ſua,
Io.And reprobat glo. niſi reſtringatur ad proximum dictum
glo de quo tamen ſe remittit ad c.ſolicitudinem, infra eod.
quaſi uelit dicere, quod iudex tunc non poteſt cognoſcere,
an ſit iuriſdictio, quando fuit ab eo appellatum, ut dicitur in
princ glo ſecus ſi non fuiſſet appellatum. & ſic vult Io. And.
quod etiam ſi nō contendatur de nudo exercitio iuriſdictio-
nis, ſed de proprietate ipſius iuriſdictionis, nihilominus poſ
ſit iudex cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio. hic enim conten
debatur,an ille presbyter eſſet ſubiectus iſti epiſcopo,vel ab
eo exemptus,ſed But hic ſequitur glo.& dicit duo.

Primo,quod vbi eſt contentio inter Prælatum,& ſubditū
ſuper iure ſubiectionis, ſeu exemptionis, quia ſuſpectus eſt
cum multa commoda ſibi ex hoc veniant applicanda.

Secundo dicit generaliter quod vbi aliquod commodum
13 ſaltem ueniat in conſequentiam applicandum iudici, † non
poteſt cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio,& iſtud etiam uoluit
Innoc in cap uenerabili.de cenſib.& in cap.ex parte.de verb.
ſignif.vnde pro maiori declaratione duo ſunt videnda.

Primo,an ſi pars allegat ſe exemptam,poſſit iudex cogno
ſcere de cauſa exemptionis.

Secundo,an ſi iudex recipit commodum ſportularum ex
ſentētia poſſit cognoſcere,an ſit iudex parte negante ipſum
eſſe iudicem.

Circa primum Innoc.in præalleg.cap.venerabili.de cenſi.
& in dicto capi.ex parte.de uerborum ſignif.& in cap.præte-
rea.de dilat.tenet,quod ſi obiicitur exceptio exemptionis iu
14 dex † non poteſt procedere, quia pars eſt exempta ab eius
iuriſdictione,& idem dicit But hic. Idem uidetur uelle Ioan.
Andr.in regula,ſcienti,lib.vj. dicit tamen,quod valeret pro-
ceſſus contumacię puniendus exempto non comparente, li-
cet non valeat proceſſus in principali. & iſtam opinionem
etiam ſequitur Ange. & multi Legiſtæ in l.quidam conſule-
bat. ff. de re iudic. ſed contra iſtam opinionem videtur tex.
in cap.cum perſonæ.de priuil.in vj vbi patet, quod allegans
15 ſe † exemptum, debet oſtendere priuilegium exemptionis
epiſcopo. & idem probatur in cap.accepimus.de fi.inſtrum.
ſed Butr.in locis præalleg & in cap.ſuper literis.de reſcrip.re
ſpondet, dicens, quod epiſcopus tunc non iudicat in cauſa
propria vt iudex, ſed ut pars extraiudicialiter ſe informan-
do: nam oſtendetur ſibi priuilegium Apoſtolicum, & ip-
ſe inſpiciet illud. & ſi apparebit, quod inducat exemptio-
nem, dicet, quod non poteſt procedere, quia priuilegium
exemptionis ei obſtat, & ſi apparebit, quod priuilegium nō
inducat exemptionem, dicet, quod vult procedere,quia pri
uilegium ei non obſtat: ſi uero erit dubium, remittet deci-
ſionem ad Papam,de iudic.cum uenissent. & dicit,quod iſta
non facit epiſcopus tanquam iudex, ſed quaſi extraiudicia-
liter ſe informando ſecundum practicam cap. cum contin-
gat, ſupra de reſcrip.prout notat glo.in dicto capitulo,cum
uenisset,de iudic. & eandem ſolutionem ponit domin. Abb.
hic. licet non perſeueret in ea. Sed contra iſtam ſolutio-
nem Butr.videtur tex.in dicto capit.cum perſonæ §.ſi autem
ad fundandam,de priuileg in vj. vbi dicitur,quod ſi ſubditus
allegat ſe præſcripſiſſe exemptionem, debet eam probare
coram ordinario, uel coram delegato ab eo. & ſic uult,
quod etiam ſi exemptio ſit probanda per teſtes, debet fieri
talis probatio coram ordinario, uel delegato ab eo. Cer-
16 tum autem eſt, quod ordinarius † non poteſt recipere teſtes
ſuper exemptione, niſi tanquam iudex, & gloſ.ibi, in ver-
bo, ordinarii. dicit, quod poteſt cognoſcere, an ſit iudex,
licet allegetur exemptio, quia cauſa non eſt eius propria,
ſed eccleſiæ. & concludit ibi glo.quod etiam ſi ſubditus ne-
get illum eſſe ſuum iudicem, nihilominus cognoſcet, an
ſua ſit iuriſdictio.dicit tamen, quod ad omnem ſuſpitionem
vitandam, melius eſt, quod cauſam ſuper hoc articulo de-
leget, ut in capitulo, ſi quis contra clericum,de foro compe
ten. & ſi bene ponderetur illa gloſ uult, quod nedum ordi-
narius poſſit eſſe iudex in cauſa exemptionis, ſed etiam ut
non poſſit allegari ſuſpectus. & illa gloſ. quotidie allegatur,
17 quod † iudex procedens ex officio non poteſt ex hoc recu-
ſari ut ſuſpectus, ſed gloſ. uidetur contraria in capitulo,ſta-
tutum,in uerbo,copia,de reſcriptis in ſexto.quæ dicit,quod
vbi iudex conſtituit ſe aduerſarium,poteſt recuſari ut ſuſpe-
ctus. ſed illas glo.concordat Domin.Domin.in dicto §.ſi au
tem dicens,quod aut partes altercantur inter ſe,an ille ſit iu
dex,& iudex adhæret alteri parti, & tunc non poteſt cogno
ſcere an ſit iudex,uel non,& hoc modo loquitur gloſ.in d.c.
ſtatutum in uerbo,copia. aut iudex procedit ex officio uo-
lente exequi ſibi iniunctum a iure in caſibus, in quibus poteſt
iudex ex officio procedere, & hoc modo procedit gloſ.in d.
cap.cum perſonæ. de priuileg.in vj. pro qua uidetur caſus in
dicto cap ſi iudex laicus.de ſent.excomm eodem lib.& illud
etiam tenet domi. Abb in capit.ſuper literis.in vlt.colum. in
uerſic ſextus caſus,ſupra de reſcrip. vnde in propoſito, quan
do ſubditus allegat ſe exemptum contra ordinarium uolen
tem procedere contra ipſum, poteſt ordinarius cognoſcere
an ſua ſit iuriſdictio, & per conſequens an ſit exemptus, uel
non.& de hoc eſt tex.in d.c.cum perſonæ.uerſic.ſi autem. de
priuileg in 6. ad quem meo iudicio non uideo,poſſe dari bo
num reſponſum.& pro hoc optime facit quod not.glo.in di
18 cto cap cum uenissent.de iudic.quæ uult,quod † inferior po
teſt cognoſcere de priuilegio Papæ,& quod poteſt dicere,ta
le priuilegium obſtat,uel non obſtat, & dicit ibi domi.Abb.
quod etiam ſi dubitetur de intellectu priuilegij, nec prin-
ceps poteſt de facili adiri, & talis caſus poteſt decidi per ra-
tionem naturalem, & veriſimilem, quę poſſit probari per
verba expreſſa priuilegij, vel per aliud ſimile, quod etiam
inferior tunc poteſt interpretari verba priuilegij. & ad hoc
allegat

allegat l.ex facto. ff.de vulg.& pupill. & quod no Cy.in l.nõ
dubium.C.de legib.vbi dicit,quod ſi lex non exprimit ratio-
nem,ta~ẽ poſſumus cogitare rationem naturalem,quæ po
tuit mouere principẽ, debemus per illam rationem natura-
lem venire contra verba ſeruando mentem,facit l.ſcite opor
tet §ſufficit ff.de excu.tuto.& quod not.Innoc.in c.cum ſpe
cialis allegat etiam præalleg c.cum perſonæ. de priuileg in 6.
19 †vbi vero dubium de intentione principis eſſet ita arduum,
quod nullo modo poſſet compræhendi intentio principis,
vel non ſine magno dubio,tunc ſolius principis eſt interpre
tatio,vt in l.fi. C.de legib.& in c.inter alia,de ſent.excomm.
dicit etiam do.Abb quod ſententia lata contra priuilegium
tenet, quatenus tangit præiudicium litigantium, ſed non in
præiudicium Papæ, vt in cap.cum tempore, de arbit.& in c.
ad audientiam,de præſcrip. & eſt bo.tex. cum glo.in c.volu-
mus.16.quæſt.4.& probatur in cap.ſuborta.de re iudi.& hoc
in terminis tenet Abb.in cap.1.in 6.col.verſic.quæro quid ſi
ſententia lata fuit contra priuilegium, de re iudic. vbi dicit,
quod ſi exemptus producit priuilegium exẽptionis, & hoc
non obſtante iudex tulit ſententiam in contrarium, ſeu di-
xit priuilegium non obſtare quod talis ſententia præiudicat
quo ad exemptum,licet non quo ad Papam, & per hoc eſt
20 concludendum,quod†ordinarius mero iure ſit iudex in cau
ſa exemptionis, qui tamen in pronunciando debet ſeruare
id quod not in dicto ca.cum veniſſent, & etiam ſuperius di
xi.& hoc vltimate ſequitur dom.Abb.hic, ſcilicet quod poſ
21 ſit cognoſcere, an ſit iudex. † an tamen poſſit recuſari vt ſu
ſpectus.dom.Abb in dicto cap ſuper literis,in prin.verſ.quar
tus caſus. tenuit quod ſic.hic autem dicit.eſſe conſiderandã
quantitatem commodi ſeu lucri, quod venit applicandum
iudici,ſi talis perſona eſſet ſibi ſubiecta,quia ſi eſſet paruum
commodum, vel paruum lucrum,non poſſet recuſari vt ſu-
ſpectus, quia non eſt veriſimile, quod vnus epiſcopus ferret
ſententiam iniuſtam propter paruum commodum, arg de
ſimo.& ſi quæſtiones.vnde ego dicerem,quod aut contendi
tur de nuda proprietate iuriſdictionis,puta an talis ſubditus
ſit, vel exemptus, ita quod epiſcopus non acquirit aliud lu-
crum,niſi quod ille efficeretur ſubditus,vel ſi conſequeretur
aliquod commodum ẽt paruum.& hoc caſu non poteſt re-
cuſari vt ſuſpectus & iſtud communiter cõtingit,& hoc mo
do loquitur cap cum perſonæ. de priuileg in vj. Aut conſe-
queretur magnum commodum,ſeu magnum honorem:pu
ta ſi aliquis Prælatus de diœceſi,dicit ſe exemptum, vel ali-
qua eccleſia, vel parochia, quæ ſi eſſet ſubdita epiſcopus ex
ea pciperet multa cõmoda, & hoc caſu licet epiſcopus me-
ro iure poſſit cognoſcere de cauſa exemptionis: quia poteſt
eſſe iudex in cauſa eccleſiæ, vt in cap j. de maledic. & ij q.vij.
ſi quis erga eum propter nimiam affectionem,quã prę́ſumi-
tur habere,poteſt recuſari vt ſuſpectus.& hoc modo proce-
dit opin.Innoc in locis præalleg.& dom.Abb.in d.cap ſuper
literis in pen.col.ver quartus caſus.

Et ex hoc infertur concluſio, quod ſi iudex pronuncian-
do exceptionem exemptionis non obſtare, ſolum acquirit
iuriſdictionem in perſonam, quæ allegat ſe exemptam, nec
aliud commodum.vel honorem cõſequitur,vel ſi conſequi-
tur, eſt quid modicum,nõ poteſt recuſari vt ſuſpectus.& pro
hoc allego glo.no in c.ſi contra unum.in uer probari,de of-
ſi deleg in vj.quæ dicit, quod iudex non poteſt recuſari ut ſu
ſpectus ex eo,quod ſit ſibi honor,vel quod ſit iudex, quia li-
cet ſit honor, eſſe iudicem eſt etiam onus,vt in l.munerum.
§.iudicandi ſſ de munc.& hono vnde non prę́ſumitur quem
22 †appetere honorem habentem onus annexum. & ideo quã
do ex proprietate iuriſdictionis ſolũ eſt honor, quod ille ſit
ſubditus,qui honor habet onus annexum, ex hoc nõ poteſt
recuſari vt ſuſpectus,quia non p̃ſumitur appetere ſubiectio-
nem propter onus iudicãdi annexum, niſi forte ex tali ſubie
ctione reſultaret magnus honor,puta quia vnus Prælatus ſi-
bi ſubditus,vt ſupra dixi. Et ex hoc ſum expeditus de primo.

Venio nunc ad ſecundum articulum,ſcilicet an ſi propter
23 exercitium iuriſdictionis†iudex cõſequitur commodũ ſpor-
tularum,poſſit cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio, & gl.tenuit
quod not,in l de iuteñ ad munic & illam ſequitur ibi Bar.
idem ſentit glo.in l.ij.ff.ſi quis in ius voc. non ierit.& Barto.
etiam ibi hoc firmat,& in l.ſi quis ex aliena.ff.de iudic.& in
l.quidam conſulebat.ff.de re iudi & iſtam opinionem ſequi-
tur hic Bu.ſed contra iſtam opinionem videtur tex.in Auth.
de iudic.§.ne autem.vbi patet,quod delegatus debet ſemper
habere commodum ſportularum,& tamẽ poteſt cognoſce
re, an ſua ſit iuriſdictio,ut in cap.ſuper literis,de reſcrip & in
l.præſcriptione. C.ſi contra ius, uel util.publ. Sed conclude
24 vt dixi in præcedenti articulo, quod aut † commodum ſpor
tularum eſt magnum,& tunc licet poſſit cognoſcere, an ſua
ſit iuriſdictio,tamen poteſt recuſari vt ſuſpectus, aut eſt par-
uum commodum ſportularum,prout eſt de iure ciuili, quia
non poteſt excedere ſummam duorum aureorũ a qualibet
parte d.§.ne autẽ. & nõ poteſt recuſari ut ſuſpectus.& idem
eſt de mente But.& Ioan.de Imo in dicto cap.ſuper literis.ſu
pra de reſcrip idem ſentit Ioan.de Imo.in c.cæterum, ſupra
de iudic.& idem videtur velle in l.quidam conſulebat,in 12.
& 25.col.de re iudic.idem firmat hic dom.Abb.

Et ex hoc potes uidere,quod uterque articulus pendet ab
eadem ratione, & in vtroque eſt facienda,eadem deciſio. Et
do. Abb. etiam hic vtrumque articulum ſimul per eandem
25 rationem decidit.in glo.fi.in fi. Quæro,cum iſta†ſententia eſ
ſet nulla, qa lata fuit abſque cauſę cognitione,vt in c.eccle-
ſia ſanctæ Mariæ,de conſtit.& in c.cum ex literis.de reſtit.in
integ.& in l.prolatam. C.de ſentẽ.& ibi per Bart.quare Papa
mandat inquiri de appellatione. do.Abb. dicit, ꝙ appellans
proſequebatur reuocationem attentatorum per viam appel
lationis, iõ debebat probare illud,ꝙ erat cauſa ſuæ intentio
nis.ſ.appellatum eſſe ex pẽdente appellatione fuiſſe innoua-
tum, non tñ ſequitur, ꝙ attentata ex ſe non ſint nulla. hinc
eſt,ꝙ ſuccumbens in appellatione poſſet proſequi nullitatẽ
attentatorum agendo per viam nullitatis,nam attẽtata ſunt
ipſo iure nulla,nec efficiuntur valida,ẽt ſi appellans renũciaſ
ſet appellationi,aut appellatio eſſet deſerta.& de hoc eſt tex.
no.in c.cum veniſſent.de eo qui mitt.in poſſ.& hoc ſequunẽ
Doc.ibi,& tenet Lap.in j.alleg.circa fi.& Do.Do.in c.non ſo
lum.§.j co.n.in 6. vbi etiam dicit Do.de Ro.hoc tenere.& fa
cit bo.tex.in c.licet.de ſent.excom.in vj. & prima ſolutio eſt
vera,intelligendo ꝙ iſta fuit alia ſententia excommunicatio
nis,ſed intelligendo ꝙ fuit ſentẽtia excommunicationis,tũc
fuiſſet vera appellatio ad hoc vt ipſa ſententia excommuni-
cationis eſſet nulla,vt in c.per tuas.de ſent.excom.nam licet
excommunicatio debeat ferri cum cauſæ cognitione, tamẽ
ſi eſt lata ſine cauſæ cognitione, valet ſententia, licet ipſe
iudex excommunicans ſit puniendus,ut in c.ſacro, de ſentẽ.
excomm. no.glo.ſ.ij.q.j.in ſumma, & xj.quæſt.iij.in ſumma.
Sequitur cap.accepta.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa remitti poteſt ad iudicem a quo de conſenſu partium.*
2 *Cauſa regulariter non remittitur ad iudicem a quo.*
3 *Cauſa tunc reuertitur ad iudicem a quo,ſi pronunciatum fuerit male ap pellatum ab interlocutoria.*
4 *Iudex ad quem tenetur cognoſcere cauſam, nec poteſt remittere ad iudicem a quo.*
5 *Partes poſſunt renunciare appellationi mutuo conſenſu.*
6 *Numerus pluralis,quando reſoluatur in ſingularem.*
7 *Appellans quando condemnetur in expenſis.*
8 *Appellans re integra poteſt renunciare appellationi abſque condemnatione expenſarum.*
9 *Reus poteſt petere actorem cogi ad proſequendam litem.*
10 *Appellans non poteſt renunciare appellationi, cauſa iam deuoluta,niſi aduerſarius conſentiat.*
11 *Renunciare appellationi in maioribus cauſis,quando non liceat.*
12 *Appellans poteſt vti appellatione aduerſarij, petendo ſententiam reuideri, an in aliquo læſus fuerit.*
13 *Renuncians appellationi, perinde eſt ac ſi non appellaſſet.*
14 *Appellans extra iudicium re integra poteſt renunciare appellationi.*
15 *Renunciare appellationi etiam de conſenſu partium,quando non liceat.*
16 *Renunciare appellationi a diffinitiua ſententia,an liceat,vbi quatuor concluſiones nota.*
17 *Renunciatio appellationis antequam labantur decem dies, poteſt fieri quia non præiudicat appellato etiam eo inuito.*
18 *Renuncians expreſſe appellationi, an videatur etiam nullitati renunciaſſe.*
19 *Nullitas ſententiæ venit acceſſoriè ad appellationem.*
20 *Statutum dicens, quod in cauſa appellationis debeat ſolui gabella, alias non poſſit appellatio proſequi, nunquid poſſit de nullitate dici.*
21 *Gabella ſoluenda in appellatione, non extenditur ad nullitatem.*
22 *Renunciatio appellationis facta de conſenſu partium, an intelligi debeat etiam de nullitate facta.*

CAP. XXXV.

1 ACcepta. Cauſa † non eſt remittenda ad iu
dicem a quo, niſi de conſenſu par
tium, hoc dicit. In prima ponitur querela. In ſe-
cunda prouiſio. ſecunda ibi,non debet.

No.primo ex tex.regulam, ad quam quotidie iſte tex.alle-
2 gatur,quod cauſa † non eſt remittenda ad iudicem a quo eſt
appellatum, nec ipſe appellans tenetur ad ipſum redire niſi
Alex.de Neuo ij.in ſecundum Decret.

conſenſerit Sed hoc procedit quando appellatio pendet, ſed ſi iudex pronunciat appellationem ab interlocutoria eſſe
3 iniuſtam, tunc appellans etiam inuitus remittit ad † iudicem a quo, vt infra eod. vt debitus. & in l. intra vtile. ff. de minor.

Et ex iſto notabili infertur, quod non eſt in poteſtate iu-
4 dicis † ad quem, remittere cauſam, & partes ad iudicē a quo, licet teneatur ipſe iudex ad quem cognoſcere, & diffinire cauſam, vt hic, & ſupra de reſcrip. dilectus, ij. in fine. & in l. eos, in princ. infra eod. ſed hoc procedit niſi conſtaret appellationem eſſe friuolatoriam, quia tunc iudex ad quē deberet condemnare appellantem in expenſis, & remittere cauſam appellationis ad iudicem a quo, vt eſt tex. in cap. cum appellationibus, eod. tit. in vj. eſt etiam bo. tex. infra eod. cum eccleſia. vbi dicam.

5 Vltimo no. quod partes † mutuo conſenſu poſſunt renunciare appellationi. & redire ad iudicem a quo.

Nunquid autem hoc procedat, ſi iudex a quo detulit appellationi. dom. Abb. remittit de hoc ad cap. cum appellationibus. in vj. Antequam veniam ad glo. opponitur contra tex. de cap. ad reprimendam. de offic. ordin. vbi excommunicatus appellans remittitur abſoluēdus ad iudicem a quo. & idem probatur in cap. venerabili § ſane, de ſent. excom. in 6. Solut. ſecundum Doct. ibi loquitur in abſolutione ab excōmunicatione fienda per iudicem a quo, in qua appellās grauari non poteſt ab ipſo iudice a quo, hic autem prohibetur remiſſio cognitionis cauſæ appellationis, in qua poſſet grauari per iudicem a quo, cum ſemel eum grauauerit, vt in regula, ſemel malus, lib. vj.

¶ In glo. j. hanc opinionem ſequitur Ioan. Andr. & communiter Doct. quia de hoc eſt tex. in dicto cap. interpoſita. in dicto § a. & vide bo. glo. in dicto capit. a. in verbo, renunciet, de do. & contum. in vj. & ad iſtum tex. quia videtur requirere conſenſum partium, reſpondet Ioan. And. quod ponitur plurale pro ſingulari. ſimile infra de priuileg. vt priuilegia. & iſtud dicit dom. Abb. eſſe notandum pro ſtatutis, vt ſcilicet
6 verbum † pluralis numeri poſitū in ſtatuto, reſoluatur in ſingulari, quando ex plurali ſequitur abſonus intellectus, vel iuri contrarius. dicit tamen dom. Abb. quod iſte text. poteſt ſaluari. nam partium ambarum cōſenſus requiritur ad hoc, vt libere fiat remiſſio ad iudicem a quo ſine alia condemnatione expenſarum, & hoc modo poteſt intelligi iſte tex. ſed quando adeſt tantum conſenſus appellantis, licet debet fieri remiſſio ad iudicem a quo, tamen condemnatio expenſa-
7 rum eſt facienda, quia † appellans debet condemnari in expenſis aduerſario, & hoc modo procedit dictū cap. interpoſita. § ſecundo. vbi plenius examinabitur, an & quando appellans poſſit renunciare appellationi, hoc tamen intelligas
8 quando † appellans re non integra renunciat appellationi: nam re integra poſſet libere renunciare, ita quod non condemnaretur in expenſis, hoc tenet gloſ. in capit. quamuis, in verbo, partibus. de electio. in vj. pro hoc facit cap. ſi quis libellos. C. de appellatio. & dom. Abb. dicit hoc procedere in appellatione ab interlocutoria, ſecus in appellatione a diffinitiua, quia in appellatione a diffinitiua, poteſt appellatus prætendere intereſſe, forte enim vult petere reformationem ſententiæ, iuxta ea quæ dixi ſuper Rubrica, vel habere confirmationem ipſius ſententiæ ad maiorem auctoritatem. ad
9 ducit ſimile, quia in cauſa principali poteſt † reus petere, vt actor compellatur proſequi litem cœptam, vt in authē. qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex, & in capit. cauſam, de dolo, & contuma. Immo interdum reus compellit actorem agere, etiam ſi prius litem non mouerit contra ipſum reum vt in l. diffamari. C. de inge. & ma. & notat Innocen. in cap. conquerente, de officio ordin. & Bart. in l. Titia. ff. de accuſationibus. Sed miror, quod dominus Abb. non allegauerit Barto. in l. ſi quis libellos. C. de appellationib. vbi Bart. dicit, quod aut appellatur ab interlocutoria, & tunc requiritur, quod totum negocium deuoluatur ad iudicem ad quem eſt appellatum ad hoc, vt appellans non poſſit renunciare appellationi inuito aduerſario, allegat cap. j. eod. tit. in vj.

Et aduerte, quia vidi multos non intelligere Barto. nam ſenſus Bart. eſt, quod appellans poſſit renunciare appellationi ab interlocutoria, antequam totum negocium ſit deuolutum ad iudicem ad quem, ſed poſt non, niſi aduerſarius conſentiat. & vt intelligas, ſcias, quod cauſa principalis non deuoluitur ad iudicem ad quem, niſi iuſtificata appellatione,
10 vt infra eod. vt debitus. modo poſtquam cauſa † principalis eſt deuoluta ad iudicem ad quem, vt quia iuſtificata appellatione incœpit cognoſcere de cauſa principali, vel omiſſo articulo appellationis de conſenſu partium cœpit procedere in cauſa principali, non poteſt ipſe renunciare appellationi, niſi aduerſarius conſentiat. & hoc eſt quod voluit dicere Bar. in d. l. ſi quis libellos. nam Bart. dicit, quod vbicunque cauſa principalis deuoluitur ad iudicem ad quem, non poſſit appellans renunciare appellationi inuito aduerſario, ante autem quam ſit deuoluta, poteſt renunciare, & hoc modo limita illud, quod dicit dom. Abb. hic. Item dic. quod ſi interponitur appellatio in cauſa electionis epiſcopi, vel ſuperioris, quæ ſunt cauſæ maiores, poſtquam appellatio eſt præſentata Papæ, non poteſt etiam de conſenſu partium renunciari tali appellationi. de hoc eſt tex. in cap. quamuis. in verſic. cæterum. de electionibus, in vj. & ſic in maioribus cauſis
11 non eſt licitum † renunciare appellationi etiam de conſenſu partium, quando res non eſt integra, vt eſt tex. in dic. cap. quamuis. & notat Ioan. Andr. in cap. dilectis. ſuper verbo, caruiſſe, infra eodem. In appellatione autem a diffinitiua ſententia Barto. in dicta l. ſi quis libellos. dicit, quod appellans poteſt renunciare appellationi, inquantum appellatio facit pro ſe, nō autem inquantum facit pro aduerſario, vt in l. ampliorem. C. de appellat. & in l. fin. C. quando prouoc. non eſt nec. & dicit Bart. quod appellatio facit pro aduerſario. quia aduerſarius pro quo eſt lata ſententia, poteſt vti appellatio-
12 ne interpoſita per † aduerſarium, & petere quod reuideatur ſententia, ſi in aliquo eum læſit, vt dicta l. ampliorem. C. de appell. & in dicta l. fin. C. quando prouoc. non eſt nec.

Et aduerte, quia Bar. nō conſiderat intereſſe, ſcilicet quod ſententia de nouo confirmetur per iudicem ad quem, licet dom. Abb. iſtud intereſſe conſideret, & meo iudicio in hoc melius loquitur Barto. quam dom. Abb. quia iſtud intereſſe, quod ſententia confirmetur per iudicem ad quem, non eſt alicuius vtilitatis, ſatis enim confirmatur per renunciationem appellationis.

Sed aduerte, quia Ioan. And. in addit. Spec. eo tit. § quibus. verſic. 33. & verſic. quid ſi victus. dicit, quod appellans quantum ad effectum reformationis ſententiæ poteſt renunciare appellationi inuito aduerſario, quia eſt imputandū ei, qui non appellauit, ſi ſentiebat ſe grauatum ex ſententia. ſed reſpectu intereſſe condemnationis expenſarum, non poteſt appellans ſecūdum eum renunciare appellationi inuito aduerſario, nam quis non poteſt appellare propter omiſſam condemnationem expenſarum, ſi aduerſarius qui habuit ſententiam contra ſe appellat, quia poteſt uti appellatione aduerſarij, ut in l. fin. C. quando prouoc. non eſt neceſ. vbi eſt tex. de hoc, & in cap. ſignificauerunt. & ibi hoc notat gloſ. ſecunda, ſupra de exceptio. vbi plene dixi, & ſic in effectu vult Ioan. Andr. quod aut appellatus contradicit appellanti uolenti renunciare appellationi ex eo, quia uult conſequi condemnationem expenſarum coram iudice ad quem, quam iudex a quo omiſit, & tunc non poteſt appellans renunciare appellationi, aut uult conſequi confirmationem ſententiæ in alio, & tunc poteſt appellans ſecundum eum re integra renunciare appellationi. & iſtam opinionem ſequitur But. & dom. Abb. infra eodem, interpoſita. § ſecundo, in fi. & Ange. in l. prima. § primo ff. a quibus appella. non lic. & pro iſta opinione multum facit l. ſi quis libellos. C. de appellationib. quæ loquitur in appellatione a diffinitiua, & tamen datur ibi licentia appellanti renunciare appellationi, nec ibi requiritur licentia aduerſarij, & iſtud eſt de mente glo. in cap. quamuis, in verbo, partibus, de electionibus in vj. ſed Ioan. de Imo. infra eodem, interpoſita § ſecundo. dicit opi. Bar. quam ſequitur hic do. Abb. eſſe veriorem, quia cum per appellationem ſit quæſitum ius appellato, ut in l. ampliorem C. eo non eſt licitum appellanti eo inuito renunciare appellationi. per not. in l. petendæ. C. de in integr. reſtit. pet. & in l. ſi poſt mortem § fin. ff. de contratabulis.

Ego tamen pro concordia ſic dicerem, quod aut appellans renunciat appellationi antequam finiantur decem dies qui dantur ad appellandum. Pone enim, quod appellauit primo, vel ſecundo die, & uult renunciare appellationi, antequam labantur decem dies, qui dantur ad appellandum, certe hic poteſt inuito aduerſario, etiam ſi iudex a quo omiſerit condemnationem in expenſis, quia ſi aduerſarius prætendat ſe grauatum ex ſententia, ipſe poteſt appellare, ex quo ſupereſt tempus ad appellationem interponendam, vt plene dixi in dicto capit. ſignificauerunt, de exceptio. vbi concluſi, quod quando eſt omiſſa condemnatio expenſarum, ſi ille qui habuit ſententiam contra ſe, non uult appellare a ſententia, poteſt victor appellare ratione omiſſionis expenſarum, vnde idem
13 dicendum eſt, quando appellat, & renunciat † appellationi, quia perinde eſt, ac ſi non appellaſſet, ex quo appellationi renunciat. & idem puto dicendum, quando uellet in alio petere reformationem ſententiæ, nam appellante renunciante appellationi, ipſe poteſt appellare, ex quo ad huc non ſunt tranſacti decem dies, qui dantur ad appellandum, aut appellans uult renunciare appellationi, poſtquam ſunt

tran-

tranſacti decem dies, qui dantur ad appellaudum, & tunc reſpectu omiſſæ condemnationis expenſarum poteſt impedire, ne appellans renunciet appellationi, ſed ſi in alio petit reformationem ſentẽtiæ, tunc puto quod aut propter illud grauamẽ ipſe potuerat appellari ſicut aduerſarius, verbi gratia, ſi ſententia continebat plures articulos ſeparatos, & in vno articulo ſententia lata fuit contra abſentem appellantem; in alio vero articulo pro ipſo, & tunc imputandum eſt ſibi, quia non appellauit ſicut aduerſarius, vnde poterit appellans ipſo inuito renunciare appellationi. aut ipſe non potuit appellare propter appellationem interpoſitam ab aduerſario, vt quia in vno eodem articulo connexo iudex grauauit vtranque partem, nam vno appellante alius non poteſt appellare ad eundem iudicem, quia ſecunda appellatio redderetur ſuperflua, vt dicta l. ampliorem. C. de appellat. & plene dixi ſupra eod. ſi duobus. in princ. & tunc appellans nõ poteſt renunciare etiam re integra inuito aduerſario: nec eſt ei imputandum, quare non appellauit, quia non potuit appellari, ex quo aduerſarius prius appellauit. vnde hoc caſu dicendum eſt, ſicut dictum eſt, quando iudex omiſit condemnationem expenſarum, quia eſt eadem ratio. & in hoc vltimo caſu procedit opinio Barto. in dicta l. ſi quis libellos. quam ſequitur dom. Abb. hic. Et vt clarius habeas iſtum articulum, facias duos caſus.

Primus eſt, quando eſt appellatum ab interlocutoria, vel extra iudicium.

Secundus eſt, quando appellatum eſt a diffinitiua ſententia.

14 In primo dic, quod re integra poteſt † appellans renunciare appellationi, nec prætextu talis renunciationis debet in aliquo condemnari aduerſario, vt dicit glo. in dicto c. quamuis. in verbo, partibus. Re autem non integra adhuc poteſt renunciare inuito aduerſario, ſed debet ei condemnari in expenſis, & intereſſe, quas propter talem appellationem aduerſarius fecit, ſeu intereſſe, quod paſſus eſt, vt infra eod. interpoſita. §. 2. no glo. præalleg. in d. c. quamuis. & in c. 2. in ver
15 bo, renunciet, de dolo, & contumac. in vj. † Sed hoc fallit in duobus caſibus.

Primus eſt, quando cauſa principalis eſt delata ad iudicem ad quem, vt voluit Bar. in dicta l. ſi quis libellos. C. de appellat. & ſupra declaraui. hoc tamen intelligas, quando res non eſt integra, alias etiam ſi cauſa principalis eſſet deuoluta ad iudicem ad quem, poſſet appellans renunciare appellationi, hoc probatur in c. quamuis, de elect. in vj.

Secundo fallit, quando appellatio eſt interpoſita ad Papam in cauſis maioribus, quia tunc poſtquam appellatio eſt præſentata Sedi Apoſtolicæ, hoc eſt, Papæ, non poteſt etiam de conſenſu partium ambarum renunciari appellationi, vt d. c. quamuis, de elect. in vj.

16 In ſecundo autem caſu, quando eſt † appellatum a diffinitiua ſententia, facias quatuor concluſiones.

Prima eſt concluſio, ſi appellans vult renunciare appellationi, antequam labantur decem dies, qui dantur ad appellã
17 dum, poteſt renunciare † inuito aduerſario, quia talis renunciatio non poteſt præiudicare aduerſario, cum poteſt appellare, ſi prætendit ſe grauatum a iudice in aliquo.

Secunda concluſio, ſi appellans vult renunciare appellationi poſt lapſos decem dies, qui dantur ad appellandum, ſi iudex a quo omiſit condemnationem expenſarum, non poteſt renunciare appellationi, niſi aduerſarius conſentiat, arg. l. fi. C. quando prouoca. non eſt neceſ. & in hoc concordant omnes.

Tertia concluſio, ſi iudex a quo vtramque partem grauauit in cauſa principali in eodem articulo, vel connexo, non poteſt appellans renunciare appellationi inuito aduerſario, quia propter appellationem aduerſarij nõ potuit appellare ad eundem iudicem ad quem, quia per primam appellationem ſecunda appellatio fuiſſet ſuperflua, vt plene dixi ſupra eod. ſi duobus.

Quarta concluſio, ſi petens reformationem ſententiæ, poteſt appellare non obſtante appellatione aduerſarij, vt quia fuit grauatus in articulo diuerſo, & ſeparato, poteſt appellãs ipſo inuito renunciare appellationi, quia eſt imputandum ei, quia nõ appellauit. Et ex hoc habes iſtum articulum plenius, & clarius declaratum, quam faciant hic ſcribentes.

Sed q̃ro de vna notabili quæſtione, videlicet an renunciãs
18 † expreſſe appellationi, videatur etiam renunciare nullitati, & videtur quod non, quia deſerta appellatione poteſt appellans proſequi nullitatem, vt in l. ſi expreſſim. ff. de appellat. & ibi per Bart. & in c. licet. de ſent. excom. in 6. & dicetur inf. eo. dilecto. Sed Bal. in l. j. C. de ſent. præſc. præt. & in l j. C. de ſent. ex per. recit. in prin. verſ. quærunt Doct. & Sal. in l. ſi. C. de tempo. appel. determinant contrarium dicentes, quod ſi quis renunciet appellationi, & in libello appellatorio acceſſorie venit nullitas, vt dicit glo. not in l j. C. quando prouoc. non eſt neceſ. quæ. dicit, quod ſi in libello appellatorio ſic dicitur, di-
19 co ſententiam nullam, & ſi qua eſt, appello, † nullitas ſententiæ venit acceſſorie ad appellationem, & ideo quia eſt renunciatum principali ſ. appellationi, cenſetur renunciatũ acceſſorio. ſ. nullitati. pro hoc facit quod not. Innoc. in c. veniens. ſupra de renunc. vbi dicitur, quod ille qui renunciat appellationi, intelligitur renunciaſſe iuri inſtantiæ, hoc eſt ipſi cauſæ, vel liti, niſi de mente renunciantis conſtaret, quod nõ intendit renunciare niſi appellationi, & hoc firmat Pet. de Anchar. in c. quamuis. de elect. in 6. & Dom. Dom. ibi, in fi. con. hoc tamẽ puto procedere, quando nullitas eſſet deducta incidenter, vt ſupra dixi, ſecus ſi eſſet deducta principaliter, & appellans proſequeretur æque principaliter nullitatem, ſicut appellationem: tunc enim renunciando appellationi, non intelligeretur renũciaſſe nullitati, facit optime l. ſi vnus §. ante omnia. ff. de pact. & l. ſi domus. & l. ſi ſeruitus. ff. de ſerui. vrba. præd. & eſt de mente Sali. & Bal. vbi ſupra. facit quod not. Bal. in addit. Spec. eod. tit. in pen. char. in princ. verſ. ſtatutum
20 † dicit, quod in cauſa. vbi dicit, quod ſi ſtatutum dicit, quod in cauſa appellationis debeat ſolui gabella, alias nõ poſſit appellationem proſequi: modo appellans nõ ſoluit gabellam, nunquid poſſit proſequi nullitatem. & concludit Bal. quod tantam nullitatem, quæ acceſſorie venit in appellatione, nõ poterit proſequi, ſed bene nullitatem, quæ eſt quæ principaliter eſt deducta.

Et ex his poteſt inferri, quod ſi ſtatutum requirit aliquam ſolemnitatem, vel ſolutionem gabellæ in appellatione, non habet locum in nullitate, quæ expreſsè deducitur, ſecus ſi tacite, & acceſſorie cum appellatione deducatur. & ideo Bal. in l. eos. §. ne temere. C. de app. in prin. dicit, quod ſtatuta, & iura pœnalia loquentia in appellatione non extenduntur ad cauſam nullitatis, quæ examinantur ſeorſum a cauſa appellationis: ſecus dicit, ſi nullitas eſſet commixta appellatio. quod nota.

21 Et ex hoc etiam poteſt inferri, an ſi partes renunciant † ſimpliciter appellationi, intelligantur renunciare nullitati, & tã a diffinitiua, quam ab interlocutoria. & Bal. in l. fi. §. fin. C. de temp. appel. dicit quod ſic, quia generalis, ſeu ſimplex renunciatio in omnibus nocet, vt no. in l. j. §. j. ff. a quib. appell. non lic. facit l. j. §. ſciendum. ff. de ſucceſſ. edic. & iſtud idem tenet Salic. in d. l. fi. in fi. C. de temp. appell. quod tene menti. Et hæc ſufficiant in cap. vnico. & cap. cætera. quæ circa hanc materiam poſſent dici, dicam in cap. interpoſita. §. 2. infra eod.

S V M M A R I V M.

1 *Delegatus datus cum clauſula, appellatione remota, poteſt vt ſuſpectus recuſari.*
2 *Cauſæ recuſationis iudicis vt ſuſpecti præcipuæ; conſanguinitas impetrantis, & patrocinium in cauſa.*
3 *Aduocatus qui fuit in cauſa, an poſsit impetrari delegatus iudex in alia cauſa.*
4 *Iudex impetratus ab eo, cuius fuit contrarius aduocatus, an poſsit ab eo qui fuit eius clientulus recuſari tanquam ſuſpectus.*
5 *Proceſſus factus coram iudice conſanguineo, uel aduocato, ualet niſi ut ſuſpectus recuſatus fuerit.*
6 *Iudex competens dicitur, licet quis poſsit recuſari ut ſuſpectus.*
7 *Recuſatio iudicis debet fieri ante litem conteſtatam.*
8 *Pater poteſt eſſe iudex in cauſa filij, niſi recuſetur.*
9 *Remotio appellationis facta in certa cauſa, non tollit facultatem recuſandi iudicem ex falſa cauſa.*
10 *Dictum de conſanguineo, an habeat locum in affine.*
11 *Procurator qui contraxit affinitatem cum aduerſario, poteſt recuſari poſt litem conteſtatam.*
12 *Cauſa quæ ſufficit ad recuſandum arbitrum, vel procuratorem, ſufficit ad recuſandum iudicem.*
13 *Cauſa affinitatis, intelligitur durante affinitate, non autem ſublata pro recuſando iudice vt ſuſpecto.*
14 *Affinitas inter ſocerum & generum tollitur morte mulieris.*
15 *Affinitas quo ad matrimonium non cenſetur in totum ſublata quo ad matrimonij impedimentum per mortem mulieris.*
16 *Iudex qui eſt conſanguineus impetrantis, an poſsit ut ſuſpectus recuſari, ſi cauſa eſt eccleſiæ.*
17 *Iudex facilius repellitur, quam teſtis.*
18 *Prælatus poteſt recuſari ut ſuſpectus in cauſa eccleſiæ.*
19 *Pars allegans cauſam ſuſpitionis, & non probans, an ſi in alia probat coram arbitris ſufficiat.*
20 *Cauſa recuſationis iudicis debet exprimi.*
21 *Iudex uidetur ut ſuſpectus poſſe recuſari, neque ad illum gradum ad quem admittitur ſucceſsio ab inteſtato.*

22 *Hæreditas ab inteſtato inter agnatos, & cognatos defertur vſque ad decimum gradum, cum olim ad ſextum tantum delata eſſet.*
23 *Conſanguinitas, & affinitas conſiderari debent etiam ſecundum conſuetudinem loci & regionis, ſecundum Abb.*
24 *Cognomen idem parentela facit præſumere affectionem.*
25 *Conſanguinei appellatione, an veniat agnatus & cognatus.*
26 *Affectio maior præſumitur in proximiori gradu exiſtentis.*
27 *Conſanguineus an poſſit eſſe teſtis pro conſanguineo.*
28 *Perſona coniuncta, nunquid poſſit agere contra pariter coniunctam ſine mandato.*
29 *Inimicus, & vna cum eo amicus inimici redditur ſuſpectus iudex, vbi etiam cauſa recuſationis vſque ad quintum connumerantur.*
30 *Cauſa omnis quæ iudicem nimis fauorabilem parti demonſtrat, eſt iuſta cauſa recuſandi iudicem.*
31 *Cauſa quare iudex nimis diligat partem, an ſit exprimenda.*
32 *Inimicitiam non ſufficit allegare pro cauſa ſuſpitionis iudicis, ſed cauſa inimicitiæ exprimi debet.*
33 *Inimicus reconciliatus vt ſuſpectus poteſt recuſari.*
34 *Cauſa ſuſpitionis iuſta, quæ ſint.*
35 *Iudex poteſt allegari ſuſpectus a tertio comparente, in iudicio pro intereſſe.*
36 *Suſpectus poteſt dici non tantum aduocatus, ſed etiam qui conſultus fuit pro impetrante, & qui procurauit cauſam committi.*
37 *Religioſus conſanguineus iudex an vt ſuſpectus recuſari poſſit.*
38 *Practica pro capitulando, ne iudex poſſit recuſari vt ſuſpectus, quam nota.*
39 *Iudex an poſſit recuſari, ſi per Papam ſublata fuerit cauſa recuſandi tanquam ſuſpectum.*

CAP. XXXVI.

1 POſtremo. Delegatus † datus cum clauſula, appellatione remota, poteſt recuſari vt ſuſpectus, ſi eſt conſanguineus impetrantis, vel ſi ipſe fuit aduocatus. hoc dicit. Et nota in ditur.

2 Nota primo duas cauſas, ex quibus poteſt iudex † recuſari vt ſuſpectus.

Prima eſt, quando eſt conſanguineus impetrantis.

Secunda eſt, quando in illa cauſa, in qua impetratus fuit eius aduocatus, ſed plures alias cauſas ex quibus poteſt iudex recuſari vt ſuſpectus, vide per Ioann. Andreæ & Domin. Dom. in cap. legitima de appellat. in vj. & in Spec. in tit. de dele §. ſupereſt.

3 Secundo nota a contrario ſenſu, quod ille qui fuit † aduocatus in vna cauſa, poteſt impetrari delegatus in alia cauſa ab eo, cuius fuit aduocatus. & ratio eſt, quia patrocinium facit eum ſuſpectum ſolum in cauſa, in qua fuit aduocatus, non autem in cauſa diuerſa, vt in l fin ff. de teſtibus & hoc tenet hic dom. Abb. & idem dicit hic Innocen & in capit in ſuper, ſupra de teſtib. ſed hoc intellige niſi cauſa, in qua impetratur, eſſet connexa, vel dependens ab ea, in qua fuit aduocatus, quia tunc poſſet recuſari vt ſuſpectus, vt notat Io. And in cap. fin. de teſtibus, libro vj facit cap translato, ſupra de conſtitutio.

4 Quid autem ſi † ille, contra quem fuit aduocatus, impetrat eum in iudicem, nunquid clientulus, cuius fuit aduocatus, poſſit eum recuſare tanquam ſuſpectum. de hoc vide gloſ. & Doctores in capitulo, dilecto, ſupra de teſtibus. vbi dixi.

Tertio nota, quod licet quis impetrauerit in iudicem conſanguineum, vel aduocatum, ſi non recuſatur vt ſuſpectus,
5 valet † proceſſus, & ſententia, & hoc procedit etiam ſi eſſet notorium ipſum fuiſſe aduocatum, vel conſanguineum impetrantis. & hoc tenet Ioann Andr & Docto. in capitu accedens, el primo, vt li. non conteſta. dicitur enim quis eſſe iu-
6 dex † competens, licet poſſit recuſari vt ſuſpectus, & etiam ſi reſcriptum ſit ſubreptitium, vt dicit glo. nota in clem. ij in verbo, competente, vt li. pend.

Et ex hoc infertur, quod ſi ille contra quem eſt facta im-
7 petratio, non recuſat † talem iudicem ante litem conteſtatam, non poterit poſtea recuſare, vt in capit. inſinuante, de offi. deleg. & in cap inter monaſterium, de re iudic.

8 Simile eſt etiam in † patre iudicante in cauſa fil. j. quia poteſt eſſe iudex. niſi recuſetur vt ſuſpectus, vt in l. & in priuatis. ff de iudic. & in l qui iuriſdictioni ff. de iuriſd. omn iudi. & 3. q. 7 §. tria. verſic filius.

Vltimo nota tex notab menti tenendum. ſecundum do-
9 minum Abba. quod † remotio appellationis facta in certa cauſa, non tollit facultatem recuſandi iudicem ex iuſta cauſa.

Et ex hoc infert, quod appellatio, & recuſatio non æquiparantur per omnia, nam vt patet hic. ad remotionem appellationis, non ſequitur remotio recuſationis ex iuſta cauſa, & hoc procedit etiam de iure ciuili, ſecundum Ioã. And. allegat l. vnicam C. ne liceat in vna ea. que cauſa ter. prouo. canonizata 2 quæſt 6. ſi quis in quacunque ſed dom Abb. allegat gloſ. & Bartol. in l 1. ff. a quibus appellare non lic. & idem tenet Bart Bal & Ang in l fin. C de ſenten & interloc. omnium iudicum. de quo plene dixi in cap. t ſuper eo, el ſecondo, ſupra eod. Sed quæro de tribus antequam veniam ad glo.

10 Prima quæſtio eſt, nunquid illud, quod † dicitur hic de conſanguineo, habeat locum in affine: puta ſi quis impetrauit affinem in iudicem delegatum, nunquid poſſit recuſari ab aduerſario tanquam ſuſpectus. & dic quod ſic & hoc tenet glo. in cap accedens, el ſecondo, in prima glo ſupra vt li. non conteſt. & Specul. in tit. de delegato § ſupereſt. verſicu. quid ſi non eſt. facit optime l. aut affinitate. ff. de procur. vbi
11 patet, quod † procurator poteſt recuſari poſt lit. conteſta. ſi contraxit affinitatem cum aduerſario, & Tan. hic ponit vnũ
12 dictum notabile dicens, quod omnis † cauſa quæ ſufficit ad recuſandum arbitrum vel procuratorẽ, ſufficit ad recuſandum iudicem. Sed ratio eſt, quia iudex poteſt ex facili cauſa recuſari, vt dicit glo hic. & in cap. cum 2. & in cap inſinuante de offic deleg. & in cap. accedens, el ſecondo, ſupra vt lite non conteſt. & illa dicta ſequuntur communiter Doct.

Quidam tamen voluerunt hoc limitare dicentes, quod
13 propter † affinitatem poſſit iudex recuſari vt ſuſpectus quando affinitas durat, ſecus ſi eſt extincta, per l. cui eorum § affinitatem. ff. de poſtulando. per quem tex. dicit ibi Bart. & Ang quod ſtãte ſtatuto, quod inter affines debeat fieri compromiſſum, quod finita affinitate nõ arctabuntur ad compromiſſum. & idem dixit Bald. in l. ſuggeſtioni. C. de verborum ſignificat.

Pone exemplum, quod lis oritur inter ſocerum, & generum mortua tua vxore, nam per mortem ipſius filiæ, quæ erat tradita in vxorem genero, finitur affinitas, ita quod amplius non ſunt inuicem ſocer, nec gener, cum ſit ſublata af-
14 finitas † per mortem mulieris ſed licet dictum Bart. & aliorum ſit verum, ſcilicet quod non teneatur ad compromiſſum. tamen ego puto, quod ſi impetratur iudex diſſoluta affinitate, quod poſſit recuſari tanquam ſuſpectus, nam licet ſit finita affinitas, tamen durat affectio cauſata ex præcedente affinitate. Præterea per mortem mulieris, vel viri non
15 tollitur affinitas in totum, quia remanet adhuc † affinitas quo ad matrimonium impediendum, vt patet in ca. non debet, de conſanguin & affin & in § affinitatis. Inſt. de nupt. & not glo Bar. & Docto. in d l. cui eorum. & experientia docet magnam durare affectionem, etiam poſt diſſolutam affinitatẽ, & per hoc ego credo, quod ſi talis impetraretur iudex, quod poſſet recuſari tanquam ſuſpectus.

16 Secunda quæſtio eſt, quid ſi † iudex eſſet conſanguineus impetrantis, tamen cauſa eſt eccleſiæ. & Specul in tit. de legato. §. ſupereſt. verſi quid ſi prælatus dicit, quod non poteſt recuſari tanquam ſuſpectus, quia cauſa non eſt ipſius conſanguinei, ſed ipſius eccleſiæ, ſed Ioan Andr ibi, & hic tenet contrarium, per tex. not in cap inſinuante. de offic. deleg & idem tenet Archid. & Ioan Andr. in cap iudex. de offi deleg. in vj. & idem ſequitur ibi Dom. Dom. & dicunt hoc procedere, etiam ſi Prælatus qui impetrauit conſanguineum litigaret per procuratorem conſtitutum a ſe, vel a capitulo. Nec
17 obſtat cap cum nuncius de teſtib. quia facilius † cauſa repellit iudicem, quam teſtem, vt dicunt glo. quas ſupra allegaui. & idem ſequitur do. Abb in d c. inſinuante. & hic.

Et ex hoc infert, quod licet Prælatus poſſit eſſe iudex in cauſa eccleſiæ, vt in cap ſi quis erga. x quæſt 7. & in cap cum
18 perſonæ, de priuileg in vj. tamen poterit † recuſari ut ſuſpectus, nam ſi conſanguineus præſumitur habere affectionem ad cauſam ratione prælati, fortius ipſe Prælatus præſumitur habere maiorem affectionem, tum quia eſt ſponſus, vel filius eccleſiæ, tum quia honor, & emolumentum conſequutiue ipſum attingit, & pro hoc facit iſte tex. qui indiſtincte dicit, quod conſanguineus poterit recuſari ut ſuſpectus, nec diſtinguit, an cauſa ſit propria impetrantis, uel eccleſiæ. & de hoc ſe remittit dom. Abb. ad plene not. per ſe in cap. cum veniſſent, ſupra de iudic.

19 Tertia quæſtio eſt, quid ſi pars allegat vnam † cauſam ſuſpitionis coram iudice. ſed coram arbitris electis, non probat illam, ſed aliam cauſam ſuſpitionis, an ſufficiat. & quidam tenuerunt, quod ſic, per l. Scio. ff. de appel. vbi dicitur, quod ſi in appellatione a diffinitiua appellans expreſſit vnam cauſam poteſt aliam proſequi corã iudice ad quem, licet ſecus ſit in appell. ab interlocutoria, vt in cle. appellanti, eo tit. ſed cõiter tenetur ꝯtrũ, quia recuſatio nõ eſt appľo a diffinitiua,

ſed

ſed potius babet naturam interlocutoriæ, & hoc ſenſit glo.
ſecunda, in capitulo, ſuper eo, el ſecondo, ſupra eodem, &
ibi dixi.
20 Item iura mandant † cauſam reuocationis exprimi, ut in
cap. ſecundò requiris, & in cap. cum ſpeciali, infra eodem. er
go non ſufficit probare cauſam non allegatam, & hanc opi
nionem etiam ſequitur Specula. in dicto §. ſupereſt. uerſicu.
quid ſi vni. & hanc concluſionem, ſcilicet quod non ſuffi-
ciat probare aliam cauſam, tene, quia communiter tenetur
per Doct.
In glo prima, diuide eam in tres partes. In prima, & ſe-
cunda quærit, & reſpondet. In tertia enumerat alias cauſas
ſuſpitionis, & remittit. ſecunda ibi, quid ſi iudex eſſet ęqua-
liter conſanguineus. tertia ibi, item remouetur.
In prima parte glo. iſta videtur concludere, quod vſque ad
21 illum gradum poſſit † iudex recuſari vſque ad quem admit-
titur ſucceſſio ab inteſtato. Sed aduerte inquantum glo. di-
cit, quod vſque ad ſeptimum gradum admittitur ſucceſſio.
nam glo. in hoc male loquitur. Vnde dic, quod de iure an-
tiquo inter cognatos dabatur ſucceſſio vſque ad ſextum gra
dum, ſed inter agnatos vſque ad decimum, vt dicit tex. In-
ſtit. de ſucceſſ. cogna. in fine. ſed glo fin ibi dicit, quod inter
agnatos, & cognatos datur ſucceſſio vſque ad decimum gra
dum, quia per iura Auctenticorum ſublata eſt differētia in-
22 ter agnatos, & cognatos, vt in Auth de † hæreditatibus ab
inteſtato. §. primo. Et ideo cap. ad ſedem allegatum in glo.
primo dicit, quod cognati ſuccedunt vſque ad ſextum gra-
dum, & poſtea dicit, quod Imperator Iuſtinianus voluit vt
ſuccederent vſque ad decimum. Vnde glo. iſta male reſpexit
dictum cap ad ſedem. Sed quo ad principale dictum gloſ.
Ioann. Andr dicit eſſe diſtinguendum, an iudex impetratus
ſit de eadem domo, vel ſtirpe maſculina, de qua eſt impe-
tratus, an non, nam etiam origo eiuſdem loci, quandoque
ſuſpitionem inducit, vt in cap. accedens, el ſecondo, præal-
leg. Et dicit, quod de hoc habetur experientia in iuſtitia, ubi
vindicantur offenſæ eorum ſuper eos, qui ſunt de eadem ſtir
pe etiam ultra ſeptimum gradum, quæ tamen ſupra quar-
tum non uindicaretur extra ſtirpem. Sed dom. Abb. dicit
primo eſſe conſiderandam conſuetudinem regionis, nam
23 in aliquibus locis affectio conſanguinitatis, † & affinitatis
extenditur quaſi in infinitum. In aliquibus uero uſque ad
certum gradum tantum. vnde dicit, quod cum conſangui-
neus repellatur ſolum ratione affectionis debet conſidera-
ri, an duret affectio, uel non.
Ceſſante uero cōſuetudine dicit, quod ſibi placet dictum
glo iuncto dicto Ioan. Andr. videlicet quod in his qui ſunt
de eadem ſtirpe maſculina indifferenter admittatur recuſa-
24 tio, quia propter idem † cognomen parentelæ ſemper du-
rat affectio inter ipſos.
In his uero qui non ſunt de eadem ſtirpe maſculina, dicit,
quod procedit dictum glo. ſcilicet quod vſque ad illum gra-
dum poſſit iudex recuſari tanquam ſuſpectus vſq; ad quem
datur ſucceſſio. Hoſtië. vero ſimpliciter ſequitur opinio glo.
notab in l. ſi fœmina. C. ad Turpill. quæ dicit, quod illi dicun
tur proſequi initium ſuorum, qui ſuccedere poſſent ab
inteſtato, & ſubdit quod vbicunque tractatur de ſignifica-
tione vocabuli, nunquā eſt recurrendum ad arbitrium iudi-
cis. & de hoc dicit eſſe tex. no in l. item in legati. § parui. ff. de
lega. 3. & idem dicit Bal. in dicta l. ſi fœmina. Idem tenet hic
Ioan. de Imo. dicens eſſe tenendum illud, quod dicit glo. ſci
licet quod tam inter agnatos, quam inter cognatos fiat ex-
tenſio vſque ad gradum ſucceſſibilem ab inteſtato, & iſtam
opinionem etiam tenet Bart. in l qui iuriſdictioni. ff. de iuriſ
dictione omnium iudicum. ſed mihi magis placet opin. Ioā.
Andr. quia certum eſt, quod omnes qui ſunt de eadem do-
mo, ſeu de eadem familia, etiam ſi non ſunt iuncti ſangui-
ne propter cognomen eiuſdem parentelæ, babent inuicem
magnam affectionem, & interdum ſe magis ad inuicem di-
ligunt, quam diligant cognatos qui ſunt ex diuerſa familia.
25 Et aduerte, quia Docto. appellant conſanguineos, tam † co-
gnatos, quam agnatos, & hoc probatur in capit tua nos, in
fra de conſanguin. & affinit. & no in Rubrica eiuſdem titu-
li. Bart. vero in l cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquiren.
hæred. dicit, quod ſecundum communem vſum loquendi
omnes qui ſunt ſanguine quoquo modo coniuncti dicun-
tur conſanguinei, ſiue ſint coniuncti ex latere patris, ſiue
ex latere matris, quod eſt notandum pro ſtatutis facienti-
bus mentionem de conſanguineis, cum in ſtatutis verba de-
beant accipi ſecundum communem vſum loquendi ipſius
loci, vt in l. librorum §. quod tamen Caſſius ff de legatis ter-
tio, & ibi per Barr. & in capitulo, ex literis de ſponſal. vbi di-
xi. De propria tamen ſignificatione vocabuli appellatione
conſanguinei, non venit cognatus, ſed tantum ille qui eſt
coniunctus ex latere patris, vt in l. poſt conſanguineos ff. de
ſuis, & legitimis. & in Auth. cati. de conſanguin. & vterinis
cum ſimilibus. vnde ceſſante communi vſu loquendi appel
latione conſanguinei non veniret cognatus, & hoc tenet
Bar in dicta l. cum quidam § quod dicitur. & idem ſenſit ibi
Bart & do. Raph.
In ſecunda parte glo. dicit dominus Abbas, quod gloſ.
eſt intelligenda, quando uterque eſt in pari gradu & hoc e-
tiam ſenſit glo. dum requirit, quod ſit ęqualiter conſangui-
neus. & idem ſenſit Barto. in dicta l. qui iuriſdictioni. ff. de
iuriſdictione omnium iudicum. Sed Ioann. Andr. dicit eſſe
inſpiciendum, an vterque ſit de eadem ſtirpe, vel non. Po-
ne exemplum, quod alter ex litigantibus, eſt filius ſororis
26 iudicis, alius uero eſt filius fratris, † præſumitur enim iudi-
cem habere maiorem affectionem ad filium fratris, quam
ad filium ſororis. & ideo dic, quod ſi aliter litigantium eſt
in remotiori gradu, quā alius iudex, præſumitur ſuſpectus,
ea quo alter eſt in gradu proximiori, & hoc eſt de mente
glo. & expreſsè tenet dominus Abbas. ſi vero ſunt in pari
gradu. & de eadem ſtirpe, impar cauſa tollit ſuſpitionem. &
hoc eſt verum, ſecundum Bald. niſi ex indiciis appareret,
quod iudex baberet affectionem magis ad vnum, quam
ad alterum: ubi uero eſſent de diuerſa ſtirpe, tunc non eſ-
ſet par cauſa affectionis, & poſſet iudex vt ſuſpectus recuſa-
ri, vt ſupra dixi, ſecundum Io And.
27 Nunquid autem † conſanguineus poſſit eſſe teſtis pro
conſanguineo, quando per eum producitur contra conſan
guineum, qui eſt coniunctus eadem conſanguinitate. & dic
quod ſic, quia tunc erit teſtis omnino integer, quia par af-
fectio tollit ſuſpitionem, & hoc tenet Speculat. in titu. de te-
ſte. §. primo. verſicu quid ſi teſtis. & idem ſenſit gloſ. tertia,
quæſtione quinta, cap primo. ¶ Sed quærit Baldus, nun-
28 quid coniuncta † perſona poſſit agere contra pariter coniun
ctam ſine mandato. & dicit quod ſic, ſi ille pro quo agit, eſt
pariter coniunctus: & dicit, quod eodem modo poteſt pro
ipſo fideiubere, vt in l ſecunda ff. in ius vocati eant, uel ſatiſ-
dent idem dicerem, quando ille pro quo agit, eſt magis con
iunctus, quam ille contra quem agit, ſecus ſi ſibi eſſet minus
coniunctus.
In tertia parte glo. dum glo. dicit, quod plures caſus in-
ueniuntur, in quibus iudex poteſt recuſari tanquam ſuſpe-
ctus, vt in c. accedens, vt li. non conteſt. dic quod cauſæ quin
que ibi ponuntur.
Prima eſt, quando iudex eſt commenſalis aduerſarij.
Immo plus dicit ille tex. quod etiam ſi ſit commenſalis ini-
mici, quod poteſt recuſari tanquam ſuſpectus, licet ille ini-
micus non interueniat in lite, & hoc tenet ibi Ioann Andr.
& do. Abb. facit capitulum, repellantur, infra de accuſatio-
nibus, & quod notat Bartolus in l. ſciendum. ff. de legationi
bus. vbi per illum tex. dicit, quod non ſolum inimicus me-
29 us, ſed etiam † amicus inimici mei redditur mihi ſuſpectus.
& idem dixit Baldus in dicta l prima. C. ſi quacunque prædi.
potes. & Pet. & Cyn. & Bal. in lege, ſi quis, in vltima colum.
C. de teſtibus. & hoc tene menti. & vide quod notat Ioann.
de Imola, & dominus Cardin. in capitulo, inſinuante, de of-
ficio delegati. vbi mouent quæſtionem, an conſanguineus
conſanguinei mei prohibeatur eſſe iudex in cauſa mea. Et
ex præmiſſis eſt dicendum, quod poteſt recuſari vt ſuſpe-
ctus. Et ad præmiſſa uide quod notat Speculat. in titulo de
delegato, in dicto §. ſupereſt, verſiculo, item ſi eſt familia-
ris, & Ioan. Andr. in dicto capitulo, legitima, de appellatio-
nibus, in vj.
Secunda cauſa, quæ exprimitur in dicto capit. accedens.
eſt quando iudex eſt de origine alterius ex litigantibus, nam
ſi eſt impetratus contra extraneum, ſeu contra forenſem, po
teſt eum recuſare vt ſuſpectum. de quo tamen dic vt in dicto
cap. accedens.
Tertia cauſa eſt, quando iudex eſt de diſtrictu inimici,
etiam ſi inimicus non interuenit in lite.
Quarta cauſa eſt, quando iudex non citat ad locum ſecu
rum, vel ad locum ad quem non poteſt ſecure venire, con-
cordat c. cum paſtoralis. de re iudica. de quo dicetur infra eo
dem, ex parte.
Quinta cauſa eſt, quando iudex nimis fauet alteri parti,
concordat capitulum, cauſam, ſupra de iudi & per hoc dicit
30 Butr. hic, quod omnis cauſa † concludens iudicem eſſe ni-
mis fauorabilem alteri parti, eſt iuſta cauſa recuſandi iudi-
cem. Et ſupradictæ quinque cauſæ exprimuntur in dicto
cap. accedens. Item dicit Butr. quod omnis cauſa concludens
iudicem nimis diligere alteram partem, eſt iuſta cauſa recu
ſationis. Idem dicit Butr. & do. Abb. in dicto cap. accedens.
& fuit dictum originaliter Spec. in dicto §. ſupereſt. verſ. quid
ſi ſit inimicus.

31 Eſt tamen exprimenda † cauſa, quare nimis diligat aduer
ſarium, vt tenet Spec. vbi ſupra, & tenet Butr. & do. Abb in d.
c. accedens. Item ſubdit But. quod omnis cauſa quæ conclu
dit iudicem alteram ex partibus non diligere, eſt iuſta cauſa
recuſationis, allegat c. inquiſitionis. infra de accuſat. & hoc
tenet glo. in c. cum ſuper. de offi. io deleg. non requiritur ta-
men, quod ſit inimicitia capitalis, ſed ſufficit, quod ſit proba
bilis, & hoc tenet glo in ſimili in c. ij in verbo, inimicum. de
procura. in 6. Et ibi hoc expreſsè firmat Dom. Dom. & idem
ſenſit Spec. in dicto verſic. item ſi ſit inimicus. debet enim in
32 recuſatione exprimi particulariter cauſa † inimicitiæ, nec
ſufficeret allegare inimicitiam in genere, vt dicit Specula in
dicto verſic. item ſi ſit inimicus. & Ioan. And. in ca. legitima,
eod. tit. in vj. & dic, quod ille qui fuit inimicus, poteſt recuſa-
33 ri, licet fuerit † reconciliatus 3. q. 5 accuſatores. & hoc tenet
Spec. in d. §. ſupereſt. ver. item quod quondam. qui immedia
te ſequitur. ver. item ſi ſit inimicus, de quo dicetur infra eod.
propoſuit.

34 ¶ In ead. glo. in fi. Quæ ſint iuſtæ † cauſæ ſuſpitionis vide
per Io. And in d. c. legitima. & in Spe. in d. §. ſupereſt. & dicam
infra eod. cum ſpeciali. Et dic, quod non ſolum ipſæ partes
principaliter litigantes in iudicio, poſſunt recuſare iudicem,
35 ſed etiam tertius † comparens pro ſuo intereſſe. de hoc eſt
tex. not in dicto cap. cum ſuper. de offic deleg. & ibi hoc fir-
mant Doct.

36 ¶ In glo. 2. dic, quod † non ſolum aduocatus poteſt recuſa
ri tanquam ſuſpectus, ſed etiam ille qui cõſultus fuit per im
petrantem, antequam cauſa ſibi delegaretur. & reſpondit ip
ſum habere ius, vt in l. prætor. ff. de iurisd. omn. iudic. & hoc
tenet Innoc in c. irrefragabili. in glo. quæ incipit, vel per de-
canum. ſupra de offic. ordi. & hoc tenet ibi Io. de Imo & do.
Abb. in § exceſſus. & idem firmat Arch. in c. ſi contra vnum.
de offic. deleg. in vj. Et idem dicit in eo, qui procurauit ſibi
tamen commiti: nam etiam talis poteſt recuſari vt ſuſpe-
ctus, & vtrumque dictum ſequitur ibi Io. And. & Do. Do. ſu-
per g in verbo, legitima.

37 Extra glo. quæro, † quid ſi conſanguineus impetrantis eſt
perſona, in qua ceſſat ſuſpitio: puta quia eſt Cilercienſis, vel
ordinis Sancti Benedicti, an poſſit recuſari tanquam ſuſpe-
ctus. Vincẽ. & communiter Doct. dicunt, quod non. & idem
dicit Spec. in dicto §. ſupereſt. verſi. quid ſi non eſt conſangui
neus. & hoc etiam ſequitur hic dom. Abb. & hoc tene men-
ti in pract. nam vbicunque eſt talis conditionis, quod veriſi-
militer pro conſanguineo, vel pro aliquo non iudicaret con
tra iuſtitiam, non poteſt prætextu conſanguinitatis, vel affi
nitatis, vel nimiæ amicitiæ recuſari tanquam ſuſpectus, &
alias practicam, dum quidam iudex propter amicitiam fuiſ-
ſet tanquam ſuſpectus: articulaui enim, quod erat perſona in
tegra, quæ veriſimiliter pro aliquo homine mundi non face
38 ret iniuſtitiam. & ideo ſemper ſerues hanc † practicam, quã
do iudex propter conſanguinitatem, vel affinitatem, uel
propter nimiam amicitiam recuſatur tanquam ſuſpectus,
vt capitules, & probes iudicem eſſe talis conditionis, quod
propter talem cauſam veriſimiliter non præſumatur moue
ri ad faciendum iniuſtitiam. Adde quod iudex indiſcretus, &
iniquus communiter poteſt recuſari vt ſuſpectus. Bal. in c. ad
noſtram. in fi de probat & Phil. hic.

Monet etiam domi. Abb. hic quæſtionem. ſi Papa remo-
39 ueat expreſſe facultatem recuſandi, an tunc † iudex poſ-
ſit recuſari tanquam ſuſpectus. & remittit ſe ad not. in capi.
ad hæc. de reſcrip. & ad cap. cum inter. de excep. vbi dixi poſt
eum, & ad cap paſtoralis, infra eod. & vide Spec. in tit de re-
cuſationibus § 1 verſic quid ſi ſit cauſa, & Dom. Dom. in cap.
iudex. de offic deleg. in vi. & hoc ſufficiant in illo cap. Cæte-
ra autem quæ hic dimiſi, dicam infra eod. cum ſpeciali. Se-
quitur cap. ad hæc quoniam.

A D D I T I O.

a ¶ Vide dom. Abb. in cap. cum ſpeciali. 3 colum. de appel. in prin. vbi quãdo & an compater poſſit recuſari. Et adde dom. But. in dicto cap. legitima. vbi allegat 18. cauſas. Et Phil. hic, & Alex. etiam hic, qui enumerant mul tos caſus ſuſpitionum.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia interdicti non ſuſpenditur per appellationem ſequentem.*
2 *Aequiparantur excommunicatio, & interdictum.*
3 *Excommunicatio non ſuſpenditur per appellationem ſequentem.*
4 *Cenſuræ quæ ligant ipſam animam ſunt tres, nempe, excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum.*
5 *Interdictum fertur contra perſonam, vel locum.*
6 *Suſpenſio eſt ab officio, vel ab ingreſſu eccleſiæ.*
7 *Appellatio datur ſuſpenſo a pontificalibus.*
8 *Celebrans non incurrit irregularitatem, niſi in caſibus in iure expreſſis.*
9 *Suſpenſio ab officio, an per appellationem ſuſpendatur.*
10 *Regula ſtandum eſt, niſi probetur caſus exceptus.*
11 *Petens abſolui ad cautelam, debet probare ſe appellaſſe ante ſententiam excommunicationis.*
12 *Probatio regulariter incumbit ei qui aliquid petit, non autem ei qui negat.*
13 *Epiſcopi habent triplicem poteſtatem, ſcilicet, clauium iuriſdictionis, & diœceſis.*
14 *Iuriſdictio comprehendit merum, & mixtum imperium.*
15 *Excommunicatio eſt ſimilis carceri.*
16 *Excommunicatio Iudaica, an per appellationem ſuſpendatur.*
17 *Iudæus an debeat vitari, ſi poſt excommunicationem appellat.*
18 *Sententiæ quæ trahunt ſecum executionem, per appellationem ſuſpenduntur.*
19 *Excommunicatio, & interdictum, in quibus æquiparantur.*
20 *Sententia cenſuræ omnis requirunt monitionem.*
21 *Abſolutio a cenſuris ſit iuramento præſtito de parendo mandatis eccleſiæ.*
22 *Sententia cenſuræ ſemper ligat, ſiue iuſta, ſiue iniuſta.*
23 *Differentia inter excommunicationem, & interdictum.*
24 *Epiſcopus an poſſit dare licentiam celebrandi in loco interdicto.*
25 *Papa an poſſit dare licentiam excommunicato, vel interdicto celebrandi in diuinis.*
26 *Epiſcopus an poſſit ſuſpendere interdictum a ſe latum.*
27 *Maius qui poteſt, poteſt & minus.*
28 *Executio, ſiue effectus non eſt ſeparandus a ſubſtantia ſententiæ interdicti.*
29 *Iudex non poteſt efficere, quod damnatus de falſo non ſit infamis.*
30 *Appellatio ſuſpendit infamiam illatam per ſententiam.*
31 *Sententia cenſuræ durat, & ligat ad beneplacitum.*
32 *Sententia interdicti ſuſpenditur per appellationem, ſi effectus interdicti eſt ſuſpenſus.*
33 *Liberatus ad tempus, elapſo tempore tenetur ex veteri obligatione.*
34 *Appellatio facta poſt expreſsionem interdicti, non ſuſpendit ipſum interdictum.*
35 *Interdictum latum in perſonam, an ſuſpendi poſsit ad tempus.*
36 *Perſona interdicta conſideratur, aut emendata, aut non emendata.*
37 *Sententia excommunicationis, an poſsit ſuſpendi.*

C A P. XXXVII.

AD hæc quoniam. quinto.

1 Sententia † interdicti non ſuſpenditur per appel-
lationem ſequentem. hoc dicit. Communis diui
ſio. ſecunda ibi, noueris.

2 No. primo, in quo † æquiparantur excommunicatio, & in-
terdictum: nam ſicut non tenet excommunicatio lata poſt
appellationem, ita non tenet interdictum latum poſt appel
3 lationem. item ſicut non ſuſpenditur † excommunicatio
per appellationem ſequentem, vt infra eod. paſtoralis, ita et-
iam non ſuſpenditur ſententia interdicti, vnde iſte tex. eſt le
gendus cum ſuppletione, dum dicit, quod ſicut poſt appella
tionem quis non poteſt excõicari, nã debet ſuppleri, nec ex-
cõicatus per appellationẽ ſequẽtẽ põt ſuſpẽdere ſentẽtiam
excõicationis ante latam, ſic nec ſuppoſiti interdicto ante
appellationem, poſſunt per appellationem ſuſpendere ſen-
tentiam interdicti. Iſte tamen tex eſt intelligendus, quando
aliquis eſt interdictus a diuinis officiis, & ſic a ſpiritualibus,
ſecus ſi interdiceretur alicui aliquod temporale: puta ſi in-
terdiceretur ingreſſus pomerij, vel ſuſpẽderetur a beneficio:
quia talis ſuſpenſio bene ſuſpenderetur per appellationem,
de quo vide glo. not. in cap. is cui. in glo. fin. de ſent. excomm.
in vj. Et ex hoc concludit domi. Abb. quod diſpoſitio huius
4 cap. vendicat ſibi locum in tribus ſententiis † cenſuræ, quæ
ligant ipſam animam, & iſtæ ſunt tres, ſcilicet excommuni-
catio, ſuſpenſio, & interdictum, vt in cap. quærenti. de verb.
ſignific. & in cap. is cui. de ſenten. excommu. in vj. Sed tu po-
tes dicere, quod ſunt quatuor. Prima eſt excommunicatio.
5 Secunda eſt ſententia interdicti, † ſiue feratur contra perſo-
6 nam, ſiue contra locum. Tertia eſt ſuſpenſio † ab officio.
Quarta eſt ſuſpenſio ab ingreſſu eccleſiæ. de ſententia inter-
dicti. habetur hic, & infra eodem. De ſententia vero ſuſpen-
ſionis ab officio, vel ab ingreſſu eccleſiæ, eſt optimus tex. in
d. c. is cui in 6.

Et

Et ex his infert Hoſt.& Io.An.ꝙ ſuſpẽſus a pontificalibus
7 vel ab vſu pallij † appellando ſuſpendit talem ſententiã,& ꝓ
hoc facit,quia non reperitur expreſſum,ꝙ appellatio nõ ſu-
ſpendat ſententiam,niſi in illis quatuor ſententiis,de quibus
ſupra dixi,& ſi ſuſpenſus a pontificalibus,vel ab vſu pallij ce
lebraret in põtificalibus,& cum pallio, non incurret irregu
laritatem,vt dicit Inno.in c.j.de ſent.excommun in vj. & Io.
And & Butr hic,& idem dicit Spe in titu.a § iuxta propoſi-
tiones,ver.quid ſi epiſcopus,& pro hoc facit c. is qui,de ſent.
8 excomm.in 6 vbi dicitur,quod † celebrans,non incurrit irre
gularitatem, niſi in caſibus expreſſis in iure . ſed non reperi-
tur in iure expreſſum , quod ſuſpenſus a pontificalibus , vel
ab vſu pallij celebrans incurret irregularitatem. ergo &c.
9 Quid autẽ de ſuſpenſo † ab officio propter delictum, an
talis ſententia ſuſpendatur per appellationem . & do.Abb.
infra eodem,ſæpe in glo.in verbo,rata manet,in prin.6. col.
ſui cõmenti tenuit,quod ſic:ſed ego de hoc valde dubito,quia
in dicto c.is cui.in fi.de ſent.excomm.in vj. ſimpliciter dici-
tur,ꝙ ſuſpenſio ab officio , vel ab ingreſſu eccleſiæ non ſu-
ſpẽditur per appellationem,ergo debet intelligi indiſtinctè,
ſiue fiat ſuſpenſio propter contumaciam, ſiue propter deli-
ctum,& pro hoc etiam facit c.j.ver.& hæc eadem, & c.ſtatu-
tum.de ſent.excomm in ſexto.vbi excommunicatio,ſuſpen-
ſio , & interdictum æquiparantur pro hoc etiam facit , quia
10 ſtandum eſt † regulæ , niſi probetur caſum eſſe exceptum a
regula,vt dicit gl in rubrica.de reg.iur in ſexto,& in clem.ſi.
in gl penult.de reſcriptis.

Secundo nota,quod in dubio præſumitur appellationem
eſſe interpoſitam,ante ſententiam interdicti, niſi contrarium
probetur.hoc videtur probare text. in fi.dum requirit,quod
conſtet ſententiam interdicti eſſe latam ante appellationẽ.
ſed glo.videtur tenere contrarium in ca.venerabilibus.in gl.
11 penult.de ſent.excomm.in ſexto quæ dicit,quod † petens ſe
abſolui ad cautelam debet probare ſe appellaſſe ante ſentẽ-
tiam excommunicationis,& hoc ſatis probatur in d.c.vene
rabilib. in § fi. ſed ego ſic dicerem concordando,quod aut
excommunicatus petit ſe abſolui ad cautelam , & tunc de-
bet probare ſe appellaſſe ante excõmunicationem , & hoc
modo loquitur cõtrarium.ſed ſi excommunicatus,nihil pe-
tit,ſed aduerſarius petit, quod euitetur tanquam excommu
nicatus,vel quod non admittatur ad exercitium officij tan-
quam ſuſpenſus, vel dicit ſententiam non eſſe ſuſpenſam ꝑ
appellationem,& tunc ei incumbit probatio, quod ſenten-
12 tia præceſſit appellationem.ita loquitur hic: † nam regulari
ter ei incumbit probatio qui dicit,ſeu aliquid petit,non au-
tem illi qui negat.ſeu conuenitur,vt in l.2.ff. de prob. Et ex
hoc infero,quod ſi quis peteret aliquem priuari officio, vel
beneficio propter irregularitatem, vt quia diceret eum cele
braſſe poſt excommunicationem , vel poſt ſuſpenſionem ,
vel poſt interdictum,deberet probare ſententiam eſſe latam
ante appellationem:ex quo enim petit, ei incumbit proba-
tio,& hoc modo intelligas iſtum textum, & de hoc latius di
cam j.eo.per tuas.Sed aduerte antequam veniam ad glo.nã
Bal.hic dicit,ꝙ epiſcopi habent tres poteſtates, ſcilicet po-
teſtatem clauium,quæ conſiſtit in tribus generibus cenſuræ,
ſcilicet excommunicatione,ſuſpenſione,& interdicto eccle
ſiaſtico, & ꝙ in horum abſolutione exercent poteſtatem iu
riſdictionis,quæ conſiſtit in tribus.ſcilicet mero imperio, &
mixto,& iuriſdictione.item habent poteſtatem diœceſanã,
quæ conſiſtit in muneribus,& honoribus,& ſacramentis, &
13 ſic vult Bal.quod † epiſcopi habeant triplicem poteſtatem
ſ. poteſtatem clauium:poteſtatem iuriſdictionis,& poteſta-
14 tem diœceſanam.& dic quod verbum † iuriſdictio,in gene-
re ſumptum comprehendit & merum,& mixtum imperiũ.
de quo vide glo.nota in cle j in verbo,omnimodam.de foro
compe.& plene dixi in c.quod ſedem de offic ordin. & ſub-
dit Bal quod a ſola poteſtate clauium dependet, vt ſentẽtia
excommunicationis,vel ſuſpenſionis,vel interdicti non ſu-
15 ſpendatur per appellationem.Et dicit quod † excommunica
tio eſt ſimilis carceri, nam foribus clauſis , niſi ille qui habet
claues aperiat,nõ poteſt carceratus,licet vociferet vſque ad
cœlum,exire muros carceris.vnde claues ſpirituales redigũ-
tur ad hanc ſimilitudinem.

16 Quid autem de † excommunicatione Iudaica, ideſt ſi Iu-
dæus excommunicatur,& deinde appellat, an talis excom-
municatio ſuſpendatur per appellationem & Bald. dicit, ꝙ
ſic,quia talis excommunicatio eſt profana . dicit tamen in
hoc eſſe ſeruandam conſuetudinem Iudæorum inter ipſos ,
nõ quia eorum ſuperſtitio approbetur, ſed quia toleratur ,
& ad hoc nihil allegat Bal.ſed tu allega tex.cum glo 45. diſ.
qui ſincera ſed quo ad principale dictum ego credo,quod ſi
Iudæus excõmunicatur,& appellat ex cauſa rationabili , ꝙ
talis appellatio ſuſpendat excommunicationem, quia talis
non eſt proprie excommunicatio, quia Iudæus per excom-
municationem non poteſt poni extra eccleſiam , quia iam
eſt poſitus extra eccleſiam propter ſuam infidelitatem . vn-
de indirecte excommunicatur: inquantum ei interdici-
tur communio Chriſtianorum in mercimoniis , & in aliis,
vt in capitu.poſt miſerabilem,& in capit. quanto, de vſur.&
in clem prima.de teſtibus iuncta glo.penultima, quæ etiam
ad hoc allegat alia iura. excommunicatio ergo lata contra
Iudæum,non dependet a poteſtate clauium , quia non po-
teſt ligari ſpiritualiter,cum ſit extra eccleſiam, ſed depẽdet
a poteſtate iuriſdictionis,quam habet eccleſia in certis caſi-
bus contra Iudæos , & alios infideles. vnde non eſt miran-
dum,ſi talis ſententia poteſt ſuſpendi per appellationem,ſi-
cut aliæ ſententiæ dependentes a iuriſdictione,vt in c.ſi a iu
dice.de appel.in ſexto.

17 Et ex hoc infertur,quod † ſi Iudæus poſt excommunica-
tionem appellat,quod interim non debet vitari:hoc tamen
procedit, quando excommunicatur a iudice , ſeu a prælato
eccleſiaſtico,ſed ſi excommunicaretur a iudice Iudæo, tunc
eſſet ſeruanda conſuetudo ipſorum Iudæorum,& hoc mo-
do intelligo Bald Item Bal per iſtum textum.dum reprobat
glo.in l.fin.C.ſi a non compet. iud. dicit,quod excommuni-
catio,& interdictum ſuſpenditur per appellationem.nã hoc
eſt falſum,ſecundum eum,quia eſt ſpeciale in ſententiis cen
ſuræ,tum propter auctoritatem clauium , tum quia canon
ita vult propter bonum humilis obedientiæ,& propter ſalu
tis facit c j.de ſententia excommunicat.in ſexto,& ca.pia.in
prin.de excom.eo.libro.tum quia talis ſententia eſt quoddã
electuarium medicinale,licet amarum,vt j.eod.paſtoralis.
§.j.tum quia tales non ſunt proprie ſententiæ , ſed quædam
pœnitentia inflicta cauſa correctionis faciendæ. aſſignat &
Bal.aliam rationem,quia tales ſententiæ trahunt ſecum exe
18 cutionem,ſed iſta ratio eſt bona,quia † ſentẽtiæ quæ trahũt
ſecum executionem ſuſpenduntur per appellationem, ſicut
aliæ ſententiæ,vt in l.furti.in prin.ff.de his qui no.infam.im-
mo etiam ſi ſententia eſſet capitalis , & vltimi ſupplicii, per
quam cõdemnatus efficitur ſeruus pœnæ,vt in l.qui vltimo.
ff.de pœnis,tamen per appellationem ſententia ſuſpenditur
& interim pendente appellatione eſt integer ſtatus ipſius ap
pellantis,vt in l j.ff nil no. app.pe. immo,ſi prælatus eſſet de-
poſitus per appellationem,ſuſpenditur effectus ſententiæ, &
interim poteſt ſuam iuriſdictionem exercere,vt dicit glo.in-
fra eo.ſæpe,in verbo,rata manet,& 9.q.i. in ſumma. non eſt
ergo ratio , quare nõ ſuſpendãtur per appellationem ex eo,
quia iſtæ ſententiæ trahunt ſecum executionem,ſed quia de
pendent a ſola poteſtate clauium , & propter bonum obe-
dientiæ,& quia ſunt ſententiæ medicinales.

¶ In glo.j diuide ipſam in duas partes In prima parte glo.
declarat,in quo æquiparetur excommunicatio , & interdi-
ctum.In ſecunda parte mouet vnam quæſtionem, in qua re
citat opiniones. Secunda ibi , ſed quid ſi aliqua eccleſia . In
prima parte gl.dic,vt dixi in primo notabili,ſ. quod iſte tex.
19 æquiparet excommunicationem , † & interdictum in duo-
bus.Primo quod ſicut excommunicatio lata poſt appella-
tionem legitimam eſt nulla,ut infra, de ſent.excommu. per
tuas,& ſupra eodem,ad audientiam. ita & interdictum , uel
ſuſpenſio eſt nulla,vt j.eo dilectis.Secundo, quia ſicut appel
latio ſubſequens non ſuſpendit excommunicationem præ-
cedentem,ut infra eo. paſtoralis ita nec interdictum,vt hic:
& idem eſt in ſententia ſuſpenſionis ab officio,vel ab ingreſ-
ſu eccleſiæ,vt in c.is cui.in fi de ſent.excommunica.in ſexto.
Tertio æquiparantur iſtæ ſententiæ , quo ad monitionem ,
20 quia omnes ſententiæ † cenſuræ requirunt monitionem,vt
in c.repræhenſibilis,ſupra eod.& qualiter intelligatur dic,ut
ibi dixi.nam examinaui,an ſuſpenſio,vel interdictum requi
rat monitionem,quando fertur pro crimine,& non pro cõ
tumacia.Quarto,quia quilibet,ſiue excommunicatus , ſiue
ſuſpẽſus,ſiue interdictus a diuinis,ſeu a ſpiritualibus, ſeu ab
ingreſſu eccleſiæ celebrans incurrit irregularitatem , vt d c.
is cui & in c.3.de cler.excommun.min. A qua irregularitate
ſolus Papa abſoluit,vt in c.j de ſent.exc.in vj.& in c. clerici.
de cler. exc. ministrin. Quinto quia in omnibus ſententiis
21 cẽſuræ, ſi fit † abſolutio præſtito iurã de parendo mandatis
eccleſiæ,ut in ca.venerabili.infra de ſent.excom.Sexto,quia
in qualibet ſententia cenſuræ poteſt fieri relaxatio, & abſo
lutio ad cautelam,vt in dicto capi.venerabili. & ibi per glo.
22 Septimo,quia quælibet † ſententia cenſuræ, ſiue ſit iuſta, ſi-
ue iniuſta ligat,vt in c.ſi quis preſbyteru quæſtio.3 & notat
23 gl 2 q j in ſumma † Differunt tamen in aliquibus,quia excõ-
municatio fertur contra perſonam, & non contra locũ, ut
j.in ca. Romana § ſi uniuerſitatem.de ſent.excomm.in 6. ſed
interdictum poteſt ferri,tam contra perſonam , quam con-
tra locum,ut in c.non eſt,infra de ſponſ.& in c.ſi.de ſenteut
excom.

excom.in ſexto. Secundo, quia excommunicatio nõ poteſt ſuſpendi per inferiorem a Papa, ſed interdictum ſic, vt dicetur in ſequen parte gl. Tertio, quia interdicto, & ſuſpenſo licitum eſt participare, & loq. ſed non cum excommunicato vt in c. nuper ꝟ de ſen. excom. & ita dicit Io. An in c. i de ſen. excom. in vj. vbi Ioan. An. ponit in quibus iſtæ ſententiæ cõcordent, & differant.

In ſecunda parte gl. iſta gl. multum ſe inuoluit, nec apparet quid velit. vnde pro declaratione facias quinque caſus.

Primus eſt, an epiſcopus non ſuſpendendo interdictum poſſit dare licentiam celebrari in eccleſia, vel in loco interdicto.

Secundus eſt caſus, an epiſcopus poſſit ſuſpendere interdictum a ſe latum.

Tertius eſt caſus, an ſi durante ſuſpenſione interponatur appellatio, ſuſpendatur ſententia interdicti.

Quartus eſt caſus an ſuſpenſio, vel interdictum latum cõtra perſonam poſſit ſuſpendi ad tempus.

Quintus caſus eſt, an excommunicatio poſſit ſuſpẽdi, vel relaxari ad tempus.

24 In primo caſu, ſcilicet. an † epiſcopus poſſit dare licentiã celebrandi in eccleſia, vel in loco interdicto. gl. hic. in fi. tenet, quod non, dicens, quod ſolus Papa hoc poteſt concedere, & hoc modo loquitur c. ut priuilegia. ꝟ. de priuile. & hoc communiter ſequuntur Doct.

25 Nunquid autem † Papa poſſit concedere excommunicato, vel interdicto licentiam celebrandi in diuinis. Innoc. tenet, quod non ꝟ. eo præterea, poſt medium, per ca. nulli ꝟ. de ſent. excom. de quo dic, vt ibi per Doct.

26 In ſecundo, ſcilicet, an † epiſcopus poſſit ſuſpendere interdictum a ſe latum, hoc eſt, an ſtante ſententia interdicti poſſit ſuſpendere eius effectum, & ſic interim poſſit celebrare ſine metu irregularitatis & gl. iſta videtur velle, quod ſic, clarius hoc tenet ꝟ. eo. dilectis, in ver. ſuſpendendum & iſtã opi. ſequitur hic Io. And. in fi. quia ſicut poteſt in totum tollere ſententiam interdicti, ita poteſt ſuſpendere ad tempus,

27 quia † qui poteſt plus, poteſt, & minus. vt in regula. cum licet libro ſexto hoc tamen dicit intelligi, quãdo interdictum eſt latum a ſe, & ita loquitur Ioan. And. ſecus ſi eſſet latum a ſuperiore, quia tunc abſque dubio, non poſſet illud ſuſpendere arg. in c. paſtoralis. § præterea. de offi. or. & in c. cum inferior. de maio. & obed. & opi. gl. & Ioan. And. ſequitur But. & Io. de Imo. hic, & Inno. in c. ut priuilegia de priuileg. & videtur probari in c. dilectis § quia vero. ꝟ. eod. ſed Ioan. de Ligna in quadam diſputatione tenuit contrarium, ſcilicet, quod epiſcopus non poſſit ullatenus ſuſpẽdere interdictum latum a ſe. mouetur, quia ſententiæ cenſuræ ſecum trahunt executionem. Ideo † executio, ſiue effectus interdicti. non eſt ſeparabilis a ſubſtantia ſententiæ interdicti, ut in c. is, cui de ſententia excom. in ſexto. & per conſequens non poteſt remouere effectum ſubſtantiæ ſtante ipſa ſubſtãtia, quia non poſſunt ab inuicem ſeparari, & allegat in ſimili l. Titius. ff. de ex. tu pro hoc facit etiam, ſecundum dom. Abb. quia maior eſt virtus appellationis in ſuſpendendo effectum ſententię, quã

28 (28 beside "tionem. Ideo")

29 poteſtas ipſius iudicis. patet, quia non poteſt † iudex facere quin damnatus de furto non ſit infamis, ut in l. non poteſt.

30 ff. de furtis & tamen † appellatio ſuſpendit ipſam infamiam iam illatam per ſententiam, vt in l. furti. ff. de his qui not. infa. ergo, cum ipſa appellatio non poſſit ſuſpendere effectum interdicti, multo minus ipſe iudex Nec obſtat ratio Io. And. quia tollere in totum ſententiam interdicti eſt, ſecundum naturam actus, ſed ſuſpendere eius effectum, vt non trahat ſecum executionẽ, eſt contra naturam, quod fieri non poteſt, vt in l. cum precario ff. de precario, & per glo. in cap. 2. in verbo, officialis. de conſue. in 6. & vide pulchram gl. quæ multum facit ad hoc, in cle. ſi una. in verbo, defenſor. in ſi de rebus eccl. non alien. quæ dicit, quod interdum ille qui poteſt in totum tollere, non poteſt tollere partem & dicit, quod ſępe illud, quod videtur minus, eſt maius eo reſpectu quo ius plus reſiſtit illi, quod eſt minus ex cauſa. dom. Abb. primo dicit, quod iſta opinio de ſubtilitate iuris eſt verior, & ante factum tenenda opinio gloſ. & Ioann. Andr. ſit communis, & in practica ſeruanda poſt factum. ſed poſtea etiam ipſe ſequitur opi. Ioan. And & Doct. per tex. in dicto c. dilectis § qa vero. ꝟ. eodem & dicit, quod ille text. loquitur de ſententia interdicti, & non de ceſſatione a diuinis. vnde ſecundum eũ ibi, aperte probatur, quod ſententia interdicti poteſt ſuſpendi ad tempus, & pro hoc facit, ſecundum eum, quia hæc ſen

31 tentia † cenſurę ligat, & durat ab bene placitum proferẽtis. merito, cum dependeat ab eius poteſtate poterit etiam effectus ſuſpendi, ſecus in aliis ſententiis, quæ non dependent a poteſtate iudicis. quia nunc procedit l. non poteſt. ff. de furtis, & argumentum ſupra factum, & hoc modo etiam poteſt reſponderi ad rationem Ioan. de Lign. dum dicit, quod effectus interdicti non eſt ſeparabilis a ſubſtantia, quia immo eſt ſeparabilis, ex quo talis ſententia ligat ad bene placitum proferentis, & ab eius poteſtate dependet. vnde communis opi. eſt tenenda, & ipſam etiam Bald. hic ſequitur. & ex his ſum expeditus de ſecundo caſu.

In tertio uero caſu, ſ. an effectus ſñiæ interdicti ſit ſuſpen-

32 ſus ad tempus, & durante ſuſpenſione appelletur, ſuſpendatur ipſa † ſñia interdicti. & Io. An. dicit, ꝙ ſic, ſicut ſi ſub cõditione fuiſſet lata ſñia interdicti, & pendente conditione interpoſita fuiſſet appellatio, vt ꝟ. eo præterea, & c. dilectis. & iſtã opi. etiam ſequitur hic But. & dom. Card. & Ioan. de Imo. & dom. Abb. per c. dilectis § quia vero. ꝟ. eo. ſed Io. Cald. tenuit contrarium, quia iſta non eſt noua ſententia. vnde cum nõ fuerit appellatum ante ſuſpenſionem non poteſt poſt ſuſpẽſionem appellare, quia tale cẽſetur eſſe vnum interdictum. l. ſed ſi manente. ff. de precario. ſicut dicitur idem vulnus, quod recidiuauit l. Martius ff. locati. itẽ iſte caſus, videtur ſimilis homini furioſo habenti dilucida interualla qui ſemper perſeuerat ſub eodem curatore, ut in l. cũ aliis. C. de cura. furio.

33 Item † liberatus ad tempus elapſo tempore tenetur ex veteri obligatione, nec eſt neceſſarium, quod iterum ſe obliget, ut in l. ſi vnus § i ff de pact. per quem text. dicit ibi Cy. & Bal. hic, quod bannitus ſuſpenſo banno ad tempus poſt tempus reincidit in ipſum bãnum, & ſic poteſt impune offendi, nec eſt opus de nouo bannari, & pro hoc facit, quod notat Inn. hic dum dicit, quod ſuſpenſio interdicti, non eradicat interdictum, ſed interim dormit. facit etiam l. lecta. ff. ſi cert. peta. & per iſtas rationes etiam Bal hic tenet opi. quam etiam

34 tenet Io. Cal. ſcilicet, quod † appellatio facta poſt ſuſpenſionem interdicti non ſuſpendat ipſum interdictum, & idem tenuit etiam Bal in l. fi. C. ſi a non compet. iudice, vbi dicit quẽdam Card. leg. de latere interdixiſſe ciuitatem Bononiæ, qui poſtea ſuſpendit interdictum ad tempus, & pendente ſuſpẽſione fuit appellatum, & quærebatur quid iuris. Bal. ibi dicit, quod appellatio non ſuſpendit interdictum, & allegat Inn. hic dum dicit, quod ſuſpenſio non reuocat interdictum ſed interim dormit. refert tamen quoſdam Doct. Bononien volentes acquirere fauorem populi per fas, & nefas conſuluiſſe contrarium, & male ſecundum eum, & idem dicit Bal. in l. cum aliis. C. de cura. fur. idem ſenſit Ange. in l ſi vnus. § i. ff. de pact. vbi dicit, quod finito tempore treugue prima guerra continuatur, & quod non videtur eſſe actum, quando fit treugua. quod ipſa finita indicatur noua guerra ſed ſolum quod prima continuetur, & per hoc etiam dicit ſe cõſuluiſſe ſuper quadam ſententia ſuſpenſa ad bene placitum ipſius iudicis qui condemnauerat ad mortem, quod finito beneplacito non indigeat aliqua renouatione & idem dicit ſi ſententia eſt ſuſpẽſa ad certũ tempus, quia finito tempore non indiget renouatione, ſed eadem ſententia durat, & idem dicit ſi ſuſpendatur interdictum, quia finita ſuſpenſione reaſſumunt vires ſuas, & dicit ita fuiſſe determinatum Bononiæ. ego in hoc paſſu concordando opi. ſic dicerem, quod aut ille contra quem eſt lata ſententia interdicti, non appellauit infra decem dies, & tunc dato, quod poſtea ſuſpendatur interdictum, non poterit appellare, quia ſuſpenſio interdicti, non facit nouum interdictum, ſed facit ipſum interdictum dormire durante ſuſpenſione, & hoc modo procedit opinio Ioan. Cald. & Bal & illud, quod dicit Ang. in l. ſi vnus ff. de pact. aut antequam labantur decem dies, qui dantur ad appellandum ſuſpenditur interdictum, & interim ante lapſum decem dierum, interponitur appellatio, & tunc puto opin. Ioan. An quam Cano. communiter ſequuntur eſſe veriorẽ. ex quo enim ſuſpenſus eſt effectus interdicti non ligat perinde, ac ſi eſſet latum ſub conditione vnde ſi appellatio interponitur congruo tempore, ex quo reperit interdictum non ligare ſuſpendit ipſum interdictũ, quantũ ſi a principio fuiſſet lata ad tempus, vel ſub conditione, & de hoc eſt text. in d. c. dilectis § quia uero, vbi dicam. Nec obſtat, quod ſuſpenſio non faciat nouam ſententiam. nam ego fateor hoc eſſe verum, tamen ſuſpendit effectum ipſius ſententiæ, & cum reperiatur non ligare propter ſuſpenſionem appellatio ipſum interdictum ſuſpendit. & ex hoc ſum expeditus de tertio caſu.

35 In quarto caſu, ſ. an † interdictũ latum in perſonam poſſit ſuſpendi ad tempus. & gl. iſta tenet, quod non, & Doct. cõiter ſequuntur, & ratio differentię eſt, an interdicatur locus, vel perſona, quia locus interdictus non peccauit, ideo poteſt ſuſpendi effectus interdicti. ſed quando perſona, quæ deliquit

36 eſt ſuſpenſa, uel interdicta. Aut eſt † emendata, & tũc debet tolli in totum interdictum, vel ſuſpenſio. Aut non eſt emendata, & non põt ſuſpendi interdictũ, quia non poteſt eſſe in eccleſia, & extra eccleſiam, ſecus ubi perſona eſſet interdicta propter delictum alterius, quia tunc poteſt ſuſpendi tale

inter-

interdictum, quia eſt eadem ratio, quæ eſt in interdicto la-
to in locum, & ita tenet Innoc. & Doct. in c. vt priuilegia de
priuil. & hoc etiam ſequitur dom. Abb. hic in fi. comm. & ex
his ſunt expeditus de quarto caſu. In quinto vero caſu, ſ. an
37 † ſententia excommunicationis poſſit ſuſpendi. Hoſt. & Io.
An. hic in fi. dicunt, quod non: quia eius effectus non poteſt
relaxari, niſi excommunicatio omnino tollatur, cum nõ ſit
communicandum excommunicato, donec fuerit ſecun-
dum formam eccleſiæ abſolutus, vt in c. cum deſideres. ſ. de
ſententia excommunica. an autem poſſit excommunicatio
ſuſpendi per Papã. glo. & dom. Abb. infra eodem, dilectis. vi-
dentur velle quod ſic, ſed Innoc. infra eod. præterea, poſt me
dium tenet, quod non valeat priuilegium Papæ, per c. nulli.
de ſent. excommu. & ibi dicit, quod Papa non poteſt dare li-
centiã excommunicato, vel interdicto celebrandi diuina,
de quo vide per Doct. In dicto c. nulli dic tamen, quod ex cã
excommunicatus poteſt abſolui ad tempus, & poſt tempus
reincidit in eandem excommunicationem: nam quia excõ-
municatus repellitur a teſtimonio, vt in ca. decernimus. de
ſent. excommunic. In 6. poteſt abſolui ad tempus quouſque
ferat teſtimonium, ita vt poſtquam depoſuerit teſtimoniũ
reincidat in excommunicationem. & de hoc eſt tex. nota. in
c. veniens, el ſecondo. de teſti in fi. & ibi hoc tenet Hoſt. Ioan.
And. & communiter Doct. vbi dixi, & idem eſt in ſuſpenſo,
vt dicit Innoc. in c. olim de accu. & Specu. in titulo de teſti.
§. i. ver. i. de ſuſpenſo. nunquid autem impœnitens, & inuitus
poſſit abſolui ab excommunicatione, dic quod ſic, licet non
debeat fieri, niſi ſubſiſtente magna cauſa, de quo vide in c. ſi
gnificauit. infra de eo qui duxit in matrim. quam pollu. per
adul. vbi dixi, & per Bur. & Io. de Imo. in c. ab excommunica
to de reſcriptis & hæc ſufficiant in iſto ca. ſequitur cap. cum
in eccleſia.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex appellationis remittit appellantem ad priorem iudicem, niſi ſibi conſtiterit ab iniuſta ſententia fuiſſe appellatum.*
2 *Archiepiſcopus, quando poſſit ſe intromittere in cauſis ſuorum ſuffraganeorum.*
3 *Cauſa, quando poſſit remitti ad iudicem a quo.*
4 *Cauſa appellationis iuſta non præſumitur, niſi probetur.*
5 *Appellans tria debet probare, ſcilicet appellaſſe, & ex legitima cauſa, & infra decem dies.*
6 *Iudex ad quem, an poſſit apponere clauſulam, appellatione remota, in literis remiſſionis.*
7 *Archiepiſcopus Cantuarienſis eſt legatus natus ex priuilegio.*
8 *Præuentioni locus eſt inter legatum, & ordinarium.*
9 *Querela datur a negligentia, & tarditate iudicis, non autem appellatio.*
10 *Reiectus ab appellatione, an cenſeatur ab ipſa querela reiectus, ſeu eius remedio.*
11 *Appellatio ab interlocutoria, quomodo iuſtificetur.*
12 *Differentia inter appellationem ab interlocutoria, & a diffinitiua.*
13 *Sententia diffinitiua, an poſſit confirmari per iudicem appellationis ex noua cauſa in libello non contenta.*
14 *Libelli ineptitudo impedit confirmationem ſententiæ per iudicem appellationis.*
15 *Appellatio, an & quando iuſtificari poſſit ex noua cauſa.*
16 *Appellatio, an debeat in ſcriptis porrigi.*
17 *Iudex a quo, an poſſit ſuam ſententiam per iudicem appellationis confirmatam exequi.*

C A P. XXXVIII.

1 CVm in eccleſia. Iudex † appellatio-
nis remittit appel-
lantem ad priorem iudicem, niſi ſibi conſtiterit
a grauamine vel ab iniuſta ſententia fuiſſe appel
latum. hoc dicit ſecundum Ioan. Andr. In prima narrat fa-
ctum. In ſecunda prouidet. Secunda ibi, mandamus. in tex.
ibi, iactant, ſonat in vitium, quaſi per hoc inſoleſcant. Hoſt.
Item ibi, ordinarii, ſupple. & huius ſuffraganei.
2 Nota primo ex tex. quod † Archiepiſcopus non poteſt ſe
intromittere de cauſis ſubditorum ſuffraganeorum, niſi ad
eum deuoluantur per iuſtam appellationem, & ſic limita c.
paſtoralis. ſupra de offic. ordin. dum dicit, quod Archiepiſco
pus poteſt adiri per ſubditos ſuffraganei, per viam appella-
tionis. nam hoc eſt verum, quando appellatio eſt iuſta, ſeu
legitima, ſecus ſi appellatio ſit iniuſta, ſeu non legitima, quia
tunc de tali cauſa, non poteſt ſe intromittere, ſed debet eum
remittere ad ſuffraganeum, vt hic. concordat c. cum appella
tionibus. eod. tit. in vj.
Secundo nota iſtum tex. pro limitatione c. accepta, ſ. eo.
vbi dicitur ꝙ iudex ad quem, non poteſt remittere cauſam
3 † ad iudicem a quo, niſi de conſenſu partium. nam illud ꝓ-
cedit, quando appellatio eſt interpoſita ex iuſta cauſa. Secus
ſi appellatio ſit iniuſta, vel in proceſſu non ſit iuſtificata, qa
tunc iudex debet remittere appellantem ad iudicem a quo,
vt illius iudicio pareat, ut hic. & infra eodem, vt debitus, nec
poterit appellans recuſare iudicem a quo, vt ſuſpectum, ex
quo eius appellatio eſt iniuſta. Nec obſtat, c. ad hęc ſi in vna,
ſupra eod. quia ille tex. loquitur, quando conſtat appellatio
nem eſſe iuſtam, vt ibi dictum fuit.
4 Tertio nota in uerbo, conſtiterit, quod non præſumitur
legitimè, ſeu ex iuſta † cauſa fuiſſe appellatum, niſi probetur.
vnde dicit hic Bal. quod ſi negetur appellatum, vel dicatur
non fuiſſe appellatum infra decem dies, quod debet fieri fi-
des de appellatione, & quod antequam fiat fides de appel-
latione, iudex ad quem, non poteſt inhibere iudici a quo, ne
procedat in cauſa, quia non conſtat ſibi, an ſit iudex. vnde
5 dic, quod † debet probare tria, ſ. ſe appellaſſe, & ex legitima
cauſa, & infra decem dies, pro quo eſt bo. tex. in ca. Romana.
§ ſi vero vocatis, eodem titulo, in ſexto. Dom. Ioan. And. po-
nit hanc theoricam dicens. quod appellans tenetur proba-
re, vel producere appellationem, & ipſam ſententiam a qua
appellauit, cum alias non poſſit probari, quod appellauerit
infra decem dies a die ſententiæ, vt in auth. hodie. C. eod. &
ſic appellans tenetur facere fidem de ſententia, & de die la-
tæ ſententiæ ad hoc, vt conſtet, an appellauerit. ſ. decẽ dies,
nec ante cauſa deuoluitur ad iudicem ad quem, vt d. §. ſi uo-
ro de hoc etiam vide Cy. in l. per hãc. C. de temp. ap. in quar
ta q̃ſt. vbi ſimiliter tenet, quod ille qui appellat tenetur pro
ducere ſententiam, & de hoc articulo, ſ. an appellans, uel ap
pellatus teneatur probare. vide Bar. & Bal. in l. hi qui ad ciui
lia. C. eod. & ſ. eo. per tuas, vbi dom. Abb. examinat.
Vltimo nota in fi. ibi, appellatione re. argumentum, ꝙ iu
6 dex † ad quem poteſt in literis remiſſionis apponere clauſu
lam, appellatione remota. Sed in contrarium eſt veritas, qa
etiam legatus de latere, non poteſt committere cauſam ap-
pellatione remota, vt dicit glo. nota in c. fi. de hæreti. in vj. vn
de Io. Andr. hic dicit. quod hæc clauſula non apponitur in
literis remiſſionis, ſed Papa inſtruit Archiepiſcopum, quod
debet remittere cauſam ad ſuffraganeum appellatione re-
mota, ideſt quod ſi appellans appellaret, ne remitteretur ad
iudicem a quo, non obſtãte tali appellatione iudex ad quẽ
debet remittere cauſam ad iudicem a quo, & iſta expoſitio
procedit iungendo verba, appellatione remota, cum verbo,
remittas. ſed ſi iungitur cum verbo, pariturum, tunc erit ſen
ſus, quod iudex ad quem, debet remittere appellantem ad iu
dicem a quo, cuius iudicio appellans debet parere appella-
tione remota, & iſte intellectus magis conuenit literæ, pro
quo facit tex. in c. perſonas in fi. & in c. cum ſit Romana, ſu-
pra eod. & iſtum intellectum ſenſit etiam hic Hoſt. dicit ta-
men, quod ſolum friuola appellatio intelligitur remota, nõ
autẽ illa quæ interponitur ex iuſta cauſa, & ſic habes duos
intellectus ad iſtum textum, in fi.
Primus, quod quando appellatio apparet iniuſta, iudex ad
quem poteſt remittere cauſam ad iudicem a quo, appella-
tione remota, ideſt quod pars non poteſt appellare a tali re-
miſſione. ex quo habes, quod appellatio non proficit appel
lanti, ſi non appellat a iudice ad quem pronunciante appel
lationem iniuſtam, licet poſtea appellet a remiſſione cauſę,
quod nota.
Secundus intellectus eſt, quod iſte tex. intelligatur, ꝙ poſt
remiſſionem teneatur appellans parere iudici a quo appel-
latione remota, & ſecundum iſtum intellectum tert. debet
intelligi de appellatione friuola: nam ex iuſta cauſa poſſet
iterum appellare, ut in c. ſeq. & in c. vt debitus ſ. eo.
¶ In glo. i. Ioan. And. dicit, quod contra iſtum tex. facit, qa
Archiepiſcopus Cantuarienſis eſt legatus natus ex priuile-
gio apoſtolico, & tale officium legationis eſt annexum di-
7 gnitati ipſius eccleſiæ, ita quod quilibet † Archiepiſcopus
Cantuarienſis, eſt legatus, iuxta c. i. de offic. leg. in ſexto. Sed
legatus poteſt adiri per viam querelæ, vt in ca. i. ſupra de offi.
lega. vbi tex. loquitur de iſto Archiepiſcopo Cantuarien. &
dicit, quod poteſt adiri per viam appellationis, vel per viam
querelæ, Ioan. Andr. ſoluit dicens, quod licet legatus poſſit
adiri per viam querelæ, non tamen poteſt adiri per viam ap
pellationis fruſtratoriæ, quia talis appellatio non deuoluit
cauſam, ut in c. cum appellationibus, eod. tit. in ſexto. Simile
in Papa, qui poteſt adiri per viam querelæ, & tamen non po
teſt adiri per viam appellationis fruſtratorię, ſed dom. Abb.
dicit, quod legatus non poterat in caſu huius capit. adiri per
viam querelæ, cum cauſa eſſet cępta coram ordinario loci,
nam vbi ceptum eſt iudicium, ibi finem debet accipere. l. vbi
ceptum. ff. de iud. & in ca. propoſuiſti. de foro compet. Item

inter

8 inter legatum, † & ordinarium locus eſt præuentioni, vt in
c.ſi a ſede.de præben.in texto.ſed aliqui mouent circa iſtam
glo.quæſtionem, an ſuperior qui non poteſt adiri per viam
appellationis poſſit adiri per viam querelæ.& dicunt, quod
ſic per c.paſtoralis.& quod ibi no.j.eo.facit, quod not. Bal.
in l fi.§ illud.C.de temp.ap.vbi dicit, quod a tarditate, ſeu ne
9 gligentia iudicis, non poteſt appellari, ſed bene poteſt que-
relari.& vide Bal in rubrica, de accu.& in l.fin.C.de edic.diui
Adria.toll. vbi dicit Bal. quod ſi non poteſt appellari poteſt
haberi regreſſus ad ſuperiorem pro iuſtitia adminiſtranda,
& vide, quod notat Bal.in l.nemo.C.de iuriſd. omnium iud.
10 hoc tamen fallit, † quando quis eſſet reiectus ab appellatio-
ne propter ineptitudinem libelli, quia tūc cenſetur reiectus
etiam a remedio querelæ propter vitium petitionis ineptæ,
vt in cle.cauſam.§.inſuper.de elect.& ibi hoc notat Do.Per.
& nota bene iſtud, quia reiectus a remedio appellationis nō
cenſetur reiectus a remedio querelæ, niſi quando reijcitͬ pro
pter ineptitudinem libelli. ſed ego non puto hoc eſſe verum
indiſtincte, ſed puto procedere, quando lex, vel ſtatutum in
certa cauſa, vel a certa perſona remouet appellationem, iu-
xta ea quæ dixi in rubrica huius tituli, ſecus quando tres ſen
tentiæ eſſent conformes, quia tunc pars nullo modo audire-
tur contra ſententiam, etiam per viam querelæ, vt in ca.ſua,
infra eo.& in c.cum inter.in fi.& in c.ſicut.ſupra de re iud.&
in l.cauſas, vel lites C.de tranſact.

In glo.ij.de hoc vide bo.tex in clem.appellanti.eo. tit.vbi
11 patet, quod † appellatio ab interlocutoria, non poteſt iuſtifi
cari, niſi ex iuſta cauſa, quæ nominatim fuerit expreſſa in ap
pellatione. dic tamen, quod poteſt iuſtificari ex noua pro-
batione, quæ poteſt includi in cauſa expreſſa in appellatio-
ne, & hoc tenet Cyn.in l.per hanc, in 3.quæſtione.C.de tem
po.app.& Bal in addi.Specu.eod.titu.in 9 charta.ver. etiam,
ſi ab interlocutoria.& hoc puto veriſſimum, quia illa clem.
appellanti, non prohibet illam cauſam expreſſam in appel-
latione iuſtificari ex nouis probationibus, ſed ſolum nouas
cauſas deduci, in proſecutione appellationis.

In glo.iij.nota glo.quod in appellatione a diffinitiua, non
requiritur expreſſio cauſæ, ſed ſufficit dicere, appello ab ini-
qua ſententia idem dicit glo.in c.ſuper eo.el ſecondo, ſupra
eo & in c.cum cauſam.in gl fi.infra eo quę dicit, quod appel
latio a diffinitiua ſententia poteſt iuſtificari ex noua cauſa,
ut in l.Seio ff de appell.

12 Et iſta eſt differentia † inter appellationem a diffinitiua,
& appellationem ab interlocutoria, & iſtam differentiam
etiam ponit gl in d.clem.appellanti.in verbo, nec proceſſus.
intellige tamen, quod poteſt iuſtificari appellatio a diffini-
ua ex noua cauſa, vel ex nouis probationibus, quando illa
cauſa compræhenditur in primo iudicio, ſeu in proceſſu pri
mæ cauſæ ſaltem implicitę, ſecus ſi non poſſet compræhen-
di, quia non poſſet iuſtificari appellatio a diffinitiua ex tali
cauſa, quæ eſt omnino noua, ut in c.fraternitatis.ſ.de teſt.&
ibi dixi, & in c.cum Ioannes Eremita, ſ̄ de fi.inſtrumen & in
cle.2.de teſt. in omnibus enim illis c.notatur, quod capitula
omnia noua, quæ non poſſunt compræhendi ſub cauſa in
iudicium deducta, non poſſunt deduci in cauſa appellatio-
nis.& Bal.& Io.de Imo.in l.ſi is ad quem ff.de acqu. hæredi.
13 tenent expreſſe, quod † ſententia diffinitiua, non poſſit con
firmari per iudicem appellationis ex noua cauſa, quæ non
poteſt comprehendi ſub libello producto in cauſa principa
li. allegant.l. hæreditas materteræ.C.de petit.hæred. & l.mi-
nor.§.ſi ſeruus.ff.de euict.& l.Beblius.ff. de pact. do.& l. non
poteſt videri.ff.de iud item in alio caſu non poteſt confirma
ri ſententia diffinitiua per iudicem appellationis, ſ. quando
eſt lata ſuper libello inepto, vel quando proceſſus eſt nullus,
de hoc eſt tex.nota.in c.cum dilecti.ſ̄.de empt. & vendit.&
ibi hoc tenet dom.Abb.& etiam Io. de Imo. & Bal.in l.2.C.
de reſcin.uend ver.14.quarto.& ex hoc habes duas notabiles
limitationes ad l.Titianus.ff quod cum eo, quæ dicit, quod
iudex appellationis poteſt confirmare ſententiam ex noua
cauſa, & Bar.in l.ſi is ad quem, in fi.ff.de acq hæred ſenſit per
illam legem, quod etiā ſi ſententia eſſet nulla, iudex ad quē
ex noua cauſa poteſt confirmare ſententiam.nam illa l.& il
lud, quod dicit Bart.procedit, quando illa noua cauſa pote-
rat compræhendi ſub primo libello, ſeu ſub primo pro-
ceſſu: ſecus ſi nec in primo libello, nec in primo proceſſu po
14 tuiſſet includi. ita l. & dictum Barto. procedit, † niſi prima
ſententia eſſet nulla propter ineptitudinem libelli, vel inepti
tudinem proceſſus, quia tunc non poſſet confirmari per iu-
dicem appellationis ex noua cauſa, vt d.cap.cum dilecti.de
empt.& vend.& iſtas duas limitationes videtur ſenſiſſe Bar.
in d l.ſi is ad quem, dum dicit, quod ſi iudex cauſæ principa
lis potuiſſet idem iudicare ex alia cauſa, quod ſententia eſt
confirmanda per iudicē appellationis, ut l. Titianus.ff. quod
cum eo.nam ſi cauſa noua non poteſt includi ſub primo iu
dicio, vel libellus, aut proceſſus eſt nullus, iudex cauſæ prin-
cipalis non poterit idem iudicare ex alia cauſa, ex quo non
poterat includi in illo iudicio, vel ſi libellus, aut proceſſus e-
rat nullus, ſed neceſſarium erat nouum iudicium, ſeu nouā
inſtantiam inchoari a capite, ut in l. non poteſt videri. ff. de
iud & in c.examinata.ſupra de iud.& de iſta materia, ſcilicet
15 an † & quando appellatio poſſit iuſtificari ex noua cauſa, vi
de plenius per Bal.in l.per hanc.C.de temp.ap.ubi etiam per
Salic.& aliquid dicam.j.eodem, per tuas. Item inquantum
dixi ſupra, quod non eſt exprimenda cauſa in appellatione
a diffinitiua.fallit, niſi in reſcripto eſſet clauſula, appellatio-
ne remota, vel appellatio eſt a iure prohibita, quia tunc de-
beret inſeri cauſa in appellatione a diffinitiua, ut dicam in-
fra eod.paſtoralis.

16 Sed circa prædicta quæro, an † appellatio a diffinitiua, vel
ab interlocutoria debeat in ſcriptis porrigi. dic quod etiam
in hoc eſt differentia inter appellationem a diffinitiua, &
appellationem ab interlocutoria, quia ſi appellatur a diffini
tiua, apud acta eo die, quo lata eſt ſententia, poteſt appellari
viua voce, ſed appellatio interpoſita alio die, ſeu in die ulte-
riori, vel non apud acta, nō valet, niſi porrigatur libellus ap-
pellatorius in ſcriptis, & de hoc eſt text.in l.j. cum l.ſequen.
ff.eo ſed ſi appellatur ab interlocutoria, ſemper eſt appellan
dum in ſcriptis, vt in ca.j.eodem titu. in ſexto.ſufficit tamen
porrigere ſcripturam coram iudice a quo, in qua cōtinetur
appellatio, nec eſt neceſſe, quod appellans legat, vel faciat le-
gi ipſam ſcripturam, de hoc eſt tex.nota in ca appellatio.eo.
titu.in vj quem tex.dom.Abb.dicit facere ad multa.

In gl.in verbo, alioquin, d.Abb.dicit iſtā gl.iuncto tex eſſe
notandam, quia optime facit pro opin. dicentium, quod iu-
17 dex † a quo poteſt exequi ſuam ſententiam confirmatam ꝑ
iudicem appellationis. ſed ſubſtinendo opi. quam dicit eſſe
quaſi communem, quæ habet, quod vterq; iudex poſſit exe-
qui iuxta no.in c.paſtoralis.§ præterea.de offi.del. dicit poſſe
reſponderi ad iſtum tex.vt procedat, quando appellatio nō
admittitur per iudicem ad quem, quamquam manifeſte fru
ſtratoriam, & mouetur per tex.ibi, non ante appellationem
admittas, &c.& ſic loquitur, quando iudex ad quē, non con
firmauit ſententiam, ſed pronunciauit appellationem eſſe
manifeſte fruſtratoriam. Vnde dicit iſtam eſſe bonam limi-
tationem ad communem opi.ſ.vt procedat, quando iudex
ad quem confirmauit ſententiam, ſecus ſi non confirmaret
ſed appellationem pronunciat fruſtratoriam, ſeu non admit
tat appellationem, tanquam fruſtratoriam. Secundo dicit, ꝙ
iſte tex facit optime pro opin. quæ habet, quod iudex a quo
exequatur ſententiam, ſi nihil fuit additum in cauſa appella
tionis, ſed ex prioribus actis tantum ſententia fuit confirma
ta, quia tunc conſtat, quod appellatio fuit iniuſta, quo caſu
executio remittitur ad priorem iudicem, & dicit hoc eſſe be
ne notandum.& de materia remittit ad plene nota in d c.pa
ſtoralis.§ præterea.ff.de offic.deleg & per Bar.in l.tale pactū.
§.qui prouocauit ff.de pact.& in l.a diuo Pio.ff. de re iudi.&
per Bald.in auth.ſi quis litigantium.C.de epiſcopa.aud.

¶ in glo. penulti. Contra iſtam glo.& contra iſtum tex.op
ponitur, quia ſecundum iura antiqua admittebatur appella
tio fruſtratoria, niſi manifeſte eſſet friuola appellatio, ut ſu-
pra eo.peruenit, cum ſimilibus. Goff.& Ioan Andr ſoluunt
dicentes, quod licet iudex a quo teneretur, ſecundum iura
vetera admittere appellationem, tamen iudex ad quem non
debebat admittere appellationem cum effectu, niſi prius cō
ſtaret eam fuiſſe interpoſitam ex iuſta cauſa, nam iſta decre-
talis inſtituit iudicem ad quem, ſ. qualiter debeat procedere
quando appellatur ad eum, & ſic in effectu, ſecundum iura
antiqua valebat appellatio ab interlocutoria interpoſita ſi-
ne expreſſione cauſæ, & ei ſufficiebat, quod coram iudice a
quo, & ſi grauamen non probabat, debebat cauſam remit-
tere ad iudicem a quo, & hoc in effectu vult iſte tex. ſed Inn.
dicit, quod hæc decr.præſagiuit ius nouum, de quo in cap.vt
debitus.infra eodem.ſed tene primum, quia communiter te
netur. Et dicere, quod iſta decr.prophetauit ius nouum, nō
eſt conſonum rationi.& hæc ſufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Appellans ſi reuerſus fuerit ad iudicem a quo, cum non fuerit in termi-
no proſequutus, ſi iterum ab eo grauetur, poterit appellare.*
2 *Renunciatur aliquando rei, quæ non habetur.*
3 *Priuatio præſupponit habitum.*
4 *Poteſtas conceſſa libere exercendi certum actum, reſtringitur ad termi-
nos iuris.*
5 *Verbum libere, importat vt quis poſſit procedere appellatione re-
mota.*

6 Verbum

6 *Verbum liberè, conſideratur aut iudicialiter, aut extraiudicialiter.*
7 *Appellatio legitima eximit a iuriſdictione, & poteſtate iudicis a quo in illa cauſa.*
8 *Fauendum eſt cauſæ fauorabili, veluti eccleſiæ, & religioni.*
9 *Probationibus paribus eccleſia vincit.*
10 *Dictio Præſertim, ſecundum propriam ſignificationem importat idem in caſu contrario.*
11 *Contumax non appellat.*
12 *Paria ſunt, appellationem eſſe friuolam, & eſſe deſertam.*
13 *Appellare a iudice a quo, quando iterum liceat, per tres caſus diſcurritur.*
14 *Appellatio, quæ deſeritur, præſumitur fuiſſe friuola.*
15 *Iudex a quo, non tenetur citare appellãtem poſt deſertam appellationem, niſi ſe purgauerit.*
16 *Iudex a quo, an teneatur citare appellantem poſt deſertam appellationem ad allegandum.*
17 *Appellare bis tantum licet a qualibet ſententia.*
18 *Sententia interlocutoria, quando non tranſeat in rem iudicatam.*
19 *Succumbens in cauſa nullitatis bis, an tertio poßit dicere ſententiam nullam.*
20 *Allegatio nullitatis, non ſuſpendit executionem ſententiarum.*

C A P. XXXIX.

1 DIrectę. Si appellans, † qui non fuit proſecutus in termino redit ad iudicem a quo, & iterum ab eo grauatur, poteſt iterum appellare, non obſtante prima deſertione. hoc dicit. Et eſt caſus valde nota. Communis diuiſio. Secunda ibi, reſpondemus.

Nota primo, quod ſi appellans deſerit ſuam appellationem, & cauſam proſequitur coram iudice a quo, cenſet purgate primam contumaciam, ſi qua erat, & ſi iterum grauatur poteſt appellare, nec poteſt excludi vigore primæ contumaciæ, quia eam purgauit comparẽdo coram iudice a quo, de quo vide bo. text in c. ij de dolo, & contu in vj.

2 Secundo no. quod quis quandoque † renunciat ei, quod
non habet, nam iſta mulier poſt deſertionem appellationis ipſi appellationi renunciauit, & tamen poſt deſertionem appellationis, non poteſt eam proſequi, quia perinde habetur, ac ſi non appellaſſet, vt in capi. perſonas, & in capit. cum ſit Roma, ſupra eod.

3 Dicit tamen dom. Abb. quod iſta non eſt vera renunciatio, quia † priuatio præſupponit habitum, ut in ca. ad diſſoluendum. de deſpon. impub & in l. decem ff. de verborum obliga vnde dicit, quod iſta mulier renunciauit, vt certificaret iudicem de purgatione contumaciæ, ſ. quod nolebat amplius inſiſtere in prima appellatione. ſed glo j intelligit iſtum tex. quod renunciauit ipſo facto comparendo, & proſequendo cauſam coram iudice a quo, & ſic intelligit iſtum tex. de tacita renunciatione, ad hoc s. de offi deleg. gratum.

4 Nota tertio, in verbo, libere, † quod poteſtas data alicui,
vt poſſit exercere libere certum actum, reſtringitur ad terminos iuris, vt per hoc non faciat alicui iniuſtitiam. vide quod notat Bar. in l. fideicommiſſ § ſi ſic ff. de le. 3. & in l. alio ff de alimen & ci. lega. ſed in contrarium multum facit tex in ca. irrefragabili in prin s. de offic. ordi. vbi patet, quod verbum
5 † libere importat, vt quis poſſit procedere appellatione remota. & non obſtante conſuetudine. ad idem, quod no. glo. in cle du dum, in verbo, libere, de ſepulturis, quæ dicit, quod vbi quis poteſt actum libere exercere, non tenetur aliquem requirere. & gl. no. in c j in verbo, libere, de cenſi. in vj. dicit, quod vbi quis poteſt actũ libere exercere, non obſtat ei contradictio alicuius, vel præſcriptio, vel appellatio. ſed potes ſic dicere concordando, quod aut in materia iudiciali appo
6 nitur † verbum libere, & tunc debet intelligi, ſecundum terminos iuris. ita loquitur hic. Aut ponitur in materia extraiudiciali, & tunc procedunt contraria, de quo tamen dic, ut dixi in d. c. irrefragabili. vide etiam de hoc verbo, libere. in c. de multa. de præb. & in c. licet epiſcopus eo. tit. lib. vj.

Quarto nota ibi, ſe a iuriſdictione tua fecit exemptum, ꝙ
7 per appellationem † legitimam appellans eximitur a iuriſdictione, & poteſtate iudicis a quo idem probatur. s eo. paſtoralis §. j ubi eſt tex. optimus. facit c ſi a iudice, eodem tit. in 6. & c ſuper quæſtionum in fi. de offi deleg de quo plene dixi, s c ſuggeſtum & intellige, quod eximitur a iuriſdictione iudicis a quo in illa cauſa, vel in illo articulo a quo appellauit, non autem in alia cauſa, vel aliis articulis ſeparatis, ut ſupra eo. ad hæc ſi in vna, & c. ſuper eo. el primo, & cap propoſuit.
8 Vltimo nota, † quod fauendum eſt cauſæ fauorabili. concordat c. fin. de re iud. hinc eſt, quod in dubio fauendum eſt eccleſiæ, vel religioni l ſunt perſonæ. ff. de reli & ſump. fune. de quo vide bo. gl in c. in præſentia. in glo. antepenult. s. de proba. Et ex hoc infertur, quod ſi eccleſia agit, & probat per tres teſtes, & ſimiliter reus probat per alios tres teſtes, quod
9 probationibus † exiſtentibus paribus debet iudicari pro eccleſia, licet ſit actrix, & ſic non habet locum regula, quæ dicit, quod ubi iura ſunt obſcura vtriuſque ferenda, eſt ſententia pro reo, vt in cap. ex literis. de proba. nam hæc regula fallit fauore eccleſiæ, & hoc tenet Spec. in titu. de teſti §. poſtquam. ver ſed quid ſi tot. & dixi in c. in noſtra s. de teſti. & adde glo. ſingularem in c. ſciant. in gl penult. de elect. in vj. quæ dicit, quod conſtitutio pœnalis tendens in fauorem eccleſiarum, non eſt interpretanda tanquam odioſa, ſed tanquam fauorabilis.

Antequam veniam ad gl opponitur contra tex. de c. perſonas. s. eod. vbi dicitur, quod non proſequens appellationẽ compellitur parere iudicio iudicis a quo appellatione re. & idem probatur in c. præcedenti. in fi ſecundum unum intellectum ſed Hoſt. in c. precedenti. ſoluit, quod intelligitur remota appellatio friuola, non autem ex iuſta cauſa, & ſic intelligit iſtum textum, & c. ut debitus. infra eodem. Alii uero dicunt, quod iſte tex. procedit in caſu ſpeciali, ſ. ubi eſt fauor matrimonii. ſed do. Abb. dicit, quod hæc ſolutio non eſt bona, quia tex. non fundat ſe ſuper matrimonio, ſed ſuper aliis iuribus dicentibus, quod licet iterum appellare, ut patet ibi cum ſecũdum iura illa ergo eſt ratio finalis decidendi, illud autem, quod dicitur de matrimonio fuit cauſa impulſiua.
10 Et hoc colligitur ex dictione † præſertim, quæ ſecundum ꝓpriam ſignationem importat idem in caſu contrario, vt dicit glo. in c. auditis. in verbo, maxime. de elect. & in c. ſponſa. de ſponſ. vbi dixi, cum ſimili.

Tertio ſoluunt alii, quod c. perſonas. loquitur, quando appellans, qui non fuit proſecutus appellationem lapſo termino vult iterum appellare innouando appellationem conſumptam, quia non auditur, s eo. cum ſit, & c. præterea, & c. conſuluit, & c ad hæc. ſed hæc mulier non renouauit appellationem conſumptam, ſed in iudicio ex noua cauſa appellauit.

Quartam ſolutionem, & notabiliorem ponit hic Innoc. & Hoſt. & Ioan An. dicentes, quod aut deſerta appellatione appellans perſeuerat in ſua contumacia, & non auditur
11 appellans, quia † contumax non appellat. 2. q. 6 ſunt quorũ. Aut deſerta appellatione reaſſumit cauſam coram iudice a quo, & ſi iterum grauatur, poteſt de nouo appellare, ut hic. & Io. Cal. dicit, quod ſiue reaſſumpſerit cauſam, ſiue non, poteſt appellare ex nouo grauamine, niſi prima appellatio ſit friuola manifeſtè, & hoc dicit probari in cle. vnica. de dolo, & contum. ſed dom. Abb. dicit, quod opinio Ioan. Andr. & aliorum eſt verior, quia quando prima appellatio eſt deſerta non excluditur a ſecunda appellatione prætextu primæ appellationis. & dicit quod d. clem vnica debet intelligi, quando pendente prima appellatione interuenit nouum grauamen, quia tũc poteſt iterum appellare, niſi prima appellatio ſit friuola manifeſte, licet non aſſumpſerit cauſam coram iudice a quo, quia pendentia appellationis excuſat eum a contumacia, ſecus quando appellatio eſt deſerta. & dom. Abb.
12 videtur æquiparare † iſta duo, vel quod prima appellatio ſit deſerta, uel quod ſit manifeſte friuola, & per hoc dicit, quod dicta clem. vnica, ponderata ratione ſua, facit pro opi. Ioan. And. licet quo ad corticem videatur facere pro opi. Io. Cal.
13 Et ex prædictis dom. Abb. dicit conſiderandos tres caſus.

Primus eſt, quando grauamen contingit pendente prima appellatione, & hoc caſu poteſt iterum appellare, niſi prima appellatio ſit friuola manifeſte, licet cauſam reaſſumpſerit coram iudice a quo, & de hoc in cle. vnica. de do. & contuma. in ſexto.

Secundus caſus eſt, quando appellans de nouo grauatur deſerta prima appellatione per lapſum termini iuris, vel hominis, & hoc caſu ſi de nouo grauatur, non poteſt appellare, niſi poſt deſertionem comparuerit coram iudice a quo, & cauſam proſecutus fuerit, ut hic, & ſic requiritur, vt purget contumaciam ad hoc, ut poſſit appellare, & idem eſſet dicendum, ſi iudex ad quem pronunciaſſet appellationem eſſe fruſtratoriam, ut dicit glo. magna. in princ. in d. cle. vnica, de dolo, & contuma nam per talem declaratoriam conſtat ipſum fruſtratorie appellaſſe, & ideo tanquam duret in prima contumacia. appellare non poterit, niſi eam purget coram iudice a quo, argum. huius tex. & hoc tenet hic Ioan. de Imo.

Tertius caſus eſt, quando ſecundum grauamen contingit pendente prima appellatione, ſed ea deſerta appellauit a ſecundo grauamine, quia adhuc non erant lapſi decem dies dati ad appellandum, & iſte caſus eſt magis dubius. ſed But. hic dicit appellationem non eſſe admittendam, quia nunc detegitur contumacia ipſius. ſed do. Abb. dicit hoc dictum

procedere

procedere,quando iudex a quo feciſſet aliquem actum poſt deſertam appellationem ipſo abſente,& in contumacia perſeuerante. vbi autem poſt deſertionem appellationis iudex non proceſſit in cauſa.dicit dom. Abb.quod tunc poterit appellare a grauamine illato.pendente appellatione, cum tũc defenderetur a contumacia virtute appellationis,nec ſequitur,non fuit proſecutus,ergo fuit contumax.hinc eſt, quod d.cle.vnica,defendit appellantem a contumacia,niſi appellatio ſit manifeſte friuola.ſed forte opinio But. eſt verior, qa

14 quando appellans deſerit † ſuam appellationem videtur,ſeu præſumitur appellationem ſuam fuiſſe manifeſte friuolam, & reputatur pro non appel ante,vt in l.2.& fi.C. de tempo. appel.& notat gl.in l. cos,in uerbo,iuſtam,quæ incipit, nota formam ſententiæ.C.eod.ſi ergo cenſetur non appellaſſe ergo cenſetur fuiſſe contumax,& per conſequens cum dictã contumaciam non purgauerit, non poteſt appellare a ſecũdo grauamine,& multo fortius procederet opi.But. ſi iudex ad quem pronunciaſſet appellationem eſſe fruſtratoriam, quia tunc proculdubio non poſſet appellare poſt deſertionem appellationis a ſecundo grauamine illato pẽdente prima appellatione,quæ nunc eſt declarata friuola,licet ſit infra tempus appellandi,& hoc clare probatur in d.cle.vnica, iuncta glo.magna.in prin de dolo,& contum.

15 Et nota ex omnibus prędictis,quod † iudex a quo,non tenetur citare appellantem poſt deſertam appellationem, qđ tenet Ioan.And.in c.ij.de dolo,& contuma.in ſexto & optime videtur probari per illum tex.& per iſtum, in quibus dicitur,quod niſi ſponte renunciet appellationi, non tenetur iudex a quo, eum amplius citare, quaſi uideatur ſemper perdurare in propoſito non comparendi coram iudice a quo, vnde debet appellans qui non fuit proſecutus appellationẽ eſſe cautus,ut in termino compareat coram iudice a quo,& de facto renunciet appella & dicat ſe uelle proſequi cauſam coram eo,tunc enim tenebitur eum citare ad actus vlteriores.& ſubdit dom Abb.quod ſecundum prædicta debet intelligi glo fi.in c perſonas ꝟ.eod.quæ minus bene loquitur, & ſe remittit ad c cum cauſa,ꝟ de re iud.

16 An autem † iudex a quo teneatur poſt deſertam appellationem citare appellantem ad allegandum,quia non ſit deſerta appellatio,ſi ipſe iudex vult procedere ad executionẽ ſententiæ,dic quod ſic,& hoc tenet But in l.j.ff.nil no.app.& do.Abb.in c ex ratione ꝟ eo.vbi plene dixi.

In glo.penul.tene iſtam gl.menti ex qua collige quod ſu-

17 per eodem articulo poteſt bis † appellari,non autem tertio, ſiue ſit appellatum a diffinitiua ſententia, ſeu ab interlocutoria, & ſic ſententia interlocutoria in hoc habet naturam diffinitiuę.

Secundo nota ex gl. quod iura dicentia non licere tertio prouocare,debet intelligi, quando appellatur ſuper eodem articulo,ſecus ſi interponatur appellatio in diuerſis articulis.vnde ſi in mille articulis quis grauaretur poſſet ſuper quolibet articulo interponere duas appellationes. ſed dicit hic Ioan.And quod illud,quod dicit gl.ſ quod non liceat tertio in eodem articulo appellare, debet intelligi,quando eadem perſona appellat,quia ex quo bis appellauit, & ſemper ſuccubuit,præſumitur contra eum,ideo non auditur tertio appellans,ſed alteri parti bene licet alias duas appellationes facere,& ſic in eodem articulo poſſunt interponi quatuor appellationes, duæ pro qualibet parte, ſimile ſupra de teſtib. licet dilectus,vbi tractatur de reprobatione teſtium, & hoc ſequitur etiam Spec.eod.tit §.quotiens.

Et ex prædictis infertur,quod ſi appellans in prima, & ſecunda ſententia, non fuit condemnatus in expenſis, ſed in tertia condemnetur in expenſis, poterit appellare bis a condemnatione expenſarum, quia illud eſt nouum grauamen, & hoc ſatis probatur per iſtum text. & per iſtam glo. & hoc etiam expreſſe.tenet Ang in l vnica.C.ne li. ter prouo. Item infertur ex prædictis,dum hæc gl.dicit,quod ſententia interlocutoria bis confirmata. non poteſt amplius retractari, ꝙ etiam iudex talem interlocutoriam non poſſit reuocare,& hoc tenet glo.ſingul.in clem ſi in verbo,ſuper eo. eodem tit. quam ſingulariter nota.

18 Ex qua habes,quod illud,quod dicitur,quod ſentẽtia† interlocutoria, non tranſit in rem iudicatam,quo ad iudicem quin poſſit eam reuocare,ut in l.quod iuſſit.ff.de re iudic. & infra eodem,cum ceſſante,& in c.ii a iudice,eod.tit. in vj. limitari debet,niſi interlocutoria ſit confirmata in duab partibus,quia tunc tranſit in rem iud.quo ad partes, & quo ad iudicem,ut iudex qui eam tulit,non poſſit eam reuocare.

19 Extra gl quæritur hic Bal.an ſuccumbens † bis in cauſa nullitatis poſſit dicere tertio ſententiam nullam:exemplum Titius condemnatus in centum,dixit ſententiam nullam, & ſuccubuit, & appellauit, nam ſi in ſecunda appellatione in cauſa nullitatis ſuccũbit,non auditur amplius in cauſa nullitatis. dic tamen, quod appellans ſuccumbens bis in cauſa appellationis, licet non poſſit tertio appellare, tamen po-

20 teſt dicere ſententiam nullam,ſed † allegatio nullitatis,non ſuſpendit executionem ſententiarum, ex quo tres ſententiæ ſunt conformes,de quo vide bo. tex.in cle.j de re iudic.unde poterit dicere,vel primam, vel ſecundam, vel tertiam, uel etiam omnes tres ſententias nullas,& de hoc uide Bald in d. l.vnica.C.ne li.tertio prouoc & dicam ſ. eo.ſua. vbi plenius examinabo hunc articulum, quia melius ibi cadit nam ibi ponitur regula,quod non liceat tertio prouocare. vnde illa regula latius ibi declarabitur,& iſta ſufficiant. ſequitur cap. præterea.

SVMMARIVM.

1 *Sententia cenſurarum ſub conditione lata,ſi ante euentum conditionis appellatum fuerit ſuſpenditur.*
2 *Sententiæ cenſuræ poſſunt ferri ſub conditione.*
3 *Dictio,niſi,inſerta inſententijs importat conditionem.*
4 *Satisfacere creditori quis dicatur, & quando.*
5 *Executioni ſententiæ nonſatis fit dando pignora, vel fideiuſſores regulariter.*
6 *Promittens ſatisfacere,an liberetur dando pignora,vel fideiuſſores, uide tres caſus.*
7 *Statutum de ſoluendo,non adimpletur per fideiuſſionem, vel pignoris traditionem.*
8 *Soluere poſſe dicitur,qui fideiuſſores idoneos inuenit.*
9 *Alternatiua præbet electionem creditori in ſoluendo.*
10 *Verbum ſatisfacere, intelligitur ſecundum naturam obligationis.*
11 *Expromiſſor dicitur eſſe, qui obligat ſe pro alio.*
12 *Debitor qui recepit ſententiam,ut ſolueretur infra menſem,aliter eſſet excommunicatus,an ſi a creditore purgatum ſit tempus,& ita non ſoluerit,cenſeatur excommunicatus.*
13 *Contumacia excluditur per conſenſum partis.*
14 *Debitor abſolutus ab excommunicatione, ſi infra certum tempus ſoluat aliter incidat in excommunicationem,an non ſoluendo ſit liberatus.*
15 *Sententia excommunicationis,nunquid teneat pendente conditione.*
16 *Contractus conditionales, an tranſmittant obligationem ad hæredes,uel contra,licet non euenerit conditio.*
17 *Quaſi contrahere dicimur in iudicio.*
18 *Extremum a quo,& ad quod,quæ dicantur.*
19 *Ratihabitio debet fieri eo tempore, quo quis potuiſſet per ſe actum gerere.*
20 *Conditio,an & quando retrotrahatur in beneficialibus,remittitur.*
21 *Conditio retro non trahitur in ultimis voluntatibus.*
22 *Tempus contractus inſpicitur in ſtipulationibus.*
23 *Conditio poteſtatiua,an retrotrahatur,remittitur.*
24 *Sententia excommunicationis conditionalis differt ab aliis ſententijs conditionalibus,ſecundum glo.*
25 *Medium dicitur,quod æqualiter diſtat ab extremis.*
26 *Verba generalia debent reduci ad terminos iuris.*
27 *Tempus ad appellandum in quacunque ſententia, quantumcunque conditionali,currit a tempore promulgationis ſententię.*
28 *Conditio in ſententijs,quando retrotrahatur in ſententijs.*
29 *Teſtimonium poteſt reddi ab excommunicato pendente conditione excommunicationis,& valet.*
30 *Conditio teſtis inſpicitur tempore,quo teſtificatur.*
31 *Condemnatus ex cauſa,ex qua ſequitur infamia,pẽdente appellatione poteſt eſſe teſtis.*
32 *Sententia,an debeat ferri ſub conditione.*
33 *Conditio diſtinguitur in intrinſecam,& extrinſecam.*
34 *Tempus quadriennij ad petendum reſtitutionem,quando incipiat currere minoribus,& eccleſiæ.*
35 *Iudex poteſt ligare ſuum ſubditum in futurum.*
36 *Excommunicatus,ſi furtum fecerit, an furatus extra territorium,incidat in excommunicationem.*
37 *Conditione excommunicationis pendente,ſi iudex moriatur,vel remoueatur, an ſuperueniente poſtea conditione, quis incidat in excommunicationem.*
38 *Sententia excommunicationis ſimpliciter lata, non durat ultra tempus proferentis,niſi per ſucceſſorem confirmetur.*
39 *Excommunicatio,quæ iniecit vinculum,durat etiam poſt mortem excommunicantis.*
40 *Papa non poteſt ferre excommunicationem in tempus, in quo alius iam eſſet ſucceſſor,quia imponeret legem ſucceſſori,quod non conuenit.*
41 *Paria ſunt facere in tempore non licito, vel conferre in tempus prohibitum.*
42 *Diſpoſitio non valet,ſi tunc res non fuerit diſponentis.*
43 *Delegatus Papæ perpetuat iuriſdictionem etiam mortuo delegante.*
44 *Excommunicatio,an retrotrahatur dicente iudice,niſi ſolueris infra menſem,ex nunc prout ex tunc ſis excommunicatus.*

45 *Verba*

45 *Verba ex nunc, & ex tunc, operantur quod retrotrahatur conditio.*
46 *Conditio ex nunc, refertur ad actum verbi prolati, non autem ad effectũ, qui non poteſt tunc ſurgere ex ſententia.*
47 *Sententia excommunicationis, quibus verbis proferri poſſit.*
48 *Senſus praualet verbis.*
49 *Verba futuri temporis, potius comminatiua, quam excommunicatiua dicuntur.*
50 *Publicatio, ſeu denunciatio excommunicationis, non probat excommunicationem.*
51 *Verba, Noueris te ſententia excommunicationis ſubiacere, an importent excommunicationem, vel alia verba protulerit, ut ibi.*
52 *Excommunicatio, an poſſit fieri per literas.*
53 *Excommunicatio, non eſt proprie ſententia.*
54 *Solutio facta in vltima hora termini, an faciat ceſſare excommunicationem, ſeu tollat.*
55 *Termino elapſo per breue tempus, an ſoluendo euitetur excommunicatio.*
56 *Purgatio moræ non admittitur iuramento appoſito contractui.*
57 *Purgatio moræ an admittatur, vbi eſt dies, & pœna.*
58 *Inopia, vel impoſſibilitas, an excuſet ab excommunicatione.*
59 *Verba, excommunico te ſi appellas, vel eligis, a iudice prolata, an inducant excommunicationem appellanti, vel eligenti.*
60 *Diſpoſitio conditionalis, non operatur, niſi actu conſumato.*
61 *Eligere, vel appellare quis non dicitur, niſi poſt actum perfectum.*
62 *Lupus exiens ſyluam, nondum exiſſe dicitur.*
63 *Actus præſumitur fieri omni meliori modo quo poteſt.*
64 *Sententia excommunicationis, qualiter intelligenda ſit, ſi dum iudex legebat ſententiam pars appellauit, & quid præſumatur præceſſiſſe.*
65 *Appellatio præſumitur præceſſiſſe excommunicationem in dubio.*
66 *Verbum excommunico, eſt de ſubſtantia excommunicationis, non reliqua verba.*
67 *Verbum ultimum corrigit præcedens, & quando.*
68 *Dictio, immo, correctionem inducit erroris.*
69 *Excommunicatio in dubio tenet, cum periculum nullum ſit, quia poteſt petere abſolutionem.*

C A P. X L.

1 PRæterea ſecundo. Sententia † excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, lata ſub conditione ſuſpenditur, ſi ante conditionis euentum fuerit appellatum, & eſt decr. ſubtilis, & multum allegabilis Diuiditur in duas partes. In prima ponitur conſultatio. In ſecũda reſponſio. Secunda ibi, videtur autem.

2 Nota primo ex tex. quod ſententiæ † cenſuræ poſſunt ferri ſub conditione ſuſpenſiua non ſolum pro delicto, ſeu contumacia iudiciali, ſed etiã pro intereſſe priuato, vt quia non vult ſatisfacere creditori hodie autem, vt ſententia excommunicationis conditionalis ſit iuſta, debet præcedere mora, vel culpa, vel offenſa, vt in capit. Romana § caueant. de ſent. excommu. in vj. licet ſecus ſit in ſtatuto, vt ibi not. vbi eſt bo. tex. in c. ij. § j de conſti. in vj.

3 Secundo nota quod dictio, † niſi, inſerta in ſententiis importat conditionem, ſicut in vltimis voluntatibus. In contractibus vero reddit diſpoſitionem puram, poſtea tamen te ſoluendam ſub conditione, ſi ipſa conditio euenerit, vt in l. 3. & ibi eſt bo. glo. ff. de in diem adiect. & de hoc vide Bart. in l. centeſimis. §. fi. ff. de verb. obli.

Et ex hoc infertur, quod euentus conditionis, non trahitur retro ad diem prolationis ſententiæ, de quo ĩ. dicetur.

Tertio nota, quod ſi iudex aliquem excommunicat, niſi ſoluerit creditori decẽ ĩ. mẽſem, quod interim, ante lapſum menſis, non erit excommunicatus, gl. tamen tenuit contrarium in l. obligationum fere. § placet. ff. de act. & obl. ſed male loquitur, quia caſus eſt hic in contrarium.

Vltimo nota limitationem ad c. paſtoralis. ĩ. eod. & ad c. ad hæc quoniam. ĩ. eod. & ad ca. is. cui in fi. de ſent. excomm. in vj. in quibus dicitur, quod ſententia excommunicationis vel interdicti, vel ſuſpenſionis ab officio, vel ab ingreſſu eccleſiæ, non ſuſpenditur per appellationem. nam illa iura procedunt, quando tales ſententiæ feruntur pure, ſecus ſi ferantur ſub conditione, quia tunc ſuſpenduntur per appellationem ſequentem ante euentum conditionis. vt hic. ratio eſt, quia ante euentum conditionis tales ſententiæ non iniiciũt vinculum vndecum reperiantur non ligare, ſuſpenduntur per appellationem. & ad hoc iſte tex quotidie allegatur.

4 In gl. j dom. Abb. dicit, quod quis dicitur † ſatisfacere creditori qualitercunque illius voluntati ſatisfit vnde licet nõ ſoluat debitum, ſed det ſibi pignora, vel fideiuſſores. ex quo creditor contentatur, dicitur ſibi ſatisfactum eſſe, vt in § omnis, allegato in glo. & dicit, quod hoc etiam habet locum in præcep. is iudicum, de quo tractatur ad ea quæ dicit Archi. in c. ij. de vſur. in vj. non declarat tamen dom. Abb. an ſufficiat dare fideiuſſores, vel pignora creditore contradicente. Sed Io. And. ſuper iſta gl. dicit, quod non: dicit enim, quod quan-

5 tum ad ſatisfaciendum executioni † ſententiæ non ſufficit dare fideiuſſores, vel pignora, niſi ex magna cauſa ff. de re iudic. in l. 4. § ait prætor. facit. ĩ. titu proximo. cũ aliquibus. dicit tamen hoc eſſe verum, niſi creditor velit, & ſic dicit debere intelligi iura allegata in glo. vnde dicit, quod in caſu iſtius cap. debitor non eſt excommunicatus creditore vocante ſibi ſatisfactum fuiſſe, licet pretium ſibi non numerauerit, & dicit, quod ita notat Specu. in tit. de oblig. & ſolut. §. nunc aliqua ver. quid ſi contra & ſic vult Ioan. And. quod non dicatur ſatisfacere dando fideiuſſores, vel pignora, niſi creditor conſentiat, & idem ſenſit dom. Abb. vnde in iſto articu-

6 lo, ſ. an † promittens ſatisfacere liberetur dando fideiuſſores vel pignora: diſtingue, & facias tres caſus.

Primus eſt, quando quis tenetur ſatisfacere ex contractu, ſeu promiſſione.

Secundus eſt, quando quis tenetur ſatisfacere ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti.

Tertius eſt, quando quis eſt condemnatus per ſentẽtiam iudicis ad ſatisfaciendum.

In primo caſu, ſ. quando quis tenetur ſatisfacere ex cõtractu dic quod non liberatur dando fideiuſſores, vel pignora, niſi creditor conſentiat, & hoc tenet Guil. de Cunio, & Bar. & communiter Doct. in l. j. ff. qui ſatiſd. cog. & hoc probatur ibi, & in Auth. vt cum appellatione cognoſcitur §. ad hoc aliud.

In ſecundo vero caſu, ſ. quando quis tenetur ex diſpoſitione legali, vel per ſtatutum loci, dic quod ſufficit dare fideiuſſores, vel pignora, vt in l. ſolutionis verbũ, & in l. ſatisfactio. ff. de ſolut. vnde Bal. in d. l. j. ff. qui ſatiſ. cog. dicit, quod ſi ſtatutum diſponit, quod condemnatus pro homicidio, ſi infra x. dies non ſatisfecerit, amputetur ei caput, quod dando fide-

7 iuſſores, vel pignora dicitur ſatisfeciſſe, ſecus dicit ſi † ſtatutum diceret, ſi non ſoluerit, quia tunc non ſatisfaceret dando fideiuſſores, vel pignora, vt in l. ſoluturam pecuniam. ff. de ſolut. & in l. ſi acceptilatum § j ff. de acceptila. & in l. quod ſi non ſoluiſſet. ff. de pignorat. act. & ad vtrumque caſum bene facit tex in l. 4. §. ait prætor ff. de re iud. idem tenet Bart. in l. item liberatur. §. j ff. quibus mod. pign. vel hypo. ſoluitur. vbi plus dicit, quod etiam non ſufficit pecuniam deponere, quia eſſet loco pignoris, & non eſſet ſoluere pecuniam. ſecus dicit ſi ſtatutum diceret, ſi ſoluere non poterit amputetur ei ma-

8 nus, vel pes, quia non dicitur non poſſe † ſoluere qui inuenit fideiuſſores idoneos, vt in l. nemo dubitat. ff. de reg. iur. & dicit hoc eſſe verum, niſi fideiuſſores haberent bona veriſimiliter peritura, vt in l. ij § j. ff. ſolu. matr. & in l. verum § ſi locupleti, ff. de mino. & vide, quod notat Bart. in d. l. ſolutionis ff. de ſolut. & in dicta l. item liberatur. § j. ff. quibus mod. pign. vel hypo. ſol. & Bal. in l. fi. C. ad leg. Fal. Quid autem ſi quis pro-

9 mittat † alternatiue ſoluere, aut ſatisfacere vide Barto. in l. quamuis. ff. de pignor. acti. qui in ſimili uidetur ſentire, quod ſit electio creditoris, & idem dicit ibi Guil. de Cunio. facit l. 4. § ſi ex conuentione ver. quippe ff. de re iudi. quem tex. ad hoc ponderat ibi Pau. de Caſt. vide etiam de hoc Pau. de Caſt. in l. cum proponas. C. de tranſact.

In tertio autem caſu, ſ. quando iudex præcipit alicui, vt ſatisfaciat creditori, vel ipſum excommunicat, niſi ſatisfecerit creditori, & ſic verbum ſatisfacere. ponitur in ſententia, & in hoc caſu Ioan. And. videtur velle, quod teneatur ſoluere, niſi creditor conſentiat recipere fideiuſſores, vel pignora. & hoc etiam videtur ſentire dom. Abb. ſuper iſta glo. ſed Bal. di-

10 cit, quod debet verbum † ſatisfacere, intelligi ſecundum naturam obligationis: nam ſententia debet eſſe conformis libello, vt in c. qualiter & quando. ij. in fi. de accuſa. & in c. licet Heli de ſimo. vnde ſi ex obligatione deducta in libello debitor tenetur ſoluere, vel dare, vel facere, vel cauere, interpretabitur verbum ſatisfacere, ſecundum naturam obligationis ſed ſi non præcedit alia ordinatio partium, ſufficit dare ex promiſſore idoneum. allegat. l. fi. § j. ff. ſi certum petatur, ſed ille tex loquitur, quando aliquid promittitur impersonaliter, puta promitto decem dari tibi: nam tunc intelligitur promiſiſſe dari per ſe, vel per alium, ex quo impersonaliter promiſit. ſufficiat ergo tunc dare expromiſſorem idoneũ.

11 Expromiſſor autem eſt, qui obligat ſe pro alio, puta ſi facio, quod alius promittat tibi ex ſoluere: talis enim dicitur expromiſſor, & vide glo. in Auth. de fideiuſſo. in princi. quæ incipit nota differentiam, quæ ponit differentiam inter fideiuſſorẽ, & mandatorem, conſtitutorem, & expromiſſorem. Et dicit, quod expromiſſor proprie dicitur ille, qui promittit pro alio non obligato, pro quo ſe obligat, uel qui promittit pro obligato liberando ipſum ab obligatione, & ſe obligando.

Et

Et ex prædictis inquantum ſupra dictum eſt, quod creditor
ad cuius inſtantiam debitor eſt excommunicatus, niſi ſibi
ſatisfaciat poteſt recipere fideiuſſores, vel pignora, & quod
tunc videtur ſibi ſatisfactum, ex quo contentatur recipere
fideiuſſores, vel pignora.

Infertur ad quæſtionem quotidianam, quam ponunt hic
Innoc. Hoſt & Ioan. And. ſuper tex. quæ eſt talis: Iudex tulit
12 excommunicationem contra † debitorem, ſi non ſatisface
ret creditori ſuo infra menſem, Creditor autem prorogauit
ei terminum, & ſic non ſatisfecit. ĩ. menſem, nunquid erit ex
communicatus? Inno. ponit duas opin. prima eſt, quod non
ſit excommunicatus, quia creditor poteſt prorogare debi-
tum debitori ſuo, ut in l. 2. ff. ſi quis cau. videtur ergo proro-
gatio facta cum omnibus appendicis, & acceſſoriis ſuis, &
ſic non incurrit interim in excommunicationem, arg. in re-
gula, acceſſorium, libro ſexto. ſed ſi in termino prorogato
nõ ſoluerit creditori, tunc incideret in excommunicationẽ.
l. ſed ſi manente. ff. de precar. Secunda eſt opinio contraria,
quod non obſtante prorogatione incurrat excommunica-
tionem, ſi non ſoluerit ĩ. menſem, & in hac opi. videtur Inn.
reſidere, & idem tenet hic Hoſt. quia hoc nõ dependet a po-
teſtate partis: licet enim poſſit prorogare terminum reſpe-
ctu ſolutionis, non tamen reſpectu excommunicationis, q̃a
excõicatio eſt lata a iudice. vnde cum ipſa verſetur circa fa-
ctum alterius, ſ. iudicis, eius conſenſus debet interuenire, ar.
in l. Labeo. in fi. ff. de arbit. & in l. item quæritur. §. qui imple-
to. ff. loca & ita etiam tranſit hic Ioan. An. & ſic ſecundum
eos, non valet prorogatio termini quo ad effectum impediẽ
dæ excommunicationis, niſi interueniat conſenſus iudicis,
qui excommunicauit. & But. dicit hanc opi. eſſe tenendam,
ante factum, ſed poſt factum primam opi. eſſe veriorem, q̃a
iudex videtur fulminaſſe ſententiam excommunicationis
13 in fauorem partis, & ſic dato conſenſu partis excluditur † cõ
tumacia, & hanc opi dicit dom. Abb. eſſe veriſſimam adhuc
argu. in ſimilib. nam iuſiurandum principaliter dirigitur in Deum,
vt in c. debitores. de iureiur. vbi patet, quod iurans principa-
liter obligatur Deo, & tamen pars põt illud iuram. remitte-
re, vel terminum prorogare, vt in c. j. & in c. quanto ſupra de
iureiuran. & in c. ij. de ſpon. & ibi dixi. Et eſt ratio, quia cum
Deus recipiat obligationem in fauorem partis remittente
parte, remittit Deus. ita in propoſito iudex cum excommu-
nicet in fauorem partis poteſt pars ſi vult prorogare termi-
num, & parte prorogante etiam iudex videtur velle proro-
gare, & idem ſequitur hic Io. de Imo & Bar. & Io. de Imo. in
l. i. § & poſt operis. ff. de oper. no. nunc. intelligas tamen, quã-
do prorogatio fuit facta antequam pars incurreret excom-
municationem, ſecus ſi poſtquam iam incurriſſet excõmu-
nicationem fieret prorogatio, quia tunc non tolleretur ex-
communicatio per prorogationem termini. Et ratio eſt, q̃a
ad tollendam excommunicationem requiritur abſolutio,
nec alio modo tollitur, etiam ſi excommunicatus integrali-
ter ſatisfaceret, de quo vide bo. glo. in clem. j. in verbo, donec
de dec. vnde conclude. quod valet prorogatio termini, & q̃
non incurrat excommunicationem, nõ ſoluendo infra ter
minum, ea quo fuit prorogatus antequam incidiſſet in ex-
communicationem, alias ſecus, vt ſ. dixi. Item ſi in termino
prorogato non ſoluerit, incideret in excommunicationem
quia videtur facta prorogatio cum qualitatibus, & appen-
dicis ſuis, arg. ff. de pac. dotali. l. inter. §. cum liuer. Et hoc ulti-
mum tenet hic Innoc. & ſequitur dom. Abb. & idem uide-
tur ſentire etiam hic Bal. licet arguat pro, & contra.
14 Sed pone, quod † debitor excõmunicatus fuit abſolutus,
hoc addito, q̃d ſi non ſoluerit infra menſem reincidat in eã-
dem excommunicationem, deinde debitor non ſoluit in-
fra menſem, an ſit excommunicatus. & Bald. in l. tale pactũ.
§. qui prouocauit. in 11. colum. ff. de pact. tenuit, quod non,
quia excommunicatio non poteſt naſci ex cõtractu, ſed ex
ſententia, ſed pactum non eſt ſententia, & ſic Bald loquitur,
quando inter partes fit iſta conuentio. verbi gratia, creditor
eſt contentus, quod debitor abſoluatur ab excommunica-
tione. cũ hoc pacto, quod ſi non ſoluerit infra menſem rein
cidat in eandem excommunicationem. hoc enim modo lo
quitur Bal. ſecus ſi iudex appoueret talem conditionem in
ſententia, puta ſi diceret, abſoluo te, cum hac conditione,
quod niſi ſolueris infra menſem reincidas in excommuni-
cationem, tunc enim reincideret in excommunicationem,
ut in c. ſignificauit & in c. ad reprimendam. de offi. dele.

In glo. ij. diuide glo. in quatuor partes In prima parte glo.
declarat tex. ſeu colligit notabile ex tex. In ſecunda parte op
ponit & ſoluit. In tertia quærit, quando incipiat currere tem-
pus ad appellandum. In quarta, quid ſi pendente conditio-
ne ille, contra quem eſt lata ſententia, efficiatur de alieno fo
ro, an extante conditione ligetur ſententia excommunica-
tionis? Secunda ibi, argumentum contra. Tertia ibi, ſenten
tia excommunicationis. Quarta ibi, & illud nota.
15 In prima parte glo. dum glo. dicit, quod pendente condi-
tione † ſententia excommunicationis nundum. tenet dic
ſecundum Doct. quod immo tenet, licet effectus ſententiæ
ſit ſuſpenſus in euentum conditionis. nam ſi non teneret, nõ
conualeſceret adueniente conditione, vt in regula, non fir-
16 matur, in vj. vide ſimile in contractu † conditionali. nam q̃a
eſt ſpes, quod eueniat conditio, trãſmittitur obligatio ad hæ
redes, & contra hæredes, licet adhuc non euenerit cõditio,
vt in §. ea conditionali. Inſtit. de verb. obli. ita dicendum eſt
17 etiam † in iudicio, quia in iudicio quaſi contrahitur, ut in l.
3. §. idem ſcribit. ff. de peculio Credo tamen iſtud etiam fuiſ-
ſe de mente gl. licet utatur verbis ineptis: voluit enim dice-
re, quod pendente conditione ſententia excommunicatio-
nis nondum tenet, id eſt nondum ligat.

In ſecunda parte gl. l. potior. hoc modo facit in cõtrariũ,
nam ibi dicitur, quod ſi obligo tibi bona mea ſub conditio
ne, & deinde ante euentum conditionis obligo ipſa alteri
pure, & deinde eueniat cõditio, primus creditor eſt potior,
quia dies euenientis conditionis retrotrahitur ad diem con
tractus, & perinde eſt, ac ſi prima obligatio fuiſſet pura, vel
perinde ac ſi conditio eſſet purificata ante ſententiam obli-
gationem. ita videtur dicendum in propoſito, quod adue-
niente conditione, ſ. ſolutione non facta infra terminum, de
beat excommunicatio trahi retro, vt perinde ſit ac ſi excõ-
municatio fuiſſet tunc pure lata, & ſic appellatio medio tẽ-
pore interpoſita non debet impedire vires ſententiæ, ar. ĩ.
c. o. paſtoralis. ſicut ſecunda obligatio pure facta, non impe-
dit vires primæ adueniente conditione, ut d. l. potior. cuius
contrarium innuit iſta litera. dom. Abb. ſoluit dicens, quod
conditio retrotrahitur, quando reperitur id ad quod debet
fieri retrotractio, ſed non reperitur ſententia excommuni-
cationis, cum ſit ſuſpenſa per appellationem, & quaſi extin-
cta, in l. fi. ff. ad Turp. & in c. venientes. de iureiuran. cum ſimi
li. & bene facit c. quamuis de reſcriptis in ſexto ſecus autem
eſt in lege, potior, quia ibi ſecunda obligatio non potuit ſu-
ſpendere primam, nec præiudicare ſpei obligationis, cũ non
dependeat a mera voluntate facientis ſecundam obligatio-
nem, ut dicto § ex conditionali. & adducit theoricam Batto.
in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de vſuca. vbi dicit, quod ad hoc,
ut fiat retrotractio per fictionem, ut ſ. actus fingatur geſtus
priori tempore, oportet quod concurrant duo extrema ha-
18 bilia ſ. extremum a quo, & extremum ad quod † extremũ,
autem a quo, eſt illud tp̃s in quo lata fuit ſñia ſub conditio-
ne. Extremum ad quod, dicitur illud tempus in quo euenit
conditio, quia per illud tempus fit relatio per fictionem ad
primum tempus, quod debet eſſe habile, ut in l. bonorum. ff.
19 rem ra. habe. ut patet, quod † ratihabitio debet fieri eo tem-
pore, quo quis potuiſſet per ſe actum gerere, & pro hoc vi-
de bo. glo. in c. quam ſit. in verbo petere. de elect. in ſexto. ad
idem facit l. neceſſario §. quod ſi pendente. ff. de periculo, &
commo. rei vend. vbi patet, quod venditio facta ſub condi-
tione, nõ trahitur retro ad tempus venditionis adueniẽte po
ſtea conditione, ſi interim ante euentum conditionis res vẽ
dita eſt perẽpta, quia deficit extremum a quo. & per hoc di-
cit do. Abb. quod quando interponitur appellatio ante euẽ
tum conditionis, extremum a quo deficit, & extremum ad
quod deficit enim extremũ à quo, quia tunc tempore exta-
tis conditionis, non potuiſſet ferre ſñiam excommunicatio
nis obſtante appellatione, ut in d. l. bonorum. Item deficit
extremum ad quod, ſ. tempus ſñiæ excommunicationis, cũ
ſit extincta, uel ſuſpẽſa per appellationem, & ſic non poteſt
habere locũ illa fictio, ſed in caſu legis, potior, extrema ſunt
habilia, nec potuit debitor bona ſua alteri obligare, cum pri
ma obligatio eſſet in pendẽti. ſic ergo ad hoc, ut poſſit fieri
retrotractio requiritur, quod utrunque extremum ſit habi-
20 le, alias non ſit retrotractio, & de hoc, an † conditio retro-
trahatur, & q̃n in beneficialib. dic ut in c. ſi pro te. de reſcri-
ptis. in vj. uide etiam Bar. & alios ſcribentes in l. ſi filiusfa. ff.
de verborum obligat. & communiter dicitur, quod in con-
tractibus conditio retrotrahitur, ſed non in ultimis volun-
tatibus, & uide dominum Petrum in cle. prima de elect. ubi
loquitur de monacho, cui eſt factum relictum ſub conditio-
ne, & poſtea ante euentum conditionis factus fuit epiſcopus
& deinde euenit conditio, & concludit, quod legatum acq-
21 ritur epiſcopatui, quia in ultimis voluntatibus conditio † re
tro non trahitur, ſecus in contractu conditionali quia tunc
acquireretur monaſterio adueniente conditione. quia in cõ
tractibus conditio retro trahitur, & pro hoc optime facit
tex. in d. l. ſi filiusfam. ff. de verborum oblig. ubi dicitur quod
ſi filiusfa. fuerit ſtipulatus ſub conditione, & poſtea fuerit e-
mancipatus, & deinde extiterit conditio, actio acquiritur
patri,

22 patri, quia in ſtipulationibus inſpicitur † tempus contra-
ctus, cum dies conditionis extãtis retrotrahitur ad tempus
ipſius contractus.
23 Quid autem † de conditione poteſtatiua, an retrotraha
tur. dic. vt in d. l. ſi filius, & in d. ca. ſi pro te. de reſcriptis, lib. 6.
Et ex his ſum expeditus de ſecunda parte glo. j. in 3. parte gl.
Aduerte, quia iſta gl. videtur ponere differentiam inter ſen-
24 tentiam † excommunicationis conditionalem, & alias ſen-
tentias conditionales, vt in excommunicatione conditiona
li, & in alia ſententia cenſuræ licitum ſit apppellare vſque
ad aduentum conditionis, quamuis ſint lapſi x. dies a tem-
pore promulgationis ſententiæ, in alijs uero ſententijs con-
ditionalibus currit tempus ad appellandum incontinenti a
tempore promulgationis ſententiæ, & opi. huius gl. ſequitur Inn.
Ho. Io. And. & Io. de Mo. in ca. quicunque de ſent. excom. in
vj. & iſta opi. communiter tenetur per Doct. vt dicit hic do.
Abb. & ratio differentiæ eſt, quia in ſententia excommuni-
cationis euentus conditionis non trahitur retro ad diem pro-
mulgationis ipſius excommunicationis, alias ſequeretur, quod
interim deberet uitari, & quod eſſet excõmunicatus, ſi poſt-
modum extaret conditio, in alijs vero ſententijs conditiona
libus ceſſat iſta ratio, ideo euẽtus cõditionis trahitur retro,
& ſic videtur tunc condemnatus, ideo currit tempus ad ap-
pellandum a die promulgationis ſnīæ, vt in § biduum, ij. q.
vj. & pro iſta opi. Io. And. adducit iſtum textum, dum dicit, quod
25 medio tempore fuit appellatum. nam † medium dicitur, quod
æqualiter diſtat ab extremis ſiue ergo diuidantur 20. dies in
tres partes, ſecunda pars dicetur medium, & ſic in tota ſecũ
da parte poteſt appellari, quod erit poſt x. dies: ſiue dicamus
medium omne id quod eſt infra primum, & ultimum diẽ,
tunc etiam poſt 10. dies interponitur appellatio & quãquã
iſta opin. ſit communis, dom. Abb. dicit non eſſe faciendam
differentiam inter ſentẽtiam cenſuræ, & alias ſentẽtias mo-
uetur, quia incontinẽti, cum iudex profert talem ſententiã,
ſtatim grauat: ſi enim non teneor ſoluere, non debeo excõ-
municari etiam ſub conditione. pro hoc facit iſte tex. qui ap
pellat ipſam ſententiam, licet adhuc non ligauerit. ad idem
c. Romana, §. caueant. de ſent. excomm. in vj. vbi prohibetur
talis excommunicatio ſub conditione ferri, niſi præceden-
te mora, vel culpa, vel offenſa, ergo talis ſententia grauat an
te euentum conditionis, alias fruſtra prohiberetur ibi. item
ſi talis ſententia non grauaret ante euentum conditionis,
non deberet poſſe appellari antequam extet conditio, cuius
contrarium vult iſta litera. ſi ergo grauat, & poteſt appellari
debet appellari infra 10. dies, vt in c. quod ad conſultationẽ,
ſupra de re iud. & ad motiuum Io. Andr. inquantum ſe fun-
dat in alijs verbis, medio tempore, &c. reſpondet dom. Ab.
quod iſta uerba non ponuntur diſpoſitiue, ſed narratiue. itẽ
26 cum ſint † verba generalia, debent reſtringi, vt reducantur ad
terminos iur. vt in c. cum dilectus. de conſue. & in c. cauſam.
de reſcriptis. & ſic debent intelligi medio tempore, ita quod
10. dies non ſint lapſi, vel intelligitur medium tempus x. dies
nam 10. dies ſunt media pars 20. dierum, & ſic erit ſenſus, quod
infra decem dies immediate ſequentes debet appellare, &
iſta opi. quam tenet d. Ab. fuit originaliter Bar. Brix. in quadã
quæſtione. quam etiam tenuerunt Egidius, & Tan. & Vinc.
Et ex prædictis omnibus concludit do. Abb. quod quantum
27 cunque ſententia ſit conditionalis, currit † tempus ad appel
landum a tempore promulgationis ſententię, vt in §. biduũ.
ij. q. vj. Nec obſtat ille tex. dum dicit, quod eſt vtile ſtatim tẽ-
pora ad appellandum computari debere, nam ille tex. loqui
tur, quando ſententia lata fuit ſub conditione caſuali, puta,
ſi nauis ex Aſia venerit, & ideo dicit eſſe vtile ſtatim compu
tari tempora ad appellandum, quia eſt poſſibile, quod condi-
tio non extaret, ſecus in caſu noſtro, quia niſi ſoluat in-
fra xx. dies, erit excommunicatus. vel poteſt aliter reſpon-
deri, & melius, quod eſt utile ſtatim tempora computari ad
appellandum: vt citius lites finiantur. nam quamuis ſentẽ-
tia ſit conditionalis, poteſt grauatus appellare, & proſequi
appellationem ſuam, quamuis adhuc conditio nõ euenerit
& ille tex. intelligitur communiter, quod quando ſententia
eſt conditionalis, ſtatim currant tempora ad appellandum
& ita intelligit Bar. illum tex. qui habetur originaliter in l. 1.
§ biduum. ff. quando appel. ſit. & iſta opi. Bart. Brix. quam ſe-
quitur Egidius Tan. & Vin. & dom. Abb. uidetur mihi verior
de iure, quamuis aliqui volentes ſuſtinere opin. communẽ
dicant, quod § biduum, loquitur in ſententijs conditionali-
bus momentaneis, iſte autem tex. loquitur in ſententiis ha-
bentibus cauſam ſucceſſiuam. ſed iſta ratio nihil ualet, quia
ſi eſſet verum, quod iſta excommunicatio haberet cauſam
ſucceſſiuam, etiam ſi eſſet pure lata, poſſet appellari poſt 10.
dies, ſicut in grauamine ſucceſſiuo, vt infra eodem, ex parte,
& in capi. dilectus filius, l. Saracenus. de reſcriptis, & Bald.
in l. ſi clericus. C. de epiſcopali audi. & dixi ſupra eodem, c.
ſecundo in princip. non habet ergo excommunicatio gra-
uamen ſucceſſiuum, ſed detinet ligatum donec ſit abſolu-
tus ab excommunicatione, ſic etiam condemnatus per ſen-
tentiam ad ſoluẽdam pecuniam remanet obligatus, donec
ſatisfaciat ſententiæ, vel liberet ab obligatione, tamen in iu-
dicando non eſt recedendum ab opi. glo. & Io. Andr. quam
tenent communiter Doct.
28 Et ex his habes, quod etiam in ſententijs † conditio retro
trahitur quemadmodum in contractibus, niſi ſint ſententię
cenſuræ, quia in ſententiis cenſuræ conditio retro non tra-
hitur propter magnum præiudicium, quod ſequeretur ſi cõ
ditio retrotraheretur, nam excommunicatus interim de-
bet euitari item ſi excommunicatus, uel interdictus ſub con
ditione interim celebraret, eſſet irregularis, ſi cõditio retro
traheretur, & iſta vtilitas ſequitur ex hoc, quod iſtæ ſentẽtiæ
cenſuræ, non retrotrahantur. nam poteſt cum talibus parti
cipari, & ſi celebrant interim, non ſunt irregulares. & ſi tales
eligerent, vel eligerentur, valeret electio, dato quod poſtea
eueniret conditio. unde dicit hic Bald. quod ſi excommuni-
29 catus pendente conditione ferat † teſtimonium, nec appel-
let ab excommunicatione, & poſtea extet conditio, quod
30 non vitiatur teſtimonium, quia debet inſpici conditio † te-
ſtis tempore, quo teſtificatur. l. tertia § duæ cauſæ. ff. ad Car-
bonia. & dicit, quod ſimilis quæſtio ponitur in l. furti. §. pri-
31 mo ff. de his, qui nota. infam. vbi Barto. tenet, quod ſi † con-
demnatus ex cauſa, ex qua ſequitur infamia appellet. & pen
dente appellatione producatur in teſtem, & deinde deſeri-
tur appellatio, talis deſertio non vitiat teſtimonium, & opi-
nio. Bal. ſequitur hic Ioann. de Imo. Sed contra prædicta, &
32 contra text. opponitur. & videtur, quod ſententia † non de-
beat ferri ſub conditione, vt in dicto § biduum. ſecunda quę
ſtione ſexta. dom. Abb. diſtinguit, quod aut nos loquimur in
ſententia interlocutoria, aut in diffinitiua.
In primo caſu, ſcilicet in interlocutoria, dicit dom. Abb.
quod licite fertur ſub conditione, ut in l. a diuo Pio. ff. de re
iudica. & ibi notatur.
In ſecundo uero caſu, ſcilicet in diffinitiua dicit quod aut
33 † conditio eſt intrinſeca, & cohærens negotio, de quo agitur
& poteſt licite ferri ſub conditione, puta condemno te in x.
ſi actor iurauerit. l. cum iudex ff. de ſent. & ibi notatur, & in
l. generaliter. C. de iureiurando, & in hoc caſu loquitur iſte
tex. nam hic reus qui tenebatur ſoluere, fuit excommunica-
tus ſub conditione, niſi ſatisfecerit, & ſic iſta conditio erat
intrinſeca, & neceſſaria ad actum excommunicationis. Aut
conditio eſt extrinſeca, puta, quia nullam habet conformi
tate, cum materia ſubiecta, puta; ſi condemno te in de-
cem, ſi imperator uenerit in Italiã, vel ſi nauis ex Aſia vene-
rit, & talis conditio nullo modo debet apponi in ſenten-
tia, ſi tamen feratur ſententia, ſub tali conditione valet, ſed
opus eſt appellatione, & ſtatim currunt tempora ad appel-
landum, ut dicto §. biduum.
Et ex prædictis dubitatur, quid ſi ſententia eſt lata ſub cõ-
ditione contra minorem, uel contra eccleſiam, a quo tem-
34 pore incipiat currere quadriennium † ad petendum reſtitu-
tionem, an a tempore ſententiæ, an uero a tẽpore exiſten-
tis conditionis. & Bal. iſtam quæſtionem tetigit in dicto §. bi
duum, in fine, & reliquit ipſam indeciſam. Tu autem dic,
quod incipit currere a tempore ſententiæ. tunc ea conditio
retro trahitur in alijs ſentẽtijs, quàm cenſuræ, tum quia ta-
lis ſententia, licet ſit conditionalis grauat ſtatim, cum eſt la-
ta, ſed a tempore læſionis incipit currere quadriennium,
vt in capitu. primo, ſupra de reſtitutione in integrum, & in
clementina vnica, eodem titu. item ubi eccleſia eſt læſa per
ſententiam, tempus ad petendum reſtitutionem in integrũ
incipit currere a tempore ſententiæ, ut in capitulo primo.
de reſtitutione in integrum. in ſexto, qui text. loquitur gene-
raliter, ergo debet intelligi, ſiue ſententia ſit pure lata, ſiue
ſit conditionalis, quia etiam ſententia conditionalis grauat,
ut ſupra dixi.
In quarta parte glo. in hac parte tenet quod ſi excommu-
nicatus pendente conditione transfert domicilium, & dein-
de eueniat conditio ligatur ſententia excommunicationis,
niſi ante appellauerit, & iſtam opi. ſequitur hic Inno. & Ho.
ſed Archid. in cap. ſecundo. de conſti. tenuit contrarium per
illum tex. & de hac quæſtione vide plene per Io. And. in regu
la, cum ſint, li. vj. in Mercu. ubi concordat opi dicens, quod opi.
Arch. procedit, quando ante euentum conditionis ceſſat cã
excõicationis, puta iudex excõicauit Titium, ſi non faceret
reſidentiã in beneficio, uel niſi ſe fecerit promoueri ad ordi-
nes ĩ. mẽſem, & Titius tranſlatus eſt ad aliud bñficiũ dimiſ-
ſo primo, uel ɔ̃xit matrim. ſecus ſi durat cã excõicationis, cũ
35 ipſe † iudex potuerit ligare ſuũ ſubditũ in futurum, ut in c. a
Alex. de Neuo ij. in ſecundum Decret.

nobis de ſen.excō. & cum iſta opi.tranſit hic d.Abb & in c.
penul de foro comp. in pen.col.ſed Bu.hic dicit, ꝙ diſtinctio
Ioan.And debet intelligi, quando cauſa nō ceſſat,& habuit
originem in primo foro,vbi ſoluere tenebatur,alias dato ꝙ
cauſa excommunicationis non ceſſaret,tamen ſi habuit ori
36 ginem in primo foro,puta, ſi † excommunicauit Titium, ſi
furtum fecerit,ſi Titius mutat domicilium,& ibi furet, non
erit excommunicatus.ſed Io.And in d regula cum ſit,tenet
quod excommunicatus,ſi furtum fecerit,incurrit excōmu-
nicationem,licet poſtea mutauerit domicilium , & ibi furtū
committat,ex quo fuit præuentus,vt d c.penult. Non obſt.
c ij.§.j.de conſtitut.in vj quia loquitur in ſtatuto imponente
pœnam excommunicationis,contra committentes furtum,
quia non operatur effectum ſuum extra territorium , ſecus
ſi in ſententia lata contra certam perſonam,quæ ligat deli-
ctum commiſſum extra territorium , ex quo perſona fuit iā
præuenta, & hanc partem dicit hic Ioan. de Imo eſſe verio-
rem de iure. iſtam opi.etiam firmat hic Bal. dicēs iſtam opi.
& tenentium contrarium,eſſe fatuā, quia quo ad iuriſdictio
nem iudicis, nedum inſpicitur tempus ſententiæ, ſed etiam
tempus iudicii,i principium iudicij vt in l.cum quædā puel-
la ff de iuriſd omn iud.& notatur in l nemo poteſt.ff.de leg.
j.Tene ergo opi.gl indiſtincte, niſi ante euentum cōditionis
ceſſet cauſa excommunicationis.

Extra gloſſas quæritur de pluribus , & primo quid ſi pen-
dēte conditione,iudex eſt mortuus,vel remotus ab officio ,
an exiſtente poſtea conditione incurrat pars condemnata
37 †excommunicationem. & tex.in l.quotiens,in fi ff.de noua.
facit,quod non,vbi patet,quod ſtatu mutato , conditio exi-
ſtens nihil operatur, & ita reſidet Archid in d.c.2. de conſt.
in vj.& Io.An.in c j.ne ſe.vac.co. lib. vbi dicit,ꝙ ſi epiſcopus
excommunicat ſubditum, ſi aliquid alienauerit de bonis ec
cleſiæ,& ſubditus alienet mortuo epiſcopo,non incurrit ex
communicationem , ex quo viuente epiſcopo , non euenit
conditio facit gl magna in c.a nobis.in fi de ſent.exc.dum di
38 cit,ꝙ interdictum,ſiue ſententia † excommunicationis,ſim
pliciter lata,non durat vltra tempus proferentis. niſi ſucceſ
ſor eam confirmet, & ratam habeat : ſecus dicit in ſtatuto,
ut in c fi. de offi.leg.& per illam gl do.Abb.in d.c.a nobis, &
in d.c fi.de off.leg.tenet,ꝙ ſi ſnīa excōmunicationis,vel alia
ſententia cenſuræ,non iniecit vinculum ante mortem pro-
ferentis,ꝙ tollitur per mortem ipſius iudicis proferentis: nā
ſi excōicatio ligat a die extantis conditionis,& non ante,&
tempore conditionis reperiatur iudex mortuus, ceſſat ſnīa,
ex quo retro non trahitur.gl.tamē quæ eſt in uerbo, ſub.ex-
cōicationis,ver.ſed quid ſi excōicans, in c.Salonitanę.63.di.
tenet contrarium dicens,ꝙ per mortem excōicatoris ſentē-
tia conditionalis non expiret.idem ſequitur hic Bal.moue-
tur,quia per mortem,vel remotionem iudicis acta, & ſentē
tia non expirant, ut notat Inno.ſ.eo. intimaſti. facit l.mor-
tuo.ff.de iudi.& ad l.quotiens.ff.de noua.reſpondet,ꝙ ibi eſt
ſpeciale fauore fiſci ſed tu tene primam opi.tanquam uerio-
rem.opi.autem Bal.poſſet procedere in aliis ſentētiis, quàm
in ſnīa excommunicationis,quia in aliis ſententiis conditio
retrotrahitur,ut ſ dixi in tertia parte glo.Dic tamē, ꝙ ſi ex-
39 cōmunicatio † iam iniecisſet vinculum, duraret etiam poſt
mortem excommunicantis,vt in c.j de ma.& obed.in vj.im
mo , ſi eſſet lata per delegatum,qui eſſet mortuus, vel eius
iuriſdictio eſſet finita,nihilominus duraret excōmunicatio,
vt in c.paſtoralis.§.j.de offi. ord. nam ex quo quis eſt ligatus
excommunicatione,non tollitur excommunicatio,niſi per
abſolutionem,ut dicit gl.in cle.j.in verbo,donec. de deci. q̃
etiam ſ.allegaui.Et hanc qōnem, etiam tangit D. M. in c.ac
cepimus per illum tex.de pactis.vbi idem concludit , ꝙ hic.
ſed contra hanc deciſionem videtur gl.in terminis,in c.nūc
autem,21.diſ. vbi quidam epiſcopus excōicauit quicunque
eum ſepelierit.vide eam,& no.iſta faciūt ad quæſtionem, de
qua ſuperiorib.diebus fui interrogatus, mortuo Paulo,ſum
mo Pontifice,reperta fuit ſcriptura auctentica. in qua conti
nebatur,ꝙ creabat certos Cardinales, & ꝙ ſi eos ante mor-
tem non pronunciabat Cardinales,mandabat certis præla-
tis,ꝙ deberent eos pronunciare Cardinales, ſub pœna excōi-
cationis, quam incurrerent ipſo facto . vnde dubitabatur de
duob. Primo , an tales prælati, quibus facta erat commiſſio,
incurrerent excōicationē,ſi non pronunciarent eos Cardi-
nales.Secundo,an talis commiſſio valeat,cum Paulus Papa
fuerit re integra mortuus.Ad utrūq; reſpōdi negatiue,& ita
40 & de præſenti. credo: nam † Paulus non potuit excōicare ,
ſeu excommunicationem ferre in tempus.vide ad hoc gl.in
c.apoſt.8.q j in quo alius iam eſſet ſucceſſor in Papatu, & in
quo careret iuriſdictione,alias imponeret legem ſucceſſori,
quod eſt prohibitum,ut in c innotuit.ſ.de ele.item ſi excōi-
catio nō iniecit vinculum ante mortem, finitur morte pro-
ferentis,vt ſupra dictum eſt.Item talis commiſſio nō valuit,
quia fuit collata in tempus , in quo iam eſſet finita eius iu-
41 riſdictio.Item † paria ſunt aliquid fieri in tempore nō licito,
vel in tempore licito,& cōferre in tempus prohibitum.l. qđ
ſponſæ.C.de dona.ante nupt. & pro hoc optime facit l. Si-
42 chus.ff.de manu.teſta.vbi patet, ꝙ non ualet diſpoſitio † de
re quæ confertur in tempus,in quo res non erit diſponentis
de ipſa.per quam l.Bar.in l.præſes.C.de app.dicit,quod ſi op-
ponitur aliqua exceptio coram iudice ſeculari,quæ debet re
mitti ad epiſcopum,quod iudex ſecularis non poteſt ſtatue-
re terminū, infra quem excipiens debeat probare corā iudi
ce eccleſiaſtico,quia ſicut non valet diſpoſitio de re collata
in tempus,in quo res non erit diſponentis, ita non valet ter-
minus datus ſuper eo,quod ſpectat ad iuriſdictionē alterius.
modo in propoſito,pronunciare aliquē Cardinalem,vel fer
re ſententiam excōicationis,vel delegatos dare,pertinet ad
ipſum Papā,qui eſt in humanis. unde conferendo excōica-
tionem,uel delegationem in tempus ſucceſſoris, confert in
tempus,in quo iuriſdictio erit alterius, ergo talis delegatio,
non ualet,nec excōicatio ligat. Nec obſtat ſi diceres , quod
Papa poteſt exercere iuriſdictionem in tempus ſucceſſoris,
43 quia ſi † delegatus datus ab eo perpetuat iuriſdictionem,po
terit procedere etiam mortuo delegante,ut in c.gratum. de
offic.del.cum ſimili.nam illud non eſt ex eo,quod Papa cō-
ferat iuriſdictionē in tempus ſucceſſoris, ſed quia ius ita di-
ſponit,ſcilicet quod perpetuata iuriſdictione,non expirat p
mortē Papę.Diſpoſitio autem iuris, quemadmodum ſtatu-
ta perpetuo durat,& habet uim ſuam etiā in tempus ſucceſ-
ſorum,ut in c.fi.de offi.leg.& iſtam partem puto ueriſſimā ,
licet intellexerim aliquos conſuluiſſe contrarium, & hoc te
nemenii.

Secundo quæro,quid ſi iudex in ſentētia ſic dicat,niſi ſol
ueris infra menſem, ex nunc, prout ex tunc , ſis excōicatus,
44 an tunc † excōicatio trahatur retro.& videtur,ꝙ ſic,quia di
ctio ex nunc,denotat momentū immediatū. l.lecta.§. fi.ff.ſi
certū petat.vbi per Bar.& alios. vnde Bar.in auth.contra ro-
45 gatus,in prin.C.ad Trebel. dicit, quod hæc verba † ex nunc,
prout ex tunc,operantur quod conditio trahatur retro,ubi
alias non traheretur.tamen Inn. & Doct.tenent contrariū,
quia ſententia cenſuræ,non poteſt ligare ante diē,uel condi
tionē,nec trahitur retro ipſa conditio , quia non poteſt eſſe
excōicatus,antequā ſit contumax,& iſtam opi.ſequitur etiā
46 hic Bal.dicens,quod conditio,ex nunc,refertur ad actū uer-
bi prolati,non autē ad effectū , qui non poteſt tunc ſurgere
ex ſnīa,& allegat glo. in cle.j.circa prin.in verbo,ex nunc.de
conceſſ.præb.quæ idē ſentit,quod Doct.hic.idem tenet Bal.
in d.auth.contra rogatus,& cōiter ſequuntur Doct.hoc etiā
tenet gl.in c.Salonitanæ.63.diſ.in gl.ma.in fi.illa ergo.verba
operantur,vt conditio trahatur retro,& denotāt momētum
immediatum , vbi hoc dependet a poteſtate proferentis, ſe-
cus in ſententiis cenſuræ,in quibus non dependet a poteſta-
te proferentis,quia iudex non poteſt facere , quod conditio
retrotrahatur,ne quis ſit excommunicatus,vel ſuſpēſus, vel
interdictus antequam ſit contumax.

Tertio quæro,quid ſi iudex in ſententia dixit,niſi Titius p
bet ſe ſoluiſſe infra menſem, ipſum non abſoluo:verum ſi p
bat ſe ſoluiſſe ſit abſolutus.Bal.dicit, quod non per text. quē
dicit ſingularem in l. Titia §.fi.ff.de manu. teſta. nam dictio,
niſi,nihil diſponit,quando non habet præcedentem ordina
tionem,ſecus vbi inuenit præcedentem diſpoſitionem,quia
tunc habet illam reſoluere,ſeu immutare ut in l.ſi cum.§. q
iniuriarum.ff.ſi quis cau. vbi plene habetur , quid operetur
dictio,niſi: tangitur etiam in l.actione.C.de tranſac. & in re-
gula,peccatum,lib. ſexto.vbi per Io.An.& do.Pet. de Anch.
& tetigi in c.ex parte.de ſponſa.

Quarto quæro,quia tex.videtur velle , quod per hæc uer-
47 ba,excommunicatum te eſſe cognoſcas,feratur ſententia † ex
communicationis,an hoc ſit verum Hoſt. dicit, quod ſic, &
ſubdit,ꝙ nō refert,an iudex dicat, excōico,vel præcipio ſub
pœna excōicationis,quam incurras,vel ſi dicat,te habeas,vel
te geras pro excōicato,vel repures pro excōicato,uel excōi-
catum te eſſe cognoſcas,ut hic,& de teſti co c.ij. & remittit
ad ſummā,de ſent.exc.§.qualiter proferatur, & iſtā opi.ſ.ꝙ per
iſta verba,excōicatum te eſſe cognoſcas,feratur ſententia ex-
cōicationis,tenet ēt glo.in c.penul.ſ.de ſent.exc.quæ dicit,ꝙ
per hęc verba,noueris te excōicatum,inducitur ſnīa excōi-
cationis.Goff.vero tenet ɔ̄riū pp odium huius pœnæ, & di-
cit eſſe ſubaudiēdum ad hanc decretalē verbum, excommu
nico,puta,niſi ſatisfeceris ſ. menſem, te excommunico, &
excommunicatum te eſſe cognoſcas. ſed Io.Andr. & com-
muniter Doct.tenent opi.Hoſt & gl.in d.ca.ſi quem,& iſtam
opinio.ſequitur Bald. hic dicens , quod talia uerba , ſiue ſint
enunciatiua , ſiue certificatiua,diſponunt , quia ſunt emiſſa
principi-

principaliter propter ſe,vt in l.ex hac ſcriptura.ff de donat.
& allegat.l.2.C.de libe.præte.vbi patet, quod per hæc uerba,
48 ſis alienus à ſubſtantia mea ,fit exhæredatio,quia † ſenſus ꝑ-
ualet verbis,vt in c intelligentia.j.de verborum ſignific.hoc
tamen limitat Bal ſ. de iudi.c.j. niſi hoc uerbum, cognoſco
poneretur in futuro tempore , puta excommunicatum te,
49 eſſe cognoſces,quia tunc ſunt verba † potius comminatiua
quam excommunicatiua,vt in l.interlocutio. C. commina.
vel epiſtolas.
Quid autem ſi dicatur, te certificamus , quod tali die te
excommunicauimus.an importent excommunicationem.
dic quod non.ſed magis inducunt quandam notitiam excõ
municationis præteritæ , & ſic cum talia verba ſint prolata
ad intimandam excommunicationem latam de præterito
non important excommunicationem , & puto, quod talia
50 verba non probent excommunicationem latã,cũ nec † pu
blicatio,ſeu denunciatio excommunicationis,probet excõ
municationem,vt dicit gl.in c.pia.in verbo,nomen.de exce
ptio in vj.& in c licet.in gl.antepenult.de ſent. excom.eo. li.
facit c.j de ſenten.excom.in vj.facit quod no in c j de iudi.&
in c.poſt ceſſionem de proba & in Spec. de citatione §.iam
de citatione.ver.quid ſi iudex,in vlti.col.
51 Quid autem ſi iudex dicat,† noueris te ſententiæ excom
municationis ſubiacere.dic quod talia verba importãt ex-
cõicationem,vt in c 3.de rap.& tenet gl.no.in c vnico,de in-
iur in gl.fi.in fi.& communiter ſequuntur Doct. licet Inno.
in c.cũm & plantare, in fi. de priuil.teneat ɜrium , & male.
Quid autem ſi dicatur, ſub interminatione anathematis,
vel ſub pœna excommunicationis.dic,vt in c.clericis,ne cle.
vel mon.& in ca j.de loca Quid autem ſi iudex dicat,nullus
communicet tali,an per iſta uerba inducatur excommuni-
catio Io And in d.c.j de iud.tenet,ꝙ ſic.idem tenent ibi Do
ctor & Bal idem ibi ſequitur. Mouerat.quia per hæc uerba,
interdicimus talem aqua , & igni,inducebatur deportatio ,
vt ſingulariter probatur Inſti.de cap dim.§ minor.
52 Ex his infert,an poſſit qs † excõicari per litteras miſſiuas,
vel per epiſtolam Egi.& Guil.Naſo tenuerunt,quod non,di
centes oportere,ꝙ iudex proprio ore proferat ſententiã ex-
communicationis,alias nõ erit excommunicatus, ſicut nec
aliæ ſententiæ valent,niſi iudex proferat ore ſuo,vt in c. fin.
de re iud in vj.& in toto tit.C.de ſen ex peri.reci. Sed contra-
rium communiter tenetur.pro hoc eſt bo.text.3.q 4. nullus.
vbi paret,quod iudex poteſt excommunicare per literas itẽ
poteſt abſolutio ab excommunicatione fieri per literas , vt
dicit gl no.ij q 5.quanto.Nec obſtat tex in c j.de ſen excõ. in
6.vbi dicitur ꝙ excommunicatio debet fieri in ſcriptis,quia
ſatis ſit in ſcriptis, ex quo eſt excommunicatio deſcripta in
litteris,& directę ſunt ipſę litterę ad illum, qui excommuni
catur.facit c appellatio de app.in vj.Non obſtat ẽt, quod di-
53 citur de ſententia diffinitiua,in c fi.de re iud in vj quia † ex-
communicatio, non eſt proprie ſententia,vt no.in c.ij.de cõ
ſti in vj & potius trahitur ad naturam interlocutoriæ,quam
diffinitiuæ ut no in c per tuas de ſent.excom & in c. venera-
bilibus,eod tit in vj & ꝙ ſententia excommunicationis, vel
ſuſpenſionis,ſit potius ſententia interlocutoria,quam diffini
tiua,tenet gl.1.q 1. in ſumma, quæ enumerat talem ſententiã
inter ſententias interlocutorias,& illam opi firmat do. Ab.
ſequitur etiam But.& communiter Doct.
54 Quinto quæro,an in caſu huius decretalis ſufficiat† ſoluiſ
ſe vltima hora termini ad euitãdam excommunicationem.
Io An dicit,ꝙ ſic.allegat l cum,qui ante Kalendas ff de ver.
obli.vide tex cum gl in c frequens. in uerbo, proponitur de
reſti.ſpo in vj.& plene dixi in c ſuper eo,el ij.§.eodem, & ſic
vult Io.And. ꝙ ſufficiat ſoluere in vigeſima die ad euitandã
excommunicationem,immo in vltima hora 20.diei,& hoc
probatur in l 1 § quod dicimus ff.de ſuc edic.& eſt bo glo. in
d.verbo,proponitur.in d.c frequens Sed quid ſi poſt paucos
55 dies poſt lapſum † termini ſatisfaciat,an euitet excommuni
cationem, puta ſi ſatisfaciat 21. die,vel 22 videtur ꝙ ſic,per
nota.per gl.32.q.j apud miſericordem.quæ dicit,quod ſi ali-
quis iurat ſoluere infra certum terminum,vel ſub pęna pro-
mittit ſoluere infra certum terminum, ꝙ ſi poſt terminum
ſoluit,euitat periurium,vel pęnam. ſed tu tene contrarium ,
nam ſtatim lapſo termino incurrit excommunicationem ,
quæ non tollitur,niſi per abſolutionem, ut dicit glo. ſæpius
allegata,in clem.j in uerbo,donec.de deci & hoc eſt de men
te Io An dum requirit,quod fiat ſolutio ante lapſum termi
ni,licet dicat poſſe ſolui vltima die,& vltima hora ad euitã-
dam excommunicationem.Non obſtat gl.in d c.apud miſe
ricordem.quia non loquitur in excommunicatione. ſed qñ
quis iurauit ſoluere,vel promiſit ſoluere,ſub pęna, infra cer
tum terminum.fortius eſt enim vinculum excommunica-
tionis,quam iuramẽti,vel promiſſionis pęnalis. item illa gl.
non dicit verum , ex quo enim quis non ſoluit infra termi
num ſtatim incurrit periurium . vnde non tollitur periuriũ
datio,ꝙ ſatisfaciat parti ſoluendo debitum, ſecundum ꝙ iu-
rauerat. facit, quod no glo in cle.j de vſur.in verbo,non eſſe
peccatum.item vbi quis delinquit,vel aliquid facit,illud nõ
poteſt dici non factum,vel non commiſſum , quia facta pro
infectis,& commiſſa pro non commiſſis haberi nõ poſſunt
l.in bello.§ factę.ff.de captiuis.& 32.q.7. ſi Paulus.præterea,
vbi iuramentum eſt appoſitum in contractu , non admitti-
56 tur purgatio † morę,vt in l ſi quis maior.C.de tranſact. not.
Bar.in l.ſi inſulam,in 5.q ff.de uerborum obliga. item vbi eſt
dies,& pęna,non admittitur purgatio morę l. magnam. C.
de contrahen.& commit.ſtip.& in l.traiectitię § de illo.ff.de
actio.& oblig.
57 Nunquid autem de æquitate canonica admittatur † pur-
gatio morę,vbi eſt dies,& pęna.dic,ut in cap dilecti de arbi-
tris,& in c potuit.de loca.item an difficultas, ſeu impedimẽ
tum excuſet a pęna. dic ut in l.continuus §.illud ff de uerbo
rum oblig vbi per Bar.& dixi in ca breui. de iureiur.item an
58 inopia,† vel impoſſibilitas excuſet ab excommunicatione.
vide Inno.in c.P.& G.de offi.deleg vbi tenet, ꝙ licet quis nõ
ſit in culpa,vel mora,ſed ratione impoſſibilitatis, vel impo-
tentiæ,vel inopiæ,non ſoluit in termino, tamen incurrit ex
communicationem.ſed hoc conſtito debet abſque difficul-
tate abſolui,& idem dicit Bal in l acceptam.in vlti.col. C.de
vſu ſed ego hoc ultimũ plene examinaui in c.2.de teſt.cogẽ.
Sexto,& vltimo quæro, quid ſi iudex in ſententia excom-
59 municationis dicat, te † excommunico ſi appellas,vel ſi eli-
gis,an ſtatim cum appellat , vel eligit,ſit excommunicatus,
vt ſic videatur excommunicatio præceſſiſſe appellationem ,
an vero econtra,non ſit excommunicatus, quaſi appellatio
præceſſit excommunicationem, vel an non valeat electio ,
quaſi excommunicatio præceſſerit electionem,vel valeat ip
ſa electio,quaſi intelligatur excommunicatus , poſtquã erit
perfectus actus electionis & Inn.refert tres opi.
Prima eſt.ꝙ non intelligatur excommunicatus, niſi poſt
60 actũ perfecte conſummatũ,quia hæc eſt natura † diſpoſitio
nis conditionalis l hæc conditio.de condit. & demon. item
aliter dicendo videretur excommunicatio lata ſine aliquo
facto præcedente.
Secunda eſt opinio,ꝙ debeat attendi modus conceptio-
nis verborum Aut enim iudex dixit,excommunico te,ſi ap-
pellas, vel eligis , & intelligitur excommunicatus ſtatim cũ
parat ſe ad appellandum,vel ad eligendum,& ſic ſtatim, cũ
incipit eligere,vel appellare, incidit in excommunicatione.
Aut iudex dixit,excommunico te,ſi eligis,vel appellaueris ,
& tunc non ligatur,niſi poſt actum perfectum, quia hæc ver
ba,ex proprio ſignificato requirunt actum conſummatum,
vt eſt pulcher tex.in l ſi quis ſtipulatus ſit Stichum,ff de ver-
borum oblig.facit,quod notat Bart in ſimili,in l ſi filiusfa. §.di
ui.in fi penult.colum.ff.de leg j. vbi dicit, quod ex pacto ap-
poſito in ɔ̃ctu poteſt impediri translatio domini,ſi apponi-
tur pactum, ꝙ ſi alienabit rem,dominium rei reuertatur ad
paciſcentem,quia cũ ſtatim parat ſe ad alienandum,dñium
rei reuertitur ad paciſcentem,ſecus ſi dicat,ſi alienaueris vo
lo,ꝙ dominium rei reuertatur ad me,quia vr̃ voluiſſe,ꝙ poſt
perfectam alienationem,& ſic poſtquam dominium rei fue
rit tranſlatum in aliũ,res ad ipſum reuertatur,ꝙ eſt impoſſi
bile,& iſtam opi.dicit Io.de Imo.eſſe veriorem per text.in l.
Stichus, ſeruus meus.ff.de manu.teſta.vbi dicitur,ꝙ ſi teſta-
tor legat libertatem ſeruo,ſi hæres eum alienauerit , tale le-
gatum non valet.quia vr̃ reliquiſſe libertatem poſt perfectã
alienationem,& ſic poſtquam ſeruus erit alicuius, & ſic nõ
valet datio libertatis.quia nõ poteſt dari libertas ſeruo alie-
no,& ſic ibi videtur tex.ꝙ etiam ſi res ſit fauorabilis,vt eſt li
bertas.nihilominus , quando ponitur ſubiunctiuũ præteriti
temporis videatur ſolum diſpoſitum de actu perfecto,& cõ
ſummato.Ho vero in ſumma.de re iud §.qualiter.ver.puta,
dicit,quod non valet excommunicatio, ſi quis appellet, qa
tollit defenſionem.
Tertia opi quam ſequitur Inn.eſt, ꝙ recurrendum eſt ad
intentionẽ excõicatoris.ſi enim intendebat ſtatim excõica-
re ante actum conſumatum,erit excõicatus,& ſi non inten
debat excõicare ante actum conſumatum,non erit excom-
municatus,niſi perfecto actu.In dubio vero dicit, ꝙ debet p̃
ſumi,ꝙ fuerit intentio,ꝙ ſtatim ſit excommunicatus in ip-
ſa prolatione uerborum. ſ quãdo incipit. proferre verba ap-
pellationis, vel electionis:fuit enim contumax in non obe-
diendo,& gladius ſpiritualis, ſcilicet ipſa excommunicatio,
eſt penetrabilior,quam gladius hominis , quaſi dicat, ꝙ qñ
utrumque concurrit in tempore,excõicatio, tãquã penetra
bilior præcedit,& iſtam opi.ſequitur hic Io.An. & do.Ab di
cens,ꝙ licet attenta propria ſignificatione uerborũ,qs non

61 dicatur † eligere, vel appellare, niſi poſt actum perfectum, vt d.l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. ff. de verborum obli. nec quo ad pœnam incurrendam, vt in c.cum in cunctis. de ele. iuncto c.perpetuæ.de elect.in vj. facit quod not. glo.in l.ar-
62 boribus.§.de ſilo.ff.de vſufruc. quæ dicit, quod† lupus exiẽs ſiluam, nondum exiuit, quia actus exeundi nondum eſt perfectus, & quod notat Ioan. Andr. in regula, in pœnis in ſexto. tamen propter præſumptam voluntatem excommunicatoris ſequenda eſt, ſecundum dom. Abb. opinio Inno & Ioan.
63 An mouetur, quia quilibet præſumitur velle facere † actum meliori modo, quo poteſt ad hoc, vt actus valeat.l.3 ff de teſtam.milit. ſed ſi præſumeretur excommunicatorem voluiſſe excommunicare, poſt actum perfectum excommunicatio non valeret, quia appellatio ſuſpenderet excommunicationem, vt in cap per tuas de ſenten excommu. & hic, ergo in dubio præſumendum eſt, quod iudex voluerit ligare, ante actum perfectum, ſ.ſtatim, cum incipit. ſicut enim per inobedientiam ſtatim eſt contumax, quo ad Deum, ideſt ſtatim incidit in excommunicationem, quæ eſt ſeparatio a gratia diuina. ita dicit in alio actu. ſ. quando quis eſt excommunicatus, ſi elegerit. nam in dubio debet præſumi, quod iudex voluerit inualidare actum electionis, & ſic excommunicare ſtatim cum ſe parat ad eligendum, & ſic meliori modo, quo poteſt actus inualidari. & iſtam opi. ſequitur etiam Bald. hic & Dom. Dom. in ca. ſi a ſede. de præben in vi. in 3. colu. & iſta opi. eſt communis, & ipſam tene, licet But. hic teneat contrarium dicens, quod ille qui ſe parat ad eligendum, vel ad appellandum, nõ eligit, vel appellat, ſed vult eligere, vel appellare. item quia ad hoc, vt conditio purificetur, requirit actus perfectus l. hæc conditio. ff. de cond. & demonſt ſed reſponde, ꝙ illud, quod dicit But. procedit de propria ſignificatione verborum, ſed attenta intentione excommunicantis, videtur voluiſſe excommunicare ſtatim, cum parat ſe ad eligendum, vel ad appellandum vnde tene etiam opin. Innoc. quæ communiter tenetur. Et ex his nota, quod cum in aliquo puncto concurrit ſententia cenſuræ, & alius actus illi contrarius, in dubio cenſetur ſententia cenſuræ præceſſiſſe tanquã penetrabilior, & quotidie allegatur illud c. ad hoc. Et ex his
64 infertur, quod ſi dum iudex legebat † ſententiam excommunicationis, & pars appellauit, vel dum pars appellaret, iudex eum excommunicauit, quæ præſumatur præceſſiſſe. & Ioã. And. in dicta regula, cum ſint, libro vj. hanc quæſtionem diſputauit, & dicit debere attendi, an verbum excommunico præceſſerit appellationem, & tunc erit excommunicatus, an vero appellatio ſit interpoſita, ante verbum excommunico, & non erit excommunicatus. ſimiliter, dum pars legeret appellationem, iudex eam excommunicauit, ſi excommunicatio præceſſit verbum appello, erit excommunicatus ſecus ſi excommunicatio ſecuta fuerit verbum appello. in
65 dubio autem Ioan And. dicit debere præſumi † appellationem præceſſiſſe, cum agatur de pœna medicinali, vt in ca.j. de ſent. excommu. in ſexto. & quia ſi conſtat de excommunicatione præſumitur excommunicatio lata ante appellationem, niſi probetur appellationem præceſſiſſe, vt in ca. uenerabilibus. in fi. & ibi etiam per glo. penult. de ſenten. excõ. in ſexto. & cum hac determinatione tranſit Io. de Imo. hic in fi. commẽ. Quidam tamẽ tenent contrarium, quia ſentẽtia non intelligitur lata, niſi in totum ſit lecta, vt in c. fi. de re iudi. in vj. & quia ſententia clauditur ex vltimo verbo, vt 26. quæſt. j. prædicator. iuncta glo. 3. allegant etiam c. cum ni. ſupra de teſti & quod ibi notat Innoc. & quod notat Bart. in l. fideicommiſſa. §. quotiens. ff. de le. 3. ſed tu tene opi. Io. An. quam ſequitur Ioan. de Imo. Non obſtat c. fi. de re iudi. in vj. quia ſententia excommunicationis, non eſt propriè ſententia. item dato, quod eſſet ſententia ſufficit, ꝙ legatur illud, ꝙ eſt ſubſtantiale, etiam ſi alia, quæ non ſunt ſubſtantialia, nõ
66 legantur. verbum † autem excommunico, eſt de ſubſtantia excommunicationis, alia vero non. Nõ obſtat gl. in c. prædicator. 26. q. j quia non dicit illud ad quod ipſum allegant, ſed loquitur, quando iudex pronunciat ſententiam correctius,
67 pota ſi dicit, condemno, immo abſoluo, ſtãdum eſt † vltimo verbo, quod corrigit verbum præcedens, pro quo eſt op tex. in l. Stichus, immo Pamphilus. ff. de manu teſta. ubi dicitur, quod ſi teſtator dicit, Stichus, immo Pãphilus, liber eſto, ꝙ
68 ſolus Pamphilus erit liber, quia teſtator dicendo, † immo Pamphilus videtur errorẽ ſuum correxiſſe, & gl. in d. c. prædicator, & d. l. Stichus, immo Pamphilus. tene perpetuo menti. illud autem quod dicit Bar. in l. fideicommiſſa. §. quotiẽs. ff. de le. 3. non facit ad propoſitum. Ad c. cum tu. reſponde, ꝙ ibi præſumitur appellationem præceſſiſſe excommunicationem ad euitandum periurium teſtium, quia quidã depoſuerant excommunicationem eſſe latam. ante appellationẽ, & quidam poſt appellationem. nam ad vitãdum periurium teſtium ſit interpretatio, ꝙ iudex excõicauerit poſt primam appellationem, & ante ſecundam appellationem illa gl. interpretatio ſit, vt dicit ibi tex. ad euitãdum periurium teſtiũ. dicunt tñ ibi Ho. & Io. An. & poſt eum do. Abb ꝙ aut agitur de ſolo vinculo excõis, an tenuerit, vel non, & tũc in dubio
69 interpretandum eſt, ꝙ teneat† excõicatio, quia nullũ eſt periculum, cum poſſit petere abſolutionem. Aut agitur de pœna irregularitatis, puta, quia dr̃ celebraſſe poſt excõicationẽ vel agitur de annullanda collatione beneficij, ut quia dicit, quod erat excõicatus tẽpore, quo facta fuit ſibi collatio beneficij, vel agitur de alia pœna, & in his caſibus, non debet ꝑſumi, ꝙ excõicatio teneat, vel ꝙ fuerit excõicatus, niſi probetur. & ex his limita theoricam Io. And. in d. regula, cum ſint. nam ſi appellãs celebraſſet, vel fuiſſet ei collatum beneficiũ, & ſic ageretur de pœna irregularitatis, vel de priuatione beneficij, vel de alia pœna, quia excõicationem non ſeruauit, tunc non præſumeretur excõicationem præceſſiſſe appellationem, niſi per aduerſarium hoc probaretur, & ſic limita dictum Io. An. in d. regula, cum ſint, & Io. de Imo. hic & hæc tene menti, quæ ſufficiant in hoc capit. ſequitur capit. ſecundo requiris.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio prohibita in uno articulo reſcripti, in quo plures committuntur articuli, cenſetur etiam in alijs prohibita.*
2 *Verba in qualibet diſpoſitione, ſunt amplianda, uel reſtringenda, ſecundũ mentem diſponentis.*
3 *Mens diſponentis colligitur ex ratione expreſſa in diſpoſitione, uel coniecturata.*
4 *Dictum, ſiue ſit generale, ſiue ſpeciale, ſemper reſtringitur, ſecundum intentionem diſponentis.*
5 *Interpretatio uerborum, non ualet, vbi ſenſus teſtatoris clarus eſt.*
6 *Verba ſunt nota paſſionum animæ, inuenta ad exprimendam intentionem.*
7 *Verba intentioni deſeruire debent, & non intentio verbis.*
8 *Intentio appellatur illa, quæ poteſt colligi per interpretationem.*
9 *Mens talis eſſe præſumitur, qualis eſſe debet.*
10 *Teſtator præſumitur cogitare, quod iure diſponit.*
11 *Intentio clauſulæ, appellatione remota, non eſt tollendi defenſionem.*
12 *Statutum remouens appellationem, intelligitur de friuola.*
13 *Clauſula addita uni ex pluribus articulis, ad omnes alios refertur.*
14 *Clauſula particularis æquipollet indefinitæ per identitatem rationis.*
15 *Clauſula, quæ ſumitur ex aliquo, refertur ad uniuerſum ſalua ratione contextus ſermonis.*
16 *Diſpoſitio utriuſque iuris in eodem facto licitè allegari poteſt.*
17 *Leges, an ſint tantum allegandæ in defectum canonum.*
18 *Leges, & canones allegari poſſunt licitè in argumentum.*
19 *Argumentum dicitur, quando lex non probat aperte intentionem, ſed ſubtiliter inuenitur.*
20 *Subtilitas ceſſat, vbi caſus eſt expreſſus.*
21 *Clauſula appoſita in proœmio, refertur ad omnia, ſecundum Bal.*

C A P. XLI.

SEcundo requiris Si in vno reſcripto committun-
1 tur plures articuli, & in uno prohibeatur † appellatio, intelligitur prohibita etiã in aliis. hoc dicit vſq; ad § tertio poſtulas, & legã illud c. per partes. licet Doc. examinent totum ſimul.

2 Nota primo, ꝙ † verba cuiuſcunq; diſpoſitionis ſunt amplianda, vel reſtringenda, ſm mentem diſponentis. quæ qui-
3 dem † mens colligitur ex ratione expreſſa in diſpoſitione, de quo vide gl. in cle. j. in verbo, præſidentes. de reſcrip. & in cle. j. in verbo, eligatur. de elect. & in c. ex eo, quod. de ele. in vi. in ij. gl. idem dicit d. Abb. ſi non eſt expreſſa, dummodo poſſet rationabiliter, & indubitanter coniecturari, ꝙ ratio potuit mouere diſponentem, vt hic in fi. pro hoc eſt op tex. cũ glo. in l. tale pactum. § fi. ff. de pact. & hoc tenet Cyn. in l. non dubium C. de legi & Bal. in l. maximum vitium. C. de lib. præte.
4 & ſubdit do. Abb ꝙ ſiue ſit † dictum generale, ſiue ſpeciale ſemper reſtringitur, ſm intentionem diſponentis, vt hic clare probatur, ſm eum. ad idẽ eſt bo. tex. in ca. intelligentia. de verb. ſign & in l. cum pater. §. dulciſſimis. & ibi per Bar ff. de le. ij & vide bo. tex. in l. 3. C. de lib. præte. vbi dicitur, ꝙ quũ ſen-
5 ſus teſtatoris eſt manifeſtus, † nũquam interpretatio verborum, tñ valet vt ſit melior, quam ſenſus ipſius teſtatoris. facit, quod no. Inno in c. petitio. de procur & in c. ex poſita. de arb & in c. audita. de reſt. ſpo. vbi etiam eſt bo. tex.

Scđo no. ꝙ uerba ſunt inuẽta ad exprimendã intentionẽ.
6 ideo dr̃, ꝙ† verba ſunt notæ paſſionũ aĩæ, i. ſigna intentionis animæ. pro hoc c. is autem. 22. quæſt. ij. & in l. Labeo. §. idem

Tubero.

7 Tubero ff. de ſup.leg.† verba tamen debent deſeruire inten-
tioni,& non intentio verbis,vt dixi in notabili præcedenti,
& vide tex.nota.j q.j.Marchion,& Baſilides,vbi tex.dicit, nō
putemus in verbis ſcripturarum eſſe euangelium, ſed in ſen
ſu,non in ſuperficie,ſed in medulla, nō in ſermonum folijs,
ſed in radice rationis.dicit tamen Bal.hic in verbo, intentio
8 ni,quod illa præſumitur eſſe † intentio, quæ poteſt colligi p
interpretationem,alias ſecus,allegat l.ſi alij ff.de vſufru. leg.
vbi tex.dicit,quod interdum plus valet ſcriptura, quā illud,
quod eſt actum.allegat etiam tex.in l.Gallus.§. quidam re-
cte.ibi,qui ex verbis concipi poſſit ff.de libe.& poſtu.Dic ta-
9 men,quod præſumitur talis eſſe † mens,qualis eſſe debet,ſe
cundum iura.pro hoc vide illud, quod dixit notabiliter Bal.
in l.j.C.de ſacroſanct.eccl vbi dicit, quod voluntas teſtato-
ris præſumitur eſſe talis,qualis eſſe debet, & idem Bald.in l.
precibus in xxij.colum.C.de impub.& alijs ſubſti.dicit,quod
10 † teſtator præſumitur velle cogitare illud,quod ius diſponit.
allegat l.ſi duo.ff.de acq.hær.& hæc tene menti.
11 Tertio nota, quod † intentio apponentis clauſulam,ap-
pellatione remota,in aliqua cauſa,nō intendit tollere defen
ſionem, ſed potius conſeruare iuſtitiam, quæ ſæpe violatur
per appellationes fruſtratorias.& ideo Bart.in l.omnes po-
12 puli.ff.de iuſti.& iure. dicit, quod ſi † ſtatutum remouet ap-
pellationem,intelligitur de friuola appellatione, & idē ſen-
tit Bar in l.j.§.interdum.ff.a quibus app non li. de quo dice-
tur infra eo paſtoralis vbi dicam.an ſit verum illud,quod di
cit Bar.& idem ſi ſtatutum remouet exceptionem. nam in-
telligitur remouere exceptionem friuolam,ut dicit glo.in l.
ita pudor.C.de adul.& ibi per Cyn.& Doct.& idem dicit Bar
to.in l.j §.j.ff qđ ui,aut clam.de quo vide bo.tex.in c.ex parte.
de reſcript.& ibi per gl & doct.
Quarto nota, quod vbi in aliqua diſpoſitione cōtinentur
a plures articuli,& in aliquibus additur aliqua clauſula,* † il-
13 la clauſula eſt referenda ad omnes articulos, ſeu ad totam
diſpoſitionem,ſi non ſubeſt ratio, quare magis debeat con-
cernere vnum articulū,quam alium, & de hoc vltimo dic,
ſcilicet,quod hoc procedat,quando non ſubeſt ratio,quare
debeat magis referri ad unum articulū, quām ad alium. eſt
bo tex.in l.j.C.de lib præte & per hoc dicit Bal.quod particu
14 laris † clauſula æquipollet indiffinitę,per identitatem ratio-
nis,nec refert in qua parte inſtrī aliquid dicatur, quia debet
referri ad totum inſtrumentum,& totum inſtrumentum in
format.allegat l.ſi quis ex argentariis.§.ſi initium.ff.de eden-
15 do. & d.l.j.C.de libe.præt.& ſubdit,quod † clauſula, quæ ſu-
mitur ex aliquo,refertur ad uniuerſum, ſalua tamē ratione
recti ſermonis,vt in l. Plautius.ff de auro & arg.lega.
Quinto nota ibi, ſicut utriuſque iur. argumenta nos do-
16 cent,quod licitum eſt in eadem facto allegare † diſpoſitionē
vtriuſque iuris,nam hic licet ius canonicum prouideret,ta-
men Papa allegauit diſpoſitionem vtriſque iuris, & ex quo
ſequitur,quod glo.x.di. ſi in adiutorium.male dixit, dum di-
17 cit, quod † leges ſunt allegandę ſolum in defectum canonū
immo etiam in cauſis beneficialibus licitum eſt allegare le-
ges ſi non reperitur contrarium decīſum per canones, ut in
cap primo,& in capitu. auctoritate. de conceſſione præben.
in ſexto.
18 Vltimo nota ex eodem verbo,quod † leges & canones li-
cite poſſunt allegari in argumentum vnde quotidie dicitur,
argum. talis legis,vel talis capituli,& dicit dom.Abb.quod di
19 citur † argumentum, quando illud ius, quod allegatur non
probat aperte intentionem allegantis. vbi uero probaret a-
perte, non deberet dicere,argu.talis legis,vel capitu. ſed de-
bet dicere,prout habetur in tali lege,vel in tali capitulo, nā
dicitur argumentum, quaſi argute,& ſubtiliter inuentū, ut
20 in c.ſotus,de verbor. ſigni. Ceſſat autem † ſubtilitas, vbi ca-
ſus eſt expreſſus.facit,quod notat Ioan.Andr.in cap. primo.
de pactis.
In gl.ij de hoc articulo ſ.an clauſula appoſita in vno arti
culo, ſeu ca.referatur ad alia capitula, ſeu ad alios articulos
dicam infra eodem,inquiſitioni vbi Doct.tangunt, licet do.
Ab.hic examinet,& notabis vnum dictum Bal hic,nam di-
21 cit,quod † clauſula appoſita in procemio refertur ad omnia.
allegat l.regula.§.fin.ff.de iu.& fac.igno.& hoc nota, quia ex
hoc infertur,quod uerba appoſita in procemio alicuius con
ſtitutionis,vel priuilegij,ſeu reſcripti,debet referri ad omnia
quia mens diſponentis comprehenditur ex his quæ dicun-
tur in proęmio,ſeu exordio,& ſecundum ipſa debet amplia
ri,vel reſtringi ipſum priuilegium, ſeu reſcriptum, vel ſtatu-
tum,ſeu inſtrumentum,& hoc etiam ſenſit Ioan. And.in re-
gula,cum quid prohibetur,in Mercu in ſolutione quęſtionis
libro ſexto,& Bart.in l.j.ff.ad Maced. & eſt bo.tex.in l.fin ff.
de hæred.inſti.& ibi per Bald.& per eundem in §. quibus.in
prima conſtitutione Codicis, & in l. cum hæſi. de tranſact,
& per dom.Cardi.in cap.tuę.de cler.non reſidentibus.
Gl.ſequens eſt clara,& fuit expedita in notabilibus.ſequi-
tur §.tertio poſtulas edocere.

ADDITIO.

a ¶ Clauſula in §.appoſita refertur ad omnia præcedentia. fallit, quando
appoſita eſſet ad aliam diſpoſitionem qualificatam,& non principaliter,
quia tunc non refertur,niſi ad ultimum, Alex.Imo.conſilio 48. penul.co
lum.in ſi.ver.confirmatur etiam ex his.j.volu.Item nunquam fit relatio
ad omnia præcedentia, quotiens talis relatio induceret contrarietatem
in ipſa diſpoſitione, vel quotiens diſpoſitio ipſa retractetur, Alex.11.pen.
col.1.uolu.& in d.conſilio 3.col.uer. ſed ita eſt.clauſula in ſi.appoſita ad
proxima refertur dom.Abb. ſuper gl.ult.in c.olim.de reſcript.
¶ Item tenet regulariter, vbi plura in eadem oratione prolata ſunt,ita qđ
ab eodem uerbo,regantur,dictum in uno,ſeu qualitas expreſſa in uno,in
telligitur repetita in altero,Alex.Imo.conſi.prædicto 4.colum.uerſic.po-
ſtremo.3.volum.
¶ Ita clauſula,ut ſupradictum eſt, refertur ad proximam clauſulam,Bal.
conſi.992.in ſi.j.uolu.
Item clauſula generalis,quando referatur ad omnia præcedētia,an ad in
feriora,Bald.conſilio 273.ij.volum. ante fine,& conſilio 394.tertio volu-
mine,in fine.
¶ Item,an clauſula indefinite appoſita referatur ad omnia,Bal.conſ.252.
4.columna.
¶ Item clauſula,in principio appoſita refertur ad omnia ſequentia,quan
do par eſt ratio in omnibus,ſecus ſi non eſt par ratio,Alex.conſ. 42.3.col.
3.uolu.uer.aduert.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa ſuſpitionis eſt proponenda coram iudice, qui recuſatur, & proban*
da coram arbitris.
2 *Cauſa ſuſpitionis non poteſt probari,niſi fuerit allegata coram eo,qui ſu-*
ſpectus habetur.
3 *Iudex recuſatus, vt ſuſpectus, poteſt compellere partes ad arbitros eli-*
gendos.
4 *Appellatio iuſte admittitur a iudice, qui non admittit exceptionem re-*
cuſationis iudicis.
5 *Arbitri poſſunt eligi extra diœceſim,& ciuitatem.*
6 *Remotus arbiter valde,qui dicatur.*
7 *Locus remotus,quando dicatur.*
8 *Arbitri,an debeant eſſe clerici.*
9 *Proceſſus,an teneat pendente recuſatione iudicis.*
10 *Iudex recuſatus,tunc poteſt in cauſa procedere, quando arbitri infra ter-*
minum cauſam ſuſpitionis non expediunt.
11 *Ratio naturalis in deciſionibus cauſarum licite allegatur.*
12 *Ratio naturalis eſt,quaſi quadam lex.*
13 *Extenſio poteſt fieri ipſa ratione ſuadente,ad caſus non expreſſos.*
14 *Regula ibi fallit,vbi ratio ſuadet fallere.*
15 *Aequitas in iure non expreſſa,nihil aliud eſt,quam ratio naturalis.*
16 *Recuſationis iudicis remedium tolli non poteſt per principem, cum ſit in-*
ris naturalis.
17 *Iniuria leuiſſima, non debet ad animum reuocari.*
18 *Sententia interlocutoria poteſt ferri ſine ſcriptis,licet poſtea per notarium*
reducatur in ſcripturam.
19 *Recuſatio eſt proponenda in ſcriptis.*
20 *Recuſationis tempus eſt viginti dierum.*
21 *Ordinarius iudex poteſt remittere ad alium,& delegare cauſam ſuſpitio*
nis cauſa probata,quod non poteſt delegatus.
22 *Arbiter unus tantum,poteſt cognoſcere cauſam ſuſpitionis partibus con*
ſentientibus.
23 *Iudex ex recuſatione prouocatur ad indignationem.*
24 *Exceptio afficiens perſonam,an moueat indignationem, vt iudex cogno-*
ſcere non poſſit, & qualiter procedatur.
25 *Cauſa ſuſpitionis de iure ciuili non eſt probanda, ſed ſufficit, quod alle-*
getur.
26 *Iudex delegatus recuſatus ob ſuſpitionem,an cauſam delegare poſſit, &*
quo iure.
27 *Arbitri poſtquam pronunciauerunt iudicem ſuſpectum,an poſſint cogno-*
ſcere de cauſa principali.
28 *Arbitri de iure canonico non cognoſcunt de cauſa principali, quamuis de*
iure ciuili cognoſcant poſt cognitionem de ſuſpecta.
29 *Arbitri non ſunt eligendi pro cauſa principali decidenda iudice recu-*
ſato.
30 *Appellatio non datur ab arbitris compromiſſarijs.*
31 *Cauſa ſuſpitionis exiſtente tali,ut ſine ſcandalo exprimi non poſſit, quali-*
ter procedendum ſit.
32 *Riualis quis proprie dicatur.*

1 §.Tertio poſtulas. Cauſa † ſuſpitionis eſt proponenda coram iudice,
qui recuſatur,& probanda coram arbitris.hoc dicit.
Nota primo ibi,coram eo,qꝫ qñ recuſatur iudex,cauſa ſu-
ſpitionis debet allegari coram eo.& ex hoc infert do. Ab. qꝫ
Alex.de Neuo ij.in ſecundum Decret.

2 cauſa † ſuſpitionis nõ allegata coram iudice, qui recuſatur,
non poteſt probari coram arbitris, & hoc tenet Io. And. ĩ c.
poſtremo vbi dom. Abb. & communiter Doctor. firmant
iſtam concluſionem.
3 Secundo nota ibi, ſed ut in aliquos, quod † iudex recuſa-
tus, vt ſuſpectus, poteſt compellere partes ad eligendos arbi
tros qui cognoſcant de cauſa ſuſpicionis concordat text. ſe-
cundum vnum intellectum in ca. ad hæc, & in ca. cum a te. ſ.
eodem, & pondera bene iſtum textum, quia hic probatur,
quod iudex tenetur admittere exceptionem recuſationis, li-
cet pars in libello recuſatorio non eligat arbitrum qui co-
gnoſcat de cauſa ſuſpicionis, nec offerat ſe paratam eligere.
idem probatur in d. c. ad hæc, ſecundum vnum intellectum
& ĩ eodem, cũ ſpeciali. Et ex hoc infertur, quod ſi iudex nol-
let admittere exceptionem recuſationis, & recuſans iudicẽ
4 appellaret, appellatio † eſſet iuſta, licet in libello recuſato-
rio non obtuliſſet ſe paratum eligere arbitrum, qui cognoſ-
ſcat pro parte ſua de cauſa ſuſpitionis.
5 Tertio nota ibi, non valde remotos, quod poſſunt † eligi
arbitri, qui ſunt extra ciuitatem, & diœceſim iudicia recuſa-
ti & iſta fuit bona prouiſio, ſecundum Doctor. quia aliquan-
do iudex recuſatus eſt ita potens, quod recuſans non poſſit
in loco reperire arbitros, de quibus confideret, nõ tamen de-
bent eſſe valde remoti, vt dicit text. quando autem dicantur
eſſe valde remoti, Io. And. & Hoſt. in verbo, remotos dicunt
6 quod non dicuntur valde † remoti, quando non ſunt remo
ti vltra duas dietas, arg. c. nonnulli. de reſcriptis ſed do. Abb.
dicit, quod hodie arbitri dicerentur valde remoti, ſi eſſent re
moti vltra vnam dietam. ar. c. ſtatutum de reſcrip. in vj. Idem
ſequitur hic Bald. dicit tamen, quod ſecundum leges illi di-
cantur non eſſe longe remoti, qui non diſtant vltra centum
miliaria per terram, ſiue per mare. allegat l. 4. §. ſi tam vici-
num ff. de dam. infec. ſed tu uide gl. in ca. nullus. in verbo, re-
mota de temp. ord. in vj. & in clem. cauſam in verbo, remo-
7 tis, de elect. quæ dicunt eſſe arbitrarium, quando † locus dica
tur remotus, & quando non, & idem notant Doct. in c. cum
ex literis. de reſti. in integrum. ſed ego dicerem, quod aut nos
loquimur, de arbitris qui debent cognoſcere de cauſa ſuſpi-
tionis, & tunc dicuntur remoti, quando diſtant vltra vnam
dietam, quia ſunt ad inſtar delegatorum Papæ, ut in c. arbi-
tris. de offi. deleg. in vj & hoc caſu procedit opin. Bal. & dom.
Abb. aut loquimur in alia materia, & tunc puto hoc eſſe ar
bitrarium, vt dicunt gl. præall. & Doct. in d. ca. cum ex liter. ſ.
8 de reſtitu. in integrum, & tales † arbitri debent eſſe clerici,
vt dicit gl. nota quam omnino videbis, in c. legitima, eodem
titu. in vj. in quarta glo. ſed Dom. Do. hoc ibi intelligit, quan-
do vertitur lis in cauſis ſpiritualibus, vel eccleſiaſticis, ſecus
ſi uertatur lis inter clericos, de patrimonialibus. facit quod
no. glo. no. in c. decernimus. de iud. quę dicit, quod epiſcopus
poteſt delegare cauſam inter eiuſdem vertentem inter cleri-
cos laico, & illam glo. ſequuntur ibi Doct.
Quarto nota in ver. tunc demum, quod iudex recuſatus
pendente cauſa recuſationis, non poteſt in cauſa procedere,
9 & ſic videtur, quod ſi interim procederet, quod † proceſſus
non teneret, cum eius iuriſdictio ſit ſuſpenſa, & hoc puto ve-
rum, quando iudex admiſit exceptionem recuſationis, &
electi ſunt arbitri ad cognoſcendum de ipſa recuſatione. fa-
cit c. de appellationibus, eodem titulo. in ſexto. ſecus putarẽ
ſi iudex noluiſſet admittere exceptionem recuſationis, nam
tunc credo, quod valeat proceſſus, niſi pars appellet, vt in ca
pit. ſuper quæſtionum, in ſi. de offic. delega. de quo plene di-
cam in cap. cum ſpeciali infra eodem.
Quinto nota, quod ſi arbitri non expediunt cauſam ſuſpi
10 tionis infra terminum præfixum, † iudex recuſatus poteſt in
cauſa procedere Et dic, quod ipſe iudex qui recuſatur, vt ſu-
ſpectus, poteſt aſſignare terminum arbitris, infra quem expe
diant cauſam. ſi ſunt concordes, vel ſi ſunt diſcordes aduo-
cent tertium cum quo ambo, vel alter expediant cauſam re
cuſationis, vt in dicto cap. legitima. eodem titulo, in ſexto. &
ſic electio huius tertii ad arbitros pertinet, nõ autem ad par-
tes ipſi autem parti, quæ recuſauit iudicem, non poteſt iu-
dex aſſignare terminum ad probandam. ſeu expediendam
cauſam recuſationis, vt in capitu. ſuſpitionis. de officio
delegati.
Vltimo nota ibi, ipſa namque ratio dictat, ꝙ in deciſioni-
11 bus cauſarum licite allegatur † ratio naturalis, dom. Abb.
allegat glo. prima diſtinct. conſuetudo, quæ eſt in verbo, ra-
tione, & incipit, argu. quod. & dicit, quod deficiente lege, vel
canone, poteſt allegari ratio, vnde dom. Abb. ipſam intelli-
git de ratione naturali. ad idem l. ſcire oportet. §. ſufficit.
ff. de excuſat. tutor. ibi, ipſa naturali iuſtitia, & l. cum ratio. ff.
12 de bon. dam. vbi dicit, quod † ratio naturalis eſt, quaſi quæ-
dam lex, & vide Cyn. & Bal. in l. non dubium C. de legi. vbi di-
cunt, quod debet cõſiderari ratio naturalis, quæ potuit mo-
uere veriſimiliter legiſlatorem, & quod ex ipſa ratione pote
13 rit fieri † extenſio ad caſus non expreſſos in verbis legis, in
quibus viget ipſa ratio naturalis. idem dicit Bald. in l. maxi-
mum vitium. C. de libe. præter. vide dom. Abb. in capi. vt de-
bitus. in fi. infra eodem vbi allegat gl. in Auth. ut ſine prohi-
bitione debitrices, vel creditrices matres tutelam gerant in
verbo, æſtimamus, quæ incipit, nota notabile, & dicit eſſe ine
14 ptum. non fallere † regulam, vbi æquitas ſuadet & do. Abb.
in dicto cap. ut debitus, intelligit illam gl. quod loquatur de
ratione naturali de hoc etiam eſt bo. tex. cum gl. in l. tale pa-
ctum § fi. ff. de pact. ad idem de tranſact. c. fi. vbi dicitur, quod
in his, in quibus ius non reperitur expreſſum, iudex debet p-
15 cedere æquitate ſeruata. nam † æquitas in iure non expreſ-
ſa, nihil aliud eſt, quæ ratio naturalis, & iſte tex. facit, ut reme
16 dium † recuſationis non poſſit tolli per principem, ex quo
recuſatio eſt de iure naturali, arg. in clem. paſtoralis. de re iu
dic. de quo in cap. cum inter de excep. & in cã. ad hæc. ſupra
de reſcriptis. dicit autem hic Bal. quod quilibet inimicus pre
ſumitur ſuſpectus, dummodo inimicitia ſit grauis, & non le
17 uiſſima; quia leuiſſima † iniuria non debet ad animum reuo
cari, ut in l. vult ff. de arbitris, & ſic vult Bal. quod non requi-
ratur inimicitia capitalis ad hoc, vt iudex poſſit recuſari, ſed
quod ſufficiat quælibet inimicitia, dummodo non ſit leuiſſi
ma, quod nota & vide text. cum gloſſ. in capitulo, cum ſu-
per. de offic. delega. dixi ſupra eodem, poſtremo, vbi conclu-
ſi, quod ſufficiat probabilis inimicitia ad recuſandum iu-
dicem.
In glo. in verbo, ſuſpitionis diuide ipſam in quinque par-
tes. in prima ponit differentiam inter iſtud cap. & cap. cum
ſpeciali. infra eodem. In ſecũda ponit formam recuſationis.
In tertia ponit, quãdo exceptio recuſationis eſt opponen-
da. In quarta coram quo eſt probanda cauſa recuſationis.
In quinta ponit differentiam inter ordinarium, & delega-
tum. ſi probatur cauſa recuſationis. Secunda ibi, vnde no-
ta, quod. Tertia ibi, & ante litem conteſtatam. Quarta ibi,
cauſa vero ſuſpitionis. Quinta ibi, cauſa vero recuſationis.
In prima parte glo. de intellectu capit. cum ſpeciali. infra
eodem. ibi dicetur.
In ſecunda parte glo. dic quod capit. quoniam contra fal-
ſam, ſupra de probat. non probat, quod recuſatio ſit propo
nenda in ſcriptis, quia ille tex. dicit, quod recuſationes debẽt
deſcribi in proceſſu, nõ autem dicit, quod ſit porrigenda in
18 ſcriptis. accipe ſimile ſententia † interlocutoria poteſt ferri
ſine ſcriptura, licet poſtea ſit redigenda in ſcriptis per nota-
rium, ut dicit glo. in dicto ca. quoniam contra falſam. in ver-
19 bo, interlocutiones. tamen glo. dicit verum, † quod recuſa-
tio eſt porrigenda in ſcriptis, & de hoc eſt text. in l. apertiſſi-
mi C. de iudi. vbi vide glo. quæ ponit practicam conficiendi
libellum recuſatorium.
In tertia parte glo. dum dicit, quod ſecundum leges recu
ſatio poteſt proponi vſque ad xx. dies, dom. Abb. dicit in hoc
non eſſe diuerſitatem inter ius Canonicum, & ciuile nam ſe
cundum eum, ideo authentica, offeratur facit mentionem
de xx. diebus, quia xx. dies dantur ad deliberandum, & reſpõ
20 dendum libello; † vnde infra illos xx. dies debet iudicem re-
cuſare, ſi habet illum ſuſpectum, quia poſtea non liceret,
cum ſit facta litis cõteſtatio per reſponſionem ad libellum.
ſed dubium eſt, nunquid per aliquem actum poſitiuum fa-
ctum ante litis conteſtationem ſit præcluſa via recuſandi iu
dicem, de quo per Bar. in l. quidam conſulebat. ff. de re iudic.
& in l. ſi conuenerit ff. de iuriſdict. omnium iudicum, & ple-
ne dixi in c. inter monaſterium. de re iud.
Quarta pars glo. eſt clara vnde venio ad quintam, ex qua
21 nota, quod † ordinarius poteſt alteri cauſam delegare, vel re
mittere ad ſuperiorem etiam poſtquam eſt probata cauſa
ſuſpitionis, & pronunciatum eſt per arbitros, ipſum eſſe ſu-
ſpectum. Delegatus autem non poteſt alteri cauſam delega
re, nec ad ſuperiorem remittere, ſed tenetur ſuperſedere, ut
hic, & propter hoc glo. intellexit iſtam decretalem, loqui in
delegato, decretalem vero, cum ſpeciali. infra eodem, loqui
in ordinario, & in delegato, hodie habetur tex. in cap. iudex.
de offi. deleg. in vj. vnde in delegato ſeruandum eſt hodie il-
lud c. item nota gl. dũ dicit, ꝙ ordinarius etiam poſt pronũ-
ciationẽ arbitrorũ poteſt cauſam delegare in totis partibus.
An autem hoc indiſtincte ſit verum, dicetur in dicto cap.
cum ſpeciali.
In glo. in verbo, in aliquos, nota glo. quod partes poſſunt
22 eligere vnum † arbitrum, qui cognoſcat de cauſa ſuſpitionis
quando ambæ partes concordant in vnum, alias eligendi
eſſent plures. idem tenet Specu. in titulo, de recuſatione. §.
effectus. verſicu. ſed nunquid una pars, & idem ſequuntur
hic Doctor. de hoc eſt text. ſecundum vnum intellectum,

in c. ad

in c ad hæc,& in c.cum a te.ẽ eo.& dum glo. dicit, quod iſti
non dicuntur veri arbitri.glo bene dicit,quia tales arbitri ha
bent ad inſtar iudicum delegatorum,vt in cap ab arbitris de
offi dele in vj.& glo.in c ſuſpitionis de offi deleg.in glo.pen.
dicit ,quod ſunt quaſi iudices ordinarij.

In glo.in verbo,debeat cogi hęc glo.non aſſignat rationē
differentiæ, quare iudex cognoſcat an ſua ſit iuriſdictio,vbi
bitatur an ſua ſit iuriſdictio: puta ſi excipitur ,quod reſcri-
ptum ſit ſubreptitium,vel ſi citatus allegat ſe nō eſſe de iuriſ
dictione citantis,& quare non poſſit cognoſcere de recuſa-
tione. ſed vide glo.quæ aſſignat rationem differentiæ in c.ſo
licitudinem in verbo.epiſcopus poſſet.verſ.ſed quare.inf.eo.
23 & vera ratio differentiæ eſt,quia ex recuſatione† iudex com
muniter prouocatur ad indignationem, vt dicit tex.in c.ſu-
ſpitionis de offic.deleg facit infra eod.vt debitus & l.litiga-
tores.ff de arbit. vnde timetur, ne prouocatus velit nocere,
vt d.c.ſuſpitionis & 3 q.5. quia ſuſpecti. non ſic,quando exci
pitur, quod reſcriptum eſt ſubreptitium, vel alias contendi-
tur inter partes de iuriſdictione , ideo tunc pōt cognoſcere.
24 Quid autem ſi opponitur † exceptio afficiens perſonam
iudicis,puta ſi ſit excommunicatus,vel infamis,vel periurus,
vel ſimilis exceptio & Innoc.in c eum ſuper. de offic.deleg.
dicit,ꝙ poteſt cognoſcere,ſed illud dictum communiter re
probatur ibi per Doct. & communis concluſio eſt,quod nō
poſſit cognoſcere ſed debeat adiri ſuperior, vt de hac exce-
ptione cognoſcat, & hoc tenet Hoſt.& Ioā And.in c.pia. de
except.in vj.& Docto.in d c.cum ſuper & Archid.3.q 5. quia
ſuſpecti. licet Bart.in l.quidam conſulebat. ff de re iudic. te-
nuerit, quod arbitri debeant eligi quemadmodum in cauſa
recuſationis, ſed in hoc Bart.non bene dicit, quia non repe
ritur expreſſum , quod arbitri debeant eligi niſi in cauſa re-
cuſationis,vnde non eſt facienda extenſio,quando opponi-
tur alia exceptio contra iudicem , licet afficiat perſonam
eius. & de hoc vide latius per Doct.in d.c cum ſuper.

In glo.in verbo,terminum,dic vt dixi in quinto notabili.
Et aduerte,quia iſte tex.videtur velle,quod iſte terminus ſit
peremptorius.& hoc clarius probatur in c legitima eod.tit.
in 6.vbi patet,quod elapſo termino præfixo arbitris per iudi
cem recuſatum,ipſe iudex reſumit iuriſdictionem, & in cau
ſa poteſt procedere.

25 In glo.penul.no ex ipſa, quod † de iure ciuili non eſt neceſ
ſarium probare aliquam ſuſpitionis cauſam in iudice delega
to, ſed ſufficit eam allegare, & in hoc differt ius ciuile a iure
canonico. item in alio differt,vt dicit hæc glo.quia iudex de
legatus de iure canonico , poſtquam eſt recuſatus tanquam
ſuſpectus non poteſt cauſam ſubdelegare , ſed bene de iure
ciuili,vt in l.cum ſpeciali. C.de iudic. ſed de hoc vltimo.ſ.an
26 † delegatus recuſatus tanquam ſuſpectus poſſit cauſam ſub-
delegare.dic vt in c.iudex de offi deleg.in vj.In ordinario au
tem dicetur infra eo cum ſpeciali.

Extra glo.quæro de tribus quæſtionibus.

27 Prima eſt,nunquid † arbitri poſtquam pronunciauerunt
iudicem eſſe ſuſpectum,poſſint cognoſcere de cauſa princi-
pali.Hoſt.dicit,quod ſic,per l.apertiſſimi.C.de iudic.

Fatetur tamen quod hæc opinio non approbatur per cu
riam,& Doct etiam communiter tenent cōtrarium,& com
munem opinionem. ſ.ꝙ arbitri non poſſint cognoſcere de
cauſa principali,tenet gl & Archi.ij.q vj.ſi quis in quacunq;.
ſolum enim habent cognoſcere de cauſa ſuſpitionis, & lata
ſententia ſuper cauſa ſuſpitionis functi ſunt officio ſuo, arg.
c.in literis.de offic.deleg pro qua opi.facit iſte tex.dum dicit,
quod probata ſuſpitione iudex debet ſuperſedere in cauſa ,
nec dicit,ꝙ arbitri debeant cognoſcere de cauſa. ad idem fa
cit c.legitima.eod tit. in vj. vbi dicitur,ꝙ arbitri habent ter-
minare negotium ſuſpitionis,non ergo negotium principa-
le. Non obſtat d.l.apertiſſimi. quia loquitur de iure ciuili, ſe-
cundum ꝙ arbitri bene cognoſcūt de cauſa principali.& ita
intelligit illum tex.Bar ibi.& Io.And in d.c.legitima. de quo
etiam tangit Spec in tit de recuſatione §.effectum.in princ.
Io.tamen de Imo.hic dicit,quod opin.Hoſ.habet ęquitatem
propter expenſam,& circuitum euitandas,ſed tu tene com-
munem opinionem per prædicta.

Et ex his habes differentiam inter ius canonicum, & ius
28 ciuile,quia de iure ciuili † arbitri cognoſcunt de cauſa princi
pali, ſed non de iure canonico.

Secunda eſt quæſtio, nunquid ſuſpitione probata debeāt
29 eligi alij† arbitri ad cauſam principalem decidendam. & iſta
quæſtio differt a præcedenti,quia in pręcedenti deciſum eſt
ꝙ arbitri qui cognouerunt de cauſa ſuſpitionis,non poſſunt
cognoſcere de cauſa principali.

In iſta vero quæſtione agitur, an debeant eligi alij arbitri
ad cauſam principalem decidendam. & videtur ꝙ ſic, vt in
l.apertiſſimi.& in l.cum ſpeciali. C.de iudi. vbi dicitur,quod
delegatus compellit partes , vt eligant arbitros, qui cogno-
ſcant de cauſa principali , & uocantur arbitri iuris , a qua-
rum ſententia appellatur,vt dicta l fin.C.de iudi & in d c.ab
arbitris.de off.dele in vj. ſecus in arbitris compromiſſariis,q a
30 ab eis non †appellatur,vt in l.j. C.de arbitr.& eorum laudo,
ſeu ſententiæ ſtandum eſt,ſiue ęquum,ſiue iniquum ſit,vt in
l.diem proferre.§ ſtari ff.de arbit quod tamen declara,vt dixi
in c.ij.ẽ de arbit.ſed do Abb ꝙ de iure canonico ꝓbata ſuſpi
tione non debeant eligi arbitri ad cognoſcendum de cauſa
principali. & mouetur per iſtum tex dum dicit, quod proba
ta ſuſpitione iudex debet ſuperſedere. ſi ergo debet ſuper-
ſedere,non poteſt compellere partes ad electionem arbitro
rum,qui cognoſcunt de cauſa principali.

Secundo mouetur per c.iudex de off.deleg.in vj.vbi dici-
tur,ꝙ poſt pronunciationem arbitrorum deſinit eſſe iudex.
ſi ergo deſinit eſſe iudex,nō poterit compellere partes, vt eli
gant arbitros ad cognoſcēdum de cauſa principali . & ratio
differentiæ eſt inter ius canonicum,& ius ciuile,quia de iure
ciuili non deſinit eſſe iudex ex toto , cum habeat exequi ſen-
tentiam arbitrorum,vt d.l.cum ſpeciali. de iure autem cano
nico ex toto deſinit eſſe iudex.Et ex his habes quartam diffe
rentiam inter ius canonicum,& ciuile.

Tertia,& vltima quæſtio eſt,q͂d ſi habēs iudicem ſuſpectū,
31 non poteſt† cauſam ſuſpitionis ſine ſcandalo exprimere,pu-
ta quia eſt riualis iudicis.quidā dñt,ꝙ eſt ſtādum ſuo ſacro ſ.
ꝙ habet eum ſuſpectum ex cauſa legitima, non exprimēdo
aliter cauſam ſuſpitionis.ſed Vinc.& Doc.communiter hoc
reprobant,tum quia hoc ſcriptum nō legitur,tum quia iniu
riam de qua quis conqueritur ſpecificare debet, etiam ſi ſit
turpis,vt in l.prætor edixit.ff.de iniu ſed do. Abb.dicit, ꝙ illa
l.loquitur,qn̄ agit̄ de graui præiudicio partis,ſed hic de mo-
dico,& quaſi de nullo præiudicio agitur,præſertim eo conſi
derato , ꝙ de iure ciuili admittitur recuſatio cauſa ſpecifice
nō allegata,nec probata,vnde dicit eſſe valde ęquum,vt ſte
tur iuramento ſuo habito reſpectu ad qualitatem perſonæ,
per id quod not.in ſimili in c.Nicolao.ĩ.eod dicit tamen, ꝙ
hoc iure non probatur,ſed ratio naturalis dictat, & dicit, ꝙ
optime facit in arg.c.ſtatutum.§.cum vero.iuncta glo.in ver
bo,ſaltem.& glo.ſeq.de reſcrip.in vj.Communis autem opi.
eſt,ꝙ non ſtetur iurõ,ſed ꝙ ſit neceſſarium cauſam allegare
& probare,quamuis non poſſit hoc fieri ſine ſcādalo. & pro
hac opin facit c.ſi.de hære.in vj. vbi ponitur ſpeciale in crimi
ne hæreſis,ꝙ vbi ſubeſt periculum, nō publicentur nomina
teſtium.& ſic in contrarium eſt ius commune. Quis autem
32 proprie dicatur riualis. vide tex.iuncta gl. in verbo,riualem.
32.q.5.horrendus. quæ dicit, quod riuales proprie dicuntur
qui per eundem riuum aquam ducunt , vt in l.j. ff. de aqua
quo.& ęſti. ſed ſimilitudinariè dicuntur riuales,qui cum ea-
dem muliere habent conſuetudinem , & hæc ſufficiant. Se-
quitur cap.an ſit deferendum.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatus non tenetur deferre appellationi , cui appellans ipſe non detulit.*
2 *Appellans cenſetur appellationi ſuæ renunciaſſe , cum aliquid innouat in præiudicium aduerſarij pendente appellatione.*
3 *Sententiæ an renunciare videatur, qui non defert ſententiæ.*
4 *Timens de turbatione poſſeſſionis , an petere poſſit a iudice , ne turbetur .*
5 *Iudex non debet pati alicui inferri iniuriam.*
6 *Edicto non iuuatur,qui edictum contemnit.*
7 *Cauſa ſemel deducta ad curiam, remanet ibi tractanda.*
8 *Appellationi non tenetur deferre minor pars, ſi maior non detulit.*
9 *Inobedientia vtriuſque partis, vtramque partem excuſat a pœna.*
10 *Appellatio dicitur beneficium.*
11 *Appellatio , nunquid tollatur per innouationem factam poſt ipſam appellationem.*
12 *Attentans aliquid contra ſuam appellationem , non debet admitti amplius ad eam proſequendam.*
13 *Incontinenti quando aliquid dicatur fieri.*
14 *Verbum mox, quid ſignificet.*
15 *Spoliatio infra viginti dies probanda eſt, ſecundum Hoſt.*
16 *Doctor qui conſuluit in cauſa aliena , tenetur illud ſeruare in cauſa propria.*
17 *Exceptio ſpoliationis obſtat agenti in quacunque cauſa.*
18 *Compenſatio non fit conuiciorum inuicem oblatorum.*
19 *Clauſula , fruſtra legis auxilium inuocat , &c. vbi habeat locum.*
20 *Clauſula, frangenti fidem, fides frangatur,&c. in quibus obtineat .*
21 *Nobilitas quo pacto intelligatur amitti.*
22 *Hæres non adimplens teſtatoris voluntatem infra annum , priuatur hæreditate .*

CAP. XLII.

1 AN ſit deferendum. Non tenet † ap pellans deferre
appellationi, cui appellans ipſe non detulit. hoc
dicit, & iſtud ſummarium reſpicit illum intelle-
ctum, ſcilicet, quod hic fuerit interpoſita vnica appellatio,
& quod appellans innouauit, ſeu attentauit poſt appellatio
nem a ſe interpoſitam. vel ſic, ſecundum alium intellectum
intelligendo. quod duæ appellationes fuerint interpoſitæ.
Non eſt deferendum appellationi illius, qui appellationi ſui
aduerſarii non detulit, & iſte intellectus magis congruit li-
teræ, de quo infra latius dicetur. Communis diuiſio. Secunda
ibi, reſpondemus.

Nota ex tex. duas regulas, in materia appellationis, ex qui-
bus tollitur ipſa appellatio.

Prima regula colligitur, ſecundum primum intellectum.
2 Ex quo nota, quod quando ipſe † appellans non defert
ſuæ appellationi, ſed aliquid innouat, ea pendente in præiu-
dicium ſui aduerſarii cenſetur tunc appellationi ſuæ renun
ciaſſe, vt hic, & in c. ex parte. ſupra de reſcript. vnde dicit Bal.
quod appellans debet quieſcere ab omni nouitate, dum eius
appellatio pendet.

Quid autem de eo, qui non defert ſententiæ, an videatur
3 † ſententię renunciare. tex. eſt ſingularis, quod non, in l. Seię.
ff. de au. & arg. lega. facit l. euidenter, ff. de excep. rei iudi. & il-
lum textum inducit Bal. in d. c. ex parte. ſ. in 3. col.
4 Quærit autem hic Bald. nunquid ſi aliquis † timet, quod
turbetur, vel eiiciatur de poſſeſſione, vt quia videt aduerſa-
rium congregare gentem ad eum expellendum, poſſit adire
iudicem, & ab eo petere, ne in ſua poſſeſſione turbetur, uel
eiiciatur ab ea. & dic, quod ſic. & mouetur primo ex æquita-
te generali. l. æquiſſimum. ff. de vſufruc.

Secundo per tex. expreſſum in l. ſi ff. de offi. proc. Cæſaris.
5 nam † iudex non debet pati, quod alicui inferatur uiolentia
vel iniuria, ut in l. illicitas in prin. ff. de offic. præſi. & ſi aliquis
timet offendi poteſt adire iudicem, & petere, vt ſecuritas
ſibi præſtetur, vt dicit Bar. in d. l. illicitas §. ne potentiores. ff.
de offi. præſi. de quo dixi poſt dom. Abb. in rubrica, ſeu in ca.
j. de treu. & pace.

Secunda regula colligitur ex ſecundo intellectu, ex qua
nota, quod quando quis non detulit appellationi ſui aduer-
ſarii, non eſt etiam deferendum ſuæ appellationi. facit c. cō-
6 ſtitutis, ſ. eod. nam non iuuatur † edicto, qui contemnit edi-
ctum, & fruſtra auxilium legis implorat, qui committit in le
gem, ut in c. ſi de immu. eccl. & in ca. quia fruſtra. de vſur. ſed
iſta regula debet intelligi, quando appellatio eſt legitima, ſe
cus ſi non eſſet legitima, quia tunc ei non eſt deferendum, &
ceſſaret pœna huius tex. & hoc probat tex. in verbo, legitime,
quod eſt bene notan. Secundo limita, quando vellet proſeq.
appellationem aduerſarii, cui non detulit, nam ſi eſſet deuo
luta ad curiam poſſet proſequi non obſtante, quod non de-
tuliſſet, & ideo pone, quod in cauſa beneficiali ſit appellatū,
& quod appellatio ſit intimata, ſecundum formam cle. cau
ſam. de elect. nam licet illi appellationi ego non detulerim
ſed fecerim per meos executores fieri proceſſus contra ap-
pellantem, & tandem, quia nihil proficiebant, volo proſe-
qui appellationem mei aduerſarii, an poſſim. & dicendum
7 eſt, quod ſic, quia ex quo † cauſa ſemel eſt deuoluta ad cu-
riam, ſemper remanet ibi tractanda, nec talis deuolutio po-
teſt tolli per tacitam, vel expreſſam renunciationem, niſi p
modum, de quo habetur in c. quamuis de elec. in ſexto. Nec
obſtat iſte tex nec regula, ex eo, quod. libro ſexto. nam reſpō
detur duobus modis primo, quod non teneor deferre appel
lationi aduerſarii, ſi puto eam non eſſe legitimā, nec teneor
ius meum indiſcuſſum relinquere, ut dicit tex. in l. illud. ff. de
peti. hær. Non obſtat iſte tex quia loquitur, quando ego uo-
lo proſequi meam appellationem. vnde hic nō prohibetur,
quod appellans nō proſequatur appellationem aduerſarii,
licet ei non detulerit. Nō obſtat c. bonæ memoriæ Magūt.
de elect. quia ibi appellatio maioris partis capituli erat friuo
la: uel dic, quod ibi fuit appellatum per utramque partem,
8 & quia maior pars non detulit † appellationi, ſimiliter mi-
nor pars non tenebatur deferre appellationi maioris partis,
quia paria delicta mutua compenſatione tolluntur, vt in ca.
intelleximus. j. de adulteriis, & in l. viro atque vxori. ff. ſolu.
9 matr. Item † inobedientia vtriuſque partis vtramque partē
excuſat a pœna. l. non ex omnibus. ff. de arbitr. & hoc tenent
Dom. de Ro deci 321. quæ incipit, item ſi appellans in cauſa
beneficiali, & ſequitur hic Io. de Imo. circa finem. Et ex his
habes duas limitationes ad iſtum textum, duas alias addam
ſuper glo. ſi.

Vltimo nota, quod † appellatio dicitur beneficium. Ex
10 quo infertur, quod clauſula appellatione remota eſt odio-
ſa, & per conſequens reſtringenda. facit infra eo. inquiſitio-
ni. Antequam veniam ad gloſſas pro maiori declaratione
11 quæro, nunquid † appellatio indiſtincte tollatur per inno-
uationem factam poſt ipſam appellationem. Sed ut dixi. iſtud
c. habet duos intellectus. Primus eſt, quod vnica appellatio
interceſſit, ſ. illius qui poſt appellationem a te interpoſitam
ſpoliauit aduerſarium, & ſecundum iſtum intellectum Bal.
ponit caſum hoc modo. Ego dicebam, quod tu paraueras te
ad ſpoliandum me, & ideo appellaui, ne me ſpoliares, tu qua
appellatione pendente veni ad fundum cum hominibus ar
matis, & eieci te de fundo. certe tu non teneris deferre meæ
appellationi, quia ego non detuli, ſed innouaui ipſa appella
tione pendente. & dicit Bal. quod iſta caſus poſitio reſpicit
rem fiendam, quia appellaui, ne ſpoliarer. idem dicit in re fa
cta, puta me ſpoliaſti, egi contra te, & grauatus a iudice ap-
pellaui, deinde incontinenti, vel ex interuallo te eieci. nam
videor renunciaſſe appellationi meæ, ius mihi dicēdo appel-
latione pendente. Et ex iſta ſecunda caſus poſitione, no. q
appellans aliquid attentans pendente appellatione videtur
renunciare appellationi, etiam ſi attentet recuperando poſ-
ſeſſ. qua fuerat ſpoliatus, quod nota. iſte tamen intellectus, ſ.
quod vnica tantum appellatio interuenerit, non conuenit
literæ, ſecundum Ioan. And. quia non eſt ueriſimile, quod
appellatus diceret appellationem interpoſitam per aduer-
ſarium eſſe legitimam. dicit tamen do. Abb. quod iſte intelle
ctus eſt planus, & ſecundum Doct. poteſt practicari, tam in
appellatione iudiciali, quam in extraiudiciali, quia ex quo
non defert proprie appellationi, nec iudex, nec aduerſarius
tenetur deferre. ſed circa hunc intellectum oritur dubium,
ſ. nunquid tollatur iſta appellatio prorſus per innouationē
appellantis, an uero ſufficiat reſtituere attentatum, & deinū
proſequi ipſam appellationem. & Butr. hic tenet, quod non
tollitur indiſtincte appellatio, & quod facit ſibi præiudi-
cium ante reſtitutionem attentati. ſed dom. Abb. tenet con
trarium per iſtum tex. dum dicit, iſtum puniendum in eo in
quo deliquit: non enim eſſet pœna, ſi ſufficeret reſtituere at-
tentatum, cum ad illius reſtitutionem poſſit compelli mul-
tis remediis iuris. item contra opin. But. facit litera, in fi. dum
dicit, quod beneficio appellationis ſe reddit indignum. Ex
quo ſequitur, quod appellatio eſt prorſus ſublata, & iſtam
opi. tene, licet Io. de Imo. tranſeat cum opi. But. ſed pro opi.
dom. Abb. vide gloſ. in capitu. ex parte, §. in ij. gloſ. ſupra de
reſcriptis. quæ tenet, quod intelligatur renunciaſſe appella-
tioni. idem tenet glo. in cap. non ſolum. in glo. ma. ultra me-
dium. de appel. in ſexto. nam illæ gloſſæ dicunt, quod intel-
ligitur renūciaſſe appellationi. ergo ſequitur, quod reſtituen
do attentata, non poſſet proſequi appellationem, ex quo ei
renunciaſſe videtur. & Doct. in dicto ca. ex parte. §. commu-
niter ſequuntur glo. ibi, & Innoc. ibi multum notabiliter di-
12 cit, quod † attentans aliquid ꝯ ſuam appellationem, non
debet admitti amplius ad eam proſequendam, & ꝙ non po
teſt ſuper ea literas impetrare. Ex quo infertur, ꝙ ſi impetra-
ret literas ſuper tali appellatione non facta mentione, quod
aliquid attētaſſet ꝯ appellationem, tales literæ non valerēt,
quod tene menti. Secundus intellectus principalis eſt, ꝙ hic
interceſſerūt duæ appellationes. nam primo appellauit reus
deinde actor eum ſpoliauit, deinde ipſe actor appellauit a iu
dice volente ipſum compellere ad reſtitutionem attentati.
nam non debet talis appellatio admitti, ex quo non detulit
appellationi aduerſarii, & iſtū intellectum magis conuenit
literæ, vt ſ. dixi, quia non eſt præſumendū, ꝙ ſpoliatus dicat
appellationē aduerſarii eſſe legitimam. ſed Inn. & Ho. dicūt,
ꝙ iſte intellectus non poteſt practicari in appellatione iudi
ciali, ſed procedit in appellatione extraiudiciali. ſed Butr. &
do. Abb. dicunt, ꝙ non ſubeſt cauſa reſtringendi iſtū intelle
ctū ad appellationes extraiudiciales, & ꝙ poteſt practicari tā
in appellationib. iudicialib. quam extraiudicialibus. & iſtud
eſt verius, quia iſte tex loquitur indiſtincte. In gl. j. no. bene iſtā
gl. de ſignificatione iſtius verbi, incontinētī. nam ſm gl. rela
13 quitur arbitrio iudicis, qn̄ aliquid dicatur fieri † incontinētī. &
14 idem dicendū eſt de ſignificatione huius uerbi † morum, ꝙ
idē importat. de quo vide gl. in c. quia pp. in uerbo mox. ſ. de
ele. & gl. 2 o. q. ij. ſi in qualib. & per Bar. in l. j. ff. de uerb. obli. &
in l. 3. §. cum igit. ff. de vi & vi ar. vbi dr̄, ꝙ relinquitur arbitrio
iudicis, qn̄ aliquid dicatur fieri incontinenti, & ꝙ qnq; illud
dr̄ fieri incontinēti, ꝙ interdū non ſit j. 6. menſes nā dicit, ꝙ
ſi unus nobilis expelleret de vno caſtro, quia ad ipſum recu
perandū requiritur magnus apparatus, qui forte non po-
terit fieri in 6. menſib. dicetur fieri incontinenti. & per hoc
concludit, ꝙ dicitur fieri incontinenti, quod fit quàm ci-
tius commode pt̄ fieri, ſm quod poteſt conſiderari ex qua-
litate perſonę, & rei. vnde Vgu. j. diſt. ius naturale. dicit, quod

illud

illud dicitur fieri incontinenti, quod aliquando fit poſt decennium. vnde ſi Dux, vel Baro fuit expulſus de terra ſua ab aliquo Rege, vel ab aliquo Potente, dicetur incontinenti recuperaſſe terram ſuam, dato quod ſteterit per decē annos ad congregandum exercitum pro terra, a qua fuit expulſus, recuperanda. & iſtud dictum ſequitur Bald in l. fin. C. de his qui a non domino manu. idem dicit Ioā. de Imo in l. j §. qui præſens ff. de verb obl. & ibi etiam Alex Imo. & ſic verbum incontinenti, relinquitur arbitrio iudicis. Et aliqñ dr̄ fieri incontinenti illud, quod fit poſt decem annos, quando ante commode fieri non potuit, quod no. ſed quantum ad principale dictum glo. inquantum dicit, quod quo ad caſum huius tex. ſufficit congruo tempore probare † ſpoliationem, Hoſtien dicit, quod debet probari infra viginti dies, vt in cap. frequens. de reſtit. ſpolia. in vj. quod non placet Ioan. And. quia ille tex. loquitur, quando excipitur de ſpoliatione in vim dilatoriæ. hic vero, quando agitur ſuper ipſo attentato, & ſic ſumus extra caſum huius cap. Sed But dicit, poſſe ſaluari opi. Hoſtiē. quando exceptio opponitur in vim dilatoriæ, prout opponebatur hic, ſcilicet non eſſe deferendum appellationi aduerſarij eo quod ipſe non detulit appellationi ipſius excipientis, immo eum ſpoliauit: nam tunc habet locum cap. frequens. cum iſta exceptio ſapiat naturam ſpoliationis, & dilatoriæ, vt tamdiu non audiatur appellans, quamdiu reponat attentata in priſtinum ſtatum. opinio autem glo. procedit ſecundum eum, quando talis exceptio opponeretur in vim peremptoriæ, ſcilicet quod ex toto priuetur beneficio appellandi. dicit tamen ſe putare, quod nunquam ex toto tollatur appellatio. & ita etiam tranſit Ioan. de Imo. Sed tenendo illud, quod dixi circa primum intellectum, ſcilicet quod appellatio tollatur ex toto, & quod non ſufficiat reſtituere attentatum, iſta diſtinctio But non erit vera, licet cum ea tranſeat Ioann. de Imo. non enim opponi poterit, niſi in vim peremptoriæ, cum per talem attentationem perdat beneficium appellandi. vnde tene indiſtincte opin. glo. quam ſequitur Ioan. Andr. & domi. Abb. qui ad iſtum text. reſpondet, dum dicit, incontinenti, &c. quod narrat factum, quia aduerſarius ſic dicebat, non autem ponit iuris miniſterium. vnde tene opin. glo.

In glo. fin. hæc glo. in effectu vult duo.

Primo, quod nō deferens appellationi aduerſarij, non perdat beneficium appellandi in alia cauſa.

Secundo, quod non perdat, niſi ſemel beneficium appellandi, & ſic quod tantum puniatur in vna appellatione. vnde ſi ſecundo grauatur in eadem cauſa, poterit appellari, & illud firmat hic Ioā. And. & communiter Doct. ſed primum dictum glo. ſcilicet quod non perdat beneficium appellandi in alia cauſa, eſt dubitabile, & contra ipſum fortiter facit l. j. § hæc pœna ff. quod quiſque iur. vbi patet, quod impetrans ius iniquum, tenetur pati idem ius non ſolum quo ad aduerſarium, ſed etiam quo ad alios: nam Ange. in l. j. §. j. eo-
16 dem tit. dicit, quod † Doctor qui conſuluit in cauſa aliena, tenetur illud ſequi in cauſa propria, quia aut doloſe conſuluit, & ex hoc debet fieri contra eum retorſio, aut per imperitiam, & excluditur a potentia eam allegandi, vt in l. 2. eodem titu. ad idem notabile dictum Bal. in l. ſuper chyrographis. ff. ſi certum petatur. vbi dicit, quod ſi iudex admiſit inſtrumentum non ſolemne ad probationem faciendam, puniatur non ſolum, quia facit litem ſuam, ſed etiam debet puniri ex titulo, quod quiſque iuris, quia ſi illud inſtrumentum produceretur contra ipſum iudicem in alia cauſa, non poſſet opponere, quod non eſſet ſolemne, ſed teneretur præbere fidem tali inſtrumento contra ſe, ex quo voluit, quod faceret fidem contra alium, allegat Innoc in cap cum venerabilis, ſupra de except. vbi Innoc. dicit, quod ſi aliquem approbaui in aliquo officio, non poſſum ipſum reprobare in alio officio pari, uel minori. vnde Butr. dicit, quod ſi iſte ſpoliatus deducit attentatum per viam ſpoliationis, & tunc excludit aduerſarium ab omni appellatione, tam in vna cauſa,
17 quam in alia, quemadmodum † exceptio ſpoliationis obſtat agenti in quacunque cauſa, vt in cap ſecundo, de ordi. cogn. & hæc exceptio attentati poſt appellationem eſt ſimilis exceptioni ſpoliationis. ſed ſi attentatum deducitur per viam agendi, vt iſte priuetur beneficio appellationis propter attentationem, tunc dicit, quod tollitur prima appellatio etiam legitima in eadem cauſa, ſecus in alia cauſa. & iſtud vltimum ſenſit Ioan. Andr. ſuper prima glo. Sed domi. Abb. reprobat iſtum intellectum, quia delictum vnius partis non debet præſtare impunitatem delicto alterius partis: nam ſecū dum hunc intellectum ſequeretur, quod iudex, vel pars poſſet me grauare in alio articulo, & eſſet mihi præcluſa via appellandi, & ſic multa ſcandala oriretur, quod non eſſet dicendum, vt in l. æquiſſimum. ff. de vſufruc. & allegat nota in Specul. de accuſat. §. primo. verſi quid ſi te vocaui latronem.
18 vbi dicit, quod ſi dixi tibi conuitium, & tu mihi, non fit † compenſatio, ſed quilibet poteſt agere de iniuria ſibi illata. & idem dixit Innoc in cap. intelleximus, infra de adult vbi plene per eum. & ſubdit dom. Abb quod ſibi placet intellectus Specul. quem ponit, eodem titu §. fin verſic. item quod appellans. vbi dicit, quod iſtud cap. & cap conſtitutus, ſupra eod. & cap. bonæ memoriæ Magun'i de electio. habent locum, quando ſecunda appellatio venit ad defendendum attentata poſt primam appellationem; vt ſi poſt appellationem a te interpoſitam aliquid attēto, & poſtea appello, ne aliquid innouetur: nam nō obſtante hac appellatione poteſt iudex procedere in cauſa contra iſtum ſuper huiuſmodi attentatum. procedunt ergo iſta iura, quando illæ duæ appellationes reflectuntur circa idem, ſecus ſi circa diuerſa. & ad hoc allegat dictum Innoc. in cap. intelleximus, infra de adult. vbi
19 dicit, quod † clauſula, fruſtra legis auxilium inuocat, &c. habet locum, quādo circa idem in legem commiſit & pro hoc dicit eſſe tex. apertum, infra eod. dilectis. vbi probatur, quod hic decanus non detuliſſet appellationi epiſcopi. Epiſcopus tamen debuit deferre appellationi decani ſuper alio articulo interpoſita, adeo quod excommunicatio lata per epiſcopum poſt appellationem decani non tenuit. & ibi de hoc dicetur latius. allegat not per Cyn. in ſimili in l eum proponas. C. de pactis. & in l ſecunda. C. quæ ſit longa con-
20 ſuetud. vbi dicit, quod illa † clauſula, frangenti fidem, &c. habet locum, quando duæ oblationes ſimul concurrunt, ſecus ſi ſunt oblationes prorſus ſeparatæ, de quo plene per Doctō. infra de pœn conſtitutus. & in cap peruenit, el ſecundo, de iureiuran. vbi dixi, & ſubdit dom. Abb. quod ſi non placet ſimilitudo, quam facit Butr. ſcilicet quod exceptio attentati excludit appellātem in omni cauſa, ſicut excludit exceptio ſpoliationis: nam exceptio ſpoliationis non obſtat proſequēti appellationem, quia appellans potius dicitur ſe defendere, quam agere, vt dicit Innoc in dicto cap. ij de ordi cognit. & pro hoc facit, quia proſequens appellationem non excluditur a proſecutione per exceptionem excommunicationis, vt in cap. cum inter. & in cap. fin. de exceptio. niſi eſſet appellatio more extraiudicialis, vt dicit Ioann. Andr. in capit. pia, de exceptio. in vj. quia talis appellatio potius eſt ad cauſam prouocatio, quam appellatio, vt in cap. cum ſit Romana. §. nec ſolent, ſupra eod. vnde ſecus eſt in appellatione iudiciali, quæ eſt defenſio aduerſus ſtimulum ſententiæ, vel grauaminis illati. Non obſtat l. j. § hęc pœna. ff. quod quiſque iur. nec iura allegata in contrarium per glo. quia illa iura procedunt, quando habet locum edictum, quod quiſq; iuris, quod extenditur quo ad alias perſonas, & quo ad alias cauſas, hoc etiam modo loquitur dictum Ang. & Bal. ſupra alleg.

Et ex prædictis habes, quod iſte tex. non habet locum in alia cauſa, nec etiam in eadem, quando ambæ appellationes eſſent interpoſitæ in diuerſis articulis, vt dicto cap. dilectis. licet Ioan. And. & But. videantur ſimpliciter dicere, quod habeat locum, quando interponitur appellatio ſecunda in eadem cauſa; ſed tu ſupple, quod etiam in eodem articulo, vt d. c. dilectis. & hoc tenet hic dom. Abb.

Et ex prædictis habes duas alias limitationes ad iſtum tex. duas etiam poſui in ſecundo notabili. Sit ergo tertia limitatio, quia tex. iſte debet intelligi quando appellatio interponitur in eadem cauſa, & quando vtraque appellatio reflectitur circa idem, ſecus ſi ſecunda appellatio interponatur in cauſa diuerſa vel in diuerſo articulo.

Quarta limitatio eſt, quia ſolum excluditur prima appellatio, ſecus ſi ſecundo grauetur: poterit enim appellare a ſecundo grauamine. pro hoc facit l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verborum ſignific. cum ſimilibus. & capit. cum Vitonien. de electio.

Quinta limitatio eſt, quia ſi aduerſarius vellet, quod iſte innouans, & appellans proſequeretur appellationem ſuam compelleretur proſequi illam, quia aduerſarius poteſt deferre tali appellationi. & de hoc eſt tex. notab in dicto capit ex parte, iuncto princip. cum fine, ſupra de reſcriptis facit notabiliter dictum Bart. in l. 1. C. de dignit. lib. 12. vbi dicit, quod ſi ſtatutum diſponit, quod nobilis propter delictum perdat
21 † nobilitatem, debet intelligi quo ad commoda, & honores, non autem quantum ad incommoda & damna. & idem dicit Bart. in l. j. C. de filiofam. lib. 12. & Dyn. & Ang. in l. ſi quis ſolidum. ff. de hæred. inſtit. ad idem quod dixit dom. Petr de Anchar. in cap. intelleximus. de iudic. vbi dicit, quod diſpoſitio authen. hoc amplius C. de fideicommiſſ. quæ dicit, quod
22 † hæres non adimplens voluntatem defuncti intra annum, priuatur hæreditate, debet intelligi quādo reperitur aliquis qui eam hæreditatem velit accipere, ſecus ſi nemo ipſam velit, vt quia eſt damnoſa: tunc enim cogitur illam retinere

arg. l.

arg.l.ſi ſetuus plurium ff.dé leg i. itá in propoſito non tenet
ſecunda appellatio, ex quo non detulit primæ appellationi
interpoſitæ per aduerſarium, quando talis appellatio eſt ei
fauorabilis, ſecus ſi eſſet damnoſa, & aduerſarius vellet, ꝙ
eam proſequeretur, & hæc ſufficiant. Sequitur c.nouit.

S V M M A R I V M.

1 *Executor merus non recuſatur, nec ab eo appellatur.*
2 *Iudex ſuſpectus non recuſatur, niſi modum excedat.*
3 *Deus omnia nouit.*
4 *Diabolus vtrum ſciat futura, & quomodo.*
5 *Dæmones ſæpe falluntur in prædicendis futuris.*
6 *Artes magicæ, ſunt inuentæ ſcientia, & virtute Dæmonum.*
7 *Dæmones ſciunt futura ex reuelatione Angelorum.*
8 *Differentia inter edere, & publicare, & dictare, ſeu exequi.*
9 *Publicare non eſt aliquid noui facere.*
10 *Dictare dicitur ille, qui dictat diſpoſitionem factam ab alio ponendo verba conformia, non tamen eſt auctor.*
11 *Executor dicitur ille, qui purè exequitur geſtum ab alio.*
12 *Notarius dictans, ſeu ſcribens ſcienter contractum prohibitum, punitur.*
13 *Executor quando dicatur modum excedere.*
14 *Executor merus dicitur qui in his facit ſuo motu, ſed principis mandato.*
15 *Nuncio, ſeu ambaſciatori, non imputatur niſi mandatum excedat.*
16 *Appellatio a iudice ſuſpecto immediate non valet.*
17 *Recuſatio iudicis eſt proponenda coram iudice.*
18 *Iudex datus cum clauſula, appellatione remota, poteſt iuſta ex cauſa recuſari.*
19 *Cardinalis etiam poteſt vt ſuſpectus recuſari.*
20 *Appellari a ſententia Cardinalis poteſt.*
21 *Producens aliquid in publicum, nihil agit noui.*
22 *Inepte procedens non auditur.*
23 *Executor merus conſideratur, aut habens iuriſdictionem, aut non habens.*
24 *Iudex poteſt vlciſci iniuriam notoriam ſibi illatam.*
25 *Executor deputatus per Papam in beneficialibus, an poſſit per partem recuſari.*
26 *Executor non poteſt dare poſſeſſionem aduerſario non citato.*
27 *Executor quando teneatur aſſumere partes iudicis.*
28 *Exceptio ſpoliationis an impediat executionem ſententiæ.*
29 *Inopia, an excuſet ſpoliantem, vel ſpoliatum.*
30 *Exceptio nullitatis an obſtet petenti executionem.*
31 *Exceptio ſpoliationis infra viginti dies probari debet.*
32 *Spoliatus ante ſententiam, niſi opponat ante litem conteſtatam, ſibi imputatur.*
33 *Spoliationis exceptio, quando impediat executionem ſententiæ.*

C A P. XLIII.

1 NOuit. Habet duos intellectus, ſecundum primum, hoc dicit. Merus † executor non
recuſatur, nec ab eo appellatur, niſi modum excedat, maxime ſi eſt datus cum clauſula, appell.re.
2 ſecundum alium intellectum, hoc dicit, a † iudice ſuſpecto
non receditur, niſi modum excedat. Duo ſunt dicta, ſecundum ibi, de ſuſpitionis.
3 Nota primo, quod † Deus omnia nouit, concordat cap.
nouit, de iudic. & c nouit, de offic deleg.
4 Nunquid autem † diabolus ſciat futura. vide tex opt. 26.
quæſt.4.cap 1. & ibi bo glo. quæ ponit modos, ex quibus dæmones poſſunt ſcire futura, & inter cætera dicit, quod prædicunt futura ex dictis prophetarum. vide etiam tex. in 9.libro Auguſt.de Ciuit.Dei. 21.& 22.capi. vbi concludit, quod
dæmones maiori experientia quorundam ſignorum nobis occultorum, perſpiciunt multo plura futura, quam homines, & aliquando prędicunt ea, quæ ſunt futura. dicit tamē,
5 quod † dæmones ſæpe falluntur in prædicendis futuris, quia
in lumine Dei vident futura. vide etiam Sanct. Tho. 2. 2.q. 96.art.1 in fi. vbi concludit, quod dęmones non cognoſcunt futura. vide etiam Euſebium de præpa. Euang lib.5. capi.10. vbi refert Oenomaum Phyloſophum, & Oratorem in lib.de falſitate Oraculorum, qui ſic dicit de Apolline. Miſer igitur tu qui Delphos habitans inde ad vniuerſum orbem inania fundis reſponſa. Inſani autem omnes homines, quia ad te quaſi ad veridicum Deum occurrunt, &c. & per to. illud cap. refert Euſebius dictum Phyloſophum, & alios conquerentes de falſis oraculis, quæ accipiebant a ſimulacris Deorum, & vt verius loquar, dæmonum. vide etiam magiſtrum ſent entiarum.lib 2 diſt.7.cap. quod incipit, quorum ſcientia
6 vbi poſt Auguſt.in lib.3.de Trini.dicit, quod † artes magicæ
ſunt inuentæ ſcientia, & virtute dæmonum, quibus tam ſciētia, quam poteſtas a Deo data eſt, vel ad fallēdum fallaces, & in eorum ſpirituum operatione videantur admirandi, vel ad monendos fideles, ne tale quid facerent pro magno deſiderent, vnde talia reperiuntur ſcripta in Diuina Scriptura, vt patet in lib.Exodi.vel ad exercendam, & manifeſtandam
7 patientiam iſtorum. Item dicit, † quod dæmones poſſunt
ſcire futura ex reuelatione Angelorum, quia iubet Deus Angelos aliqua reuelare dæmonibus, vt dicit Magiſt. ſent.in ca. præced qui de hoc allegat Aug.
8 Secundo no. differentiam † inter edere, & publicare, & di
ctare, ſeu exequi. nam propriè dr̄ edere conſtitutionem, vel ſententiam, qui ipſius eſt auctor. publicare dicitur ille, qui publicat ſententiam ab alio editam. & ſic nota, quod ille qui
9 † publicat, vel declarat, non dicitur aliquid noui facere: ad
hoc l. hæredes palam.§.ſed ſi notam.ff.de teſtamē. hinc dicitur, quod cōſtitutio antiqui iuris declaratoria extenditur ad peccata, vt in cap cum tu. de vſur. hoc autem intellige reſpectu ipſius declarationis, non autem reſpectu pœnæ: ſi enim conſtitutio antiqui iuris declaratoria, imponeret nouam pœnam, reſpectu pœnæ non traheretur ad peccata, vt eſt tex iuncta glo.in clem j.in verbo, de cætero, de vſur.
Secundo limita, quando conſtitutio antiqua haberet cōmunem opinionem Doctorum, vel conſuetudinem in contrarium: nam tunc conſtitutio noua ipſam declarans non traheretur ad peccata, vt in cap.j. iuncta glo.in verbo, de cætero, de poſtul.prælat. in vj. Et de hoc dic vt in capit.fina de conſtit. vbi plene habetur, an & quando conſtitutio trahatur ad peccata.
10 Dictare † autem dicitur ille, qui dictat diſpoſitionem fa-
ctam ab alio, ponendo verba conformia, & apta, non tamē eſt auctor diſpoſitionis, vt in l.dictantibus.C.de teſta.
11 Executor † vero dicitur ille, qui pure exequitur illud, quod
geſtum eſt ab alio.l.executione. C.de exec.rei iudic dicit do. Abb. hæc eſſe notanda propter ſtatuta faciētia mentionem de his vocabulis. vide tamen in l.iubemus.§.ſane.ad fin. C de
12 ſacroſanct.eccleſ. vbi dicit, quod † notarius dictans, vel ſcri-
bens contractum prohibitum, punitur, ſi ſcienter fecit, allegat Authenticam de non alienandis.§.quia vero. De hoc etiam eſt bo. tex. in l.iubemus. in fi.C.de teſtam vbi videtur probari, quod notarius incurrat pœnam falſi. de quo plene dixi in c.j ſupra de fi inſtr. item dictans, vel proferens ſententiam ſanguinis, efficitur irregularis, vt in capit.ſententiam ſanguinis. ne cler. vel mo.
Tertio nota, quod ab executore non appellatur, niſi modum excedat, concordat capit. quod ad conſultationem. ſu-
13 pra de re iudic. vbi plene declaraui, quando dicatur † execu-
tor modum excedere.
Quarto nota, quod merus executor non poteſt vt ſuſpe-
14 ctus recuſari. Dicitur autem † merus executor qui nihil facit
ſuo motu, ſed mandato principis, vt dicit hic Baldus. Dicit
a etiam, quod merus executor eſt, [a] qui nihil habet pronūciare.
15 re. & dicit iſtum text. eſſe notabilem, & allegandum, † quod
nuncio, & ambaſciatori nihil eſt imputandum, niſi mandatum excedat.
Quinto no. ſecundū ſm intellectū, quod a iudice ſuſpecto non poteſt recedi immediate per viam appellationis, vn
16 de non valeret talis † appellatio: dico iudicem eſſe ſuſpectū,
& ideo ab eo appello. ratio eſt, quia immediata cauſa appellationis eſt ipſum grauamen, vt infra eo. vt debitus. ſed is qui mihi eſt ſuſpectus ex hoc ſolo me non grauat, debet ergo proponi exceptio recuſationis expreſſa cauſa legitima: nam tunc ſi iudex nō admittit recuſationem, poteſt & debet appellari, quia tunc grauat, vt in cap. ſuper quæſtionum, in fi. de offic. deleg. & hoc procedit, etiam ſi ſuſpitio eſſet noto-
17 ria, quia hoc non obſtante, debet proponi † recuſatio co-
ram iudice, licet non ſit probanda, & hoc tenet Ioan And. in cap accedens, el primo, ſuper prima glo. ſupra vt lite non conteſtata.
18 Sexto nota, quod † iudex datus cum clauſula, appellatio-
ne remota, poteſt recuſari ex iuſta cauſa, hoc probat iſte tex. inducendo eum hoc modo: nam ideo iſte Cardinalis nō potuit recuſari vt ſuſpectus, quia erat merus executor, ergo a contrario ſenſu, ſi non fuiſſet merus executor, potuiſſet recuſari vt ſuſpectus, licet in reſcripto eſſet appoſita clauſula,
appel-

A D D I T I O.

a ¶Adde Bal. conſil. 414. in prin. j. volu. qui dicit, quod merus executor debet mittere ſententiam executioni, nec debet mittere exceptiones. do. Abb. in cap. paſtoralis.§. quia vero. de offic. deleg. vide Archid. in c. etſi frau. 15. q. 2. vbi pulchre loquitur.

appellatione remota, concordat ſupra eo.poſtremo. vbi dè
hoc eſt tex.e preſſus,& ibi dixi.
19 Et ex hoc vltimo infertur, quod etiam † Cardinalis po-
teſt recuſari v. ſuſpectus, quia ſi i.e Cardinalis fuiſſet me-
rus executor, potuiſſet recuſari vt ſuſpectus, & ab eo appel
lari,licet quidam & male colligant ex hoc tex. quod Cardi-
nalis non poſſit recuſari vt ſuſpectus. & quod a ſententia
20 Cardinalis poſſit † appellari, probatur in cap. Raynutius. &
in c.Raynaldus de teſtam vnde eodem modo poteſt recuſa
ri vt ſuſpectus,& Hoſtien.infra de accuſat ad petitionem. di-
cit,quod Cardinalis etiam ſi ſit legatus de latere,poteſt re-
cuſari vt ſuſpectus,non tamē de ..., ideo requiritur,quod
honeſte,& in forma debita recuſetur.
¶ In glo.1.Bal hic dicit, quod ille qui diſcooperit vulnus,
non vulnerat,q̃ iudex qui aperit tabulas teſtamenti,nihil di-
21 ſponit,ſed quod diſpoſitum eſt,† producit in lucem.& idem
dicit in iudice, qui publicat dicta teſtium. ſed contra iſtam
glo. & contra tex opponitur de cap nouit de offic.lega.& de
cap j. ſupra de poſtul.prælat vbi eadem materia ponitur. &
tamen Papa videtur ibi affirmare Cardinalem ſententiam
promulgaſſe, & Doct in hoc inſtant. ſed ſolutio vera eſt, q̃
ille Cardinalis promulgauit ſententiam ex mandato Papæ,
vnde ipſe Papa ex quodam iuris interpretatione videtur ſen
tentiam promulgaſſe, quia qui per alium facit per ſe ipſum
feciſſe videtur, vt in cap mulieres. de ſentent excomm nam
cum quis exequitur mandatum ſuperioris,non dicitur expe
dire actum propria auctoritate,ſed auctoritate mandātis, vt
eſt tex.cum glo.in cap cum in aliquibus.de reſcrip in vj.not.
Inno in c.ex parte de verb.ſign.
¶ In gloſ fina. ex iſta gloſ.colliguntur duo intellectus ad
iſtum tex.
Primus eſt, quod iſte legatus tanquam merus executor
non poterit recuſari, ſicut ab eo non poterat appellari, &
pro hoc intellectu facit text. in fi. dum ponderat, quod iſte
legatus non proceſſerat proprio motu, ſed præcepto Apo-
ſtolico.
Secundus intellectus,quod Rex Franciæ non fuit auditus
22 propter ineptum † modum procedendi,quia ſi legatum ſu-
ſpectum habebat, non debebat illico appellare, ſed recuſa-
tionem coram eo proponere, & ea non admiſſa appellare
poteſt. pro hoc intellectu facit tex.in fi.ibi.propter appella-
tionem interpoſitam, quod appellatio nō fuit legitima. ſed
primus intellectus magis placet do.Abb.quia magis videtur
conuenire literæ propter finem.
Extra glo. quærit hic domi.Abb. an ſit verum indiſtincte
vt executor non poſſit recuſari vt ſuſpectus, & diſtingue, q̃
23 aut eſt merus † executor, habens iuriſdictionem,& tunc po
teſt recuſari vt ſuſpectus,quia poteſt grauare, vt in cap.ſuper
quæſtionum §.cum autem de offi.deleg ſecundum vnum in
tellectum. aut eſt executor merus nullam habēs iuriſdictio-
nem, & tunc aut eſt deputatus ad certum articulum, ita q̃
non poteſt excedere mandatum, quin notorie conſtet, &
nō poteſt recuſari,& ſic debet intelligi iſte tex ad hoc,quod
24 not.Innoc in cap ex parte de verbor.ſignificat. qui dicit † iu-
dicem poſſe vlciſci iniuriam notoriam ſibi illatam,quia po-
tius eſt executor iuris,quàm iudex.facit ca.1.de pœn.in vj.aut
eſt executor deputatus ad certum actum, in quo poſſet oc-
culte grauare partem: puta ſi eſt deputatus vt recipiat dicta
teſtium, vel vt audiat aliquid, & referat, & poteſt recuſari,
quia poſſet grauare partem in examinatione teſtium, vel in
referendo,pro hoc quod not.Io.And poſt Hoſt.in c.paſtora
lis § præterea.de offic.deleg.
In caſu autem noſtro non poterat legatus grauare partē,
quin notorie conſtaret de grauamine,cum haberet manda-
tum certum, & limitatum, nec haberet procedere iudiciali-
ter, ſed tantum ſubiicere terram Regis Franciæ interdicto,
merito recuſari non poterat,argu op t ſupra eod.propoſuit.
Et hæc faciunt ad quæſtionem quotidianam, ſcilicet nun-
25 quid executor † deputatus per Papam in beneficialibus poſ-
ſit tanquam ſuſpectus recuſari ab altera parte. & Archid ij.
quæſt.vj.ſunt quorum.verſic.ab executore.ſentit quod non.
But.autem hic diſtinguit, quod aut aſſumpſit partes iudicis,
& poteſt recuſari vt ſuſpectus,aut fuit deputatus ad dandam
poſſeſſionem beneficij,& tunc non poteſt recuſari ſecundū
eum, ſecus ſi ad alium articulum. ſed do.Abb.tenet contra-
26 rium in hoc vltimo, nam quando † executor eſt deputatus
ad dandam poſſeſſionem,debet citare aduerſarium,nec po
teſt dare poſſeſſionem ei,aduerſario non citato,vt in cap li-
cet de præben.in vj.not.Innoc.in cap cum olim. de priuileg.
& in cap j de conceſſ.præben.in vj. cum ergo poſſit grauare
circa exceptiones proponēdas,poterit recuſari vt ſuſpectus.
vnde dom.Abb dicit concludendum,quod quando deputa
tur executor ad certum miniſterium,in quo non poteſt gra-
uare, quin clare conſtet de grauamine,non poterit recuſari
vt ſuſpectus, alias ſecus. Tu autem clarius conclude,& dic,
quod vbi executor in beneficialibus aſſumpſit partes iudicis
vel tenetur aſſumere, poteſt recuſari vt ſuſpectus, ſi poteſt
occulte grauare, ſecus ſi non poteſt grauare,quin aperte nō
conſtet de grauamine. vbi autem non aſſumpſit partes iudi
cis, nec tenetur aſſumere, ſed poteſt extraiudicialiter proce-
dere ad collationem beneficii, non poteſt recuſari vt ſuſpe-
ctus, ex quo poteſt procedere extraiudicialiter abſque cita-
tione. & hoc modo procedit dictum Archid in dicto verſi.
ab executore. quod ſequitur But.& do.Abb quando autem
27 † executor teneatur, vel non teneatur aſſumere partes iudi-
cis plene dixi in cap.fin de præſump.
28 Vltimo Inno.hic tangit,an † exceptio ſpoliationis impe-
diat executionem ſententiæ. & Innocent. dicit, quod non.
idem Hoſ.dicit, niſi exceptio ſpoliationis concludat inopiā,
vt in cap. olim, el ſecondo, de reſtit ſpoliat. ſed Ioan.Andr.
hic dicit illud venire ex inopia,quæ ſufficit in ſpoliato. ſed
29 de hoc an inopia † excuſet ſpoliatorem,vel ſpoliatum,remit
tit dom.Abb ad dicta per ſe in dicto cap.olim, el ſecondo,
de reſtit ſpoliat.ſed quo ad quæſt formatam per Innoc.dicit
exceptionem ſpoliationis obſtare petenti executionem ſen
tentiæ.
Mouetur primo,quia ſpoliatus non pōt enim effectu ad iu
dicē vocari, niſi prius plene reſtituatur.ij q.ij nullus & iij.q.j.
ca.ij.& ad hoc allegat dictum Innoc.in cap ij. de ord cognit.
vbi dicit, quod contra petentem, ſeu implorantem iudicis
officium,obſtat exceptio ſpoliationis.
Secundo mouetur,quia cum exceptio excommunicatio
nis obſtet petenti executionem ſententiæ, vt in c.pia, de ex-
cep.in vj ita debet obſtare exceptio ſpoliationis,cum ſit mul-
tum fauorabilis vt in c. fi. de ord.cogn.
Tertio adducit theoricam Ioan de Ligna. in clem.j. de re
30 iudic.in illa quæſtione,an † exceptio nullitatis obſtet peten
ti executionem ſententiæ.& concludit,quod aut incōtinen
ti poteſt probari, & differtur executio, arg l.iudicati. C.ſi ex
falſ.inſtrumen. aut non poteſt incontinenti probari,vt quia
exigit longiorem tractatum ad ſui liquidationem,quam exi
gat ſummaria cognitio in executione, & tunc exceptio nul
litatis non obſtat petenti executionem.ſed hodie eſt proui-
ſum,vt infra breue tempus, ſcilicet infra viginti dies debeat
31 probari † exceptio ſpoliationis, vt in cap frequens. de reſtit.
ſpoliat.in vj.ergo fortius in caſu noſtro debet in odium ſpo-
liationis,& in fauorem ſpoliati admitti hæc exceptio. argu.
clem j. infra de cau.poſſ.& propriet.& iſtam opinionem te-
net etiam Ioan.de Imo. intelligens tamen hoc procedere,
quando ſpoliatio interuenit poſt ſententiam, ſecus ſi fuiſſet
32 † ſpoliatus ante ſententiam, quia tunc eſſet imputandum
ſpoliato,quaſi non oppoſuit ante litem conte.cum ſit exce-
ptio dilatoria,per ea quæ hōt in c ſi de ord.cog & in c.ex cō
queſtione de reſt.ſpo & i c.frequēs,de reſt.ſpo.in vj vnde illa
33 ſit cōcluſio,quod aut † exceptio ſpoliationis interuenit poſt
ſententiam,& tunc impedit executionem ſententiæ,aut in-
teruenit ante ſententiam, & tunc nō impedit executionem
ſententiæ, quia cum ſit exceptio dilatoria, debuit opponi
ante li conteſt. quantum autem ad illud, quod tangit dom.
Abb. ſcilicet an exceptio nullitatis impediat executionem
ſententiæ vide Dom de Ro.deciſ 66.& 67 & Bart.& Doct.in
l.iudicati.C.ſi ex falſ inſtr.& in l.4. §.condemnatum, ff.de re
iudic. Et hæc ſufficiant.Sequitur c.ſæpe.

SVMMARIVM.

1 *Terminus ſtatutus ab homine ad proſequendam appellationem, habet vim peremptory, ſi appellatio recipitur, vel approbatur a parte.*
2 *Procurator non debet mandatum occultare, ſed ſi occultat, impedit proceſſum.*
3 *Dominus citatus mittens procuratorem, ſi procurator non comparuit, condemnatur.*
4 *Dominus debet citari ante litem conteſtatam, procurator autem poſt.*
5 *Dolus, vel malitia procuratoris non nocet domino in cauſa, quæ non recipit pecuniariam æſtimationem.*
6 *Contumacia procuratoris nocet domino etiam ante litis conteſtationem, circa condemnationem expenſarum.*
7 *Practica procedendi in opponendo de non habente mandatum ſpeciale, ſecundum Ang.*
8 *Procurator conſtituens calumnioſam litem, puniendus eſt.*
9 *Factum procuratoris, vel negligentia, an noceat domino.*
10 *Cauſa tota cenſetur deuoluta ad curiam, ſi appellatio interpoſita ad Papam, recipitur a iudice, vel approbatur ab aduerſario.*
11 *Cauſæ beneficiales de ſui natura ſunt tractandæ in curia, etiam ſi appellatio non approbetur a iudice, vel aduerſario.*

12 *Iudex nunquid cenſeatur deferre appellationi, dicendo, recipio appellationem.*
13 *Verba, admittimus appellationem, an praeſumere faciant iudicem detuliſſe appellationi.*
14 *Iudex dicendo, deferimus tali appellationi, ſi de iure tenemur, an detuliſſe cenſeatur appellationi.*
15 *Quaeſtio iuris probatione non indiget.*
16 *Allegationes iuris non ſunt de neceſſitate producendae.*
17 *Dilationes dantur ad faciendas iuris allegationes, ſi petantur, nam qui allegationes non fecit, laeſus intelligitur.*
18 *Allegationes quando non tranſmittantur, nec in actis deſcribantur.*
19 *Allegationes an fieri poſſint, poſtquam concluſum eſt in cauſa.*
20 *Poſitioni quae ſit iuris, non eſt reſpondendum.*
21 *Conſuetudo allegata debet probari.*
22 *Statuta iudici ignorare non licet.*
23 *Reformationes quae non ſunt in volumine ſtatutorum, debent allegari.*
24 *Extrauagans quoque niſi notoria ſit, alleganda eſt.*
25 *Conſuetudo etiam notoria in libello eſt allegnda, ſecundum Io. And.*
26 *Notorium non excuſat ab allegatione, licet excuſet a probatione.*
27 *Appellari poteſt a ſententia lata ſuper declaratione iuris.*
28 *Dubium probabile iuris aequiparatur dubio probabili facti.*
29 *Quaeſtio facti illa eſt, ſuper qua debent recipi probationes.*
30 *Statutum exiſtens, quod conſanguinei teneantur compromittere de litibus, quae ſunt inter eos, intelligitur de his quae ſunt facti, vel facti, & iuris mixti.*
31 *Compromiſſum an fieri debeat de ſententia, vel de inſtrumento, ſtante ſtatuto de compromittendo litee.*
32 *Terminus quando acquirat vim peremptorij.*
33 *Appellatio quae conſtiterit legitima, ſuum vigorem obtinet, licet nec a iudice, nec a parte recepta fuerit.*
34 *Sententia rata manet, quando ab ea appellari non poteſt.*
35 *Verbum, ratum, quid importet.*
36 *Allegari quae poſſunt contra citationem, poſſunt etiam allegari reſpectu citationis.*
37 *Verbum litibus, tam ad iudicialia, quam extraiudicialia applicatur.*
38 *Lis dicitur eſſe poſt litem conteſtatam.*
39 *Cauſa dicitur ante, & poſt litem conteſtatam.*
40 *Cauſa omnis appellationis interpoſita ad Papam, an ſit deuoluta ad curiam.*
41 *Appellatio a declinatoria non admiſſa, ſi ſtatutus ſit terminus ad proſequendum, an deuoluat cauſam ad curiam.*
42 *Iudice non deferente appellationi, quam appellans petit, quid agendum vide.*
43 *Exceptio de cauſa non tractanda in curia, quando debet opponi.*
44 *Citatio partis requiritur etiam in quaeſtione iuris.*
45 *Probatio non dicitur requirere altiorem indaginem, vbi per inſtrumenta, & per teſtes praeſentes, vel per confeſſionem partis probari poteſt.*
46 *Rubricae ſunt authenticae, & de textu, vnde ſcriptor qui promiſit ſcribere textum, ad rubricas ſcribendas tenetur.*
47 *Negatiua non coarctata loco & tempore, non poteſt probari.*
48 *Probatio propria, quae dicatur.*
49 *Statuta loquentia de probatione, non habent locum in confeſſione.*
50 *Renuncians probationi, non cenſetur renunciare confeſſioni.*
51 *Procurator eſt mittendus, inſtructus in cauſa appellationis proſequenda.*
52 *Conſenſus ſolius appellantis, nunquid ſufficiat.*
53 *Appellans, appellato approbante appellationem, debet infra terminum probare, alias non debitur alia dilatio.*
54 *Termini ſola aſſignatio non facit cauſam appellationis eſſe in curia.*
55 *Appellatio poteſt admitti per appellatum, ſi iudex noluerit admittere.*
56 *Terminus iuris, an ſuccedat loco termini hominis.*
57 *Appellatus debet comparere ſaltem per menſem ante finem anni.*
58 *Appellatus, ſi ab termino ſtatuto ad proſequendum appellationem, eſt loco peremptorij, ſecundum glo.*
59 *Appellatus ſatis dicitur proſequi, ſi comparuit in termino.*
60 *Appellato quando melius ſit approbare deſertionem, quam petere ſententiam.*
61 *Appellatus qui impetrauit literas lapſo termino, an illis renunciare poſſit, ſi appellans velit proſequi appellationem coram iudice impetrato.*
62 *Iudex ad quem, an poſſit appellationem deſertam pronunciare.*
63 *Iudex ad quem poteſt cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio.*
64 *Sententia ſuper deſertione, habet vim diffinitiuae.*
65 *Citatio partis, an requiratur in ferenda ſententia interlocutoria.*
66 *Citari pars debet in quocunque actu praeiudiciali.*
67 *Iudex non poteſt facere gratiam aduerſario, vbi eſt ius quaeſitum parti.*
68 *Tempus ante lapſum termini, ad proſequendam appellationem poteſt prorogari.*
69 *Iudex non poteſt procedere contra abſentem, niſi prius conſtet de contumacia.*
70 *Iudex non immittet in poſſeſſionem aduerſarium, niſi conſtet pupillum non defendi.*
71 *Iudex cui nihil conſtat, nihil decernere poteſt.*
72 *Actus omnis, qui poteſt fieri citata parte, poteſt fieri parte praeſente.*
73 *Iudex non poteſt non deferre appellationi a diffinitiua.*
74 *Sententia excommunicationis non differt ab alijs ſententijs, ſi appellatio praecedat ſententiam.*
75 *Appellans dicitur exemptus a iuriſdictione iudicis a quo.*
76 *Attentata poſt appellationem legitimam, ſunt nulla.*
77 *Attentata per renunciationem appellationis non reconualeſcunt.*
78 *Attentatorum priuilegium non durat, deſerta appellatione.*
79 *Actus extraiudicialis nunquam tranſeunt in rem iudicatam.*
80 *Papa an poſſit excommunicationem ſuſpendere ad tempus.*
81 *Sententia depoſitionis ab ordine, vel a beneficio, ſuſpenditur per appellationem ſubſequentem.*
82 *Infamis cenſetur fuiſſe retro a die ſententiae, ſi deſerit appellationem, qui condemnatus fuit de delicto irrogante infamiam.*
83 *Teſtimonium eſt publici officij.*
84 *Depoſitio continet ſuſpenſionem, cum ſit perpetua ab altaris miniſterio remotio.*
85 *Depoſitio imponit grauiſſimam poenam, & eſt magni praeiudicij.*
86 *Suſpenſio quando poſſit per appellationem ſuſpendi, ſecundum Abb.*
87 *Poena impetrantis literas ante lapſum termini, qualis ſit.*
88 *Expenſarum condemnatio fit ratione contumaciae propter intereſſe partis.*
89 *Terminus hominis ſuccedit loco termini iuris, nam eo lapſo eſt deſerta appellatio.*
90 *Terminus hominis praefigitur in odium appellantium.*
91 *Appellans qui deſeruit appellationem, an poſſit agere contra iudicem de iniqua ſententia.*
92 *Conſiliarius, vel agrimenſor, an poſſint conueniri ad intereſſe, ſi laedunt aliquam ex partibus.*
93 *Iudex qui pronunciauit ſuper aliqua exceptione, & non condemnauit partem in expenſis, an poſſit condemnare de nouo.*
94 *Cauſa iuſta litigandi, ab expenſis excuſat.*
95 *Contumax non poteſt probare ſe habuiſſe cauſam iuſtam litigandi, nec appellare poteſt.*
96 *Contumax poteſt appellare ab iniuſta taxatione.*
97 *Iudex non poteſt condemnare in expenſis, niſi eadem die, qua tulit diffinitiuam.*
98 *Cautela pro iudicibus in condemnando in expenſis.*
99 *Citatio an requiratur in taxatione expenſarum.*

CAP. XLIIII.

1 SAepe. Si appellatio recipitur a parte, vel approbatur a iudice, † terminus ſtatutus ab homine ad proſequēdam appellationem, habet vim peremptorij, & in abſentem proceditur, ac ſi peremptorie fuiſſet citatus. nec poteſt talis terminus ab aliqua partium praeueniri, hoc dicit. Diuiditur in duas partes. In prima ponitur cauſa conſtitutionis. In ſecunda conſtitutio. ſecunda ibi, praeſenti decreto ſecunda pars ſubdiuiditur in ſex partes, quia primo ſtatuitur, vt appellatione recepta terminus habeat vim peremptorij. Secūdo ponitur, quod appellatio non eſt recepta. Tertio reſeruat conſtitutiones loquētes de deſertione appellationis a diffinitiua. Quarto declarat principale dictum huius tex. Quinto imponit poenam praeuenienti terminum hominis. Sexto, & vltimo determinat, & limitat hanc conſtitutionem. ſecunda ibi, quod ſi forſan. tertia ibi, ſaluis conſtitutionibus. quarta ibi. quicquid autem. quinta ibi, ſi quis autē terminum. ſexta & vltima ibi, hoc autem in litibus.

No. primo ibi, mandatum procuratorium occultantis, ꝙ
2 † procurator non debet mandatum procuratorium occultare, tamen ſi occultat, impedit proceſſum, oportet quod ſciat ſe procedere contra legitimam perſonam. & ad hoc allegat Bal. l. ſi procuratorem abſentem. ff. de procura. dicit tamen Bal. quod ſi procurator confitetur habere inſtrumentum procuratorium, poſſet cogi ad illud producendum, ꝙ eſt no. dignum, ſecundum eum. & idem dicit in literis de rato, quia ſi procurator confitetur ſe illas habere, debet compelli illas producere, ſecundum eum, allegat dictā l. ſi procuratorem abſentem & intellige iſtum tex. quod iſte habebat duplex mandatum, vnum ad impetrandum, & contradicendum, aliud vero ad proſequendam appellationem. Et primum mandatum oſtendebat, & ſecundum occultabat. facit quod habetur in c. Nicolao, inf. eo.

3 Secundo nota, quod ſi † dominus eſt citatus ad cauſam, & miſit procuratorem, qui non comparuit, vel occultauit mandatum, cōdemnatur tunc dominus in expenſis tanquā

con-

contumax, vt hic, & idem ſi miſit procuratorem ad cauſam
non inſtructum, vt dicto cap. Nicolao. Secus, ſecundum In
noc. & Doct. ſi poſtquam procurator eſt factus dominus li-
tis, efficitur contumax, vel malitioſe agit: tunc enim ſolus
procurator venit puniendus, vt in l. 3. § ſi procurator. ff. ſi quis
ius dicen. non obtemp. hoc tamen intellige, quando fuit ci-
tatus procurator, qui litem fecit conteſtari. Secus ſi citare-
tur ipſe dominus, quia tunc neuter condemnaretur in expē
ſis, quia debuit citari procurator, ex quo factus fuit dominus
litis, & non dominus. de quo no. per Bart in l. procuratori-
bus. C. de procur. & in l. furioſa. C. de re iudic. & in l. muta-
ri. in fi. ff. de procur. & in l. j. C. de ſentē. & hoc ſequuntur hic
dom. Abb. & communiter Doct.

Ex quo nota, quod ante litem conteſt. debet citari domi-
4 nus, † ſed poſt litem conteſt. debet citari procurator. & hoc
etiam tenet Butr. in cap. dilectus ſupra de procur. & in c. 2.
de teſtib. vbi plenius per dom. Abb. notatum, & ibi dixi. Li-
mita tamen illud, quod dicit hic Innoc. & Doct. inquantum
dicunt, quod ante litem conteſt. contumacia procuratoris
noceat domino: nam hoc eſt verum, niſi ſit cauſa, quæ non
recipiat pecuniariam æſtimationem, vel pecuniariam inte-
reſſe, vt eſt cauſa matrimonialis, vel cauſa status, vel infa-
5 miæ, vel cauſa beneficialis, nam tūc † dolus, vel malitia pro
curatoris non nocet domino, ex quo non poteſt in huiuſ-
modi cauſis habere regreſſum contra procuratorem. & de
hoc eſt glo. in auth. hodie. C. de appel. & in l. j. in fi. ff. quando
appell. ſit. & hoc etiam ſequitur Bal. in dicta auth. hodie. in
2. col. hoc tamen intellige. quando procurator fuit in dolo,
vel malitia, ſecus ſi non commiſiſſet dolum, quia tunc fa-
ctum procuratoris noceret domino, etiam in huiuſmodi
cauſis. de quo vide bo. tex. in c. cum olim. iuncta glo. de cau.
poſſ. & propr. quæ diſtinguit, an in huiuſmodi cauſis procu-
rator committat dolum, vel culpam.

Secundo limita iſtum tex. & dictum Doct. inquantum di-
6 cunt, q † contumacia procuratoris ante litis conteſtatio-
nem noceat domino: nam hoc eſt verum, ſecundum Bald.
hic, inquantum agitur de condemnatione expenſarum, ſe-
cus ſi ageretur de pœna extrinſeca, quia tunc factum procu
ratoris nō noceret domino, vt eſt tex. cum glo. in l. 3. §. ſi pro
curator. ff. quod quiſque iur. quæ dicit, quod ſi procurator
opponat exceptionem, ex qua dominus incidat in pœnam,
non punitur dominus, niſi hoc ſpecialiter mandauerit, vel
ratum habuerit. & idem dicit ibi Bart. & in l. ſi procurator.
ff. de condict. indebi. & in l. 3. §. ſi procurator. ff. ſi quis ius dic.
7 non obtemp. & † ideo practica eſt, quando procurator op
ponit talem exceptionem, quod opponatur contra eum, q
non habet mandatum ſpeciale ad ipſam opponendam. &
iſtam practicam ponit Ang. in dicta l. 3. §. ſi procurator. ff. q
quiſque iuris. & Bald. ibi per illum tex. dicit, quod ſi ciuitas
mandat aliquibus, quod edant ſtatuta, & illi faciant ſtatuta
contra libertatem eccleſiæ, non punitur ciuitas, quia non vi
detur dediſſe mandatum ad hoc.

8 Ex his etiam infertur, quod ſi † procurator generalis inſti
tuit calumnioſam litem, quod ipſe eſt cōdemnandus in ex-
penſis, & non dominus, quia non videtur ad hoc dediſſe
mandatum, vt in iuribus præalleg. facit l. non eſt ignotum.
C. de adminiſt. tutor. vbi patet, quod tutor mouens calum-
nioſam litem, condemnatur in expenſis, non autem pupil-
lus. & per illum tex. dicit ibi Salic. quod procurator genera-
lis mouens calumnioſam litem, debet puniri in expenſis,
non autem dominus.

Et ex prædictis infertur, quod iſte tex. eſt reſtringendus,
quando procurator eſt cōſtitutus ſpecialiter, ſeu habet ſpe-
ciale mandatum, vel quando dominus tenetur aliquid face
re: tunc enim contumacia, vel factum procuratoris nocet
domino, ſecus ſi procurator non ſit ſpecialiter conſtitutus,
nec dominus tenetur comparere, vel facere: tunc enim fa-
9 ctum † procuratoris nocet domino, niſi ad id habeat ſpecia
le mandatum, vel dominus expreſſe ratū habeat. Et de hoc
articulo, ſcilicet an & quando factum, vel negligentia pro-
curatoris noceat domino dic vt plene habetur in c. j. vt li. nō
conteſt. & per Bart. in l. 1. §. ſi procurator. ff. ſi quis ius dic. non
obtemp.

Tertio nota, quod ſi appellatio interpoſita ad Papam,
recipitur a iudice, vel approbetur ab aduerſario, immediate
10 tota † cauſa eſt deuoluta ad curiam, vnde non ſufficit tunc
mittere procuratorem ad impetrandum literas ſuper appel
latione, ſeu ad contradicendum, ſed oportet quod procu-
rator habeat mandatum ad totam cauſam, vt hic dicitur,
& in capit. interpoſita. § primo. infra eod. & hoc intellige in
omni cauſa appellationis, etiam ſi non ſit beneficialis, nam
11 † cauſæ beneficiales ſui natura ſunt tractandæ in curia, etiā
ſi appellatio non approbetur a iudice, vel ab aduerſario, vt
in cap. 1. de elect. lib. 6. dummodo appellatio intimetur ad-
uerſario ſecundum formam clem. cauſam, de elect.

In omnibus ergo cauſis eo ipſo, quod appellatio eſt ap-
probata a iudice, vel a parte appellata, cenſetur illi appella-
tioni delatum, & per conſequens tota illa cauſa eſt deuolu-
ta ad curiam, ſecundum dom. Abb. & Ioan. de Imo. hic di-
cit, quod iſte tex. debet intelligi de parte appellata, quia ap-
probatio partis appellantis non ſufficeret, quia non debet
eſſe in facultate appellantis, quare cauſa deuoluatur ad cu-
riam.

12 Quarto no. ibi, vel a † iudice recepta, ſecundum Ioann. de
Imo. quod ſi iudex dicit, recipio appellationem, cenſetur de
ferre appellationi, & hoc ſatis probatur hic, & tenuit Specu.
eod. tit. § nunc dicamus. Quid autem ſi iudex dicat, talem ap
13 pellationem † admittimus. de hoc vide Archid. & Io. And.
in cap. cum appellationibus friuo. eo. tit. in vj. Quid autem
14 ſi dicat iudex, tali † appellationi deferimus, ſi de iure tene-
mur deferre, & aliter nō. de hoc vide Bal. in l. edita in penul.
cat. in princ. C. de eden. vbi dicit, quod iudex cenſetur detu-
liſſe, ſi de iure erat deferendum, & non detuliſſe, ſi de iure
non eſſet deferendum. & idem conſuluit Ang. conſ. ſuo 193.
melius 217 quod incipit, in cauſa accuſationis, in 3. colum.
& de virtute huius clauſulæ, ſi & inquantum de iure teneor,
vide per Doct. in l. ſi quando ff. de lega. 1. Adde dom. Abb. in
cap. cum contingat. in penult. col. de offic. delega. & ibi apo-
ſtillam meam.

Quinto no. ibi, iuris quæſtio, moueatur &c. quod quæ-
15 ſtio † iuris probatione non indiget.
16 Ex quo infertur, quod † allegationes iuris non ſunt pro-
ducendæ in cauſa de neceſſitate, quia ius non indiget pro-
batione.
17 Dilationes † tamen ſunt dandæ ad faciendas allegationes
iuris, ſi petantur ab aliqua ex partibus, vt in l. iubemus C. de
iudic. intereſt etiam ſacere, & producere allegationes iuris in
ſcriptis l. iudices. C. de iudi. hinc eſt, quod ille qui non dedit,
vel non fecit allegationes iuris, dicitur læſus, vnde minor re-
ſtituitur ad allegandum. vt in l. minor viginti quinque annis
omiſſam allegationem ff. de mino.

Et ex hoc infertur, quia ſi eſſet aſſignata dilatio ad alle-
gationes iuris faciendas, & ipſa dilatio eſt elapſa, licet poſ-
ſint iura allegari iudici, argum. l. ornamentorum ff. de au. &
18 argen. lega. tamen tales † allegationes non ſunt regiſtrandæ,
ſeu deſcribendæ in actis, nec ſunt tranſmittendæ cum pro-
ceſſu ad conſultorem, cui cauſa eſt commiſſa conſulenda,
ex quo infra terminum non ſunt productæ, ſecundum Bal.
in dicta auth. iubemus. C. de iudic. & hoc modo debet intel-
ligi dictum Innoc. in cap. paſtoralis. in princ. de cauſa poſſ. &
19 proprie. vbi dixit, † quod poſtquam eſt in cauſa concluſum,
nihil poteſt allegari de facto, vel de iure. & idem ſenſit glo. ij.
in cap. cum dilectus. de fide inſtru. nam debet intelligi, quod
nihil poteſt allegari de facto, vel de iure, ita vt producatur
in actis, ſed allegationes iuris bene poſſunt fieri in voce, vel
in ſcriptis ipſi iudici, vel conſultori, dato quod ſit in cauſa
concluſum, & ita ſeruat conſuetudo, nam partes non cu-
rant, quod allegationes iuris deſcribantur in proceſſu, ſed
poſtquam eſt in cauſa concluſum, allegant voce, vel in ſcri-
ptis coram iudice, vel conſultore, & porrigunt eas iudici, vel
conſultori, vt eas legat, & ferat ſententiam ſecundum ipſas
allegationes, ſi videntur iuri conſonæ.

Sexto no. ar. ex hoc tex. ſecundum dominū Abb. quod
20 poſitioni † iuris non eſt reſpondendum, ex quo enim non
indiget probatione, quia ius eſt certum de ipſo, etiam non
poteſt fieri poſitio, vnde quotidie dicitur, non teneor reſpō
dere tali poſitioni, quia eſt iuris, & hoc tenet glo. in cap. fin.
in verbo, cauſa. verſic. item ſi poſitio ſit iuris. de confeſſ. in vj.
& idem glo. & Bart. in l. ij. §. quod obſeruari. C. de iuram. calum.
& hoc debet intelligi. quando eſt ius ſcriptum, ſecus ſi eſſet
21 conſuetudo, quia qui allegat † conſuetudinem, debet eam
probare, de conſuet. cum dilectus. quia eſt facti, & in facto
conſiſtit, vt in cap. j. de conſuet. in vj. & hoc tenet Bart. in di-
cto § quod obſeruari. & ſequitur hic dom. Abb. & idem di-
cit in ſtatutis alterius ciuitatis, ſecus in ſtatutis loci, vbi cau-
ſa agitatur, quia cēſetur eſſe ius commune in loco, vbi ſunt
facta talia ſtatuta, vt in l. omnes populi ff. de iuſtit. & iu. & 1.
diſt. ius ciuile. vnde dixit Bal. in l. i. C. vt quæ deſunt aduo. iu
dex ſup. quod licet ſtatuta loci numquam fuerint allegata in
cauſa, vel producta coram iudice, tamen tenetur iudex ſup
plere, & iudicare ſecundum ipſa ſtatuta, & ignorantia eum
22 non excuſat, cum non liceat † iudici ignorare iura. l. 2. ff. q
quiſque iur. & dicit Bal. in dicta auth. iubemus. in princ. C. de
iudic. quod ſi iudex iudicat contra ſtatutum, facit litem ſuā,
ſicut ſi iudicaret contra ius commune. hoc tamen intellige
23 vbi eſſent † reformationes, ſeu decreta, quæ non eſſent in
volu-

volumine ſtatutorum, quia tunc deberent allegari, vt dicit
Bar. in l. omnes populi. circa fin. ff. de iuſtit. & iu. & in l. cum
prolan. in princip. ff. de re iudic. & idem dicendum eſt in ex
trauag. ſtib ſenſit Bart & idem dicunt Doct. in cap. paſto-
24 ralis. de fide inſtrum. & hoc procedit niſi extrauagans † eſſet
notoria, vt eſt extrauagans Ioannis XXII. quæ incipit, Exe-
crabilis. & extrauagans, quæ incipit, ad reprimendum, quæ
fuit edita ab Henrico Imperatore: nam illa extrauagans eſt
notoria, & eam commentauit Bart. & idem dicendum eſt
de reformatione ſtatutorum, quæ ſunt extra volumen, ſi
ſunt notoria. & de hoc dixi in dicto capit. paſtoralis. de fi. in-
ſtrum. vnde Bal. in dicta l. j. C. vt quæ deſunt aduoc. partium
iudex ſuppleat dicit, quod ſi conſuetudo eſt occulta, eſt al-
leganda coram iudice: ſi vero eſt notoria, licet non allege-
tur, iudex debet ſecundum eam iudicare, & illa fuit opinio
originaliter Iac. de Are. vt dicit Ioan. Andr. in cap. fin. de con
ſuet. in quarto membro, circa fin. verſic ſed quæro. Pet. vero,
& Cyn. C. quæ ſit longa conſuet. in l. j dicunt, quod conſue-
tudo non eſt alleganda, nec probanda, niſi eam pars neget,
quia tunc parte negante debebit probari dicit tamen Ioan.
25 Andr quod communiter Doct. tenent, quod † conſuetudo
in libello eſt alleganda, etiam ſi ſit notoria. & pro hoc facit,
26 quia † notorium non excuſat ab allegatione facienda, licet
excuſet a probatione, vt not. Ioan. Andr. & Doct. in cap. ac-
cedens, el ſecondo, in glo. j. ſupra vt li non conteſt. & glo in
clem appellanti, de appell. maxime quia conſuetudo eſt fa-
cti, & in facto conſiſtit, vnde eſt alleganda, licet ſit notoria.
vnde Ioan. And. poſt Ioan. de Blobutio, in quarta parte Spe
cu induſtinctè dicit, quod conſuetudo eſt alleganda in libel-
lo. & idem ſenſit Bart in l. de quibus. in fi. ff. de legib. & in di-
cta l. ij. § quod obſeruari C de iuram calum. vbi ſimpliciter
videtur dicere, quod conſuetudo ſit alleganda pro hoc facit,
quia etiam priuilegio iuris eſt alleganda, licet non ſit pro-
banda. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Pollioni. ff. de
adulteriis.

Septimo nota, quod a ſententia lata ſuper declaratione
27 iuris, poteſt appellari. † & quod in hac appellatione currunt
fatalia, & deſeritur appellatio, & ſententia tranſit in rem
iudicatam, ſicut ſi eſſet lata ſuper facto, quod dicit Bal. hic
eſſe nota dignum ſed hoc debet intelligi, niſi error eſſet ex-
preſſus in ſententia: nam tunc eſſet ipſo iure nulla, vt in l. t.
C. quando prouoc. non eſt neceſ & in cap. j. ſupra de re iudi.
vel poteſt intelligi iſte tex. quando quæſtio iuris eſſet dubi-
28 tabilis: nam probabile † dubium iuris æquiparatur proba-
bili dubio facti, vt dicit glo. nota in cap. vnico. in verbo pro-
babiliter, de poſtul prælat. in vj. & ibi hoc tenet clarius Ioan.
And & Dom Dom. pro quo eſt tex notab. in cap. cum dile-
ctus. de conſuetud. vbi de hoc per But. & dom. Abb. & alios
Doctores.

29 Octauo nota ibi facti quæſtio, quod illa eſt quæſtio † facti
ſuper qua debent recipi probationes, cõcordat l. j § calum-
niatoribus ff. ad Turpil. & ij q iij. §. notandum.

. Et aduerte, quia quando quæſtioni iuris eſt admixta quæ
ſtio facti, dr quæſtio facti, & non iuris, vt dicit Bal. in l. ancil
læ. C de furtis. de quo vide ibi per eum, & in l cum virum.
C. de fideicomm.

30 Et ex hoc dicit Bald. quod ſi eſt † ſtatutum, quod conſan-
guinei teneantur compromittere de litibus, quæ ſunt inter
eos, quod ſtatutum debet intelligi, quando inter eos eſt quæ
ſtio facti, vel quæſtio facti, & iuris eſt ſimul mixta, ſecus ſi eſt
quæſtio iuris tantum, quia tunc non tenentur compromit
tere. ſed ego intellige dictum Bal. verum, niſi quæſtio iuris
eſſet dubitabilis, quia tunc quæſtio iuris æquipararetur quæ-
ſtioni facti, vt ſupra dixi. & ſic tenerentur ad compromit-
ſum, quod no. & ideo dicendum eſt, quod aut eſt cauſa li-
quida, ita quod non habet dubitationem apud peritos, &
tunc non arctantur ad compromiſſum, & de hoc vide Bart.
in l. eleganter. in princ ff de condict. indeb. vbi dicit, quod ſi
31 quis habet ſententiam † diffinitiuam, vel inſtrumentum gua
rentigiatum, quod ſecundum formam ſtatuti habet execu-
tionem paratam, talis non arctatur ad compromiſſum vi-
gore ſtatuti diſponentis, quod inter conſanguineos de quæ-
ſtionibus, & litibus ſuis debeat fieri compromiſſum, quia de
eo quod eſt certum, & liquidum, non debet fieri compro-
miſſum dicit tamen, quod ſi inſtrumentum tale aliquo mo
do reuocaretur in dubio, tunc arctarentur ad compromiſ-
ſum. de hoc etiam articulo vide Bart. & Doct. in l poſt rem.
ff de tranſact. & Bart. in l non diſtinguemus. §. Iulianus. ff. de
arbit. & per Bar. Bal & alios Doct. in l. ſi cauſa cognita. & in
l. ſi diuerſa. C. de tranſact.

Nono no quod vbi appellatio approbatur per iudicem,
vel per partem appellatam, & eſt ſtatutus terminus ad pro
32 ſequendam appellationem, talis † terminus habet vim perem-
ptorij ad totam cauſam, adeo quod abſque alia citatione
poterit procedi cõtra abſentem ad inſtantiã alterius partis.

Vnde pondera iſtum tex. quia requirit iſta duo copulatiue,
ſcilicet quod appellatio ſit recepta ab appellato, aut a iu
dice, & quod terminus ſit ſtatutus ad proſequendam appel
lationem, alias non haberet locum iſte tex. ſecundum Inn.
& Ioã. And. qui adducit cap. interpoſita §. j. infra eod. vbi pa-
tet, quod ſi appellatio non recipitur a iudice, vel ab aduer-
ſario, ſufficit mittere procuratorem ad impetrandum, & cõ
tradicendum. Item intellige, quod terminus ſit ſtatutus a
iudice, ſiue ab appellato: nam appellatus non poteſt ſtatue-
re terminum appellãti ad proſequendam appellationem, vt
dicit Spec eod tit. §. qualiter. verſic. porro. & dixi ſupra eod.
perſonas. Item intellige hunc tex. in appellatione ab inter-
locutoria. quid autem ſit in appellatione a diffinitiua, dico
tur ſuper glo. in verbo, ſaluis.

Decimo nota in verſic. quod ſi forſan, quod ſi appellatio
non recipitur a iudice, nec approbatur a parte, ſi hoc fit ma
litioſe, cum appellatio ſit legitima, poſtquam conſtiterit
33 appellationem † eſſe legitimam, habebit appellatio ſuum
vigorem ſed intellige, quod habebit ſuum vigorem quo ad
retractionem attentatorum, vt in c. non ſolum §. j de appel
latio. in vj. Item quo ad pœnam iudicis non deferentis ap-
pellationi, de qua ſupra eod de priore. tamen cauſa non erit
deuoluta in curia, nec præfixio termini habebit vicem per-
emptorij, vnde non tenebitur appellatus comparere niſi ci-
tetur. pro hoc, infra eod. per tuas. ita dicit hic Ioan And. &
domi. Abb. hic in pen. col. ibi, extra glo. quæritur, qui dicit
iſtum tex. eſſe communem intellectum iſtius capituli. & pro
hoc facit infra eod. interpoſita. §. j. vbi tex. indiſtincte dicit,
quod quando appellatio non recipitur a iudice, nec ab ap-
pellato approbatur, quod ſufficit appellato mittere procu-
ratorem ad impetrandum, & contradicendum, & ſic cauſa
non eſt in curia.

34 Vndecimo no. ibi, rata manet ſententia, ar. quod † ſenten
tia tunc dicitur rata, quando ab ea non poteſt appellari.

Ex quo infertur, quod ſi diceretur per ſtatutum, quod ſen
tentia lata per Dom. Poteſtatem de conſilio Sapientis ſit la-
ta, quod a tali ſententia non poterit appellari, & iſtud ſenſit
Ang. in l. libertus. C. de appellat. facit auth. ei qui in fi C. de
tempo. appell. & l. epiſcopale. C. de epiſc. audien. vbi dicitur,
quod iudicium epiſcopale eſt ratum, deinde dicit, quod ab
eis non poteſt appellari. & ſic videtur declarare, quod illud
35 †. verbum ratum, importet remotionem appellationis, de
quo dixi in Rubrica huius tituli. vbi enumeraui aliquos ca-
ſus, in quibus appellatio eſt prohibita, & inter alios caſus ex-
ceptos numeraui iſtum.

Duodecimo nota ibi, quicquid autem, &c. quod omne
36 illud, quod poteſt † allegari cõtra citationem peremptoriè
factam ab homine ad excuſandam contumaciam, illud idẽ
poteſt allegari reſpectu citationis, & termini iuris, ſeu con-
tra citationem legis, vel ſtatuti, quod eſt tenendum menti,
ſecundum Bal. & hoc inducit ad quæſtio ſtatuti diſponentis,
quod bannitus non audiatur: nam licet non audiatur ſuper
crimine, tamen debet audiri, ſi dicat bannum non valere,
quia non fuit contumax.

Vltimo nota in fine. ibi, in litibus, ſiue iudiciis, quod iſta
conſtitutio habet locum, tam in appellationibus iudiciali-
37 bus, quam extraiudicialibus: nam † verbum litibus, includit
appellationes extraiudiciales. & dum dicit, iudiciis. loqui-
tur de appellationibus iudicialibus ex quo infert dom. Abb.
quod hoc verbum lis, verificatur etiam in contentionibus
etiam extraiudicialibus & pro hoc allegat cap forus. de ver
bor. ſignific. Et dicit hoc eſſe notandum propter ſtatuta fa-
cientia mentionem de litibus, vel de litigantibus. ſed tu dic,
quod proprie loquendo non dicitur eſſe lis, niſi conteſtata
lite, & ſic hoc verbum comprehendit iudicialem. & de hoc
eſt tex cum glo & ibi per Bart in l. cauſas, vel lites. C. de tran
38 ſact. vbi Bart. dicit, quod † lis dicitur eſſe tantum poſt litem
39 conteſt. Cauſa vero dicitur ante li conteſt. & poſt † cum ſit
nomen generale. & de hoc allegat opt. tex. in authent qui
ſemel. C quomodo, & quando iudex, & in cap ex parte, el
ſecondo, infra de verborum ſignificat vbi probatur, quod di
citur eſſe lis tantum poſt li. conteſt. & hoc tenet ibi glo. fi. Ad
iſtum tex. reſpondeo, quod ideo hic verbum in litibus, intel-
ligitur de appellationibus extraiudicialibus, vt differat a ver
bo iudicis. vnde dic, quod verbum lis, ſecundum propriam
ſignificationem debet intelligi de lite iudiciali, & dicitur eſ-
ſe lis tantum poſt litem conteſt vt ſupra dixi ſed aliquando
accipitur improprie pro lite extraiudiciali, ita loquitur hic.
40 Antequã veniam ad glo quæro, an omnis cauſa † appella-
tionis interpoſita ad Papam, ſit deuoluta ad curiam. & dic
ex præcedentibus, quod regulariter cauſa appellationis nõ
intel-

intelligitur deuoluta ad curiam, ſed debẽt delegari ipſę cau
ſæ in partibus,& hoc probatur in cap.interpoſita.§.j.& not.
in c.Nicolao. ſed iſta regula recipit tres limitationes.
Prima eſt in cauſis beneficialibus, quæ ſui natura tractan
dæ ſunt in curia, vt in cap.j.& in ca.cupientes.de elect.lib.vj.
& in cle.cauſam.de elect.
Secunda limitatio eſt, quando appellationi delatum fuit
per iudicem, vel per partem appellatam, & ſtatutus eſt ter-
minus ad proſequendam appellationem, quo caſu ſi eſt ap-
pellatum ad Papam,cauſa eſt tractanda in curia. & hoc pro
cedit non ſolum in cauſa beneficiali, ſed in qualibet cauſa,
in qua interponitur appellatio ad Papam hoc tamen intelli
ge reſpectu articuli appellationis:nam reſpectu negocij prin
cipalis,ita demum cauſa eſt tractanda in curia, quando ap-
pellatus hoc petit, vt in c.j.§ poſt hæc. eod tit.in vj.
Tertia limitatio,quãdo Papa committeret cognitionem
cauſæ principalis in curia,nam ex quo Papa commiſit cau
ſam principalem , habet locum iſte tex. & etiam eius ratio,
vnde citata parte legitime poterit ex poſt facto procedi in
abſentia ipſius partis: nam cum teneatur comparere per ſe,
vel per procuratorem inſtructum ad totam cauſam, ſi hoc
non fecerit,tenebit proceſſus in abſentia, argu.huius tex. &
c.1.de elect.in vj.Ita dicunt Dom.de Ro deciſ.116 dic tamẽ,
ꝙ vbicunque reus eſt remotus a loco,vbi eſt iudex,poteſt ci
tari ad totam cauſam,de quo dic vt per Bart.in extrauag. ad
reprimendum,in verbo, per edictum, & per do. Abb. in c fi.
de dilat.& per Innoc.in c.conſuluit.de offic deleg. & in c.au
ditis.de procur.& per Dom.Dom.in c.ij.de do.& contu li.6.
Ex iſtos caſus regulariter cauſa appellationis interpoſita ad
Papam,non eſt neceſſario tractanda in curia.
Secundo quæro,pone,ꝙ ſit appellatum a iudice,quia nõ
41 admiſit†exceptionem declinatoriã,verbi gratia,quia oppo
nebatur ipſum eſſe iudicẽ incompetẽtem , vel reſcriptũ eſſe
ſubreptitium, & iudex detulit appellationi. & ſtatuit termi-
num ad proſequendum , an intelligatur cauſa deuoluta ad
curiam quo ad negotium principale. Io.de Imo.dicit, quod
non, quia delatio, & appellatio operatur tunc cõtrarium ef
fectum eius,quod intendit appellans:nam appellans inten-
dit,ꝙ iudex non procedat in cauſa, vnde ſi delatio operare-
tur,cauſa principalis deuolueretur ad curiã , operareturcõ-
trarium effectum eius,quem intendit appellans, quia appel
lans intendit,quod non procedatur in cauſa.
Delatio autem operaretur contrarium effectum , ſi per
ipſam delationem deuolueretur cauſa principalis ad curiã.
facit quod not.in c.ſignificauerunt,ſupra de excep.& quod
not.Spec.eod.tit.§.qualiter.verſ.porro.ad fin.& per Ioan.de
Imo.in c.ſignifican,rein prin.ſupra de reſcrip.
Sed tu aduerte, nã ego credo, ꝙ ipſe articulus, ſuper quo
eſt appellatum,ſit tractandus in curia, ſi iudex detulit appel
lationi,& ſtatuit terminum ad proſequendum,nam iſte tex.
indiſtincte loquitur,& habet locum in qualibet appellatio-
ne. Fateor tamen,ꝙ hoc caſu non poſſet appellatus petere,
ꝙ cauſa principalis tractaretur in curia,quia ſi delatio, ſeu ap-
probatio delationis hoc operaretur induceret effectum cõ-
trarium intentioni appellantis. & hoc modo procedit opi-
nio Ioann.Andr.& quod not.Speculat. in dicto verſ.porro
ad finem.
42 Tertio quæro,quid ſi†iudex a quo non vult deferre appel
lationi,vbi appellans petit, & dicit eſſe deferendum. Iſtam
quæſtionem ponit Spec.eo.tit. § nunc dicamus. verſ.quid ſi
bis iudicabit. dicit,ꝙ appellans poteſt petere hoc caſu,ꝙ iu
dex committat conſilio ſapientis,an ſit deferendum,vel nõ.
Et ſi iudex non vult committere,poterit appellare,quia dici
tur in hoc grauare partem.& hoc dictum ſequitur hic Io.de
Imo dicens eſſe menti tenendum,quia regulariter iudex nõ
cogitur ſtare conſilio Sapientis,vt in l.j.§.j.cum ibi not.ff.eo.
& per Bart in l.ſi conuenerit.ff.de re iudic.& per Doct.in c.ſi
pro debilitate.de offic deleg.Sed ego credo,ꝙ dictum Spec.
non ſit verum , quia non reperitur iure cautum , ꝙ iudex a
quo teneatur committere conſilio Sapientis, an debeat de-
ferre,an non deferre appellationi:nam ſi pars ſentit ſe graua-
tam ex eo, ꝙ iudex nõ defert appellationi, debet appellare,
iudex autem ad quem,hoc habebit cognoſcere,an debuerit
deferre,vel non.facit cap.j.& cap. non ſolum.§.j.eod.tit.in vj.
& dicam infra eodem,vt debitus.ſuper gloſ in verbo, ratio-
nabili.
43 Vltimo quæro,quãdo debet opponi iſta†exceptio, quod
cauſa non ſit tractanda in curia. dic quod debet opponi an-
te lit conteſt. quia conſequitur exceptio dilatoria,& hoc te
net Spec.in tit.de dilat.§.1. verſic.illud. & ſequitur etiam hic
Ioan. de Imo. facit cap fin. de foro compet. vbi patet, quod
exceptio,quod quis habeat ius reuocandi domum,quando
conuenitur in curia,eſt dilatoria,& ante litis con:eſt. eſt op-
ponenda, vnde eodem modo dicendum eſt,quando oppo-
nitur exceptio , quod cauſa non ſit tractanda in curia , & ꝙ
remitti debeat ad partes.
¶In glo in verbo, iuris quæſtio, no. ex iſta glo.iuncto tex.
44 ꝙ etiam vbi quæſtio eſt iuris,debet pars † citari. & hoc pro-
batur in tex. quia dicit , quod lites remanent indeciſę, quę
poſſunt expediri partibus præſentibus , quia frequenter eſt
quæſtio iuris, vel facti, quæ requirit leuem probationem. &
ſic tex. vult , quod quæſtio iuris non poſſit terminari parte
abſente , & per conſequens ſatis conſtat , quod requiratur
citatio abſentis & dom.Abb.aſſignat rationem:nam forſan
poſſet aliqua defenſio competere abſenti ad offuſcatio-
nem iuris communis: poſſet enim allegare conſuetudinem
in contrarium,vel aliud ſimile.& adde bo.glo.in ſimili in c.j.
de offic deleg in vj.& quod dixi ſupra eod cum ſit Romana.
§.fin.& ſubdit dom. Abb.quod iſte tex procedit etiam in alio
iudice inferiori a Papa , quia licet non præſumatur omnia
iura habere in ſcrinio pectoris, tamen id,quod iuris eſt,non
ſubiicitur probationi factæ. Sed tex.ideo dicit,apud nos &c.
quia ſæpe ſuper intelligentia alicuius iuris ſunt opin.de qui-
bus inferior poteſt multum dubitare,vt in cap.literas,de re-
ſtit.ſpoliat.& in cap Capellanus.de fer. quod ceſſat in Papa,
quia Papa poteſt de nouo legem condere , & antiqua inter-
pretari, vt in c.inter alia.de ſent exc.& in c.per venerabilem.
qui fil.ſint legi. Sed Bal. [illegible] ſuper tex.in verbo,iuris quęſtio.
ſentit contrarium dicit enim,quod ſuper quęſtione iuris po
teſt interloqui parte non citata , allegat ff.quod met. cau. l.
metũ. §.ſed quod licet. & idem dicit Bal.in c.cum inter vos.
de conſuetu vbi dicit,quod ſi eſt quæſtio iuris,puta an ſtatu-
tum,vel conſuetudo teneat,iudex poteſt inquirere, & inter-
loqui parte non citata, quod eſt notabile, & dignum nota.
& refert idem tenuiſſe Cy.in l.Arethuſa.ff.de ſta.homi ſed lo
quitur contra iſtum tex.in quo patet,quod quæſtio iuris nõ
poteſt pręcidi parte abſente,& Bal.fuit deceptus propter ver
ba Innoc.in dicto cap.cum inter vos.de conſuet.vbi dicit,ꝙ
quando vertitur ſola quæſtio iuris,non requiritur ordo iu-
ris, tamen requiritur citatio, vt hic. Sed dictum Bal. poteſt
ſaluari,intelligendo ipſum,quod loquatur in caſu,in quo cõ
ſtat abſenti nullam defenſionem competere: nam tunc nõ
requiritur citatio, vt in cap.cum olim.de re iudic. & in c.ad
noſtram,el tertio,de iureiur.& in cap.cum ſit Romana,in fi.
ſupra eod.
In glo.in verbo,facti quæſtio,no.iſtam glo.ex qua habes,
quod probatio quæ poteſt fieri per inſtrumenta , vel per te-
ſtes præſentes , vel per confeſſionem partium dr facilis pro-
batio , & dicit dom. Abb. iſtam glo. notandam pro ſtatutis
facientibus mentionem de facili probatione,& ad notat.in c.
cum ad ſedem de reſtit.ſpoliat.
Et ex hoc infertur , quod vbi exceptio poteſt probari per
inſtrumenta,vel per teſtes præſentes,vel per confeſſionẽ par
45 tis,non dicatur iſta probatio † requirere altiorem indaginẽ.
Item dicit,quod probatio quæ fit per inſtrumentum,de cu-
ius fide nõ dubitatur, dicitur probatio euidens, vt in c.cum
inter.de re iudic.ibi,in priuilegio ſuo euidenter expreſſit &c.
Item dicit,quod probatio quæ fit per confeſſionem,non eſt
proprie probatio , quia confeſſio eſt potius releuatio proba-
tionis quam probatio.& ita dicit Io. And in Rub.de probat.
& hoc probatur arguendo ex ordine Rubricarum , iuxta l.
Imperatorem.ff de in diem addict & quod not glo.in proœ.
46 vj.in verbo,timlis,quæ dicit,Rubricas†eſſe authenticas,& eſ
ſe de textu, & quod ſcriptor, qui promiſit ſcribere tex. tene-
tur ſcribere Rubricam,ſed Rubrica de confeſſis eſt diuerſa a
Rubrica de probationibus.& hoc patet,quia ponitur ſpecia
lis Rubrica,de confeſſis,& ſpecialis Rubrica de probationib.
47 ergo ſequitur,quod confeſſio non eſt probatio. Item†nega-
tiua non coarctata loco, & tempore, non poteſt probari.2.
q.8.actio. quod aſſeuerat & in cap.bonæ memoriæ Magun-
tino.& quod ibi not glo in verbo,rerum naturam , ſupra de
electio.& tamen de tali negatiua poteſt fieri poſitio,& pars
tenetur reſpondere, vt in c.4.de confeſſ.in vj. & ſicut vera ne-
gatiua poteſt probari per confeſſiones,licet non poſſit pro-
bari per teſtes, vel per alias probationes,tamen poteſt proba-
ri per confeſſionem partis,vt in auth. ſed iam neceſſe. C. de
donat.ante nupt.idem tenuit Innoc.& Doct.in cap.quia ple-
rique.de immu.eccleſ. & pro hoc vide bo.tex in cap.forus.in
48 verſic.cauſa.de verbor.ſignifica.vbi dicitur,quod † probatio
conſtat teſtibus,& fide tabularum, & ſic illa proprie dicitur
probatio,quæ fit per teſtes,& ſcripturam.
49 Et ex hoc infertur, quod † ſtatuta loquentia de probatio-
nibus non habent locum in confeſſione,& hoc tenet Ioan.
And. in dicta Rubrica de probationib. Item infertur, quod
50 ſi quis renunciat†probationibus,non intelligitur renuncia-
re cõfeſſionibus, & ſic poterat facere poſitiones [illegible], & petere.
quod

quod pars per ſuum reſpondeat iuramentum. facit cap. cum Ioannes Eremita, de fi. inſtr. & hoc no.

In glo in verbo, qui appellauit, diuide ipſam in tres partes. In prima loquitur de appellante. In ſecunda de appellato. In tertia ponit tenorem c. j. eo. tit. in 6. ſecunda ibi, ſecus. tertia ibi, & no ꝙ in prima parte glo. dum dicit, ꝙ ſi appellatio recepta a iudice, vel a parte, ꝙ tenetur appellans venire, vel mittere procuratorem ſufficienter inſtructum quo ad totum negotium ſappellationis proſequendæ, non autem ſuper negocio principali, ſi appellatũ erat ab interlocutoria niſi appellatus hoc petat, quia ſi appellatus hoc petat, tenetur appellans comparere, vel mittere procuratorem inſtructum cum inſtſis, & ſcripturis pertinentibus ad cauſam principalem. & hoc hodie eſt prouiſum per c. j. eod. tit. in 6. Et ita dicit glo. in verbo, peneerit. In ſecunda parte glo. glo iſta non bene dicit, quia iſte tex. habet locum & in appellante, & in appellato, quia de vtroque loquitur, dum dicit, ꝙ poteſt procedi contra abſentem, & hoc tenet glo. in verbo, abſentem, quæ melius, quàm iſta loquitur. & illud firmat hic, do Abb. ſuper glo. j ſed contra iſtam glo. & contra tex. opponitur. nã videtur, quod etiam ſi appellatio ſit recepta a iudice, vel a parte, talis terminus habet vim perẽptorij, quia elapſo iſto termino appellatio efficitur deſerta, vt in c. perſonas & in c. cum ſit Romana. Sed reſpõde, ꝙ etiam quantum ad appellantem eſt magni effectus, ꝙ iſte terminus habeat vim perẽptorij. quia ſi appellatio nõ fuiſſet recepta a iudice, vel a parte, ſufficeret ipſi appellati mittere procuratorẽ ad impetrandum, & contradicendum, vt in c. interpoſita. § j. infra eo. ſed vbi appellatio fuit recepta a iudice, vel a parte, non ſufficit
51 mittere † procuratorem ad impetrãdum, & contradicendũ, niſi mittat eum inſtructum in cauſa appellationis proſequẽda, & ſi non miſit procuratorem inſtructum, poterit procedi in cauſa appellationis, eo amplius non vocato. & ideo dic ꝙ iſta decretalis prouidet tam reſpectu appellationis, quam appellati vltra quam prouideat c. repræhenſibilis, ſupra eod. nam cap. reprehenſibilis, ſolum prouidet contra appellantẽ non proſequentem appellationem, non autem contra appellatum. Item ſolum prouidet contra appellantem, quando nullo modo proſequitur appellationem, non autem ſi compareret per ſe, vel per procuratorem ad contradicendum, & impetrandum. nam ſecundum cap. reprehenſibilis poſſet procedi contra appellantem, qui miſit procuratorem ad contradicendum, & impetrandum, ſed per iſtum tex. vbi appellatio recipitur a iudice, vel a parte, ſtatuitur terminus ad proſequendam appellationem, non ſufficit appellanti mittere procuratorem ad contradicendum, & ad impetrandum, niſi mittat eum inſtructum ad cauſam appellationis expediendam, & ſi non mittit procuratorem inſtructum elapſo termino poteſt procedi ad cauſam appellationis expediendam, eo amplius non citato. vnde dic, ꝙ iſtud c. tam reſpectu appellantis. quam reſpectu appellati melius prouidet quam prouidebat d. c. repræhenſibilis.

In tertia parte glo. dic, ꝙ c. 1. § poſt hæc, eod. tit. in 6. prouidet vltra d. c. quia in iſto c. ſolum prouidetur, ꝙ debet mittere procuratorem inſtructum ad ſolum articulum appellationis. ſed in dic. § poſt hæc. prouidetur, ꝙ teneatur mittere procuratorem etiam inſtructum quo ad cauſam principalem, & ꝙ teneatur deferre, vel mittere omnia acta facientia ad cauſam principalem, & in hoc non ſufficeret delatio iudicis, vel approbatio partis, ſed eſt neceſſarium, quod appellãs petat, quod veniat, vel mittat procuratorem inſtructum cum omnibus actis, & ſcripturis pertinentibus ad cauſam principalem, & hoc tenet Inno. & Io. And in d. c. j. eo. ti. in 6. & do. Abb hic, ſuper iſta glo.

52 Nunquid autem ſufficiat † conſenſus ſolius appellantis. De hoc vide Io. And. in d. c. j. & do. Abb. infra eo. interpoſita. § j. & vide Dom. de Ro. deci. 104. quæ incipit, Item ꝙ appellatus, vbi ponunt quinque concluſiones.

Quarum prima eſt cõcluſio, ꝙ quando appellatus appro
53 bat appellationem, & petit. ꝙ † appellans compareat coram iudice ad quem cum omnibus actis, & munimentis cauſæ, ſi appellans ea nõ producit infra terminum iuris, vel hominis, non habebit aliam dilationem pro eis producendis, immo eo amplius non expectato procedetur in cauſa, allegat no. in c. j. & in c. cupientes de elect. in vj.

Secunda concluſio, quando appellatus nihil petit, nec approbat appellationem interpoſitam per aduerſariũ, nec iudex ei defert, ſed ſolum ſtatuitur terminus ad appellationẽ
54 proſequendam, ſola aſſignatio † termini nõ facit cauſam appellationis eſſe in curia, & hoc tenet Archid. & Io And. in c. cum appellationibus, eod. tit. in 6. & Spec. eod. ti. § qualiter. ver. porro & iſta cõcluſio probatur, quia iſte tex. requirit iſta duo copulatiuẽ. ſ. ꝙ appellatio recipiatur a iudice, vel a parte appellata approbetur. ergo deficiente altero, cauſa nõ erit in curia. pro hoc facit etiam infra eod. interpoſita. § j. vbi dicitur, ꝙ ſi appellatio non eſt recepta a iudice, vel a parte, ſufficit mittere procuratorem ad impetrandum, & contradicendum.

Tertia concluſio, vbi appellatio eſt recepta a iudice, vel a parte, & eſt præfixus terminus ad proſequendam appellationem, non ſufficit mittere procuratorem ad contradicendũ & impetrandum, niſi mittatur inſtructus ad totam cauſam appellationis proſequendam. & dicunt Domi. de Ro. quod hoc non eſt ex vi præfixionis termini, ſed ex vi dilationis iudicis, vel approbationis partis appellatæ, quæ deuoluit totã cauſam ad curiam, vt in c. cum appellationibus, eod ti. in 6. ſed de hoc an ſufficiat ſola delatio iudicis abſq; præfixione termini, dicam in quinta concluſione.

55 Quarta cõcluſio, licet iudex nolit † appellationem admittere, tamen ipſe appellatus poterit admittere. & de hoc eſt tex. hic clare, qui alternatiue loquitur: ſufficit ergo ſolus appellati ad hoc, vt cauſa appellationis deuoluatur ad curiã, & hoc tenet hic Hoſt. & communiter Doct. ſed reſpectu negocij principalis requiritur, quod appellatus petat vt appellans compareat cum omnibus actis, & munimentis, vt dr̃ in c. j § poſt hęc, eod. tit. in 6.

Quinta concluſio eſt, an ſi iudex detulit appellationi nullum tamẽ terminum aſſignauit, & appellatus recepta appellatione petiit, ut appellans compareat cum omnibus actis, & munimentis, an cauſa ſit in curia, ita quod appellans, uel appellatus non ſit amplius citandus, hoc eſt quærere, an ter
56 minus † iuris ſuccedat loco termini hominis. & iſta concluſio eſt dubia, nam Hoſt. tenuit quod ſic. & idem videatur ſentire Dom de Ro. in præalleg. deciſ. 104. & idem vr̃ dicere hic But. quando ſumus in caſibus, in quibus poteſt procedi poſt terminum iuris, & obſcure loquitur. ſed do. Abb. hic in præalleg. col. verſic. ſecundò quæritur dicit, quod But vult dicere, quod ſi altera pars comparuit in termino iuris, quia tunc poteſt proſequi poſt terminũ, & habebit ille terminus vim peremptorij. ſed Io. And. ſuper glo in verbo, peremptorie, dicit, quod iſte tex. non habet locum in termino iuris. & iſtam opin. ſequitur do. Abb. in d. verſ. a.

Mouetur, quia iſte tex. vult, quod procedatur poſt terminum, vnde ſi haberet locum in termino iuris. ſequeretur, ꝙ appellans, vel appellatus poſſent deferre cauſam vſque ad vltimum diem termini iuris, hoc eſt vſque ad vltimum diem anni, quod eſt falſum. Item appellans debet proſequi tali tẽpore, quod poſſit finire cauſam appellationis, vt in clem. ſi
57 cut, eod. tit. † Appellatus vero debet comparere ſaltem per menſem ante finem anni, vt in auth. ei qui. C. de appell. & 2. q. 6. appellatore. ergo iſte tex. non habet locum in termino iuris. & dicit de hoc eſſe tex. expreſſum in hoc cap. in verſi. ſi quis autem. vbi patet, quod neutra pars poteſt impetrare ante lapſum terminũ, ergo loquitur in termino hominis, quia in termino iuris poteſt appellans proſequi quãdo vult, vt infra eo. oblatæ. & in dicta auth. ei qui. & illud tenet etiam hic Ioan. de Imo.

Sed aduerte, quia Doct. non bene declarant iſtam quintam concluſionem. ſed ego ſic dicerem, quod aut quæritur an cauſa ſit in curia, quando iudex detulit appellationi, vel quando appellatus approbauit appellationem, ita quod nõ ſufficiat mittere procuratorem ad contradicendum. & impetrandum. & dicendum eſt, quod ſic. pro hoc allego tex. in d. c. cum appellationibus in fi. eod. tit. in vj. vbi tex. dicit, quod ſi iudex defert appellationi, deciſio totius cauſæ transfunditur in iudicem ad quem fuit appellatum ad idem allego op. tex. in cap. interpoſita. § 1. infra eod. a contrario ſenſu, an ibi tex. probat a contrario ſenſu, quod ſi appellatio fuerit recepta per iudicem, vel approbata per aduerſariũ, non ſufficiat mittere procuratorem ad impetrandum, & contradicendũ, & ibi nulla fit mentio de præfixione termini. & idem dicendum, quando appellatus petit, quod appellans compareat per ſe, vel per procuratorem inſtructum cum omnibus actis & munimentis pertinentibus ad cauſam principalem, nam in hoc non reperitur aliqua præfixio termini, vt patet in c. j. § poſt hæc, eod. tit. in vj nam ibi videtur, quod expedito articulo appellationis, vel de voluntate partium omiſſo, iudex procedere debet in principali, quãtum de iure poterit, & debebit. hæc autem clauſula non habet vim peremptorij, vt dicit glo. & Doct. in cap. cauſam. ſupra de reſcrip. & Bart. in l. ſi finita. § Iulianus. ff de dam. infec. Aut quæritur an poſſit procedi contra appellantem, vel appellatum amplius non citatum: & dicendum eſt, quod non, quia quantum ad hoc requiritur, vt præfigatur terminus ab homine, vt hic. ſed ſi iudex ad quem aſſignauit terminum peremptorium ad cauſam, tunc ſi appellans, vel appellatus non mittit procurato-

rem

rem ſufficienter inſtructum, poterit procedi eo amplius nõ citato, & hoc modo intelligo Archid. 2. quæſt. vj. appellatore. in additio ſua, quæ incipit, Adde. vbi videtur velle, quod ſi appellans nõ miſit procuratorem ſufficienter inſtructum, quod poteſt procedi contra eum amplius non citatum: nã debet intelligi, quando fuit citatus ad totam cauſam, vel vt compareat per ſe, vel per procuratorem cum omnibus actibus pertinentibus ad cauſam. & iſtam diſtinctionem puto veriſſimam, quam nota.

In glo. in verbo, obtineat. hæc gloſ. in effectu vult, quod
58 †appellatio, ſiue terminus ſtatutus ad ipſam proſequendam ſit loco peremptorij, vt eo lapſo iudex procedat in cauſa, ac ſi appellans appellationem non fuiſſet proſecutus. ſed contra hoc facit, quia ſi appellatio eſt deſerta, non poteſt procedi contra abſentem, quia ſententia tranſit in rem iudicatã, ſiue lapſus ſit terminus iuris, ſiue hominis, adeo quod ſi appellãs, & appellatus proſequeretur appellationem poſtquã eſt deſerta, non minus ſententia tranſit in rem iudicatam, ſiue ſit appellatio interpoſita ab interlocutoria, ſiue a diffinitiua. de hoc eſt tex. in clemẽ. ſi appellationem. iuncta glo. eod. ti. huius timore contrarij dom. Abb diſtinguit, ex cuius diſtinctione facias tres caſus.

Primus eſt, quando nec appellans, nec appellatus proſequitur appellationem in termino iuris, vel hominis. & hoc caſu procedit cõtrarium, quia dato quod appellatus, vel appellans ſimul proſequerentur appellationẽ, non minus propter hoc ſententia cenſeretur tranſiuiſſe in rem iudicatam, vt d. clem. ſi appellationem. iuncta glo. 2. eod. tit. pro hoc facit glo. not. in l. ſi diuerſa. in glo. magna. ver. item quare. C. de tranſact. quæ dicit, quod ſententia ſecunda lata contra primam etiam de conſenſu partium non valet.

Secundus eſt caſus, quando appellãs non proſequitur in termino appellato proſequente, & tunc quo ad appellantẽ appellatio eſt deſerta, ſed appellatus habet facultatẽ approbandi deſertionem, vel petẽdi, vt procedatur in cauſa appellationis: puta ſi vult petere reformationẽ ſententiæ, vel condemnationem expenſarum, & in hoc caſu, vt dicit do. Abb. proprie loquitur iſte tex. maxime dum refert ſe ad cap. reprehenſibilis. ſupra eod. quod loquitur de appellato comparente. dicit tamen dom. Abb. quod ſi eſt appellatum ab interlo-
59 cutoria, ſatis dicitur † appellatus proſequi, ſi comparuit in termino. & hoc tenet Fede. de Sen. conſilio ſuo 167. quod incipit, in lectione quæ heri lecta eſt, & in conſil. ſeq. vbi dicit, quod ſatis dicitur appellatum fuiſſe proſecutum, ſi in termino ſe præſentauit coram auditore cõtradictarum, & fortius ſi coram Papa. & hoc etiam tenet hic Ioan. de Imo. & idem dicit dom. Abb ſi fuit appellatum a diffinitiua, ex quo appellatus comparuit in termino hominis: poterit enim poſtea finire appellationem in termino iuris. & idẽ dicendum eſt per omnia, ſi nullus fuit terminus aſſignatus ad proſequendam appellationem, ſi pars appellati incipit proſequi in fine anni ante eius lapſum: nam poterit proſequi etiam poſt annum petendo confirmationem, vel reformationem ſententiæ, licet per lapſum ipſius termini iuris appellatio ſit deſerta quantum ad appellationem, vt in cle. ſicut. eod. tit. vnde diſpoſitio d. clem. ſi appellationem. procedit, quando appellans, & appellatus nõ eſt proſecutus in termino iuris, vel hominis, ſecus ſi appellatus incępit ꝓſequi ante lapſum termini hominis, vel iuris, quia tunc poterit proſequi poſt annum, vt ij. q. vj. appellatore. & in auth. ei qui. C. de tempo. appell. & ita tenet dom. Abb. in cap. perſonas. ſupra eod. vbi expreſſe dicit, quod clem. ſi appellationem, non habet locum, quando appellatus incœpit proſequi ante finem anni. dicit tamen domin. Abba. hic non eſſe vtile appellato proſequi appellationem, poſtquam eſt deſerta quo ad appellan-
60 tem: ſed † melius eſt ei approbare deſertionem, ne exponat ſe periculo contrariæ ſententiæ, quã poſſet reportare in cauſa appellationis. expenſas enim poterit conſequi coram iudice a quo, vt dixi ſupra eod. reprehenſibilis.

61 Quid autem ſi † appellatus impetrauit literas lapſo termino, & appellans poſtea comparens velit proſequi appellationem coram iudice impetrato per appellatum, nunquid appellatus poſſit contradicere, & renunciare literis ſuis. Spe cul eod. ti. §. nunc breuiter. verſic. item pone præfixus. & verſic. ſe. dicit quod ſic, ſi velit renunciare re integra, quia quo ad appellantem appellatio eſt deſerta. dicit tamen, quod ſi appellatus vellet proſequi appellationem, audiretur etiam appellans, vt l. ampliorem. in princ. C. eod. & in l. petendæ. C. de temp. appell. in integ. reſtit. peten. Ex quo enim appellatus vult vti reſcripto impetrato, debet eſſe commune ipſi appellanti, iuxta not. per Inno. in cap. ex conqueſtione. de reſtit. ſpol. & hoc ſequitur hic dom. Abb. & idem tenet Ioã. de Imo. in vj. col. & Dom. de Ro. deciſ. 62.

Tertius caſus eſt, quando appellatus comparet in termino, & appellatus nõ. & iſte caſus eſt clarus: poterit enim appellatus petere, vt procedatur in cauſa appellationis contra appellantum, ac ſi peremptorie eſſet citatus. dicit tamen do. Abb quod difficultas eſſet, ſi iudex pronunciaret bene appellatum. nunquid tunc poſſet procedere in cauſa principali ſine alia citatione. & dicendum eſt quod non, vt dicam ſu per glo. in verbo, ac ſi peremptorie. & remittit dom. Abb. ad Dom. de Ro. deciſ. 32. & 62.

In gloſ. in verbo, ac ſi peremptorie diuide ipſam in tres partes.

In prima parte gl. ponit duo ſimilia inter iſtam præfixionem termini, & citationem peremptoriam.

In ſecunda aſſignat vnam differentia inter ipſa.

In tertia parte limitat, & declarat iſtum tex. ſecunda ibi, in hoc tamen differunt. tertia ibi, & hoc intellige.

In prima parte glo. Ioan. And dicit, quod quantum ad decidendum articulum appellationis non eſt neceſſe conſiderare an lis ſit conteſtata, vel non, quia ſine noua lit. conteſt. poteſt decidi cauſa appellationis, ſiue ſit appellatum ab interlocutoria, vt ſuſ. eod. interpoſita, ſiue a diffinitiua. vt j. eo. per tuas. ſed conſideratio gl habet locum in proceſſu ſuper negocio principali, vt ſi iudex pronunciat bene appellatũ, & poſtmodum procedat contra abſentem, prout dr̃ in princ. glo. ſed dicit Io. An ꝙ requiritur noua citatio ad hoc, vt poſſit procedi in principali, quia de mente huius glo non eſt citare, niſi reſpectu articuli appellationis, cum hic im̃ loquat de articulo appellationis, nõ autẽ de cauſa principali. & dicit hoc probari in c. j. eo. ti. lib. vj. per locũ a ſpeciali. an autẽ in caſu illius c. j requiratur citatio ſuper principali, remittit do. Abb. ad ibi plene no. & ad Do. de Ro deciſ. 99. Sed ego declaraui ſuper gloſ. in verbo, qui appellauerit, in vltima parte illius glo. in 5. concluſ.

62 Nunquid aũt poſſit iudex † ad quem pronunciare appellationem eſſe deſertam lapſo termino ad proſequendã appel. eo caſu quo ſpectet cognitio, & diffinitio ad iudicẽ ad quẽ, vt dixi ſ. eo. reprehenſibilis. & Dom. de Ro. deci. 224. quæ incipit, item ſi a diffinitiua. dñt, ꝙ iudex ad quem põt pronunciare appell. eſſe deſertam, appellato hoc petente ſine noua citatione, quia iſta pronunciatio eſt pars appellationis, cum
63 iudex † ad quẽ habeat cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio, vt in c. ſuper literis. de reſcrip. & in l. ſi quis ex aliena. ff. de iudi vnde ſicut abſq; alia citatione poterat procedere in cauſa appellationis, vt hic, ita poterit in articulo deſertionis, qñ incidenter de eo cognoſcit. ſecus dicunt, ſi pars appellata principaliter impetraret nouam cõmiſſionem ſuper ipſa deſertione: tunc enim non poſſet in tali cauſa procedi abſq; noua ci-
64 tatione, vel proceſſus, & ſententia eſſet nulla, quia † ſententia ſuper deſertione habet vim diffinitiuæ. Non obſtãt dictum Innoc. in c. auditis. de procur. vbi ſingulariter voluit, ꝙ in interlocutoria non requiratur citatio partis, quia debet intelligi, qñ eſt mera interlocutoria, quę fertur ſuper aliquo incidenti, ſecus ſi interlocutoria fertur principaliter, & habet vim diffinitiuæ, quia tunc requiritur citatio partis, alias eſſet nulla. & hoc etiam ſequitur hic Io. de Imo. in 8. col.

65 De hoc tamen vltimo, an † requiratur citatio partis, quando iudex vult ferre ſententiam interlocutoriam, dixi in c. auditis. de procur. ſed quantum ad caſum noſtrum conclude, ꝙ niſi iudex a quo detulerit appellationi, vel fuerit approbata per partem, vel aliter conſtet de contumacia appellantis non poterit iudex ad quem pronunciare appell eſſe deſertã ipſo appellante non citato, cum etiam hoc caſu habeat vim diffinitiuæ, iuxta ea quæ dixi in c. peruenit, el 2. ſ. eo. item ẽt in interlocutoria, quæ fertur incidenter, requiritur citatio partis, ſi talis interlocutoria eſt præiudicialis illi contra quẽ fertur, nã regula iuris eſt, ꝙ in quocunque actu præiudiciali
66 iudex dẽt partẽ † citare, vt in l. nam ita diuus. ff. de adop. & in c. inter quatuor. de ma & obe. & in c. j. in ſi. de ca. poſ. & ppr.

In ſecunda parte glo. no bene iſtã glo ex qua habes, ꝙ vbi
67 eſt ius quæſitum parti, † iudex nõ poteſt facere gratiã aduerſario. ſed Bal. colligit ex hac gl ꝙ in peremptorio iuris iudex nõ põt facere gratiã expectationis. & dicit hoc eſſe valde no.

Ex quo infertur, ꝙ ſi ſtatutũ præfigit terminum ad comparendum inquiſito, quo elapſo incurrit pœnam banni, ꝙ iudex nõ poteſt prorogare talem terminum ex mera gratia, ſed bene propter impedimentum. Et idem dicit Bal in l. fin. §. ſi quis autem. C. de iure delib. vbi Bal. dicit, quod ſi ſtatuto cauetur, quod iudex aſſignet octo dies ad comparendum inquiſito, & ſi non comparuit, quod ponat eum in banno, quod ſi iudex aſſignat decem dies ad comparendum, debebit comparere octauo die, quia a forma ſtatuti non poteſt recedi. & ſic terminus banni præfixus per ſtatutum non poteſt prorogari.

Tu tamen dic, quod iſta glo. loquitur, quando eſt elapſus terminus præfixus ab homine ad proſequẽdum appellationem, quo caſu cum ſit quæſitum ius parti, quia appellatio eſt iam deſerta, nõ poteſt prorogari. Et glo. ſentit, quod ante lapſum terminũ poſſet prorogari terminus ad proſequendum appellationem, quamuis aliqui allegent iſtam glo. & dicit do. Abb. quod iudex non poſſet prorogare terminum ad proſequendum appellationem. ſed iam gloſ. quam domi. Abb. loquuntur, quando terminus eſt lapſus & ſic acqui-
68 ſitum eſt ius parti, & ſentiunt, quod ante lapſum † terminum poſſit per iudicem prorogari. & iſtud credo veriſſimũ, quia iudex regulariter ex cauſa dilationem a ſe datam poteſt prorogare. vt in capit. j ſupra de dilat. Item dilationem legalem, ſiue terminum iuris iudex poteſt prorogare, vt dixi ſupra eod. cum ſit Romana. & per Bart. in l. a. ff. de re iudicata. Non obſtat, quod ille terminus in caſu huius capituli fuerit approbatus a parte appellata, quia etiam terminus aſſignatus de conſenſu partium poteſt per iudicem prorogari. altera etiam parte contradicente, dummodo ſubſit cauſa prorogandi. & hoc tenet Bal. allegando Innocen. in l. r. C. ſent. re non poſ. Vnde etiam terminus octo dierum, qui eſt a iure immutatus ad probandam excommunicationem, vt patet in cap. pia. de excep. in vj poteſt prorogari per iudicem ſubſiſtente cauſa, vt dicit ibi Archid. & Ioann. Andr. immo etiam ſi eſſet certum, quod non poſſet proſequi appellationem infra terminum: puta quia eſt aſſignatus terminus ad comparendum coram iudice ad quem certum eſt, quod infra terminum non poteſt comparere, adhuc iudex poteſt prorogare terminum ad hoc, quod notat Bart. in l. cum ſtipulatus ſis mihi a Proculo. ff. de verborum obligatio. in illa quæſtio an per prorogationem termini euitetur periurium, & per eundem in l. inſulam eod. tit. in illa quæſt. an prorogatio termini impediat pœnam committi. & pro hoc concludit, quod iudex a quo, vel ad quem, poteſt prorogare terminum ad proſequendam appellationem ſubſiſtente iuſta cauſa, dummodo ille terminus non ſit lapſus, etiam ſi certum ſit, quod infra terminum non poſſit proſequi appellationem. & hoc tene menti, quia ſæpe contingit de facto, quia appellantes, quibus eſt præfixus terminus ad proſequẽdum appellationem, ſæpe numero petunt ipſum terminum prorogari.

In vltima parte glo. nota bene iſtam gloſ. quæ vult, quod iudici debet eſſe notum, quod appellans non fuerit proſecutus appellationem in termino cõſtituto, & alias non poſ-
69 ſet procedere contra abſentem, † niſi prius conſtet de contumacia, & hoc tenet Bart. in l. multum. ff. de conditio & demonſtr. & in l. ſecunda. ff. de iudic. & in l. ſed ſi de ſua. §. cum autem. ff. de acquir. hæred. & in l. ia apud quem. C. de eden. & in l. ſi finita. § Iulianus ff. de damno infec. & in l. quartirum. ff. de re iudic. & in l. hæc autem § primo. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eatur. & ibi eſt bonus tex. qui dicit, quod debet con-
70 ſtare † iudici, pupillum non defendi, antequam immittat aduerſarium in bonorum poſſeſſionem, & ibi dicit Ang. omnes Doct. allegare illum tex. quod ſi iudex tulit ſententiam contra aliquem, velut contumacem, qui re vera contumax erat, ſed iudici non conſtabat de cõtumacia, quia nuncius. Idem Bald. in l. ij. C. de ſportul. non retulit ſecit alle, ſententia eſt ipſo iure nulla, & cum fuiſſet dubitatum in facto, dicit ſe vidiſſe ita practicari & idem tenet Butr. in cap. ex tenore. de foro competen. Sed Ioan. de Imo. dicit hoc procedere in ſententia lata ab inferiore a principe, ſecus dicit, ſi eſt lata a principe. & per iſtam glo. conſuluit Ang. conſilio ſuo ſeptimo, quod vbicunque fundamentum iuriſdictionis conſiſtit in aliqua qualitate, debet ante omnia de ipſa conſtare; alias iudex nõ poteſt in cauſa procedere, & hoc ſenſit etiam Bart. in locis præalleg. Sed de hoc, ſcilicet an ſi fundamentum iuriſdictionis conſiſtat in aliqua qualitate, iudex poſſit procedere, antequam de illa qualitate conſtet, vt plene per Butr. & dom. Abb. in cap. ſi clericus laicum de foro compet. Bald. tamen notabiliter limitat ſupradicta in l. falſus. C. de furt. dicit enim, quod ſi periculum eſt in mora, vt quia ſtatutum arctat iudicem ad pronunciandum, & nuncius forte corruptus non fecit relationem, & iudex ex aliqua informatione ſciebat abſentem citatum, quod tunc valet ſententia,
71 alias non, quia † iudex cui nihil conſtat, nihil decernit, & nihil mandare poteſt. l. i. ff. de bon. poſſ. ſecundum tabu. Dicit tamen, quod poſtea debet conſtare de relatione nuncij, & Bal. ibi videtur velle, quod etiam ſi periculum non ſit in mora, dummodo iudex ex aliqua informatione credat partem citatam, quod valeat ſententia, dummodo relatio nuncij poſtea ſequatur incontinenti, & hæc tene menti.

Item limita prædictam concluſionem, niſi iudex tuliſſet ſententiam, vel alium actum præiudicialem feciſſet præſentibus partibus, quia tenent, dato quod aliter non conſtaret de citatione, vel relatione. & ibi limitat Bal. in l. prolatam. circa fin. C. de ſent. & in cap. quoniam, in 5. col. in fi. ſupra de
72 probatio. ratio eſt, quia omnis † actus qui poteſt fieri citata parte, poteſt fieri ipſa præſente, licet aliter non citetur, quia præſentia ſupplet defectum citationis, vt no. Io. And. in c. ſi. de elect. in vj. & Bart. in Rubr. de in ius voc. & vide ipſum in l. furioſo. ff. de re iudic. plus dicit Bal. in auth. ſi omnes. C. ſi vt ſe ab hæred. abſtin. quod ſi ſtatutum requireret citationem partis tamen interueniente præſentia, alia citatio non eſt neceſſaria & hoc etiam eſt de mente Io. And. vbi ſupra.

In glo. in verbo, ſaluis idem tenet glo. in c. veniens. in glo. fi. in fi. ſupra de renunc. quæ dicit, quod quando appellatur a diffinitiua, non refert, an appellatio ſit approbata a iudice, vel a parte, ſed bene an præfixus ſit terminus ad appellationem proſequendam a iudice, vel appellante, quia tunc ſcilicet quando terminus eſt præfixus, vtraque pars debet mittere procuratorem inſtructum ad totã cauſam, alias procedatur contra abſentem, tanquam contra contumacem. ſed videtur huic glo. contraria, quia iſta videtur ſentire, ꝙ non teneatur vtraq; pars mittere procuratorem inſtructum ad totam cauſam, & ꝙ poſſit procedi contra abſentem, quia ſatis eſt, quod ſententia tranſeat in rem iudicatam. ſed vt non ſit contraria, intelligas iſtam glo. loqui, quando terminus non eſt præfixus ad proſequendam appellationem. Illa autem loquitur, quando terminus eſt præfixus ad proſequendam appellationem. ſed Butr. hic tenet, quod iſte tex. habeat locum tam in appellatione ab interlocutoria, quam a diffinitiua. & idem tenet Gaſp. Cald. infra eod. Nicolao. & Hoſt. & Io. And. in c. interpolita in glo. in verbo, ſit parata. quæ incipit, dicit Innoc. in fi. infra eod. Spec. autem eod. tit. § qualiter verſic. porro. dicit, quod delatio iudicis nihil operatur in appellatione a diffinitiua, quia non poteſt non deferre, cum iudex
73 regulariter † debeat deferre appellationi a diffinitiua, vt in c. non ſolum, in princ. de appell. in vj., ſed dicit, quod approbatio partis appellatæ, bene facit cauſam appellationis a diffinitiua eſſe in curia cum præfixione termini, vnde tunc præfixio termini ſecundum eum habet vicem peremptorij. & iſtud dictum dicit hic dom. Abb. eſſe valde æquum. & iſtud expreſſius firmat dom. Abb. in c. Nicolao. prope fi. infra eo. ſed Dom. de Ro. deciſ. 361. quæ incipit, item fuit dubitatum, ſi appelletur, tenent, ꝙ delatio iudicis, vel approbatio partis nihil operetur quo ad appellationem a diffinitiua. idẽ tenet hic Io. de Imo. in 10. col. aſſignat rationem, quia in appellatione ab interlocutoria, vt cauſa poſſit citius terminari, fuit neceſſe ſtatuere, quod terminus præfixus haberet vim perẽptorij, quia alias lites de facili non poſſent terminari. hæc ratio aſſignatur in princ. huius cap. quę ratio ceſſat in appellatione a diffinitiua, quia ſententia lata remanet. & non eſt neceſſarius alius proceſſus, ideo non fuit neceſſe ſtatuere, ꝙ terminus ſtatutus haberet vim peremptorij. & profecto nõ deſtruendo iſtum tex. prout deſtruit dom. Abb. ille tex. apertè dicit, quod nõ intendit aliquid diſponere circa appellationem a diffinitiua idem dicitur in ſimili in c. j. eo tit. in vj. vbi tex. prouidet, quod appellatus poſſit compellere appellantem, ꝙ compareat inſtructus cum omnibus munimentis & tamen dicit, ꝙ quantum ad appellationem, quæ interponitur a diffinitiua, antiqua iura ſunt ſeruanda. Item opi. Spec. quam ſequitur dom. Abb. diuidit ea quæ tex. iſte ponit pariformiter, quia iſte tex. æquiparat delationem iudicis, & approbationem partis. Et quamquam iſte articulus ſit valde dubitabilis, tamen mihi placet opin. glo. in d. c. veniens. de renunc. videlicet vt in appellatione a diffinitiua non debeat attendi, an appellatio ſit approbata a iudice, vel a parte, ſed debeat attendi, an terminus ſit præfixus per iudicem, vel appellantem ad proſequendum, quia tunc cauſa eſt in curia, & talis terminus habet vim peremptorij. nec ſufficeret infra terminum mittere procuratorem ad contradicẽdum, & impetrandum, ſed debet mitti procurator inſtructus ad totam cauſam, & hoc probat tex. in cap. veniens. cui aliqui reſpondent, ꝙ ille tex. loquitur in cauſa beneficiali. Sed ego reſpondeo, ꝙ hoc iure non fuerat prouiſum, ꝙ cauſæ beneficiales deuoluerentur ad curiam per appellationem, ſed fuit prouiſum per iura noua, vt in c. j. & in c. vi. circa. & in c. cupientes. de elect. in 6. & in clem. cauſam de elect. vnde licet ille tex. loquatur in cauſa beneficiali, tamẽ debet extendi ad aliam cauſam, quam beneficialem, quia de iſto iure cauſæ beneficiales deuoluebantur ad curiam, quam aliæ cauſæ. pro hoc etiam facit cap. Romana. §. ſi vero vocatus, de appella. in vj. vbi patet, quod per appellationem cauſa deuoluitur ad iudicem ad quem, cogita.

In glo. in verbo, rata manet, diuide ipſam in duas partes, prout de duobus quærit. ſecunda ibi, ſed pone aliquem.

In

In prima parte glo concludit,ſecundum Io.And & Doc.
quod aut ſentẽtia excommunicationis præcedit appellatio
nem,& hæc eſt differentia inter ſententiam excommunica-
tionis,& alias ſententias,quia appellatio ſubſequens non ſu
ſpendit excommunicationem præcedentem,vt in c.paſtora
lis.§.1.infra eod.ſecus in alijs ſententijs,quia ſuſpẽduntur per
appellationem ſubſequentem,vt in c.venientes.ſupra de iu
reiur. ſed vbi appellatio præcedit ſententiam, nulla eſt diffe-
74 rentia inter ſententiam † excommunicationis, & alias ſen-
tẽtias, quia ſicut excommunicatio lata poſt appellationem
legitimam eſt nulla,vt in c per tuas infra de ſentẽ.excom.&
nõ conualeſcit per deſertionem appellationis , vt in c.licet.
de ſent.excom.in 6.ita eſt dicendum in alia ſententia lata
poſt appellationem legitimam,vt dicit ibi glo.2.quæ eſt ſin-
gularis.& eſt ratio,quia ſi præceſſit appellatio legitima,iuriſ
dictio iudicis fuit ſuſpẽſa,ut hic,& in c.ſi a iudice.eo.tit.in 6.
75 Vnde appellans † dicitur eſſe exemptus a iuriſdictione iudi
cis a quo,vt eſt tex not ſupra eod.directę & in d c paſtoralis.
§.j. vbi etiam tex dicit,quod iuriſdictio iudicis pendente ap-
pellatione dormit,& ideo omnia attẽtata iuſtificata appel-
latione ſunt reuocanda,vt in c.non ſolum.§.1.eod.tit.in vj er
go etiam ſi ſententia ſit attentata,poſt appellationem venit
reuocanda,neque per deſertionem appellationis reconuale
ſcit,vt in regula,non firmatur,lib.vj.
76 Et ex his patet notabilis concluſio,ſcilicet quod † attenta
ta poſt appellationem legitimam ſint nulla,& nõ reconua-
leſcunt,licet poſtea appellatio deſeratur intantum,quod poſt
deſertionem appellationis, poteſt appellans docere de veri-
tate cauſæ appellationis ad finem obtinẽdi retractationem
ſententiæ,& aliorum attentatorum poſt appellationem le-
gitimam, prout voluit glo.not.in d c.licet.ſ̃ alleg. & eſt ſatis
de mente huius glo.& idem tenet Lap.in ſua prima allega-
tione poſt medium. & in 2.allegatione circa finem.& idem
eſt dicendum, ſi appellans renunciat ſuæ appellationi, quia
eodem modo ſententia,vel alia attentata poſt appellationẽ
77 legitimam remanent nulla, nec per † renunciationem appel
lationis reconualeſcunt. ita tenet hic Butr.& dom.Abb. &
Ioann de Imo. & idem dicit Lap. in præallegatis allegatio-
nibus.& Domi.de Ro.deciſ.70. vbi per multa iura notabili-
ter probant,quod omnia attentata poſt appellationem legi
timam ſunt nulla, dato quod non fuerit facta aliqua inhibi
tio per iudicem ad quem, vnde nõ poſſunt reconualeſcere,
licet appellatio poſtea ſit deſerta, vel ei ſit renunciatum .&
de hoc eſt bo.tex.in c.cum veniſſent. ſupra de eo qui mit.in
poſſ cau rei ſeruan.vbi etiam hoc tenet But.& Io. de Imo.&
de hoc etiam eſt bo.tex.in c.ex parte,ſupra de reſcript.& ibi
hoc etiam tenet Io.de Imo.vide tamen Dom de Ro in præ
alleg deciſ.vbi dicunt, quod deſerta appellatione non durat
78 † priuilegium attentatorum,quia ſublato principali vidẽtur
etiam ſublata acceſſoria,& ſic debebũt reuocari ſeruato or
dine iudiciario & hoc modo reducas Dom.de Ro.ad cõcor
diam.in deciſ.70.dicunt,quod attentata poſſunt reuocari in
vim nullitatis deſerta appellatione,ſed in deci.prima dicũt,
quod poſſunt reuocari,ſed non in priuilegium attentatorũ,
quia non poterunt reuocari ſummariè abſque libello, & lit.
conteſt prout dicit glo.ordinaria in clem.ij.in glo.j.vt li.pen.
Requiritur ergo ordo iudiciarius in tali reuocatione,ex quo
appellatio eſt ſublata per deſertionem,vel per renunciatio-
nem & intellige prædicta in appellatione iudiciali,nam ap-
pellatio iudicialis quantumcunque legitima regulariter nõ
reddit actum geſtum poſt appellationem nullũ, ſed annul-
landum, vt in c cum nobis olim.ſ̃.de elect.& ideo deſerta ap-
pellatione non poterunt attentata poſt appellationẽ extra-
iudicialem reuocari in vim nullitatis, ſed ſolum per viã iniu
79 ſtitiæ,quia † actus extraiudiciales nunquam trãſeunt in rem
iudicatam,vt in c.con certationi.eo.tit.lib.6. & hoc ſequitur
hic But.& Io.de Imo. Et vtrum attentata poſt appellationẽ.
extraiudicialem ſint reuocanda in vim nullitatis, vel iniuſti
tiæ,dicam infra eo.dilecti. & hoc tene menti. Item aduerte,
ꝙ dum gl.dicit,ꝙ aut excommunicatio ſtatim tenuit,aut ſta
tim eſt nulla:nam voluit dicere,ꝙ excommunicatio nõ po-
teſt ſtare in pendenti,ſed ſtatim ligat,& non ſuſpenditur: aut
ſtatim eſt nulla,& non ligat.& idem dicit glo pen.in c.paſto
ralis § j.ĩ. eod de quo vide bo glo.not.in c.venerabilibus. in
verbo,appellatum.ĩ.de ſen.excom.in vj.hinc eſt, ꝙ conſtitu
tio non poteſt relaxari,vel ſuſpendi ad tempus,vt dictum eſt
80 ſ̃.eo.ad hæc quoniam. Vtrum autem † Papa poſſit excõmu-
nicationem ſuſpendere ad tempus.vide glo.ĩ.eo.dilectus. in
verbo,ſuſpendendum,in fi.quæ incipit,ſed non videtur.
In ſecunda parte glo.no.iſtam glo. quia quotidie allegatũ.
& idem voluit glo.8.q.4.in ſumma.Ex quibus habes,ꝙ ſentẽ
81 tia † depoſitionis ab ordine, vel a beneficio ſuſpenditur per
appellationem ſubſequentem, ſicut aliæ ſentẽtiæ capitales,
vt in l.ex iudiciorum & in l chyrographis §.j. ff.de admi.tut.
& in l.1.in ti.ff. ad Turpill.cum ſimil.
Et ex hac glo.infert, ꝙ pendente appellatione poteſt de-
poſitus exercere iuriſdictionem, & officium ſuum, & ꝙ ſub-
diti tenentur obedire, ita ꝙ actus interim geſti non retractã
tur,licet appellatio poſtea deſeratur, & hoc plane procedit
in his,quæ geruntur ratione publici officij In his vero quæ
geruntur ratione priuati officij , dicendum eſt , ꝙ ſi conſtat
appellationem fuiſſe legitimam,actus geſti adhuc remanẽt
validi,licet appellatio fuerit deſerta per hæc,quę dicta ſunt
in pręcedenti parte glo. ſecus ſi conſtaret,ꝙ appellatio non
fuiſſet legitima , tunc tales actus geſti ratione priuati officij
non tenerent,vt dicit do Abb in ca paſtoralis §.1.ſuper glo.
pen in fi & ibi hoc etiam tenet Io de Imo.& ibi dicam.
Et ex hac glo.not. patet limitatio. ſecundum do.Abb. ad
l.furti § 1 ff.de his qui no.infam.vbi dicitur,ꝙ condemnatus
82 de delicto irrogãte infamiam cenſetur fuiſſe retro † infamis
a die ſententiæ, ſi deſerit appellationem: nam hoc non ob-
ſtante actus geſti medio tempore ratione publici officij va-
lent,& tenent,nec retractantur,licet appellatio deſeratur,vt
vult hæc glo.multum notab.facit l Barbarius.ff.de offi præ-
to.& ſ̃.de re iudic. ad probandum & idem videretur dicen-
dum in geſtis ratione priuati officij : puta canonicus eſt de-
poſitus per ſententiam ex crimine irrogante infamiam,qui
appellauit, & pendente appellatione tulit teſtimonium, vel
elegit,nam licet deſeratur appellatio,nõ vitiabitur electio,
vel teſtimonium,vt vult hæc glo.& in c.paſtoralis.in glo.pe-
nult.in fi.licet Innoc.in cap dilectus.ſupra de conſuet.faciat
differentiam inter ea quæ geruntur ratione publici , vel pri-
uati officij. ſed quantum ad teſtimonium dicas, quod id
83 non vitiatur licet poſt,deſeratur appellatio,quia † teſtimo-
nium eſt publici officij. & hoc tenet Barto.in l.furti. § j.ff.de
his qui not.infam.
Quantum vero ad ea quæ geruntur ratione priuati offi-
cij : puta ſi excommunicatus eligat pendente appellatione,
tunc ſi poſtea deſeratur appellatio.& cõſtat appellationem
eſſe legitimam, adhuc tenebunt tales actus geſti. ita intelli-
gatur hæc glo.& 8.q.4.in ſumma. facit optime c.licet.de ſen
ten.excom.in vj. Aut conſtat,quod appellatio non fuit legi-
tima , & tunc actus geſti ratione priuati officij non valent.
de quo dicam in d.c paſtoralis. ſuper dicta glo.penul.in ſi &
hæc tene menti.
Sed contra iſtam glo dom Abb.opponit,nam ſecundum
84 eum † depoſitio ab ordine continet in ſe ſuſpenſionem,quia
depoſitio eſt perpetua ab altaris miniſterio remotio. Suſpen
ſio vero eſt remotio ad tempus , vt in c.at ſi clerici. ſupra de
iudic. Sed ſententia ſuſpenſionis non ſuſpenditur per appel-
lationem ſequentem, vt in c.ad hæc quoniam ſ̃ eo.& in c.is
cui de ſent.excom.in vj.ergo fortius idem eſt dicendum in
ſententia depoſitionis. Sed ſaluando iſtam glo. & glo. 8.q.4.
in ſumma do.Abb reſpondit,ꝙ eſt ſpeciale in tribus ſenten-
tiis cenſuræ,vt nõ ſuſpendantur per appellationem, vt in d.
c is cui.facit c.quærenti.de verb.ſignif vnde ne prætextu fri-
uolæ appellationis impediretur correctio , fuit inducta illa
ſpecialitas in eis, ſed ſententia depoſitionis non eſt ſentẽtia
85 cenſuræ,vt patet in d c.quęrenti.nam per depoſitionem † im
ponitur maxima pęna,vt patet in c.tuæ.ĩ de pęn. vnde cum
ſit grauiſſimi præiudicij.& ceſſet ratio præallegata,debet ſu
ſpendi per appellationem ſicut cæteræ ſententiæ.
Et ex hoc infert dom. Abb.vnum nouum dictum,quod ſi
86 † ſuſpenſio infertur alicui in pœnã delicti,quod fieri poteſt,
vt dicit Inno.in cap.1. de excell prælat.& in cap ad hæc quo-
niam.ſupra eod.& dictum fuit in cap reprehenſibilis; ſupra
eod. quod tunc talis ſententia ſuſpenſionis ſuſpenditur per
appellationem,quia non poteſt tunc dici medicina.& ſic di-
cit,poſſe limitari dictum capitu. is cui . ſed ego hoc dictum
reprobaui in cap.ad hæc quoniam,ſupra eod.vnde vide quę
ibi dixi.
In glo.in verbo,abſente,no.ex glo. quod ſicut in termino
iuris habetur ratio impedimenti,vt ſupra eo.ex ratione. Ita
eodem modo in termino hominis , debet haberi ratio im-
pedimenti,ſi appellans ratione impedimenti nõ potuit pro-
ſequi appellationem , vel iter arripere. facit clem.quamdiu.
eod.tit.& idem ſequitur hic Innoc & Bal.
In glo.in verbo.præueniens,cum ſequenti.no.ex iſta glo.
quod iſte tex.procedit, ſiue terminus ad proſequendam ap-
pellationem, præfigatur a iudice, ſiue ab ipſo appellante.&
idem ſenſit glo.fi.in fi.in c.veniens,de reſtitu.
In glo.in verbo,contumacia. dic, ſecundum But.& Io de
87 Imo.& dom.Abb. quod duplex eſt pœna † impetrantis litte-
ras ante lapſum termini præfixi ad proſequendum appella-
tionem .
Prima eſt,quia litteræ impetratæ non valent.

Secunda eſt pœna, quia condemnatur in expenſis tanquã
contumax. & idem dicit Fede de Sen conſilio ſuo 167. quod
Incipit, in lectione, quæ heri lecta eſt, & conſilio ſequenti.
Dicit tamen, quod propter hoc appellatio non efficitur de-
ſerta, nec perdit commodum appellationis. vnde dicit, quod
ſi eſt aſſignatus menſis ad proſequendam appellationem,
ſeu ad præſentandum ſe coram iudice ad quem, & appellans
ſe præſentet xx. die, & literas impetret, & recedat, licet lit-
teræ non valeant, quia debuit expectare finem termini, ta-
men dicitur ſatisfeciſſe termino ſibi aſſignato per iudicem
a quo, & poterit infra terminum iuris proſequi appellatio-
nem. & hoc ſatis probatur hic in iſto tex. in fi. in quo ſolum
diſponitur, quod literæ non valeant, & quod debeat con-
demnari in expenſis, nec diſponitur, quod appellatio intel-
ligatur deſerta, & illud ſequuntur etiam hic Doct. ſed dom.
Abb hic dicit, quod Fede. de Sen videtur ſentire, quod dato,
quod poſſit procedi contra abſentem, nihilominus debeat
fieri condemnatio expenſarum, quod dicit non eſſe verum
88 indiſtinctè, quia † condemnatio expenſarum ratione contu-
maciæ fit propter intereſſe partis, vt d. l. ſancimus C. de iudi.
& in cap auditis ſupra de procur. vbi dixi. Sed nullum inter-
eſſe poteſt præſens prætendere in caſu huius cap ex quo po-
teſt procedi contra abſentem, vnde non debet fieri condem
natio expenſarum niſi in fine cauſæ, ſi obtinebit in cauſa ap
pellationis Sed tu ſalua Feder de Sen. quia non dicit, quan-
do debeat condemnari in expenſis, vnde poteſt intelligi, ꝙ
debebit condemnari in fine litis. & hoc etiam modo debet
intelligi iſta glo. ſed de hoc articulo, an poſſit fieri condem-
natio expenſarum ante finem cauſæ, quando poteſt proce-
di contra abſentem, ac ſi præſens eſſet, dic vt in d. c. auditis.
de procur & in c finem litibus de do. & contum.

In glo. in verbo careat. in fi. loã. And & communiter Do-
cto reprobant iſtam gloſ. dicentes, quod terminus præfixus
ab homine computatur in termino anni a iure præfixi ad
89 proſequendam, & finiendam appellationem nam † termi-
nus hominis ſuccedit loco termini iuris, quia lapſo termino
hominis deſerta eſt appellatio, nec expectatur lapſus termi-
ni iuris, vt in cap perſonas, ſupra eo & dicit dom. Abb. quod
contra glo. eſt caſus expreſſus, ſupra eod. cum lit Romana.
vbi dicitur, quod iudex ex cauſa poteſt abbreuiare terminũ
iuris, ſi poteſt abbreuiare, ergo terminus hominis, computã
tur in termino iuris, alias non eſſet abbreuiatio, ſed elonga-
90 tio. Item quia † terminus hominis præfigitur in odium appel
lantis, vt in cap peruenit. ſupra eod. vnde ſi non computare-
tur in termino iuris, ſibi cederet ad commodum contra ca.
& ſi neceſſe, infra de do. poſt diuor reſtit. & pro iſta opi. ego
allego tex. meliorem in clem. ſicut, eod. tit. vbi dicitur, quod
terminus anni computatur a die interpoſitę appellationis,
vnde ex illo tex. ſatis patet, quod terminus cõputatur in ter-
mino anni. quia ſi non computaretur annus incioeret currẽ
re a die lapſu a ipſiua termini, non autem a die interpoſitę ap
pellationis. & de hoc ibi per glo. in verbo, a die.

Extra glo. quæro de duobus quæſtionibus, licet Innocẽ. &
Docto moueant valde plures, quia illud cap. ſatis eſt graua-
tum ſua materia.

91 Et prima eſt quæſtio, an † appellans qui deſeruit appella
tionem poſſit agere contra iudicem de iniqua ſententia. In-
noc Ioan. Andr & communiter Doct. dicunt quod ſic, quia
appellãs habebat duas vias, vnam per appellationem. aliam
contra iudicem, vt Inſtit de oblig. quæ ex quaſi delic. naſc. in
princ. vnde renunciando vni, non videtur renunciaſſe alteri.
l contra maiores. C. de inoff. teſtam. vide bo tex in ſimili in
cap. ex tranſm. de auct. & viſi pal. & in l. ſi dominus. ff. de ſer.
vrba prædio. & idem dicit Innoc. & Ioan. And. in cap. ſacro.
de ſent. excommu. & idem dicas, ſi condemnatus bis appel-
lauit: nam dato quod non liceat tertio appellare, tamen po-
terit contra iudicem ad intereſſe propter iniquam ſenten-
tiam, hoc tenet glo. in ca. paſtoralis §. quia vero. in fi glo ma-
gnæ, ſupra de offic deleg. & Bart. in l. 1 ff. de appell & in l fin.
ff. de var. & extraor. cogni. vbi etiam tractat quid de arbitro,
vel de arbitratore, de quo articulo vide latius per eum in illa
quæſt. iudex per imperitiam iudicauit & per Io. de Imo. in c.
fin de empt & vendit. plus dicunt hic Inno. & Io. And. quod
non obſtante deſertione appellationis poteſt appellans age
re contra iudicem, vt puniatur eo quia non detulit appella-
tioni, iuxta no. ſupra eod de prio re. & hæc dicta tene menti;
quia ſunt notabilia.

92 Quid autem de conſiliario, † vel agrimenſoribus aſſigna-
tis ad menſurandũ agrum, vel ſimiles perſonas, an tales poſ-
ſint cõueniri ad intereſſe, ſi lædunt aliquam ex partibus. do.
Abb. remittit ad Spec in tit. de requiſitione conſilij, vel con
ſiliarij, & ad ea quæ dixit in cap. quia indicante. de præſcrip.
vbi dixi poſt eum.

93 Vltima quæſtio eſt, pone, quod † iudex [a] pronunciauit ſu
a per aliqua exceptione, & non condemnauit partem in expẽ
ſis, nunquid poterit poſtmodum vſque ad finem cauſæ
condemnare in illis expenſis & Innocen hic notabiliter di-
cit, quod ſic, quia ſemper durat officium eius vſque per totã
diem ſententiæ diffinitiuæ latæ, vt in cap cum appellationi-
bus, eod. tit in vj. & in l Paulus. ff de re iudic. & illud dictum
ſequitur Bart. in l. terminato. C. de fruct. & lit. expen.

Dicit tamen, quod ſi eſſet talis interlocutoria, quæ diri-
meret totam litem, idem dicendum eſſet, quod in diffiniti-
ua, vt in l poſt ſententiam. C. de ſentẽ. & interlo omnium
iudic. hoc etiam probatur in cap. cum appellationibus eo-
dem titu. in vj. vbi patet, quod ſuperior remittens appellan
tem ad iudicem a quo, quia appellatio non eſt legitima, de-
bet eodem die facere condemnationem expenſarum: nam
licet talis remiſſio non ſit ſententia diffinitiua, habet tamẽ
vim ſententiæ diffinitiuæ, quia non ſperatur alia ſententia
ferri per iudicem remittentem ſed plus dicit hic Inno quod
ſi pars non appellauit a pronunciatione ſuper exceptione,
non poterit poſtea appellari a condemnatione expenſarũ,
quia condemnatio expenſarum eſt executio illius pronun-
ciationis, cui videtur acquieuiſſe nõ appellando. hoc tamen
limitat Innoc. & Doct. duobus modis.

Prima limitatio eſt, quando habuiſſet iuſtam litigãdi cau
94 ſam ſuper illa exceptione, quia iuſta † cauſa litigandi excu-
ſat ab expenſis, vt in l. qui ſolidum. §. etiam. ff de legatis ij. &
iſtam limitationem etiam ſequitur hic dom. Abb. hoc intel
lige, niſi per contumaciam deſeruiſſet appellationem, quia
etiam ſi habuiſſet iuſtam cauſam litigandi, deberet condem
95 nari in expenſis, quia † contumax non poteſt appellare ſe
habuiſſe iuſtam cauſam litigandi, & hoc tenet Bal. in cap ex
parte, ſupra de reſcrip quod eſt dictum valde notabile: idem
ſenſit glo magna in cap finem litibus. de dolo, & contumac.
facit quod notat Bal. in l. ſancimus. in 5. col. C. de iudi. & in l.
non ignorat. C. de fruc. & lit. expen.

Secunda limitatio eſt, quando iudex excederet modum
in taxatione: nam a tali taxatione poſſet appellari, licet nõ
habuiſſet iuſtam cauſam litigandi. plus dixit Bal. in l. termi-
nato. in fine ſecundæ colum. C. de fruct. & lit. expen & in l.
ſancimus in fi. C. de iudic. & Ang. & Io de Imo. in l. Paulus ff.
96 de re iudic. quod etiam † contumax poteſt appellari ab iniu-
ſta taxatione, licet non poſſit appellari a condemnatione
expenſarum, & hoc tene menti.

Ex quibus habes duo dicta Innocen valde notabilia, quia
per primum dictum limitatur. l. terminato. C. de fruct. & lit.
97 expen. & l. Paulus. ff. de re iudica. in quibus dicitur, † quod
iudex non poteſt condemnare in expenſis, niſi eadem die;
nam debet intelligi, quando iudex vult condemnare in ex-
penſis per ſententiam diffinitiuam, vel poſt interlocutoriam,
quæ habet vim diffinitiuæ, ſecus ſi ſit mera interlocutoria,
& ratio eſt, quia per talem interlocutoriam non expirat of-
ficium iudicis, ſed durat vſque ad finem cauſæ.

Per ſecundum autem dictum limitantur iura, quę dicũt,
quod quis poteſt appellare a quolibet grauamine: nam hoc
verum, niſi grauamen ſit executio alicuius interlocutoriæ
præcedentis, quia tunc non poteſt appellari, vt dicit hic In
nocen. qui vult, quod non poſſit ille qui ſuccubuit in aliqua
exceptione, & non appellauit, appellare a condemnatione
98 expenſarum & iſta eſt bona † cautela, quam iudices debent
ſeruare, ſcilicet vt non condemnent tunc in expenſis, quan-
do reiiciunt aliquam exceptionem, ſed expectent vt labãtur
decem dies qui dantur ad appellandum. iſtud tamen recipit
duas limitationes, de quibus ſupra dixi.

99 Nunquid autem requiratur † citatio partis in taxatione
expenſarum. dic ut per Bald. in l terminato. C. de fructib. &
lit. expen. Item an iudex poſt appellationem poſſit taxare
expenſas, ſi in ſententia condemnauit in expenſis, dicam
infra eodem, paſtoralis. vbi Butr. tangit. Sequitur capitu.
conſtitutus.

A D D I T I O.

a ¶ Vtrum iudex qui pronunciauit ſuper exceptione, & omiſit condemna-
tionem expenſarum, poſſit poſtea quandocunque condemnare. Adde
quæ notat Alexan. ſupra eodem, quinta colum. in princip. in capitulo, ſo-
pitæ her ſibilis.

S V M M A R I V M.

1 *Officium iudicis in cognoſcendo impedimenta non impeditur ſi appellans
infra terminum, non fuerit proſequutus appellationem.*

2 *Negligentia appellantis in proſequendo appellationem, ſuppletur ex of
ficio iudicis.*

3 *Pars certa capituli poteſt compromittere in perſonam extra capitu-
lum.*
4 *Legatus Cardinalis, poteſt ſe intromittere de appellatione interpoſita ad
Papam, etiam iudicialiter.*
5 *Expedibilium duorum, ſi vnum probatur geſtum, præſumitur & reli-
quum.*
6 *Nuncius facilius, quam procurator inuenitur.*
7 *Argumentum a ſimili, deſtruitur probata diſſimilitudine in eodem
caſu.*
8 *Extenſio non eſt facienda a paritate rationis in exorbitantibus.*
9 *Aſſertioni legati de latere eſt credendum, niſi ſit in alterius præiudi-
cium.*
10 *Iudex appellationis quando ex officio procedere debeat, & inquirere de
meritis eorum, propter quæ fuit appellatum.*
11 *Compromiſſum vt valeat, omnes conſentire debent.*
12 *Votum ſuum quando quis poſſit alteri committere.*
13 *Vnus poteſt impedire, ne quid fiat in præiudicium minoris partis, a par-
te maiore circa compromiſſum.*
14 *Extraneo quando quis de collegio vices ſuas committere poſſit.*
15 *Diſpenſatio contra ſtatutum, quando poſſit fieri.*
16 *Patronis in præſentando diſcordantibus, an debeat conſiderari maior
pars.*
17 *Iudex inferior poteſt cognoſcere, an habeat iuriſdictionem, vel ſit deuolu
ta ad ſuperiorem.*
18 *Iudex inferior propter euitandum ſcandalum, poteſt cognoſcere de cauſa
deuoluta ad maiorem.*
19 *Appellans quando teneatur comparere coram iudice a quo.*
20 *Iudex inferior quæ cognoſcere poſſit, vide.*
21 *Proceſſus factus coram iudice incompetenti, quando valeat.*
22 *Iudex a quo an poſſit examinare, vt mittat cauſam inſtructam ad iudi-
cem ad quem.*
23 *Iudex a quo non poteſt cognoſcere, an appellatio ſit admittenda.*
24 *Conſentire videtur qui ſententiæ infra decem dies non contradicit, vel
actui a iudice facto.*
25 *Iudex inferior, an poſſit cauſam examinare, quando eſt facta appellatio
ad Papam.*
26 *Factum per legatum, quando cenſeatur factum per Sedem Apoſtoli-
cam.*
27 *Electus an poſt præſtitum conſenſum poſſit renunciare ſuæ electioni.*
28 *Ius quod quis habet in re, poteſt libere renunciare.*

C A P. X L V.

Conſtitutus. Si appellans in cauſa appel
lationis infra tempus legiti-
mum, appellationem non fuit proſecutus, non
propter hoc præiudicatur cognitioni faciendæ
1 † officio iudicis ſuper impedimentis electi. hoc dicit, ſecun
dum Ioan. Andr. vel ſic, ſecundum dom. Abb. Appellatio-
2 ne deſerta † per negligentiam appellantis poteſt iudex ex of
ficio ſuo procedere in caſibus, in quibus eius officium exu-
berat. & eſt caſus valde notabilis, ſecundum eum diuiditur
in duas partes. In prima ponitur partis narratio. In ſe-
cunda mortuum Papæ, & iudicum datio. ſecunda ibi, intel-
lecto igitur.
3 Nota primo, quod certa † pars capituli poteſt compro-
mittere in aliquem, qui non ſit de capitulo, ſeu de collegio:
nam hic tranſtulerunt vota ſua in epiſcopum, concordat
capit. cauſam, quæ de electio. vbi patet, quod moniales poſ-
ſunt compromittere in epiſcopum, vt eligant eis Abbatiſ-
ſam, de quo infra dicam.
4 Secundo no. quod legatus † Cardinalis poteſt ſe intromit-
tere de appellatione interpoſita ad Papam etiam iudiciali-
ter procedendo, quando hoc facit, nõ vt præiudicet appella
tioni, ſed vt cauſam inſtructam remittat ad Papam, de quo
infra plenius dicam.
5 Tertio nota, quod vbi duo ſunt pariter † expedibilia, ſi
probatur vnum fuiſſe geſtum, præſumitur etiam aliud po-
tuiſſe expediri, licet illa duo non ſint omnino ſimilia: nam
Papa hoc arguit de miſſione nuncij ad miſſionem procura-
toris, dicendo quod quemadmodum miſit nũcium, potuit
mittere procuratorem. dicit tamen Ioã. And. quod facilius
reperitur nuncius, quam procurator, quia per loca pericu-
6 loſa facilius † inuenitur nuncius, qui per ea tranſeat, quam
procur. ſed prima fronte ſtatur tali præſumptioni. idem pro
batur in c. cum dilecti. de do. & contu.
Et ex hoc infert do. Abb. ad vnum dictum notabiliſſimũ,
ſcilicet quod procedat argumentum a ſimili, licet illud non
ſit omnino ſimile: nam ſatis eſt, quod detur in alio caſu ad
quem fit comparatio, licet in aliis ſit diſſimilitudo. & de hoc
est tex. notab. in cap. cum dilecta. de confirm. vti. vel inut. &
in cap. quemadmodum. in prin. de iureiur. vbi dixi. & de hoc
etiam vide per Ioan. And. in cap. non poteſt. de præben. in 6.
7 Dicit tamen dom. Abb. quod modus † deſtruendi tale argu
mentum, eſt probare diſſimilitudinem in illo actu, ad quem
fit comparatio, vnde ſi iſte probaſſet iter fuiſſe tutum nun-
cio, ſed non procuratori, proculdubio ceſſaſſet iſta præſum-
ptio. ad hoc allegat dom. Abb. no. in cap. tranſlato. de con-
ſtit. Sed tu vide bo. glo. 1. quæſt. 2. cum ergo. & cap. ſicut vrge
ri. quæ dicunt, quod data vna diſſimilitudine corruit totum
argumentum a ſimili. quod intellige, quando datur diſſimi
litudo in caſu, in quo fit comparatio, vt ſupra dixi, & dixi
in dicto cap. quemadmodum. vide tamen glo. not. in cap. ſi
poſtquam. §. fin. in glo. penult. de elect. in vi. quæ dicit, quod
vbi duo reperiuntur a iure communiter æquiparata, conſti-
tutio etiam exorbitans, & pœnalis diſponens de vno, debet
extendi ad aliud. & idem ſenſit glo. in clemen. prima, in ver
bo, Sacerdotum, de offic. vicar. Hoc tamen intellige, niſi ſu-
beſſet diuerſa ratio, quia tunc non extenderetur ad aliud, li-
cet eſſet communiter æquiparatum, vt dicit glo. in cap. præ-
ſenti, de ſenten. excomm. in vj. Item intellige quando ſunt
communiter æquiparata, ſecus ſi non eſſent communiter
æquiparata, ſed in aliquibus caſibus tantum, quia tunc con
ſtitutio exorbitans, vel pœnalis diſponens de vno, non debet
extendi ad aliud, vt dicit glo. notab. in cap. conſtitutionem.
in verbo, derogamus, de regula. in vj. & in regula, quæ a iure,
lib. vj. & hoc ſequitur Dom. Dom. in dicto § fi. Sed ego hanc
limitationem intelligo, niſi eſſet ratio expreſſa, quia deberet
extendi ad caſum, in quo vrget ratio expreſſa, licet ſit conſti
tutio exorbitans, vel pœnalis, etiam ſi ille caſus non ſit com
muniter æquiparatus caſui in conſtitutione expreſſo, hoc te
net glo. not. in clem. ij. in verbo, lineum. de vita, & honeſt. cle
ric. & in clem. prima, in verbo, eligatur. de electio. & idem ſe-
quitur Bal. in auth. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ. li-
mitando glo. & Bart. ibi: nam dum glo. & Bart. dicant, quod
8 in exorbitantibus non eſt facienda † extenſio a paritate ra-
tionis, ipſe dicit hoc eſſe verum, niſi ratio ſit expreſſa, & idẽ
vbi vnica, & indubitata ratio poteſt aſſignari, licet non ſit
expreſſa, vt dicit ibidem Bal. in l. maximum vitium. C. de li-
ber. præter. & vtrunque dictum Bal. ſequitur do. Abb. in c. ſi.
de reſcrip. vbi vide.
9 Quarto nota argumentum, quod † aſſertioni legati de la
tere eſt credendum. ſed Hoſtien. dicit, quod ideo Papa cre-
didit legationi legati, quia partes acquieuerunt relationi,
ſed Ioann. Andr. hic, remittit ad Specul. in tit. de teſte. § pri-
mo. verſic. ſed nunquid aduocatus. vbi dicit, Clementem Pa-
pam pronunciaſſe eſſe credendum relationi legati de con-
ſuetudine magis, quam de iure, & dom. Abb. allegat glo. no-
tab. in cap. ſicut, infra de ſenten. excommunicatio. quæ dicit,
quod etiam Legato Cardinali non eſt credendum in præiu
dicium alterius. ceſſante ergo conſuetudine non eſt creden
dum Legato, maxime in præiudicium alterius, de quo arti-
culo plene dixi poſt Butr. & do. Abb. in cap. quod ſuper his.
de fide inſtrumẽ. de quo etiam articulo vide per Bald. in l. iu-
riſiurandi. C. de teſtibus. & in l. exemplo. C. de probatio-
nibus.
Vltimo nota, quod deſerta appellatione ex negligentia
10 appellantis poteſt iudex † appellationis ex officio ſuo pro-
cedere, & inquirere de meritis eorum, propter quæ fuit ap-
pellatum. ſed dom. Abb. hoc intelligit in caſibus, in quibus
poteſt ex officio procedere, ſicut eſt cauſa electionis: nam
negligentia partis non debet nocere officio iudicis. ex quo
enim ſunt duo modi procedendi, vno ſublato remanet reli-
quus per hoc cap. ex tuarum. de auct. & vſu pallij & infra de
accuſatio. accedens. ſic in ſimili, ſi accuſator deſiſtat ab accu
ſatione, iudex ex officio debet procedere ad vtilitatem rei-
publicæ, vt in capit. crimina. infra de collu. & in l. quamuis.
C. de adulter. & de hoc etiam vide bon. tex. in capit. ſi forte.
iuncta glo. in verbo, initium, de electio. in vj. quæ dicit. quod
ſi excipiens contra electum, repellitur ab excipiendo, nihi-
lominus iudex debet ex officio inquirere. de hoc etiam vi-
de bo. tex. in cap. cum nobis olim. & in cap. dilecti. de electio.
ſecus dicit dom. Abb. in cauſis, in quibus non exuberat offi-
cium iudicis, vt eſt in cauſis concernentibus mere priuatum
commodum, quia tunc appellatore, vel actore ceſſante, iu-
dex non debet ſic impedire, iuxta not. in cap. ad noſtram, el
ſecondo, ſupra de iureiuran. & eſt bo. tex. in l. 4. §. hoc autem
iudicium. ff. de dam. infec. & ibi per Bart. & in l. ad peremptor-
rium. & quod ibi no. per Bar. ff. de iudi.
Antequam veniam ad glo. opponitur contra tex. in quan-
tum dicit, quod quidam Canonici tranſtulerunt vota ſua in
epiſcopum, dicto c. quia propter. de electio. vbi patet ad hoc,
11 vt valeat † compromiſſum ſuper electione, neceſſe eſt, vt om
nes conſentiant.

Item quis nõ poteſt committere votum † ſuum, niſi ſit im
peditus, & tunc debet committere alicui qui ſit de capitulo,
vt in c. quia propter. § illud de elect. & in c. ſi quis iuſto. iun-
cto prin. col. fin. de elect. in vj. Sol. Doct. in hoc inſtant. Sed
tu diſtingue poſt But. & dom. Abb. & facias tres caſus.
Primus eſt, quãdo maior pars vult facere compromiſſum
in præiudicium minoris partis, & non poteſt in præiudiciũ
13 minoris partis, immo † vnus ſolus poteſt impedire, vt in di
cto cap. quia propter. & in cap. ſcriptum. de electio. & in iſta
concluſione concordat Butr. & dom. Abb. dicit tamen do.
Abb. quod hoc non ſolum procedit in actu electionis, ſed
etiam in omnibus alijs actibus vniuerſitatis. pro hoc ego al-
lego no. glo. in c. cum omnes. de conſtit. in fi. glo. magnæ. quę
dicit, quod in his quæ non fiunt ex neceſſitate, nihil poteſt
fieri vbi omnes conſentiant. & hoc tene menti, quia domi.
Abb. dicit, ſe iſta pluries allegaſſe in concilio generali Senen
ſi. & etiam aliis actibus; ſed ego, licet nec But. nec do. Abb.
declarent, quod quando omnes conſentiunt, quod poſſit fie
ri compromiſſum in aliquem, qui non ſit de collegio. de hoc
eſt tex. in c. cauſam quæ ſupra de elect.
Secundus caſus eſt, quando non agitur de faciendo com-
promiſſo, ſed de conſtituendo procuratorẽ ad faciẽdam ele
ctionem, & hoc caſu dicit But. quod vbi eſt ſeruanda forma
d. c. quia propter, non poteſt conſtitui procurator, niſi prout
dicitur in dicto cap. quia propter. § illud. ſcilicet quando con
ſtituentes procuratorem ſunt impediti, & conſtituunt pro-
curatorem, qui ſit de collegio, ſeu de capitulo. ſed vbi nõ eſt
ſeruanda forma illius cap. tunc ſecundum eum poteſt con-
ſtitui procurator etiam extraneus, qui non ſit de collegio. &
hoc vltimum tenuit hic Pet. ſed do. Abb dicit, quod quan-
tum ad facultatem conſtituendi procuratorem in actu ele
ctionis eſt ſpeciale in qualibet electione, ſiue ſeruanda ſit
forma cap. quia propter, ſiue non, quia non impeditus non
poſſet alteri committere vices ſuas, maxime aliis contradi-
centibus, per cap. quia propter. §. illud. facit ſecundum cum
ratio cap. ſi cui. de offi. deleg. in vj. & cap. cum in eccleſiis. de
præben. eod. lib. Sed tu dic, quod etiam non impeditus aliis
conſentientibus, ſeu non contradicentibus, poteſt commit-
tere vocem ſuam, & hoc tenet Io. de Imo. in cap. ſcriptum, in
2. col. ſupra de elect. pro hoc optime facit cap. ſi quis iuſto,
§ fin. de elect. in vi. & ea quæ not. ibi Ioan. And. & Dom. Do.
credo, quod ſufficiat, quod maior pars capituli conſentiat.
amplius probat iſte tex quod etiam extraneo, ideſt qui non
ſit de capitulo, poſſit quis committere vices ſuas, dummodo
capitulum, ideſt maior pars capituli non contradicat.
Tertius caſus eſt, quando ſumus in aliis actibus, quam ele
ctionis, & in his dicit do. Abb. quod etiam impeditus poteſt
committere vices ſuas, quia hoc non reperitur prohibitum.
14 dicit tamen, quod non poteſt committere † extraneo contra
dicente vniuerſitate, qualiſcunque ſit actus gerendus, quia
intereſt vniuerſitatis, ne eius ſecreta pateant extraneis, qui
non ſunt de collegio, & hoc tenuit Io. Andr. in regula, quod
alicui, lib. vj. in mercut. Conſentiente autẽ collegio, vel ma-
iori parte poſſet cõmittere extraneo vices ſuas, vt eſt tex. in
dicto c. ſi quis iuſto. in fi. & illum tex. inducit do. Pet. de An-
char. & Dom. Dom. ad quæſtionem, ſcilicet quod ſi ſubſiſten
te legitimo impedimento vnus Doctor de collegio poteſt al
teri committere vocem ſuam, & dicunt quod ita fit quoti-
die. dicunt tamen, quod hoc procedit vbi ſubeſt ſtatutum,
quod poſſit committere vocem ſuam, alias dicũt, quod illa
quæ inhærent oſſibus hominum, non poſſunt alteri com-
mitti, allegat no. per Bart. in l. ſi ſtipulatus fuerim. §. j. ff. de
verb. obli. Sed tu dic, quod quemadmodum in electionibus
vnus poteſt committere vocem ſuam alteri, ita etiã illi qui
ſunt aliis collegiis poſſunt committere vocem ſuam, & mi-
hi magis placet opi. do. Abb. quod ẽt non impeditus poteſt
committere vocem ſuam, quia nõ reperitur prohibitum. &
iſtud idem ſenſit hic Bal. Dicit enim, quod ſi eſt datum arbi
trium prioribus, & camerariis, & camerarij poſſunt transfer
re poteſtatem ſuam in priores ar. huius tex. & l. item eorum,
§. ſi decuriones. ff. quod cuiuſque vni. no. vide quod do. Do-
cto in l. ſi ſic § j. ff. de leg. j.
In glo. in verbo, omnium Docto. communiter reprobant
iſtam glo. dicunt enim, ꝙ immo valuiſſet appellatio, ſi actũ
fuiſſet in tranſlatione vocum, ꝙ iſte eps non eligeret niſi de
conſenſu omnium, & dicit do. Abb ꝙ hoc vr̃ probari ex iſto
tex. in ver. intellecto. iuncto ver. vel prædictum epũm pro-
ceſſiſſe &c. idem dicit hic Bal. dicit enim, ꝙ in tranſlatione
vocum poteſt poni certa forma, qua non ſeruata non valet,
ꝙ agitur, vt hic, ꝙ dicit eſſe nota dignum. Et ex hoc infert
do. Abb. ꝙ illi de vniuerſitate poſſunt ſtatuere, vt non va-
leat actus, niſi habeatur conſenſus omnium. & dicit, ꝙ hoc
non eſt cõtra ius commune, ex quo omnes a principio hoc
voluerunt. dicit tamen, ꝙ hoc procedit niſi in actu prodita
eſſet certa forma, vt in c. quia propter. de elect. vbi patet, ꝙ
in forma ſcrutinij eſt ſtatutum, vt ſtetur maiori parti, quan
do agitur de præficiẽdo prælatum eccleſiæ vidnatæ: nã tũc
non poſſent ſtatui, vt recipiatur conſenſus omnium. idem
dicit do. Abb. ſi propter iſtam conuentionem impediretur
vtilitas eccleſiæ, puta ſi non poſſunt eſſe cõcordes, & inſtat
neceſſitas, vel vtilitas, tunc enim ſecundum eum valet actus
factus a maiori parte non obſtante tali conuentione, argu.
c. 1. de his quæ fi. a maio. par. cap. Dic tamen, quod ſi eſſet fa-
ctum ſtatutum, vt non valeat electio, niſi omnes conſentiãt
tunc ſubſiſtente neceſſitate, vel vtilitate, requiritur diſpenſa
15 tio, † quam diſpenſationem ipſi ſtatuentes poſſunt facere,
vt not. Io. And. in regula, cui licet, lib. vj. & in c. licet canon.
de elect. eod. lib. & hoc procedit etiam ſi ſtatutum eſſet per
Papam confirmatum: nam ſtatuentes poſſunt illud reuoca
re ei contraueniendo, vt in c. cum acceſſiſſent, ſupra de con-
ſtit. & ibi per Doct. & per Hoſt. & Io. And. in c. ad audientiã.
de cler. non reſid. vnde ſi poſſunt conuenire tali ſtatuto, for-
tius poſſunt diſpenſare in certo caſu contra tale ſtatutum.
& dicit dom. Abb. quod poteſt econuerſo vniuerſitas ſtatue
re, vt valeat actus gerẽdus a pluribus de vniuerſitate, ſi tunc
plures comparatione minorum partium; licet nõ faciat ma
iorem partem vniuerſitatis. & de hoc allegat gloſ. ſingularẽ
in c. ſi cui. in glo. antepen. quæ eſt in verbo. concilium, de ele
ctio. in vj quæ dicit, quod in caſibus, in quibus non eſt ſeruã
da forma c. quia propter. de elect. poteſt conuenire capitu-
lum, vt valeat electio facta a maiori parte cõparatione mi-
norum, licet electio non ſit facta a maiori parte capit. Ceſ-
ſante autem tali conuentione non valet factũ a maiori par
te, niſi conſtituat maiorem partem vniuerſitatis, vt in c. j. de
his quæ fiunt a maio. par. cap. & in l. quod maior, ff. ad muni
cip. & in c. eccleſia el primo, de elect.
16 Nunquid autem ſi † patroni diſcordent in præſentando,
debeat cõſiderari maior pars habito reſpectu ad omnes pa
tronos, an vero comparatione minoris partis. vide Io. And.
in cap. 3. infra de iure patro. & ad prædicta adde tex. ſingula-
rem, in quo de iure communi requiritur conſenſus omniũ:
nam ſi agitur, vt officialis finito officio reformetur ad annũ
ſequentem, requiritur quod omnes conſentiant, & vnus ſo-
lus poteſt contradicere, vt in Auth. de defenſoribus ciuita-
tum § cum ita. & de iſta materia dic vt in c. cum omnes. ſ. de
conſtit. vbi per Inno. & Doct. & in c. humilis. de ma. & obed.
& in c. j de his quæ fi. a ma. par. cap. & Bal. in l. fi. C. de auctor.
præſtan. & in l. j. ff. de offic. proconſ.
In glo. in verbo, delegauit, extra glo. Doct. dant alias ſolu-
tiones,
Prima eſt Innoc. qui dicit, quod iſte legatus cognouit, an
fuiſſet appellatum ad Papam, & an per appellationem ne-
gotium fuiſſet ad eum deuolutum; nam inferior de hoc po-
teſt cognoſcere ſecundum eum.
17 Et ex hac ſolutione nota, quod iudex † inferior poteſt co
gnoſcere, an ipſe habeat iuriſdictionem, vel an ſit deuoluta
ad ſuperiorem. facit quod not ipſe Innoc in cap. paſtoralis.
§. præterea. de offic. deleg. dom. Abb dicit, quod hæc ſolutio
eſt vera in ſe, & notanda, ſed quod non congruit literę, quia
hic iſte legatus cognouit, vt cauſam magis inſtructam re-
mitteret ad Papam, non aũt vt videret an ſua ſit iuriſdictio.
Secundam ſolutionem ponit Hoſt. dicens, quod vbi immi
nebat ſcandalum, ideo potuit legatus ſe intromittere, arg. in
l. æquiſſimum. ff. de vſufr. iſta ſolutio etiam eſt notãda in pra-
ctica, ſecundum do. Abb. ex qua habes, quod propter vitan-
18 dum ſcandalum † inferior poteſt cognoſcere de cauſa deuo-
luta ad ſuperiorem. Ex hac etiã ſol. no. ꝙ propter vitandum
ſcandalum detrahẽdum eſt diſpoſitioni iuris communis. fa-
cit c. nihil cum ſcandalo. de præſcrip. & quod ibi dixi.
Tertiam ſol. ponit But. dicens, ꝙ iſte inferior potuit ſe in-
tromittere ad effectum. de quo hic, quia iſta cognitio tende
bat ad faciliorem exitum cauſæ appellationis, allegat not. in
c. a. de matr. contrac. contra interd. eccl. & c. cum teneamur.
ſ. eo. & Spec. in ti. de off. leg. § nunc oſtendendum. verſ. 13 vbi
Spec. loquitur de legato. ſed do. Abb. dicit, ꝙ non credit hoc
procedere in quolibet inferiore, maxime in iudice a quo fuit
19 appellatũ, quia † appellãs nõ tenetur comparere coram iudi
ce a quo, niſi ad audiendam reuocationem grauaminis, vt
in c. ſi a iudice. eod. tit. in vj. ergo non tenetur comparere ſi ci
tatur, vt compareat coram iudice a quo ad hoc, vt cauſam
magis inſtructam remittat ad ſuperiorem. vnde dicit, quod
hoc non eſt ſpeciale in legato de latere, vt dicit hic Goffre.
quia talis legatus repræſentat perſonam Papæ, cũ ſit de eius
collegio. & ideo poteſt cognoſcere ad hunc finem, vt cau-
ſam magis inſtructam remittat ad Papam. & dicit, quod ita
proprie loquitur Spe. vbi ſ. licet But. eũ allegauerit gñaliter.

Ad

20 Ad rationem, quã allegat Bu. reſpondet, quia inferior † poteſt ſe intromittere de concernentibus faciliorem exitũ cauſæ appellationis, quia poteſt prohibere ne aliquid attẽtetur de nouo, & attentatum reuocare, vt d. c. cum teneamur. & in d. c. ij de matr contrac. contra interd. eccle. ſed de ipſa appellatione non poteſt cognoſcere, niſi quando partes non cõtradicunt, ſecus ſi appellans contradiceret, & nihil de nouo attentaret, vt d. c. ij a iudice. Et vt capias aliquam vtilitatem ex iſtis intellectibus diſtingue, & facias quatuor caſus.

Primus eſt, quando inferior vult cognoſcere an ad ipſum pertineat iuriſdictio an ad ſuperiorẽ, & poteſt, vt caſus hic, ſecundum intellectum Innoc. & dicit But. hic, & Io. de Imo. quod ſententia lata ſuper incidẽti præiudicat partibus niſi appelletur: nam ſi pronunciaret ſe iudicem competẽtem, vt non interponeretur appellatio, valeret poſtea proceſſus ſuper principali, de quo tamen dic, vt dixi ſ. eo. ſi duobus.

Secundus caſus eſt, quando ſubeſt ſcandalum, & hoc caſu propter ſcandalum vitandum poteſt iudex inferior cognoſcere de cauſa deuoluta ad ſuperiorem, vt hic, ſecundum intellectum Hoſt. qui eſt valde ſingularis, & communiter tenetur per Doct. licet non cõueniat litteræ ex quo habes, quod

21 † proceſſus factus per iudicem incompetentem cauſa ſcãdali vitandi valet, & tenet, quod tene perpetuo menti.

22 Tertius caſus eſt, an † iudex a quo poſſit cauſam examinare, vt remittat eum inſtructum ad iudicem ad quem & But. hic, tenuit ꝙ ſic plus dicit, ꝙ ſi iudex a quo pronunciaret appellationem non tenere: quia præiudicaret appellãti, niſi ab hoc interponeret appellationem, allegat glo. in clem. vnica. de do. & contum. in verbo, manifeſte, in prin. ſed Io. de Imo.

23 hoc reprobat, quia † iudex a quo non poteſt cognoſcere, an appellatio ſit admittenda, vel non, ſed hoc pertinet ad ſuperiorẽ. & dicit de hoc eſſe tex. clariſſimũ in c. dilectus filius j. Saracenus. ſupra de reſcri. & in l. chyrographis. § j & ibi hoc tenet Bart. ff. de admini. tuto & idem vĩ velle Bal. in l. appellatione. in pen. col. C. eo. vbi dicit, ꝙ licet ad iudicem a quo ſpectet deliberare. an appellatio per eum ſit admittẽda, vel nõ, vt ſic ſciat quales apoſtoli ſint per eum dandi, tamen etiam eo caſu quo conſtaret appellationem non eſſe admittendã, non poteſt, nec debet ipſe iudex a quo ſuper hoc pronunciare, ſed ſatis eſt, quod dicat, nõ admitto appellationem. & ratio eſt, q̃a abſtinere a receptione appellationis eſt facti, ſed pronunciare, appellationem nõ eſſe recipiendam, eſt iuris, & in l. ſi cui & in l. ſciendum. ff. de app. reci. & talis iuriſdictio & diffinitio non pertinet ad alium iudicem, quã appellationis, vt in c. dilectus filius. & in d. l. chyrographis. §. j. & idem dicit Spec. eo. tit. §. nunc dicamus. poſt medium verſ. ſed cum cognoſcere & pro hac opin. facit tex. in c. cum ſuper Abbatia de offi. deleg. vbi iudices a quibus fuerat appellatum, pronunciauerunt appellationem interpoſitam non tenere, nec admittendam eſſe, & a tali interlocutoria non fuit appellatum, & tamen non præiudicauit ipſi appellanti. ſed contra iſtam opin. multum facit illud, quod no. glo. in d. cle. j in verbo, manifeſta in prin. de do. & contum. quæ ſentit, quod ſi iudex a quo pronunciat appellationem eſſe interpoſitã ex falſa cauſa, & non ſit appellatum, ꝙ talis pronunciatio nõ trãſit in rem iudicatam, & præiudicabit ei vt non poſſit poſtea appellare a diffinitiua. & idem dicit Innoc. in c. paſtoralis. in glo. ſua. quæ incipit, mitum ſupra de offic. deleg. & ita etiam conſuluit Io. Cald. in q. facti, vt refert do. Card. & in d. cle. j in 4. q. cum qua opi. etiam hic tranſit. & pro hac opi. facit illud quod dicit do. Abb. hic, dum dicit, ꝙ proceſſus factus ſuper principali a iudice a quo valet, niſi appellans contradicat. Cenſetur autem non contradicere, ex quo non appellauit infra decem dies, quia non appellans ab interlocutoria in-

24 fra decem dies, cenſetur illi † conſentire, vt in l. ab eo. C. quo. & quan. iud. & in c. quod ad conſultationem ſ. de re iudic. & iſta fuit theorica Bar. in l. j. C. de relat. vbi dicit, ꝙ qñ iudex facit aliquid parte præſente, niſi ꝯdicat, prçſumitur cõſentire.

In ſentẽtiis autem interlocutoriis, vel diffinitiuis, dicit, ꝙ tacens per decem dies, præſumitur conſentire. & iſtam theoricam Bar. ſecutus fuit do. Abb. in c. quoniam cõtra. ſ. de probat. Non obſtat c. cum ſuper. de offi. deleg. quia ibi proceſſus erat nullus. etiam ſi ibi nõ fuiſſet interpoſita appellatio pro hoc facit ꝑ eo. interpoſita vbi patet, ꝙ licet iudex maleficiat reiicere exceptionem, qñ pars offert ſe incontinenti illam probaturam, eſt tamẽ neceſſe appellare tam a reiectione appellationis, quam a reiectione probationis. idem tenet Car. in clẽm. vnica. 3. col. de do. & contu. Puto tamen, ꝙ appellãs a reiectione appellationis, nõ teneatur appellationem talẽ proſequi, ſed ſufficiat, ꝙ proſequatur appellationẽ interpoſitã a ſnia. vel a grauamine, ex quo cum nõ pertinebat ad iudicem a quo pronunciare appellationem non eſſe admittẽdam, contra ꝙ grauauit ita pronunciando, vnde ſecũda appellatio non interponitur niſi ad declarãdum, ꝙ nõ acquieſcit tali pronunciationi. & forſe ſuffi ceret ſimplex ꝯdictio. & hoc modo poſſent concordari opi. & hoc no.

25 Quartus, & vltimus caſus eſt, an † iudex inferior poſſit cauſam examinare, qñ appellatio eſt interpoſita ad Papam. & dicendum eſt, ꝙ ſolus legatus de latere poteſt cauſam examinare, quia repręſentat perſonam Papæ. & iſte eſt verus intellectus illius tex. An tamen illud, quod fit per legatum,

26 † cenſeatur eſſe factum per Se. Apoſt. & an Conſiſtorium Papæ, & legati de latere ſit idem dic, vt per Do. Do. in c. ſi Abbatem. de elec. in vj. Et limita iſtum tex. dum dicit, ꝙ legatus de latere poteſt examinare cauſam, vt remittat eum inſtructũ ad Papam. nã hoc procedit niſi appellatio, vel cauſa ſit præſentata coram Papa, nam tunc legatus de latere nõ põt cauſam examinare. & de hoc eſt caſus no. in c. licet. ſ. de off. leg. & hoc modo limita iſtum tex.

In glo. in verbo, renunciaſſe hæc glo. in effectu vult, ꝙ ele-

27 ctus † poſſit renunciare ſuæ electioni, poſtquam conſenſit. ſed contra hoc opponitur de c. admonet. & de c. quod in dubiis de renunc. vbi patet, ꝙ non poteſt quis renunciare beneficio, niſi in manibus ſuperioris. Hoſt. ſoluit, ꝙ ille erat electus in diſcordia, licet conſenſerit, & fuit appellatum ad ſuperiorem, vnde potuit libere renunciare. ſed do. Abb. remittit ad glo. in c. ſi electio. in verbo, renunciat, de elec. in vj quę in effectu concludit, ꝙ in omni caſu ante confirmationem valet renunciatio quo ad electum in nullo autem caſu fit præiudicium ſuperiori. quia ſuperior non obſtante renunciatione poteſt electionem confirmare etiam electo contradicen-

28 te, † ius autem ad rem quis poteſt libere renunciare, vt in c. ad audientiam. 2. ſupra de reſcrip.

In glo. ſi de hac materia, an & quando valeat ſecunda electio, prima non caſſata, dic vt no. in c. conſiderauimus. & in c. auditis. de elec. Item an minor pars contempta a maiori parte capituli, poſſit procedere ad ſecundam. dic vt in cap. bonæ. & in capit. quia propter. de electio. & hæc ſufficiant. Sequitur cap. conſtitutus.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio fruſtratoria poſſeſſionem confirmati non retardat.*
2 *Exceptio regulariter non admittitur contra electionem, vel confirmationem.*
3 *Electores poſſunt conſtringi a ſuperiore ad eligendum.*
4 *Differentia inter iuramentum, & adiurationem.*
5 *Adiuratio eſt quando aliquis per inuocationem diuini nominis, uel rei ſacræ imponere agendi neceſſitatem intendit.*
6 *Adiuratio dæmonum an ſit licita, & ſe remittit ad S. Thomam.*
7 *Epiſcopus timens, ne a patronis fiat præſentatio reſpectu affectionis carnalis potius, quam vtilitatis eccleſiæ, poteſt iuramento patronos aſtringere.*
8 *Conſanguinei digni præferri in electione recte poſſunt.*
9 *Iudicium rationis non debet deeſſe puritati conſcientiæ.*
10 *Ignorans ignorabitur.*
11 *Ignorantia iuris poſitiui, vtrum excuſet a peccato.*
12 *Oculus aliquando pro mente accipitur.*
13 *Eligendus, & idoneus & vtilis eſſe debet.*
14 *Epiſcopus qualis eſſe debeat, ſe remittit.*
15 *Promotio poteſt fieri ſine examinatione, quoties conſtat de idoneitate eligendi.*
16 *Examinatio non procedit in iis qui ſunt de Curia Romana, & ſunt noti.*
17 *Scholaris qui eſt notoriè ſufficiens, an poſſit doctorari ſine examinatione.*
18 *Statutum quod iudex committat cauſam conſilio Sapientis, non extenditur ad cauſas indubitatas.*
19 *Electio regulariter debet eſſe libera, nec magis ad vnam, quam ad aliam perſonam poteſt reſtringi.*
20 *Electus & confirmatus, non obſtante exceptione, uel appellatione extraiudiciali, debet conſequi poſſeſſionem.*
21 *Eligentes vtrum grauent conſcientiam, ex quo potuerunt meliorem eligere.*
22 *Optimus eſt eligendus.*
23 *Eleemoſyna iuſtiori eſt imponenda.*
24 *Electio de digniori ſemper intelligitur facienda.*
25 *Eligens non meliorem, peccat mortaliter, & num. 26.*
26 *Electio debet fieri de eo qui plus prodeſſe poteſt.*
27 *Principatus uita non ſanguini eſt deferendus.*
28 *Idoneus potius de eccleſia, quam idoneior de extranea eligendus eſt.*
29 *Electio de idonea facta, non eſt impugnanda.*
30 *Appellatio non valet, quando appellantis non intereſt.*
31 *Senectus impediens exercere officium, repellit a promotione.*
32 *Senis vmbra plus valet, quam iuuenis enſis, Bal.*
33 *Ditior, ſeu potentior, cæteris paribus, in electione præponendus eſt.*

34 *Prælatus, qualis eſſe debeat.*
35 *Nobilitas æquiparatur ſcientiæ.*
36 *Nobilior an ſapientiori præferendus ſit.*
37 *Nobilitas non adijcit gradum quo ad habendas eccleſiaſticas dignitates.*
38 *Diuitias habere, an ſit peccatum.*
39 *Appellans in cauſa electionis, cauſas tantum expreſſas omni appellatione proſequi poteſt.*
40 *Clauſula generalis comprahendit etiam ſimiles expreſſis.*
41 *Confirmatio, quam ſolennitatem requirat.*
42 *Confirmatio facta vocatis vocandis cum cauſæ cognitione, non poteſt reuocari.*
43 *Exceptio non veriſimilis, non impedit petentem poſſeſſionem.*
44 *Exceptio defectus proprietatis pro poſſeſſione adipiſcenda regulariter non inducitur.*
45 *Delicti euſdem ſæpius non eſt facienda inquiſitio.*
46 *Executio liquidi non eſt impedienda per non liquidum.*
47 *Incontinenti ſi quid agendum, quo pacto intelligatur, relinquitur iudicis arbitrio.*

C A P. X L V I.

1 Onſtitutis Appellatio † fruſtratoria poſ
ſeſſionem confirmati non re
tardat hoc dicit. vel ſic, Contra electum, & confir
matum regulariter non admittitur exceptio, vel
2 appellatio † ad impediendum effectum electionis, & confir-
mationis, ſed habita poſſeſſione pacifica poterit accuſari,
vel denunciari. h. d. & eſt caſus notabilis, ſecundum do. Abb.
In prima narrat factum, in ſecunda diffinit, in tertia prote-
ſtatur. ſecunda ibi, nos ergo. tertia ibi, ſi quid tamen.
3 No. primo, quod ſuperior poteſt aſtringere † electores, vt eli-
gant ſecundum Deum, & conſcientiam, magis idoneum, &
magis vtilem eccleſiæ. & iſta adiuratio eſt loco iuramenti, vt
dicit hic glo. 2. & allegat c. ſi quis presbyter. 2. q. v. vbi idem di
cit Arch. h. d. ad idem infra de frigid. fraternitatis. & vide San.
4 Tho. 2. 2. q. 90 artic. j. vbi ponit † differentiam inter iuramen-
tum & adiurationem: nam iuramentum eſt, vbi quis per re-
uerentiã diuini nominis promiſſionem, quã facit, cõfirmat,
& ſibi ipſi neceſſitatem imponit per diuini nominis inuoca-
5 tionem: † adiuratio vero eſt, quando aliquis per inuocatio
nem diuini nominis, vel cuiuſcunque rei ſacræ alteri aliquid
agẽdi neceſſitatem imponere intendit, ſicut imponit ſibi ipſi
iurando. & ſubdit, quod talis adiuratio eſt illicita, quando
quis adiurat non ſubditum, quia quis vſurpat poteſtatem in
alium quam non habet. dicit tamen, quod ſi ſolummodo
intenderet per reuerentiam diuini nominis, vel alicuius rei
ſacræ aliquid ab alio obtinere abſque neceſſitatis impoſitio
ne, talis adiuratio eſſet licita reſpectu quorumlibet, reſpectu
vero ſubditorum poſſunt ſuperiores ipſos ſubditos, ſeu infe-
riores per adiurationem aſtringere, quia eis imponit neceſſi-
tatem, ſicut poteſt ſuperior imponere ſibi ipſi neceſſitatem
iurando. & ita eſt concluſio ſancti Thomæ.
6 Vtrum autem ſit licitum † adiurare dæmones, vel creatu
ras irrationabiles vide ſanc. Tho. ead. q. art. 2. & 3.
7 Et ex prædictis infert do. Abb. quod quando † epiſcopus
timet, quod patroni non præſentent vtiliorem eccleſiæ, vel
propter preces aliorum, vel propter carnalem dilectionem,
quod poſſit eos aſtringere iuramẽto, vel per adiurationem,
ex quo de iure ad hoc tenentur. & no. bene verba do. Abb.
quia ſentit, quod præferens cõſanguineum alteri magis ido
neo, peccet de quo vide S. Tho. 2. 2. q. 93 art. 2. vbi dicit, quod
prælati peccant, ſi præferunt in diſpenſatione ſpiritualiũ cõ-
ſanguineos minus dignos, extraneis magis dignis, quia præ-
lati non ſunt prælati ſpiritualium, ſed diſpenſationes, iuxta il-
lud Apoſtoli in j epiſt. 2. Corinth 4. cap. Sic nos exiſtimet ho
mo, vt miniſtros Chriſti, & diſpẽſatores miniſteriorum Dei,
facit c. 2. de donat. & probatur 8 q. 1. Moiſes. Vbi vero cõſan
8 guinei † prælati eccleſiaſtici ſunt æque digni, ſicut alij, tunc
eſt licitum prælato præferre conſanguineos, quia ſaltem ma
gis in hoc præeminent, quia de ipſis magis confidere poteſt,
quod vnanimiter ſecum tractent negocia eccleſiæ. dicit ta-
men, quod propter ſcandalum hoc eſſet dimittendum, ſi ex
hoc alij ſumerent exemplum dandi bona eccleſiæ conſan-
guineis, & peccatum acceptionis perſonarum in eccleſiaſti
cis, eſt graue, vt infra dicam.
Secundo no. quod quis debet eligi ſecundum Deum, & iu
ſtam conſcientiam ergo non ſufficit ſequi puram conſcien-
tiam, niſi illa ſit informata ſecundum Deum. vnde alibi di-
cit tex. not. quod non debet puritati conſcientiæ deeſſe iudi-
9 cium † rationis, vt in c. non ſolum de regula in vj. vnde pec-
cat ille qui ſequitur conſcientiam ſuam nõ informatam ra-
tione, licet credat bene facere, vt ibi probatur, & maxime
hoc procedit circa ea quæ ſunt Dei: nã qui ea quæ Dei ſunt,
ſapiunt, a domino ſapiuntur, & qui ea quæ Dei ſunt, neſciũt
10 a domino neſciuntur Paulo atteſtante. Si quis † ignorat,
ignorabitur ita dicit tex ad litteram 38 di. qui ea. vide etiam
bo. tex. de pœn. diſt. 2. ſciendum. & 16 q. 1. ſi cupis. Vnde Am-
broſ. in Homil. Annunciationis Beatæ Virginis dicit, qui ſe
negat ſcire ſe, negat credere. i. qui non curat legere ſanctam
ſcripturam, cum poſſit, negat ſe habere fidem, quia ſi habe-
ret fidem, libenter legeret ſanctam ſcripturam.
11 Vtrum autem † ignorantia iuris poſitiui excuſet a pecca-
to. vide Innoc. & Doct. in c. per tuas, el piccolo, inſ. de ſimo.
12 Tertio no. ibi, oculos direxiſſe, quod † oculus aliquando
accipitur pro oculo mentis, ita accipitur hic. & vide glo. in
ca. quorundam de elect. in vj. & quod not. Bart. in l. 1. ff. de his
quæ teſta. delen.
13 Quarto no. ibi, magis vtilem, & idoneum, quod † eligẽdus
non ſolum debet eſſe idoneus, ſed etiam vtilis, & ideo alibi
dicitur, quod epiſcopus nõ debet eſſe cuſtos chartarum, vt
in c. in canonibus 15 q. 3. id eſt non ſolum debet intendere ſtu
dio literarum. ſed etiam alijs exterioribus. facit 39 diſt. in Pe-
trus. vbi patet, quod ſimplicitas impedit promouendũ. Qua
14 lis † autem debeat eſſe epiſcopus, vide opt. tex. in c. qui epiſco
pus. 23. diſtin.
Quinto no. ibi cum de perſonæ tuæ honeſtate conſtaret,
15 quod ille de cuius idoneitate conſtat, poteſt † promoueri ſi-
ne examinatione, & ſic iura quæ requirũt examinationem,
loquuntur de ignoto: quia notus non eſt examinandus. de
quo vide bo. tex. in cap. nullus. 24. diſt. vbi dicit Hug. quod il-
16 li qui ſunt in curia Romana, non † examinãtur, quia de cu-
ria ſumuntur facit cap. qui epiſcopus 23 diſt. & 94. diſtin. val
de. & de hoc vide glo. 2. in d. c. qui epiſcopus. quæ dicit, quod
non eſt facienda examinatio niſi circa ignotos dicit tamen,
quod circa notum debet quæri de modo eligendi, & de his
quæ habentur in c. cum in cũctis de elect. dicit tamen, quod
in conſecrando etiam noto non eſt omittenda inquiſitio
de his quæ habentur in c. qui ipſis 38 diſt. Et prædicta faciunt
17 ad quæſtionem, ſecundum dom. Abb. quod † ſcholaris noto
rie ſufficiens, & doctus poſſet promoueri ſine examinatio-
ne, & ita tranſit dom. Abb. facit quod not. Bart. in l. ille aut
ille. § cum in verbis. ff. de legat. 3. vbi dicit, quod ſi ſtat ſtatu-
18 tum, † quod iudex teneatur committere cauſam conſilio
Sapientis, non extenditur ad cauſas, in quibus nulla eſt dubi
tatio. vnde ſi caſus eſt clarus, non tenetur cauſam commit-
tere conſilio Sapientis. & vide quod dixi ſupra eod. ſæpe vbi
allegaui Bal. in l. ancillæ. C. de fur. & in l. cum virum. C. de fi-
deicomm. quæ dicit de quæſtione iuris non arctantur con-
ſanguinei ad compromiſſum vigore ſtatuti diſponẽtis, quod
conſanguinei teneantur de litibus ſuis compromittere vide
etiam quæ not. Bal. in l. 1. C. de legat. Bal. tamen hic in ſcho-
lari doctorando tenet contrarium dicit enim, quod prædi-
cta procedunt, niſi examinatio ſit de forma, vt in examinan
dis pro licentia doctoratus, quia cum per examinationem
addatur forma, vel auctoritas, non poteſt prætermitti exa-
minatio, quia forma dat eſſe rei. l. Iulianus. § ſed ſi quis ff. ad
exhib. ſed poteſt dici, quod circa notum requiratur modica
examinatio, & quod illa modica examinatio ſufficiat ad do
ctoratum, vt dicit hic dom. Abb.
Sexto nota, quod electio poteſt reſtringi ad duas perſonas
eligendas: ſed hoc intellige, quando hoc procedit de volun-
tate eligentium, vel ex accidenti, vt ſi electio debeat fieri de
certo gremio, & non ſint ibi, niſi duo idonei. facit capitu.
cum dilectus, de conſuetud. & cap. Abbate de verborum ſi-
19 gnificat. alias regulariter † electio debet eſſe libera, nec po-
teſt reſtringi ad vnam perſonam magis, quã ad aliam. & ita
dicit hic Io. de Imo. de quo dic, vt in cap. cum terra de elect.
& in d. c. cum dilectus. de conſuet.
20 Vltimo nota. † quod electus, & confirmatus non obſtan
te exceptione, vel appellatione extraiudiciali, debet conſe-
qui poſſeſſionem: nam exceptio hoc caſu non eſt propor-
tionabilis petitioni poſſeſſionis, quia petens poſſeſſionem,
petit quod facti, exceptio vero opponitur iuri, de quo infra
dicetur latius cum glo. fin.
In gloſ. in verbo, magis vtilem. hæc gloſ. in effectu duo
dicit.
Primo, quod doctior, & ſanctior eſt eligendus: ſecundo,
quod licet non eligatur doctior, & ſanctior, nihilominus
tenet electio, dummodo electus ſit idoneus. & de hoc vide
glo. pleniorem, octaua quæſtione, prima, licet. & in capitulo,
cum inter canonicos, in quarta glo. ſupra de electionibus.
21 Sed dubitatur, nunquid † eligentes ſaluẽt conſcientiam ſuã
eligendo idoneum, ex quo potuerunt eligere meliorem, &
But in quodam notabili dicit. quod ſic, & idem videtur dice
re Imo. Sed glo. in d. c. licet plene hoc diſputat referẽdo va-

rias

nas opi. & finaliter concludit, quod eligentes non peccant
eligendo idoneum, dato quod potuerint eligere meliorem,
ſicut faciens bonum, non peccat, dato quod potuerit face-
re melius. alii uero tenent contrarium, quorum opin ſequi-
tur Arch. & ad rationem glo. reſpondet, quod illa ratio pro-
cedit in voluntariis, ſed in neceſſariis oportet eligere melio-
rem, vt in dicto c. licet vbi dicitur, quod debet eligi, qui eſt p̄-
ſtantior, & doctior, & ſanctior, & in omni uirtute eminen-
tior. ad idem, 63. di. Metropolitano. vbi dicitur, quod debet
eligi ille qui eſt optimus, ad idem de conſecr. diſt 5. non me-
diocriter. vbi tex. dicit, quod nō mediocriter errant qui ma-
gno bono præferunt mediocre bonum, & idem probatur in
22 Auth. de monachis § fi. vbi tex dicit, quod † optimus eſt eli-
gendus, & hanc opi. tenet Fed de Sen. conſilio 90. quod inci
pit. ſuper dubitationum articulis vbi tenet, quod eligentes
non ſaluent conſcientiam ſuam eligēdo idoneum, ſi potue-
runt eligere meliorem. pro hoc facit text. in ca. non ſatis 86.
23 diſt. vbi tex dicit quod in † eleemoſina imponenda eligēdus
eſt iuſtior, cæteris paribus, de quo vide bo. gl. in cap. quieſca-
mus 42. diſtin. & iſtam opi. etiam firmat hic do. Abb. Diſtin-
guit tamen, quod aut non interponitur aliqua appellatio,
& hoc caſu dicit, quod valet electio, licet eligentes peccent,
& pro hoc allegat tex. in cap. penult. iuncta glo. in verbo, ni-
hil de elect. in ſexto. vbi dicitur, quod qui habet duas voces
vnam iure proprio, aliam tanquam procurator, non poteſt
vnam vocem dare vni iure proprio, & aliā uocē alteri nomi
ne procuratorio, quia eadem conſcientia, qua tenetur elige
re meliorem iure proprio, tenetur etiam eligere meliorem
nomine procuratorio. ſi ergo ſatis eſſet eligere idoneū poſ-
ſet illas vices in duos idoneos diuidere, ſed quia habet elige-
re idoneorem, illæ voces non ſunt ſeparabiles. hoc tamen
intelligit dom. Abb. quando magis idoneus reperitur in eo-
dem collegio, alias non tenetur eligere idoneorem, de a-
lio collegio, quia honeſtius eſt, vt eligat idoneus de eodem
collegio, quam fiat tranſitus ad idoniorem alterius colle-
gii pro hoc eſt bo tex in c. quid proderit, & in ca. nullus. 61.
diſtin. & de hoc vide bo glo in c. cum inter canonicos, in 4.
glo. de elect. & ex his do. Abb. reprobat illud, quod dicit Bar
to. in l. cum quidam ff. de leg. ij. vbi concludit, quod ſi quis ha
bet poteſtatem eligendi, tanquam bonus vir, ſatis eſt, quod
eligat idoneum, licet poſſet eligere idoneiorem: nam ſecun
dum dom Abb. licet valeat electio, conſcientia tamen non
ſaluatur, quia ſemper in ſaluanda conſcientia, & in eleemo
ſyna impendenda debet eligi iuſtior, vt ſupradictum eſt. ſed
Bar. loquitur, quando teſtator mandauit, ut eligatur dignus
nam tunc eligendo dignum, & non digniorem nō peccauit,
ex quo ſatisfecit voluntati defuncti. facit tex. in l. cum pater.
§. rogo. ff de lega. 2. Tamen ego credo, quod uerius dicat do.
24 Abb. nam licet teſtator mādauerit ſimpliciter eligi † dignio
rem, debuit eligere digniorem, cum ei potius debuiſſet ſub-
uenire, vt d. c. non ſatis. 86. diſt. & in ca quieſcamus, iuncta gl.
42. diſt. talis ergo, licet non faciat contra uoluntatem defun-
cti, tamen quia facit contra conſcientiam præterēdo minus
bonum meliori bono peccauit, licet electio ualeat, vt dicto
cap. non mediocriter. de conſecrat. di. 5. & illud eſt de mente
Dy. in dicta l. cum quidam, ut dicit hic dom Abb. Aut inter-
ponitur appellatio ne fiat electio, niſi de idoniori, & tunc
do Abb. dicit, quod ſi in eodem collegio reperitur idonior,
non valet electio facta de idoneo: quia cum de iure teneantur
eligere idoneiorē appellatio eſt interpoſita ex iuſta cā: t
tenentur enim conſulere eccleſiæ meliori modo, quo poſ-
ſunt, & pro hoc faciunt iura ſupra allegata, & tex iuncta gl.
in uerbo, in dicto ca penult. de elect. in ſexto. ſed Io. de Imo.
hic tenet, quod non valet appellatio. mouetur per ca. cum
in cunctis, iuncto cap quia propter. de elect. ubi patet, quod
ſi eſt electus idoneus, ſeruata forma, quę requiritur in electio
ne, electio eſt canonica, nec eligentes ſunt puniendi, & pro
hoc facit c. cum nobis olim, de electio. vbi appellatum fuit
ne fieret electio, niſi canonica, & poſt appellationem fuit e-
lectus in prælatum quidam, qui erat modiocris ſciētiæ, & ibi
dicitur, quod non fuit facta electio contra appellationem,
& tamen certum eſt quod potuiſſent doctiores, & meliores
inuenire. Vnde ex his facio tres concluſiones.

25 Prima ſit, quod non † eligens meliorem peccat mortali-
ter, licet eligat bonum.

Secunda concluſio, eligentes de eadem eccleſia, uel ciuita
te non peccant dato, quod de alia eccleſia, uel de alia ciuita-
te potuiſſent reperire meliorem idem tenet dom. Abb in ca.
bonæ ij. 5. columna, in princip. de poſtul. præla. ubi bo. tex. &
ibi vide apoſtillam meam.

Tertia concluſio, valet electio facta de idoneo, licet po-
tuerit eligi melior, ſiue fuerit appellatum, ſiue non. unde in
iſta concluſione ſequor opi. Io. de Imo. in primis uero dua-
bus opin. do. Abb. & ultra prædicta ad probandas ipſas con-
cluſiones allego San. Tho. ſecunda ſecundæ, quæſtione 63.
articulo ſecundo, & q. 175. ar 3. in quibus concludit, quod eli
gentes tenentur eligere non ſimpliciter meliorem, ſecun-
dum quod eſt melior ad regimen eccleſiæ, qui ſ. poſſit eccle
ſiam inſtruere, & defendere, & pacifice gubernare, & ſic qui
eſt melior ad bonum commune, & allegat tex. 8. q. 1. Moyſes.
26 vbi tex. dic, quod ille eſt † eligendus, qui plus poteſt prodeſſe.
& dicit, quod aliter facientes grauiter peccant, & allegat gl.
Auguſt. ſuper epiſtola Iacobi, ij. cap ſuper illis verbis, Fratres
mei nolite in perſonarum acceptione. &c. Dicit enim gl Au
guſt. ſi hanc diſtantiam ſedendi, vel ſtandi ad honores eccle-
ſiaſticos referamus, nō eſt putandum eſſe leue peccatum in
perſonarum acceptione habere fidē domini gloriæ. quis e-
nim ferat eligere diuitem ad ſedem honoris eccleſiæ contē-
pto paupere inſtructiore, & ſanctiore, & ſic in honoribus ec
cleſiaſticis deferendis peccatum acceptionis perſonarum eſt
graue, & per conſequens peccatum mortale. idem eſt dicen
dum in honoribus ſecularibus, ut dicit tex nota. in dicto ca.
27 Moyſes. 8. quæſtione prima. vbi tex dicit, quod † principatus
eſt deferendus virtuti non ſanguini, i. virtuoſis potius, quam no
bilibus. ad idem 40 diſt nos qui præſumus, & ca. illud.

28 Secundam concluſionem, ſ. quod vbi reperiuntur † ido-
nei de gremio eccleſiæ, quod potius ſunt eligendi, quam ido
neiores, qui ſunt de alia eccleſia, firmat San. Tho in præalle
ga q 63 art ſecundo. in fi. & aſſignat rationem, quia talis in
pluribus conſueuit eſſe utilior quātum ad bonum commu-
ne, quia præſumitur magis diligere eccleſiam in qua eſt nu-
tritus, & allegat Deut. 7. capit. vbi Deus mandauit per Moy-
ſem populo Iſrael, quod non facerēt ſibi regem alterius gē
tis aliam tamen rationem aſſignat tex. in c. quid proderit,
& in c. nec emeritis, & in ca. nullus. 61. diſt ſ. ut illi qui ſeruie-
runt eccleſiæ habeant fructum ſui laboris, & vt cæteri inuitentur
ad recte uiuendum, & ſeruiendum eccleſię.

29 Quo ad tertiam concluſionem, ſ. quod ualet † electio fa-
cta de idoneo, quod non obſtante appellatione, quod non
eligeretur, niſi ille qui eſſet melior, quam tenet hic Ioan. de
Imo allego San. Tho. in præalleg. q 63. ar. ſecundo. circa fin.
vbi dicit, quod quantum ad hoc, ut electio non poſſit impu-
gnari in foro iudiciali ſufficit eligere bonum, nec oportet e-
ligere meliorem, quia ſic omnis electio poſſet impugnari, ſe i
habere calumniam, ſed quantum ad conſcientiam eligēns,
neceſſe eſt eligere meliorem, uel ſimpliciter, uel in compara
tione ad bonum commune, & pro iſta opi. ſ. quod non ob-
ſtante appellatione ualeat electio in foro iudiciali facit, qa
ad hoc vt ualeat electio requiritur, quod quia eligatur a ma-
iori parte capituli, vt hic, & in capit quia propter de electio.
ſi ergo ille, qui eſt melior, non habet maiorem partem capi
tuli, nullum ius poteſt habere ex tali electione. vnde ſi ille q
eſt minus ſufficiens tamen idoneus, habet maiorem partem
capituli, ſatisfactum eſt iuri, quia ius requirit, quod eligatur
idoneus a maiori parte capituli vnde appellatio facta in cō
trarium non ualet, quia non intereſt, nec appellātis, nec me-
lioris ipſius, ex quo iſte melior non eſt electus a maiori par-
30 te capituli. non ualet autem † appellatio, quando appellan-
tis non intereſt, ut in c. cum inter R. Seniorem, de elect. & ij.
quæſtione vj. non ſolent. & iſta opin. eſt de mente glo. hic, &
in dicto cap. cum inter canonicos. in fi 4. glo. ſupra. de elect.
Et ex his ſumus expediti de iſta glo. & de iſto articulo, quem
tene menti.

In glo. in uerbo, maiori. dic quod ſi iſte text. intelligitur, ꝗ
iſte cantor qui eligit Cancellarium Meten. haberet plu-
res uoces, ſicut habebat plura officia, iuxta nota in cap. cum
olim de re iudi. tunc iſte Cancellarius habuiſſet duas partes
capituli. Et cantor Meten. tertiam partem capituli. ſi au-
tem intelligitur, quod haberet tantum unicam vocem, licet
haberet plura officia, tunc procedit iſtud, quod dicit gl. nam
Cancellarius fuerat electus ab xi. cantor uero a 6. & ſic iſte
Cancellarius habebat quaſi duas partes cap.

In gl. in uerbo, impotentiam, diuide ipſam in duas partes.
In prima tractat, an impotentia p̄ oueniens ex ſenectute,
vel ex nimia debilitate corporis, repellat a promotione.

In ſecunda parte tractat, nunquid ſit habenda ratio potē
tiæ, vel diuitiarum, vel nobilitatis in electione. Secunda ibi,
ſed nunquid eſt habenda ratio. In prima parte gl.

31 Nota ex gl. quod † ſenectus impediens exercere officium
regiminis repellit a promotione, de quo vide bo. tex. in cap.
Florentinum 85. diſt. & intellige glo prout loquitur, quan-
do ſenectus impedit adminiſtrationem. alias non repelleret
a promotione, vt probat tex. in dicto c. Florentinum, & pro
hoc bene facit tex in c. j. de renun. unde Bal. in l. ſenium. C.
qui teſta fac. poſſ. dicit, quod plus valet † umbra ſenis, quam
enſis iuuenis. idē dicit Fely. in c. j. col. 3. de maior. & ob. Et ſcri-
bitur

bitur apud Ciceronem, in libro de ſeneſtute. Legimus ciuitates a ſenibus conditas, a iuuenibus autem deletas. Item Roboam perdidit 11. tribus populi Iſrael, eo quia ſecutus fuit conſilia iuuenum, & noluit ſequi cõſilia ſenum, ut habetur regũ. 3. 12. cap. Dicit tamen, ꝙ licet ſit tanta ſenectus, quę impediat adminiſtrationem, licet impediat promouendũ, non tamen deijcit iã promotum, & hoc tenet gl. ij in d. c. Florentinum. per c. petiſti 7. quæſtio. 1. & probatur ſ. de cle. ęgro per to. vbi patet, quod talis non eſt remouendus, ſed dandus eſt coadiutor, & idem dicendum eſt in prælato regulari, ſeu religioſo, ut dicit Io. And. In c. fi. de ſup. negl. præla.

In ſecunda parte glo. nota iſtam glo. quæ quotidie allegatur, & in effectu uult, quod cæteris paribus præferendus ſit
33 ditior, † ſeu potentior, vt per eum releuetur eccleſia. Ho. vero dicit conſiderandam eſſe qualitatem, & ſitum eccleſiæ, ut ſi eccleſia indiget potentia illa præferatur ſcientię. facit ſ. de electio. officij. vbi vero indiget diuitiis, ut quia eſt onerata debitis, tunc diuitiæ præferuntur ſcientiæ, & potentię. ar. x quæſtio. 2. hoc ius porrectũ. Ceſſantibus uero prædictis conſiderationibus, puta. quia eccleſia non indiget potẽtia, vel diuitiis, tunc licet prædicta gradum adijciãt, non tamen propter hoc reprobatur electio facta de eo qui nõ eſt diues, vel potens, ex quo alias eſt idoneus. & dicit do. Abb. hoc dictum Hoſt. eſſe bene ponderandum, quia tacite ſentit, quod ubi eccleſia indiget uiro potenti, vt puta, quia habet poſſeſſiones circa inimicos, vel indiget diuitiis ad hoc, ut releuetur a debitis, tunc electio facta de non potente, vel de non diuite eſt retractanda, & hoc placet dom. Abb. quia licet ta-
34 lis in ſe, ſit idoneus, non eſt tamẽ vtilis eccleſiæ, & † prælatus non ſolum debet eſſe idoneus in ſe, ſed etiam utilis eccleſiæ vt hic in tex. ſed Ioan de Imo. hic dicit, quod licet ante factũ habenda ſit conſideratio de prædictis qualitatibus, tamen quando electio eſt facta a maiori parte capi. valet, dummodo ſit facta de idoneo, nec poſt factum venit retractanda ꝑ id, quod habetur in c. quia propter. iuncto c. cum in cunctis. de elect. & pro iſta opi. facit iſte tex. quia vt patet, non fuit cã rationabilis appellationis, quod iſte Cãcellarius eſſet quaſi penitus impotens in illis partibus in quibus erant pręſentes ꝑpoſituræ. tamen mihi magis placet opi. Ho quã m ſequitur Ioan. And. & dom Abb. quia talis, licet in ſe ſit idoneus, non cenſetur ad talem eccleſiam eſſe idoneus, ex quo nõ poteſt eam releuare. Ad iſtum tex. ego reſpondeo, quod hic ideo appellatio non fuit rationabilis, qa non expreſſit, neque probauit, quod præpoſitura indigeret potentia propter illas poſſeſſiones, & ideo talis cauſa. nõ fuit rationabilis ſed aliud eſt examinandum, quod Doct. non plene tangunt, ſ. an propter nobilitatem cæteris exiſtentibus parib. debeat quis præferri. & uidetur, quod ſic, quia pro nobilitate præſumitur, de
35 quo vide bo. gl. in c. illud. 40 diſt. Item † nobilitas, & ſcientia æquiparantur, ut in c. de multa. de præben. vnde dixit Bal. in l. nemini. C de aduo. diuer. iudi. quod doctior minus nobilis,
36 debet præferri † nobiliori, ſi nobilior eſt minoris ſcientiæ ſed ſi ſunt æquales in ſcientia, præferri debet nobilior ſanguine. In contrariũ, quia ille qui eſt nobilior præſumitur magis ſuperbus. vnde Io. And. ſuper iſta glo. allegat Saluſtium in Iugurtino, qui dicit, quod ſuperbia eſt commune malum nobilitatis. ad idem vide Beatum Gregorium, in ſecundo libro Dialogorum, cap 23. vbi dicit, quod nonnullis ſolet nobilitas generis parere ignobilitatem mentis, vt minus ſe in hoc mundo deſpiciant, qui plus ſe cæteris aliquid fuiſſe meminerunt. Ad idem 38. diſt c. vlt. ubi dicitur, quod interdum ipſi, vel propter ſenectutem, vel propter nobilitatem generis negligunt inquirere, & diſcere ea quæ ſunt Diaboli, quam mẽbra Chriſti, & potius infideles, quam infideles. unde ille text. probat, quod nobiles non libenter diſcunt, vel inquirunt ea quæ ſunt ad ſalutem, uel utilitatem animæ. & ex huc videtur, quod glo in c. illud. 40. diſt non bene dicat ſimpliciter intelligendo eam, ſed debet intelligi, quod ꝑſumitur pro nobilibus in his quæ pertinent ad nobilitatem. & ſic loquitur illa glo. Item quod nubilis non debet præferri etiam cæteris paribus, uidetur tex. in c. nos. ij. & in d. c. illud. 40 diſt ubi dicitur, quod quis comparat ſibi gratiam ex uirtute, & ex morũ nobilitate, & nõ ex dignitate loci, vel generis. ad idem, de ꝑben. venerabilis vbi patet, quod non ualet cõſuetudo, quod illi qui non ſunt nobiles, non poſſunt promoueri ad dignitates. immo etiam ſi quis fuiſſet Iudæus, propter hoc nõ debet repelli a digni ate, dummodo ſit idoneus, ut in c cum ie. in fi de reſcriptis.

Et ad prædicta optime facit tex. cum glo. in c. numquam. 56. diſtin. ꝗ quæ dicit, quod ille qui eſt natus ex parentibus prorſus alienis a virtutibus, dum tamen ipſe ſit bonus, eſt melior quam ille qui eſt natus ex bonis parentibus, licet etiam ipſe ſit bonus. ad idem 50, diſtin fidelior. vbi glo. dicit, quod
3. ille qui aliquando fuit malus, & poſtea eſt conuerſus ad pœnitentiam, debet præferri illi qui ſemper fuit bonus. vnde gl. in cap. quoniam vetus. in verbo, inuidia. 24. quæſt. 1. dicit, ꝙ cum duo decertarent de electione, & vnus allegaret nobilitatem alterius, alius e conuerſo reſpondit, Piſcatori Petro fabri filio ſucceſſorem quærimus, non Auguſto. Nobilitas faſtum. Faſtus litem parit, arma Lis. odium capiunt hæc tria mortis iter.
37 Et hanc partem puto eſſe veriorem, ſcilicet quod † nobilitas non adijciat gradum quo ad habendas eccleſiaſticas dignitates, Non obſtat cap. de multa. de præben. quia loquitur de perſonis ſublimibus, ideſt potentibus, per quas ſæpe poſſunt beneficia releuari. & ita etiã intelligit hic dominus Abb. Qui etiam quærit, an pro diuitibus debeat præſumi, & an poſſint diuitia poſſidere ſine peccato, & allegat bon. tex. 30 diſt. ea hæc ſcripſimus. in fi. qui tex. dicit. Diuites cum iuſtitia, & operib. bonis non abijcimus, allegat etiam bonã glo. in cap. clericus. 12. quæſt. 1. in glo. 2 quæ dicit, quod non
38 eſt peccatum habere † diuitias, ſi adſunt bona opera, ſed tunc eſt peccatum, quãdo per eas iuſtitia deſeritur, vel cum homo in eis ponit ſpem ſuam, vt 8 quæſt. 1. ſunt in eccleſia. hoc modo intellige tex in cap gloria epiſcopi. & in cap Socrates. 12. quæſt. 2. vbi dicitur, quod diuitiæ, & virtutes ſimul poſſideri non poſſunt, nam debet intelligi de his qui ponũt finem in diuitiis præponentes eas æternis diuitiis. Vnde Ambr. in Homil. viſitationis Eliſabeth. At quicunque cœleſtibus diuitiis terrenas præponere gaudent hi nimirum tempore vltionis extremæ inanes totius beatitudinis dimittuntur a Domino, ideoque cum diabolo perennis miſeriæ pœna plectentur. Et ex his ſumus expediti de iſta glo. & hæc ſe ne menti.

In glo. in verbo, rationabilem. dicit hic Ioan. Andr. quod ſi epiſcopus iſte detuliſſet appellationi fuiſſet functus officio ſuo, & non potuiſſet amplius ſe intromittere. nec reuocare delationem, & hæc bene nota, ſcilicet quod iudex qui appellationi detulit, non poteſt amplius ipſam delationem reuocare. de quo vide Io. And. & Dom. Dom. in c cum appellãtionibus eo. tit. in vj. & quod dicam infra eod. cum ceſſante. vbi hoc examinabo.

In glo. in uerbo, quod alia pro expeditione huius glo. opponitur contra iſtum tex quod iſte non potuiſſet aliam cauſam allegare, ex quo non fuit expreſſa in appellatione, ut ſ. eodem. dilecto, & cap. ut debitus. & glo. in effectu ponit tres ſolutiones.

Prima eſt ſolutio, quod eſt ſpeciale in electione, ut appellans poſſit proſequi cauſam non expreſſam in appellatione, & eſt ratio ſecundum gloſ. quia etiam ſi nihil opponeretur iudex ex officio tenetur inquirere, vt in c præcedenti ſed iſta ſolutio communiter reprobatur, maxime hodie per c ur circa de elect. in vj. & per cle conſultationem, eodem titulo. in
39 quibus patet, quod † appellans in cã electionis, non poteſt aliam cauſam proſequi, quam illas quæ fuerunt expreſſę in appellatione. Nec obſtat ratio glo. quia licet iudex potuiſſet ex officio procedere, non tamen debet pars audiri, ut appellans. ut probatur in c. præcedenti facit c. cum dilecti. in fi. ſupra de elect. ubi patet, quod ſententia in cauſa electionis, ſeu beneficiali tranſit in rem iud. quo ad illum, contra quem eſt lata de quo uide bo. glo. in c. j. de conceſſ. præben.

Secunda ſolutio contraria præcedenti eſt, vt non audiatur volendo aliam proſequi per iſtum textum, & iſta ſolu eſt vera, & communiter tenetur per Doct. & ſatis probatur in tex. dum ponderat, quod tunc aliam non expreſſit.

Tertia Solu. eſt, quod iſte repellatur propter præſumptionem ortam contra eum, quia cauſa expreſſa non erat rationabilis. & Doct. multũ ponderant iſtam Sol. dicentes ipſam eſſe ſingulariter notandam, quod vbi quis in appellatione, vel in ſententia expreſſit vnam cauſam, & ſubijcit, quod ex multis aliis cauſis &c. quod ſi cauſa expreſſa non eſt rationabilis præſumitur etiam quod cauſæ non expreſſæ, ſed compræhẽſæ ſub clauſula generali, ſint irrationabiles. Et illud ſa cit ad multa. facit c. ſi forte de elect. in ſexto & c ſedes. de re-
40 ſcriptis. vbi patet, quod † clauſula generalis compræhendit ſimilia expreſſis. de quo etiam in c. qui ad agendum de procur. in ſexto & in clem non poteſt. eodem titulo. & reſpectu ſententiæ, vide quæ dixi in c. ſicut. ſupra de re iud. Sed contra prædicta opponitur, nam electio, & confirmatio habet uim diffinitiuæ ſententiæ: ergo ſicut appellans a diffinitiua, non tenetur exprimere cauſam appellationis, & dato, quod exprimat poteſt cauſam non expreſſam allegare, & iſtam proſequi, ut in l ſicio ff eo notat gl infra eod. cum cauſam. Et etiã appellans a confirmatione debet poſſe proſequi cauſam nõ expreſſam. Soluit Inno d. cens contrarium procedere, quando confirmatio fit oblato libello, & lite conteſtata, & alio

ordine

ordine iudiciario obſeruato, ſecus autẽ cum ſummaria co-
gnitione quia tunc non habet vim diffinitiuæ. ſed Ioan. An.
41 dicit poſſe dici, quod cum hodie ſit ſeruanda in † confirma
tione ſolennitas capituli fin de elect. in ſexto. ſemper confir-
matio habebit vim diffinitiuæ. ſed Ioan. And. loquendo ita
indiſtincte, non bene loquitur. vnde vide ipſum in ca. auari-
tiæ. de elect. in 6. vbi diſtinguit, quod aut non ſeruatur ſolen
nitas illius capituli fi. & non ualet confirmatio. Aut ſeruatur
& fit confirmatio comparente contradictorie in iudicio, &
iudice iudicialiter confirmante, & tũc eſt diffinitiua aut nul
lus contradictor apparet, & ſuperior confirmat cum ſum-
maria cognitione, & tunc illa confirmatio non habet vim
diffinitiuę, quia eſt actus extraiudicialis. & dicit dom. Abb.
iſtam diſtinctionem notandam, quia valet ad multa. Iſtud
etiam eſt de mente Ioan de Imo, hic, & hoc modo intellige
glo nota. in cap. fin in verbo, inanes de electio. in ſexto. quæ
42 dicit, quod † confirmatio facta vocatis his qui vocandi erãt
& cum cauſæ cognitione, habet vim diffinitiuæ, nec poteſt
reuocari, & ſi ab ea interponitur appellatio debet appellari,
vt a diffinitiua. ſi autem fiat ſine cauſæ cognitione, & nõ vo
catis vocandis olim habebat uim interlocutorię, ut hic, ſed
hodie ſine vocatione non valet; nam illa glo. debet ſuppleri
per prædicta, quia ſi fiat uocatio, & nullus compareat, con-
firmatio hẽt uim interlocutorię ex quo non interuenit cãæ
cognitio, iudicio ordinario inter partes, & ita dicit ibi Ioan.
And. & Dom. Dom. ſuper illa glo. dicit tamen, quod ſi non
comparente contradictore, ille qui habet confirmare ſolen
niter, inquireret de forma electionis, & de ſcientia, & morib.
& vita electi, confirmatio haberet uim diffinitiuę. & de iſto
articulo. vide latius per Dom. Dom. in loco præalleg. & per
Ioan. And. & Doct. in c. quod ſicut. de elect. & per eundem. in
c. cum olim. de cauſa poſſ. & proprie. vbi uide dom. Abb. in
vlt. colum. ſui Commenti & in c. cum olim. de dolo & con-
tuma. ubi per Innoc. & Ioan. And. vbi ſimiliter vide do. Abb.
in vltima colum. ſui Cõmenti. Et ex his ſum expeditus de il-
la gloſſa.

In glo. fi. hæc glo. in effectu mouet quatuor contraria. Pri
mum eſt, quod contra tex. obſtat regula, cui damus, & regu-
la, qui ad agendum, de regu. iur. in ſexto. in quibus dicitur, ꝙ
qui admittitur ad agendum, fortius debet admitti ad excipiẽ
dum, & quod ille cui conceditur actio, fortius concedenda
eſt exceptio.

Secundum contrarium eſt, quod quia pendẽte accuſatio
ne non debet aliquis promoueri, vt in c. tantis. Daniel 81. di.
& in cap. optimus. infra de accuſa. ſed hic pendebat contro-
uerſia, ergo &c.

Tertium contrarium eſt de c. ſuper his de accu. vbi excipi
tur contra electum, & confirmatum.

Quartum contrarium eſt de capi. accedens, infra de accu.
vbi contra illum, cui eſt facta collatio, excipitur de crimine
cum infamia. Ad primum contrarium gl. reſpondet dupli-
citer. prima ſol. eſt quod propter præſumptionem, quæ erat
contra excipientem, non fuit admiſſa exceptio, quia ut pa-
tet in tex. iſte decanus appellauit ex cauſa non rationabili.
vnde præſumebatur contra eum, quod exceptiones quas vo
lebat opponere eſſent friuolæ. facit c. ſuper hoc de renun. &
c. quia uerſimile. de præſup. & c. ſollicite. de reſti. ſpol. & l. ſa-
43 tis aperte. C. de falſis. & ex hac ſolut. no. quod † exceptio non
veriſimilis non impedit petentem poſſeſſ. Secunda ſolu. glo.
eſt, quod iſte electus, & confirmatus, poſtquam habuit poſ-
ſeſſionem corporalem, quam Papa mandauit ſibi tradi, con
ſecutus fuit plenum ius, & ſic nihil reſtabat petere; merito
non debet admitti exceptio, quia non reſtat contra quod ex
ceptio opponatur ſed dom Abb. dicit in hac ſecunda ſol. ꝙ
glo. non recte loquitur, quia illud eſt de quo quæritur, quare
Papa noluit exceptionem admitti, antequam traderetur ſi-
bi poſſeſſio. ſed voluit, quod ante omnia conſequeretur effe
ctum electionis, & confirmationis vnde dom. Abb. ſoluit di
cens, quod electus, & confirmatus agit poſſeſſorio adipiſcẽ
dæ poſſeſſionis, ſicut hæres, vel bonorum poſſeſſor, qui eſt ef
fectus poſſeſſor rerum hæreditariarum. agit poſſeſſorio adi-
piſcendæ pro conſequenda poſſeſſione ipſarum, ut notat gl.
& Doct. in cap. paſtoralis. de cauſa poſſeſ. & proprie. ſed con-
tra agentem pro poſſeſſione adipiſcenda regulariter non in
44 ducitur † exceptio defectus proprietatis, niſi in certis caſib.

Primus eſt, quando opponeretur exceptio criminis, cum
infamia, vt in c. accedens. ĩ. de accu.

Secundus eſt, quando excipiens de defectu proprietatis,
vellet incontinenti probare, vt notat glo. in c. j. & in capi. li-
cet. de reſtitu. ſpo. facit l. 1. §. ibidem. ff. ad exhibendum.

Tertius caſus eſt, quando negaretur fundamentum iuris
ꝓ̃eſi, vt quia dicitur collatores, vel electores non habuiſſe
ius conferendi, vel eligendi, vel confirmatorem non habere
poteſtatem confirmandi, vel ſi opponeretur, quod fuiſſet fa
cta collatio, vel confirmatio per literas ſubreptitias, vel fal-
ſas, vt dicit hic glo in fi. & notatur per Doct. in c. cum olim,
de dolo & contum.

Quartus caſus eſt, quando cõfirmatio fuiſſet obtenta elã
deſtine, puta ſi edicta clandeſtine ſunt propoſita, vt in tem-
poribus in quibus veriſimiliter non habetur notitia, ut pu-
ta hora prandii, vel de ſero hora tarda proponuntur edicta,
vt ſic non deueniant ad notitiam partis: hoc enim caſu au-
dietur excipiens poſt electionem, & cõfirmationem, & hoc
tenet Inno. & Doct. in d. c cum olim. de cauſa poſſ. & propr.
& ſubdit dom. Abb. quod hic Papa nullam mentionem de
his exceptionibus facit, quia erat præſumptio contra iſtum
friuole appellantem, quod exciperet malitioſe arg. in c ſi for
te. de elect. in vj. & iſta fuit prima ſolu. glo. quam s. recitaui.
Item dicit do. Abb quod ideo Papa iſtum excluſit, quia non
expreſſit aliquam de except priuilegiatis quæ poſſit opponi
contra electum, & confirmatum. & nota primo ſolu. Domi-
ni Abb. quæ videtur velle, quod vbi præſumptio eſt contra
excipientem, non admittatur exceptio contra electum, &
confirmatum, etiam in caſibus ſ. exceptis.

Ex quo infertur, quod etiam ſi uellet incontinenti proba-
re, & etiam ſi opponeret exceptionem criminis, cum infa-
mia, non deberet admitti exceptio ad impedien. effectum
electionis, & confirmationis, & iſtud etiam voluit iſta gl. te-
ne menti, & ex his eſt declaratum primum contrarium glo.

Ad ſm̃ 3rium. ſ. qđ accuſatus non debeat promoueri, ut
in ca. omnipotens ĩ de accu. cum ſimilib. reſpondetur, quod
in contrariis fuit accuſatus ante promotionem. ſed hic fuit
electus, & confirmatus ante omnem exceptionem, & accu
ſationem, & ſic non obſtant contraria. Non obſtat tertium
contrarium, ſ. c. ſuper his. de accuſa. quia ibi poſt electionem
& confirmationem reſtabat conſecratio, vel benedictio. vn
de reſpectu illius iuris de futuro nondum acquiſiti bene ad-
mittitur exceptio.

Et ex hoc infertur, quod ſi dignitas, vel beneficium requi-
rit certum ordinem, quod contra petẽtem ordinem debet
admitti exceptio, vt probatur in d. c ſuper his, & hoc proce-
dit, niſi exceptio fuiſſet diſcuſſa tempore confirmationis, q a
45 tunc non deberet admitti, ne † ſæpius quæratur, de eodem
delicto, vt in c. de his. infra de acc. & in l. licet. ff. nau. cau. ſtab.
facit optime, quod no. glo ij in prin. in c. licet cauſam. ſupra
de proba quæ dicit, quod ſententia non poteſt retractari p̃-
textu falſorum inſtrumentorum, ſi exceptio falſi fuit diſcuſ
ſi ante ſententiam, & de hoc eſt tex. in l. 1. C. ſi ex fal inſtrum.
& ita tenet Inno. in d. c. ſuper his. & hic, & idem tenet Hoſt.
hic & idem tenet dom. Abb in dicto ca. cum olim. de cauſa
poſſ. & proprie. Non obſtat quartum contrarium gl. quia c.
accedens. infra de accuſ. loquitur, quando opponitur exce-
ptio criminis, cum infamia hic autem nulla fiebat mentio.
de infamia, & dicit hic Bal. in fi. quod iſta exceptio admitti-
tur, quando excipiens poteſt probare incontinenti hanc ex-
ceptionem qualificatam, ſicut formaliter obijcit probare,
ſecus dicit ſi receperit longum tractum, quia tunc non de-
46 bet impediri † executio liquidi propter non liquidum, ut in
l. nam & poſtea. in prin. ubi bona glo. ff. de iureiur. & ſubdit,
quod iſtud incõtinenti ſi eſt probandum per teſtes, qui ſunt
in eodem foro intelligitur infra duos menſes, ut ff. de iure fi-
ſci. l. aufertur §. qui compẽſationem. ſed ſi teſtes ſunt in alio
foro dicit quod incontinenti intelligitur arbitrio iudicis. ut
in poſſ lega. l. ſi is a quo. item dicit, quod infamia relinquitur
iudicis arbitrio, ut in l. j. §. expilatores ff. de effracto. & expil-
la. & nota hoc ultimum, quod relinquitur arbitrio iudicis,
qualis infamia ſufficiat. Tu autem dic, quod quando oppo-
nitur exceptio criminis cum infamia, quod ſi crimen fuerit
probatum, imponitur ſilentium electo, & cõfirmato: ſed ſi
non fuerit probatum, tunc propter infamiam indicenda eſt
ei purgatio, ut dicit tex in dicto ca accedens, quicquid dicat
Bal puto, quod ſit arbitrarium infra quantum tempus dẽat
excipiens probare crimen, quia dilationes ſunt arbitrariæ,
vt dixi ſupra eo. cum ſit Romana. Item quando aliquid dica-
47 tur fieri † incontinenti, relinquitur arbitrio iudicis, ut dicit
glo ſupra eodem, an ſit, & ibi dixi. & item hoc intellige, quã-
do exceptio criminis ipſo iure reddit electionem, uel confir-
mationem, uel collationem nullam, ſecus ſi nõ reddat nul
lam, licet debeat caſſari, nam tunc etiam ſi excipiens offerat
ſe incontinenti probaturum, non impediretur effectus ele
ctionis, & confirmationis, & hoc tenet Compoſ. & Ioann
And. in ca quod ſicut in glo. antepenul ſ̃. de elect. & hoc te-
net hic Io. de Imo. in ſexta colum facit c. poſt electionem.
in fi. de conceſſ. præb & hoc multo fortius procederet, quã-
do opponeretur exceptio criminis ſine infamia. facit opti-
me quod notat Inno. in cap. inter dilectos, ſ̃. de exceſſ prælã

& de

& de iſta materia dic ut plene habetur in d.c.accedens.de ac cu.& in c.quod ſicut.de elect.& in c.cum olim.de cau.poſ.& propri.& in c.cum olim.de do.& contu. & iſta ſufficiant.ſequitur c.ex parte.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio datur, quando quis citatur ad locum non tutum.*
2 *Appellatio a iure expreſſe permiſſa admittitur non obſtante, quod cauſa commiſſa fuerit appellatione remota.*
3 *Locus iudicij debet eſſe tutus partibus,& omnibus.*
4 *Renunciare exceptioni loci non tuti non uidetur, qui comparuit in iudicio,nam hac exceptio poteſt opponi etiam poſt litem conteſtatam.*
5 *Exceptio habens cauſam ſucceſſiuam,& non momentaneam, non conſumitur per litis conteſtationem.*
6 *Citatus in tempore feriarum,licet comparuerit,& nihil dixerit,poterit tamen ſecundo citatus excipere de feriis.*
7 *Exceptio banniti ex forma ſtatuti ſemper poterit opponi in qualibet parte iudicij.*
8 *Carceratus poteſt ſemper appellare a præcepto de capiendo, licet etiam per menſem in carcere ſteterit.*
9 *Appellans a grauamine,de præſenti, non de præterito,uel futuro,appellare debet.*
10 *Appellatio a pronunciatione iudicis debet ſemper infra decem dies fieri, aliter tranſiret in rem iudicatam.*
11 *Locus non tutus,quis dicatur.*
12 *Citatus non tenetur comparere in loco non tuto , licet culpa eius non tutus ſit excepto delicto.*
13 *Iudicij locus debet eſſe tutus,ut quilibet accedere poſſit,tam de partibus quam de aliis interuenientibus perſonis intelligendo.*
14 *Procuratorem conſtituere nemo inuite compellitur.*
15 *Paria ſunt non inuenire procuratorem, & inuenire inſufficientem.*
16 *Infirmus tenetur mittere procuratorem,quando cauſa eſt leuis.*
17 *Verbum præcipue, quid importet.*
18 *Citatus ſi impetrato ſaluo conductu, de more ſecure locum adire poteſt non excuſatur,ſed comparere tenetur, & imputet ſibi qui non impetrauit literas.*
19 *Iudex,an poſſit dare ſaluum conductum citato.*
20 *Citatus ad locum non tutum,an incontinenti poſſit appellare,an primo exceptionem opponere debeat?*
21 *Notorium non excuſat ab opponendo,ſeu allegando,licet excuſet a probatione.*
22 *Differentia inter exceptionem loci non tuti , & exceptionem iudicis ſuſpecti.*
23 *Paria ſunt ſcire,uel ſcire debere.*
24 *Iudex non tenetur credere parti in præiudicium partis, niſi probauerit.*
25 *Proceſſus agitatus contra citatum non comparentem,quia locus nō erat tutus,an ſit nullus.*
26 *Exceptio de loco non tuto , an ſufficiat , quod proponatur abſque mandato.*
27 *Abſentes defendi a quibuſcunque,reipublicæ intereſt.*
28 *Locum non eſſe tutum allegans, an cauſam in particulari exprimere teneatur.*

CAP. XLVII.

1 EX parte tua. Appellari † poteſt ſi quis citatur ad locum non tutum, licet in reſcripto ſit clauſula, appellatione re. hoc dicit. In prima ponitur deciſa côſultatio. In ſecunda reſponſio. Secunda ibi præſenti.

Nota primo vnum caſum, in quo licita eſt appellatio, licet cauſa ſit commiſſa app remota, & hoc caſu iudex a quo
2 tenetur deferre appellationi, ex quo eſt expreſſum in iure, quod talis appellatio eſt licita , ſecus ſi in iure non eſſet expreſſum,quod in tali cauſa poſſet appellari. quia tunc iudex a quo,non teneretur deferre appellationi,licet iudex ad quē poſſet grauamen reuocare,ſi cauſa eſt rationabilis , ut infra eod.paſtoralis,& ibi dicam.

3 Secundo nota ibi,tu,uel tui,quod † locus in quo debet agitari iudicium, non ſolum debet eſſe tutus ipſis partibus , ſed etiam aliis omnibus habentibus in iudicio interuenire, ut ſunt aduocati,procuratores,teſtes,& ſimiles,de quo dicetur infra latius,cum glo.prima.

Tertio nota ibi, quotiens , quod quotiens quis citatur ad locum non tutum poteſt appellare. vnde licet non appellauerit in prima,uel ſecunda citatione,poteſt ſi iterato citatur appellare:ratio eſt,quia grauamen toties iteratur,quotiens grauatur ad locum non tutum , ideo ſemper a nouo grauamine pōt appellare immo magis ſingulariter pbat iſte tex.ꝗ ſi quis fuit citatus ad locum non tutum,& comparuit, & nihil oppoſuit,quod de nouo poteſt opponere , licet ab initio non oppoſuiſſet. ex quo infertur,quod per comparitionem & ſuſceptionem iudicii,non uidetur quis approbare, & con
4 ſentire in locum iudicii, nec renunciare † exceptioni de loco non tuto,& hoc probat iſte tex dum dicit,quotiens,&c. & hoc tenuit Bal.in l.peremptorias.C. ſenten.re.non poſ.in 5.colum vbi refert Archi idem tenuiſſe 3.q.9. hortamur . & idem tenuit Ioan.de Imo.in ca.dilectus filius.l.Saracenus,in fi.ſupra de reſcriptis, & hic dicit probari per iſtum textum, quod exceptio loci non tuti poteſt opponi etiam poſt litem conteſt.in quacunque parte iudicii,& idem ſentit.hic gl.ſi quis citaretur ultra dietam,& probatur in dicto ca. dilectus filius.vnde ſi citatus ultra unam dietam comparuit,& nihil oppoſuit etiam poſt lit.conte.poterit opponere, & hoc fuit originale dictum Inno.& ſequitur ibi But.& Io.de Imo. in fi. & Spec.in titu.de citatione §.i.verſicu.quid ſi reus citatus,& idem tenet But.& Ioan.de Imo.in cle. cauſam in 13.col.de elect.& Iaco.But.in l.adulterium. C.de adult.& ſic exceptio quod quis non debet citari ultra unam dietam,poteſt opponi in quacunque parte iudicii , ſicut exceptio loci non tuti, quia eadē eſt ratio in utroque , quia utraque habet cauſam
5 ſucceſſiuam.& ex hoc infertur, quod ubi † exceptio hēt cauſam ſucceſſiuam,& non momentaneam,non conſumitur, nec finitur ius excipiendi per litis conteſtationem,immo poterit excipi,quo ad impediendos ſimiles actus futuros , & ſic ex nouo grauamine,poterit ſemp excipi, & appellari , & ita dicit Ioan.And.& communiter Docto.in dicto capitu. dilectus filius.

6 Secundo infertur,quod ſi aliquis † citatus tempore feriarum ad utilitatem hominum comparuit, & ſponte iudiciū ſuſceperit , & de feriis nihil exceperit iterum citatus poterit excipere quia ſemel comparendo non intelligi renūciaſſe feriis quo ad actus futuros, ſed ſolum quo ad actus , in quibus ſcienter litigauit,& hoc tenet Ioan.de Imo.in c.fin.in fi. ſupra de feriis,& ad hoc vide optimam glo.in clem.ſæpe in verbo,partibus.de verborum ſigni Idem dicit Ange.in l.j. in prin.ff.de feriis,per illum tex.in uerbo,alterutro,vbi hoc clariſſime probatur in fi illius legis, & ſic exceptio feriatū poterit opponi , quo ad actus futuros , in qualibet parte iudicii. Nec obſtat,quod exceptio dilatoria non poſſit opponi poſt lit.conteſt vt ſupra de re iudi.inter monaſterium,& de exce. paſtoralis.& C.de procurat.l. ita demum. nam illa iura procedunt,quando exceptio habet cauſam momentaneam,ſecus ſi habet cauſam ſucceſſiuam, quia tūc reſpectu actuum qui ſunt de futuro , poterit exceptio opponi in quacunque parte iudicii,ut hic,& in l.j.in fi.ff.de feriis & per Ang. ibi,& in d c.dilectus.ſupra de reſcriptis.

7 Tertio † infertur,quod ſi bannitus ex forma ſtatuti, non debet audiri,& bannitus agat in iudicio,& reus cum eo ſpōte litiget,nihilominus quo ad actus futuros poterit excipere quia quotiens auditur bannitus,videtur de nouo ſuperuenire grauamen.vnde de nouo grauamine poterit opponi, arg. hic in uerbo, quotiens,& hoc tenet Iaco Butr.in l.adulterā. C.de adult.& Bal.in c de teſtibus.in fi.ſupra de teſti. & Io. de Imo in d c dilectus filius in fi.ſupra de reſcriptis.& uide Bal. in l.2.ante medium.C.de epiſcopa.audi in ver.ſecundo quæ
8 ritur,quidam ſtat in † carcere,&c. ubi dicit, quod licet quis non appellauerit a præcepto de capiendo, uel a captura ſecuta infra decem dies , & ſteterit in carcere per menſem & ultra,poterit appellare,quia ſucceſſiue grauatur ſtādo in carcere,& in grauamine ſucceſſiuo non currit tempus appellādi,cum ſemper a præſenti grauamine poſſit appellari, ſed limita prædicta duobus modis.

9 Prima limitatio eſt,quia debet appellare † a præſenti grauamine,quia ſi appellaret a grauamine de pterito, & appellans allegaret cauſam grauaminis de pterito , non admitteretur appellatio, cum iam ſit lapſum tempus decem dierū. vnde debet appellare ex cauſa grauaminis de præſenti, quia tunc dicitur eſſe infra decem dies , ex quo grauamen habet cauſam ſucceſſiuam,& ita dicunt Butr. & Io.de Imo. in cle. cauſam,in 13.colum.de elect.

10 Secunda limitatio eſt , quando iudex pronunciat locum tutum,uel pronunciat aliquem fuiſſe iuſte carceratum.tunc enim neceſſarium eſt appellare a die ſententiæ , alias tranſiret in rem iud.nec poſſet poſtea appellare,& hoc tenuit Bal. in addi.Spec.in tit.de app in ſecunda colum in fi.facit, quod notat Inno.in cap.ſecundo,ſupra de dilat.pro hoc ego allego tex.expreſſum in cap.venerabilibus.§. & hoc ipſum,uer. ſed ſi iudex pronunciaſſet,de ſent.excomm.in ſexto. vbi tex. dicit, quod quando iudex pronunciat locum eſſe idoneum & ſecurum, neceſſarium eſt appellare infra decem dies,alias pars non poterit amplius allegare locum non eſſe tutum,& idem dicendū eſt.ſi iudex pronunciaret aliquem eſſe bannitum,quia a tali ſententia neceſſarium eſt appellare infra decem dies, & eodem modo ſi pronunciaret eū non eſſe ban,

nitum. & hoc voluit Bal. in c. de teſtibus, in fi. ſ de teſti. & hęc
tene menti. Antequam veniam ad gloſ. quæro quis dicatur
11 locus † non tutus dic, quod dicitur locus non tutus, quando
citato eſt periculoſum accedere, ſeu quando difficulter ibi
obtineret iuſtitiam. vnde ſi locus ad quem quis citatur eſſet
inimicus patriæ ipſius citati non teneretur citatus compa-
rere. de hoc eſt tex. no. in c. cum R. de offic. delega. & ibi hoc
tenet dom. Abb. in prin. Item dicitur locus non tutus, quan-
do citatus nō poteſt ad illum ire, niſi per loca inimicorum,
ut eſt tex. not. in c. accedens, el ſecondo, ſupra vt lit. non con
teſ. nam locus debet eſſe abſque periculo in eundo, & redeū
do, vt in l. ultimur. ff. de ſepul. vio. item dicitur locus non tu-
tus, quando quis non poteſt habere bonum ſtatum in loco,
puta, ſi in loco ad quem Gelphus citatur, regnāt Gebellini,
vel econuerſo, & de hoc vide glo. in c. ſtatutum. § j de reſcri-
ptis. in ſexto, in verbo, non audens. & dicit ibi Archid. & Io.
And. quod etiam ſi locus non ſit tutus ex propria culpa, ni-
12 hilominus † citatus non tenetur ibi comparere. vt in l. Papi-
nianus exuli ff. de mino & in c. quia diuerſitatem. de conceſ.
præben pro quo vide glo. ordinariam in regula, imputari, li
bro ſexto, & Innoc in c. cum I & A de re iudi. vbi dixi, & per
dom Abb. in c. repellantur ſ. de accuſ. hoc tamen intellige,
niſi locus non eſſet tutus ratione delicti, de quo inquiritur
contra delinquentem: nam non poſſet dicere delinquens, lo
cus non eſt mihi tutus, alias delictū ſibi prodeſſet, quod non
eſt dicendum, & ita dicit Bal in l. omnes. § ſi vero apparitor.
ver. circa ſecundam rationem. C. de epi. & cle. & hanc limita
tionem tene menti, quia ubi proceditur contra delinquen-
tem, non poteſt allegare locum non eſſe ſibi tutum, ſi hoc
procedit propter delictum ſuper quo contra eum procedi-
tur, & ita limita Archid. & Ioan. And. in dicto ca. ſtatutum,
§. primo. de reſcriptis in ſexto.

In glo. j diuide ipſam in tres partes in prima tractat, quan
do locus non eſt tutus in ſecunda quando non eſt honeſtus
vel quando quis citatur ultra duas dietas, vel extra prouin-
ciam. In tertia, an quis teneatur accedere ad locum non tu-
tum, ſi ſibi datur ſaluus conductus. Secunda ibi, immo nec
altera pars. Tertia ibi, vbi quis citatur in prima parte glo. no.
13 glo. quod † locus debet eſſe tutus non ſolum parti, ſed etiā
omnibus qui interueniunt in iudicio, ut ſunt teſtes, aduoca-
ti, procuratores, & ſimiles. de quo vide bo. tex. in c. ſiue de cō
iugi. 33 quæſt. 2 ſed circa hoc quæro: pone, quod locus eſt tu
tus procuratori, licet non ſit tutus domino. & Innoc. hic di
cit, quod tenetur mittere procuratorem, ſed Hoſt. tenet con
trarium dicens, quod non ſufficit locum eſſe tutum domi-
no, niſi etiam ſit tutus procuratori, nec econuerſo non ſuffi-
cit locum eſſe tutum procuratori, niſi etiam ſit tutus domi
no. & ratio eſt ſecundum eum, quia ſi locus eſt tutus ſibi, &
non procuratori, ſi dominus teneretur comparere ad locū,
ex quo eſt ſibi tutus priuaretur facultate conſtituendi procu
ratorem, ſed nemo compellitur cōparere per ſe ipſum, ſed
poteſt ſi vult conſtituere procuratorem, ut in l. 3. ff. de procu.
& ideo ne tollatur facultas conſtituēdi procuratorem, ſi lo-
cus non eſt tutus procuratori, licet ſit tutus domino, puta,
quia dominus eſt homo fortis, & potens, quia incedit cum
magna comitiua famulorum, non tenetur dominus compa
rere, quia poſſet ſibi indirecte tolli defenſio, quia communi
ter domini non ſunt ita inſtructi ad reſpondendum, ſicut
ſunt procuratores. itē ſi locus eſt tutus procuratori, ſed non
domino, non tenetur dominus mittere procuratorem, quia
14 nemo compellitur † conſtituere procuratorem, inuitum do-
mino, ſi non vult, ut in c. querelam. ſ. de procurat. ſed Ioan.
de Imo. in l. de ætate. ff. ad Trebel. hoc intelligit, quando cau
ſa eſt grauis, in qua pars non tenetur mittere procuratorē,
ſecus ſi eſt leuis, & idem dicit Ang. in ſua diſputatione, quæ
incipit, Bonienſis, ſiue ciuitatis bannitus, in quarto dubio. di
cit tamen hoc eſſe uerum, quando potuit inuenire procura
torem idoneum, ſecus ſi non potuiſſet inuenire procurato-
15 rem idoneum, quia paria † ſunt, vel non inuenire procurato
rem, vel non inuenire ſufficientem, ut in l. idemque. in prin.
ff. man. & notat glo. in l. fœminis. ff. de procurat. & Bar. in l. de
pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de ope no. nun. & iſta opi. ſcilicet
quando leuis, quod dominus teneatur mittere procurato-
rem, ſi locus eſt tutus procuratori, multum mihi placet, &
hoc modo poſſet ſaluari opi. Innoc. & hæc opi. videtur pro-
bari in c. ſecundo, ſupra de procu. vbi patet, quod impeditus
16 † infirmitate tenetur mittere procuratorem, quando cauſa
eſt leuis. facit quod notat Bald. in l. executorem. C. de execut.
rei iud. Doct. tamen communiter ſequuntur opi. Hoſt. ut di-
cit hic dom Abb. pro qua opi facit iſte text. dum dicit, quod
locus debet eſſe ſecurus parti, & ſuis, & iſtam opin. videtur
ſentire gl. in c. bonæ me. Maguntino in verbo, ſecure. de elec.
dū dicit, quod ſi locus eſt ſuſpectus præcipue in magnis cau-
ſis, non compellitur quis mittere procuratorem, no. verbū
17 † præcipue, quia importat idem in caſu contrario. Quid au
tem ſi locus non eſſet tutus propter partialitates, puta, quā-
do aliquis eſt expulſus de ciuitate, ſicut contingit multotiēs
in ciuitatibus Italiæ, ut patet in ciuitate Bononiæ, Florentię,
Peruſij, ex quibus multi nobiles propter partialitates fuerūt
expulſi, nunquid tales ſi citarentur ad ciuitatem, a qua fue-
runt expulſi pro aliqua cauſa ciuili, ſeu pecuniaria teneren-
tur procuratorem mittere & Ange in præalle. diſputatione
concludit, quod non, quia non ceſſat timor cauſæ, ſeu litis,
ex quo eorum ciuitas eſt, ſibi inimica, & per conſequēs eſt pe-
riculum, quod reportet ſententiam contra ſe, nō tenebitur
mittere procuratorem, ut d. c. cū R de offi. deleg. locus enim
debet eſſe tutus omni reſpectu, ſ. ipſis partibus, & liti, ut in l.
ſi locus. ff. de iudi. & dicit, quod ſi quis citaretur ad talem lo-
cum, quod ante omnia poſſit appellare etiam de iure ciuili.
allegat. l. ſi quis prouocatione. C. de app. & idem ſentit Bald.
in l. omnes § ſi vero apparitor, parum ante fi. ver. circa ſecū
dam rationem. C. de epi. & cler. vbi dicit, quod quando locus
non eſt tutus citato ratione partialitatis non tenetur com-
parere, & hoc etiam tenuit glo. in ca. ſtatutum in verbo, au-
dens de reſcriptis. in vj. Et ex his ſum expeditus de prima par
te gloſſę.

In ſecunda parte gl. hæc pars eſt clara ſed dum dicit, quod
quis non poteſt citari extra prouinciam. vide no. maxime p
do. Abb. in c. ſane de foro compe.

In vlti. parte glo. intellige glo. quando ſaluus conductus
non reddit locum tutum citato, ſecus ſi redderet locum tu-
tum citato. vnde pone, quod propter guerras generales, quis
non poteſt ſecure morari in patria, tamen cum literis de ſal
uo conductu, alij conſueuerunt tute incedere, imputandum
18 † eſſet citato, ſi tales literas non impetrauit, ut dicunt Do.
de Rota deci. 315. quæ incipit, item licet guerræ. vnde conclu
de, quod quando literæ de ſaluo conductu, ſecundum mo-
rem patriæ veriſimiliter reddunt illum tutum ad comparen
dum, tunc tenetur comparere, alias ſecus, & idem tenet Io.
And. in addi. Spec. in tertia parte. in titu. de accuſ. § ſequitur.
ver. quid ſi bannitus, & Ioan. de Imo. in ca. veniens. in 3. col.
infra de accu. & Ang. in prædicta diſputatione. in ſecūdo du
bio. vbi concludit, quod quando per ſaluum conductum p-
uidetur ſufficienter de ſecuritate, tam parti, quam cauſæ, te-
netur comparere, aliter non, puta, ſi timeret ſuæ cauſæ vim
inferre aduerſariorum ſuorum potentiam merito perhorre
ſcens, vt dicit tex. in ca. ſtatutum. §. j de reſcriptis in ſexto.
19 An autem iudex † poſſit dare ſaluum conductum citato,
Bar tenuit, quod ſic in l. is, qui reus. ff. de publi. iudi. per tex. &
gl. ibi, ſed Ang. in d. diſputatione, in vj. dubio, diſtinguit, quod
aut iudex habet iuriſdictionem ratione proprietatis, ut ſunt
domini temporales, & talis abſque dubio poteſt concedere
ſaluum conductum, l. relegati. ff. de pœnis. Aut eſt iudex
habens iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam conceſ-
ſam a ſuperiore, prout ſunt rectores, & officiales ciuitatum
aut delegatus ad cognoſcendum de cauſa criminali, & tunc
aut talis vult concedere ſaluum conductum, in præiudiciū
ſuperioris, & non poteſt per no. in c. venientes. ſ. de iureiur.
& Bar. in l. j. ff. a quibus app. non licet. Aut vult concedere ſal
uum cōductum, ad inueſtigationem criminis, puta, ſi iudex
concedit Reo ſaluum conductum, vt perſonaliter cōpareat,
vt ſic iudex videat, quo timore, & quo pallore loquatur. l. de
minore §. tormenta. ff. de quæſtionibus, & talem ſaluum cō
ductum poteſt concedere, nam cum alias cauſa commode
expediri non poſſit videtur in conſequentiam hoc ſibi con
ceſſum. l. 2. ff. de iuriſdi. omnium iud. & in c. præterea. de offi.
deleg. & in hoc ultimo caſu loquitur Bart. in d. l. is, qui reus.
vnde hæc tene menti.
20 Extra glo. quæro de notabili quæſtione, ſan † citatus ad lo
cum non tutum poſſit incontinenti appellare. an vero ſit
neceſſarium primo opponere exceptionem loci non tuti,
& ſi exceptio non admittitur, tunc appellare, vtrout in aliis
exceptionibus ſeruatur, & in hoc Doct. ponunt 2. opin. quas
referre vtile non puto diſcurro ergo per quatuor caſus.

Primus eſt, quando eſt notorium, locum non eſſe tutum,
& hoc poteſt citatus incontinenti appellare, nec eſt neceſſe
quod opponatur exceptio ante appellationem, de hoc eſt
tex. in clem. paſtoralis. §. Piſana quoque ciuitas, & ibi hoc te-
net glo. in verbo, notorio. de re iud. & hoc ſequuntur hic Io.
And. & communiter Doct. idem tenet Bar. in l. de ætate ff. ad
Trebel. & in l. ſciendum. ff. de legationibus, & in hoc differt
exceptio loci non tuti, ſeu ſuſpecti ab exceptione ſuſpecti iu
dicis, quia dato, quod iudex ſit notorie ſuſpectus, nihilomi-
21 nus debet opponi exceptio, quia notorium † non excuſat ab
opponendo, ſeu ab allegando, licet excuſet a probatione, vt
dicit Ioan. And. & communiter Do. c. in c. accedēs, el primo.

vt

ut li. non conteſt. ſuper j gl. & idem dixit glo. no. in cle. appellanti. de app. & ſi diceres quare iſta notorietas loci excuſet ab opponendo, & in aliis caſibus, ſeu exceptionibus notorietas non excuſat ab opponendo. reſpondeo ſecundum domi. Abb hic in fi quando pars comparet, non excuſatur ab opponendo, ſed quando eſt abſens bene excuſatur. vel dicas quod quando notorium concernit citationem, quæ eſt principium iudicii, excuſat ab allegando, ſecus quando non concernit citationem. unde Innoc. ſingulariter in cap. ij. de dilat. dixit, quod quotiens citatio continet in ſe notoriam iniuſtitiam, ut quia quis citatur, ut veniat ad reſpondẽdum ſeruo, vel eſt alias notorie iniuſta, licet iniuſtitia non ſit deſcripta in citatione, non tenetur citatus comparere. pro hoc c. bo-
22 næ. el ſecondo. iuncta gl. fi. ſupra de elect. † & iſta eſt prima differentia inter exceptionem loci nõ tuti, & exceptionem iudicis ſuſpecti.

Secunda differentia eſt, quod comparẽs coram iudice ſuſpecto cenſetur renunciare exceptioni ſuſpitionis ex illa cã, ut in c. inſinuante. de offi. deleg. & in ca. inter monaſterium. de re iudi. ſed comparens in loco non tuto, ſeu ſuſpecto poteſt poſtea excipere, & allegare de loco non tuto, ut eſt tex. hic in verbo, quoteſcunque, & §. dictum eſt, & hoc de primo caſu.

Secundus caſus eſt, quando exceptio non eſt notoria, ſed iudex ſcit, vel ſcire debet locum non eſſe tutum, & tunc eodem modo, non tenetur citatus excipere, ſed ſtatim poteſt appellare, & hoc tenet hic dom. Abb. & probatur in c. ſi duobus. §. eodem, & ſentit hic Ioan. And. & tenet Barto.
23 in ſimili, in l. quæſitum. ff. de re iud. nam paria † ſunt ſcire, vel ſcire debere, ut in l. quod te. ff. ſi cert. peta.

Tertius caſus eſt, quando periculoſum eſſet citato comparere, & excipere: hoc enim caſu ſtatim poteſt appellare, etiam ſi non ſit notorium, locum non eſſe tutum, & etiam ſi iudex ignoret. facit ca. ſi infra eodem, & probatur hic, dũ dicit, quod poteſt libere appellare. nam non haberet libertatem appellandi, ſi teneretur ire, & excipere de hoc. uide bo. tex in c. licet epiſcopus. de præben. in vj. & quod dixit ibi Io. And. in nouella, & in c. de multa. de præben. & in cle. dudũ. de ſepul. & quod ibi no. gl. in verbo libere, & in c. j. in uerbo, libere. de cenſi. in ſexto. hoc caſu debet ſecundum do. Abb. intelligi tex. in c. venerabilibus. §. & hoc ipſum. de ſent. excõ. in ſexto, & iſtam opi. tenuit hic Ioan. Andr. & dom. Abb. & communiter Doct.

Quartus caſus eſt, quando iudex probabiliter ignorat, & poteſt tute opponi exceptio, quod locus nõ ſit tutus, & hoc caſu Io. An dicit, quod exceptio eſt opponenda, & etiã pro-
24 banda, quia † iudex non tenetur ſibi credere in præiudicium partis, uel iuriſdictionis ſuæ, ut notatur ut ſimili, in c. ex parte. Adę de teſti. ubi patet, q ſi producitur inſtrumentum falſum, uel teſtis criminoſus, ſi iudex probabiliter ignorat inſtrumentum falſum uel teſtem criminoſum, non tenetur credere excipienti, niſi probet, ut notatur in d. ca. ex parte, & in l. Lucius. ff. de his qui not. infam & hanc opin. firmat hic do. Abb idem tenet Ang. in præalle. diſputatione in quarto dubio. ubi etiam dicit, quod ſi poteſt tute excipere per procuratorem, quod tenetur mittere procuratorem ad excipiendũ, ſi potuit inuenire idoneum, alias excuſatur, ſecundum eum, & hoc dicit procedere, quando locus non eſt tutus perſonæ excipientis, tamen cauſæ eſt tutus, ſecus ſi non eſſet tutus cauſæ, puta ſi quis citatur ad locum a quo propter partialitates fuit expulſus.

Extra glo quæro de aliquibus, & primo nunquid proceſ-
25 ſus † agitatus contra citatum ſit nullus, ſi nõ comparuit, uel ſit neceſſaria appellatio. & conclude, quod aut conſtat notorie, locum non eſſe tutum, & tunc proceſſus eſt nullus, ex quo citatio non arctat citatum ad comparẽdum, ut in d. cle. paſtoralis §. Piſans quoq; ciuitas. de re iud. Aut notorie non conſtabat locum non eſſe tutum, & tũc valet proceſſus, niſi appelletur, ut patere poteſt ex præcedentibus pro quo eſt bo. tex. in c. accedens. el ſecondo, ut li. non conteſt. & in c. cõſtitutus. el tertio. de teſti. ubi autem ſingulariter probatur, q etiam ſi citatus voluerit comparere, & facta ſit ſibi uiolẽtia, ita quod non potuerit comparere ad tribunal iudicis, ut qa. aduerſarius fecit ſibi claudi hoſtia Palatii, ita quod non potuit habere acceſſum ad iudicem, tamen valet proceſſus, & ſententia, niſi appelletur, & ita dicit Bal. ibi dicens illum tex. alibi non reperiri. vide tamen quæ ibi dixi poſt eum.

26 Secundo quæro, an ſufficiat, quod proponatur † exceptio quod locus non eſt tutus, etiam ſine mandato. Inno. in c. ueniens infra de accu. notabiliter dicit, quod ad allegãdas cauſas abſentiæ iuris, nullus admittitur ſine mandato, ut in l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de nego. geſt. Sed ad allegandas cauſas abſentiæ parti, & impedimenta facti, quilibet admittitur ſine mandato, & ſine ſatiſdatione. ſed Bar in l. penult. § ad crimẽ. ff. de publ. iudi. intelligit hoc verum ut exceptionibus neceſſariis, ſecus in voluntariis. unde ratione inimicitiæ, uel loci non tuti, ex quo dominus potuiſſet comparere ſi uellet, non debet admitti ad excipiendum ſine mandato. ſed Ioan. de Imo in d. c. ueniens. in tertia colum. intelligit dictum Barto. quando dominus potuiſſet accedere ſecure cum ſocietate, aliter non eſſet præſumendum, quod voluerit ſe exponere periculo, & ita procedit opi. Innoc. ſecundum eum. ſed certe indiſtincte videtur verior opinio Innoc. cum hic tex dicat ſatis eſſe, quod locus nõ ſit tutus domino, neque diſtinguat, an ſit tutus cum ſocietate, uel non. facit optime ratio generalis, quã ponit tex. in l. ſeruum quoque § publice. ff. de pro-
27 cur. ubi dicitur, quod reipublicę intereſt † abſentes a quibuſcunque defendi. facit quod notatur in l. quæſitum. ff. de re iudi. & in c. querelam, ſupra de procurat. ubi habetur, quod ſi iudex eſt certificatus de impedimento, vel infirmitate. proceſſus poſtea factus per eum non valet. Conclude ergo, quod exceptio loci non tuti poteſt allegari per quemcunque abſque aliquo mandato, & ſatiſdatione. hoc etiam tenet Ang. in d. diſputatione in fi.

28 Vltimo quæro, an quando allegatur † locus non tutus debeat exprimi causa in particulari, quare non ſit tutus. Barto. in d. l. de ætate. ff. ad Trebel. dicit, quod debet allegari cauſa particularis, quare locus nõ ſit tutus. probatur in c. accedẽs, el ſecondo, ut li. non conteſt. & in clem. paſtoralis præalle. iſta enim exceptio habet inſtar recuſationis. unde ſicut recuſans iudicem tãquam ſuſpectum tenetur exprimere cauſam ſuſpitionis, nec ſufficit in genere allegare iudicem ſuſpectũ, ut infra eod. cum ſpeciali, & ſupra eod. ca. ſecundo requiris. §. j. ita etiam recuſans locum iudicii tanquam non tutum, &
1 hoc tene menti. & hæc ſufficiant. ſequitur c. ſignificauit.

SVMMARIVM.

1 *Appellatur legitime, ſi exceptio, quod procurator non habeat legitimum mandatum, non admittatur, aut quod literæ ſecundæ non faciant mentionem de primis.*
2 *Procurator poteſt conſtitui per literas priuatas conſtituentis, dummodo habeant ſigillum authenticum.*
3 *Sigillum literarum eſſe conſtituentis procuratorem, poteſt probari per teſtes.*
4 *Sigillum dicitur authenticum ſaltem, quo ad falſa.*
5 *Sigillum ad unum actum deſtinatum, ſi in alios uſus conferatur non facit fidem.*
6 *Inſtrumentum non ualeret, ſi notarius aliud ſignum apponeret præter conſuetum.*
7 *Cuſtodes caſtrorum, qualiter ſignis, & ſigillis credere debent.*
8 *Procurator, an poſſit alieno ſigillo conſtitui, & quando.*
9 *Sigillis diuerſis utendo, qualiter poteſt incidere in pœnam falſi.*
10 *Procurator uniuerſitatis, aliquando appellatur actor.*
11 *Villicus proprie eſt villæ gubernator.*
12 *Oeconomus eſt omnium, quæ dominus poſſidet, diſpenſator.*
13 *Nomina actionum, ſeu officiorum, non curantur de iure canonico.*
14 *Cauſæ plures, licet in libello appellatorio fuerint accumulatæ, ſufficit alteram tantum probare.*
15 *Nuntio iudicis creditur, quo ad citationem, ſi ſolum ſigillum iudicis abſque literis habeat.*
16 *Excuſatur, qui præſtat fidem ſigno aliquo alicuius cognito, & quando.*
17 *Bidellus tradens librum portanti ſignum ſcholaris, excuſatur ſi ſuſtulerit illum.*
18 *Conſuetudo loci, ut deferenti ſignum credatur, præſtat excuſationem tradenti.*
19 *Debitor an liberetur, qui per nuntium ſoluit infidelem.*
20 *Contrahens cum eccleſia, quæ animaduertere debet.*
21 *Scribens alicui, ut ſibi rem aliquam mittat, an debeat intelligi, quod mittat per nuncium.*
22 *Emptor equi, quem venditor per nuntium miſit, an teneatur recipere, ſi reprahenſum ſicut aiunt, tradat.*
23 *Prælatus, an poſſit agere, uel conueniri ſine conſenſu capituli.*
24 *Actor capituli, an debeat conſtitui authoritate iudicis.*
25 *Prælatus, ſiue capitulum petunt reſtitutionem in integrum, ſicut minores petere ſolent.*

CAP. XLVIII.

1 Significauit. Licite † appellatur, ſi non admittitur exceptio, q procurator non habet legitimum mandatũ, aut ſecundæ literæ non faciant mẽtionem de primis. hoc dicit. In prima ponitur quereia. In ſecunda dantur iudices. Secunda ibi, quo circa.

Nota

Nota primo, ſecundum dom Abb. quod poteſt conſtitui
1 †procurator, vel actor per literas priuatas conſtituentis, dū
modo habeant ſigillum authenticum ipſius conſtituentis:
nam ſi literæ fuiſſent publicæ, feciſſent per ſe fidem, licet ſigil
lum non eſſet authenticum, uel etiam ſi eſſet fractum, ſeu p
ditum, ut eſt tex in c. inter dilectos de fide inſtrum & ibi hoc
notabiliter dicit Innoc. & uide bo tex in clem j iuncta gl. ſe
cunda de procur quæ dicit, quod per literas priuatas ſigilla-
tas ſigillo priuato probatur quem eſſe conſtitutum procura
torem, & de hoc eſt etiam tex cum glo. in l. ſi procuratorem
abſentem ff de procur ibi tamen dicit glo. quod debet pro-
2 bari † ſigillum quo literæ fuerunt ſigillatæ, eſſe illius qui cō
ſtituit procuratorem, & iſta probatio poteſt fieri per teſtes,
qui uiderunt ipſum ſigillare, ut dicit Bar in l. ſi quis ex ſigna
toribus ff. quemadmodum teſta. aper. hoc tamen intellige,
quando ſigillum eſt incognitum: nam ſi ſigillum eſſet notū
non requireretur alia probatio.
4 Secundo nota, quod † ſigillum dicitur eſſe authenticum
ſaltem in pertinentibus ad facta cap de quo vide Innoc. in c.
ij. de fide inſtrum & aliquid notatur in c. poſt ceſſionem. de
probatio.
Tertio nota, quod quis poteſt habere diuerſa ſigilla deſti-
5 nata ad diuerſos actus, & quod ſigillum † deſtinatum ad cer
tum actum. vel ad certum uſum, non facit fidē in alio actu,
vel in alio uſu, quia utendum eſt qualibet re ad eius uſum de
ſtinatum vt in ca. ad noſtram, & in c. ſuggeſtum. ſupra eo. &
In c. ſi ... quia contingit de reli. dom. Et ex hoc Barto. colligit
arg quod ſi notarius faceret in inſtrumento ſignum non cō-
6 ſuetum, non ualeret inſtrumentum † pro quo allegat. l. fin.
C. de aſſeſſ. & l. niſi de publi. iudi § item uidendum & quia vtē
dum eſt ſigillis appropriatis, & nō ſigillis ſimpliciter, vt hic.
& ex hoc dicit ipſe tex. iſtum eſſe valde notand pro illis, qui
7 habent rochas, ſeu caſtra in † cuſtodia, quia debent recipe-
re contraſigna deputata unde ſi crederent literis generalib.
ipſius domini, aut eius ſigillo generali, non excuſarentur, im
mo punirentur, arg huius tex. ſed iſtum tex. limitat hic dom.
Abb. dicens iſtum textum procedere, niſi diceretur, quod ſi
gillum conſuetum non habebatur præ manibus: nam tunc
poſſent literæ ſigillari ſigillo deputato ad alium actum, ſicut
quis poteſt ſigillare alieno ſigillo. ut in l. ſi unus C. de teſta. &
in l. ad teſtium ff. eo. tit. & hoc tenet hic Inno & Goff. qui di-
8 cunt, ꝙ quis poteſt conſtitui † procurator alieno ſigillo, ma-
xime ſi ſigillans non habet aliud ſigillum, uel ſi non habe-
bat illud in promptu, & dicunt, quod hoc procedit non ſolū
in rebus priuatis, ſed etiā in rebus eccleſiaſticis, & quod non
ſolum priuatæ perſonæ, ſed etiam prælati poſſunt ſigillare
alieno ſigillo & ita etiam tranſit hic Ioan. Andr in fi. & pro
hoc optime facit c. cum inter de re iud vbi eſt tex no quod
quis poteſt ex cā ſe ſubſcribere inſtrumento per alium intel
lige eam, quando quis ſigillat alieno ſigillo, uel ſigillo non
conſueto, quod de hoc debet facere ſpecialem mentionem.
ita dicit Specat titulo, de probat § videndum. ver ſed non, &
Bar. in dicta l. ad teſtium § ſi ab ipſo. ff. de teſta. & dic, quod ſi
9 aliquis abſque cā uteretur † diuerſis ſigillis, incurreret pœnā
falſi ita dicit Bald in l. comparationes. C. de fide inſtrum. &
vide Hoſt & Ioan Andr infra eo, vt noſtrum, prope fi in uer-
bo, vti præſumeret, vt dicunt, quod non licet uti alieno ſigil
lo, vt proprio, ut in l. eos qui § n ff. de falſis, & in c quanto. in
fi. j. de his quæ fi a præl &c. Item dicunt, quod non licet vti
proprio ſigillo de nouo fabricato in præiudicium alterius,
vt in c. dilecta de excep. præla.
Tertio dicunt, quod quis poteſt uti alieno ſigillo de volū
tate eius, cuius eſt, hoc expreſſo, ſ. quod ſigillet alieno ſigillo.
Quarto dicunt quod quis poteſt ſe ſubſcribere literis, uel
inſtrumento aliena manu, vt in c. cum inter ſ. de re iud quæ
verba tenebis menti, quia multum pertinent ad declaratio-
nem huius capituli.
10 Quarto nota, quod conſtitutus ad † procurandum facta
vniuerſitatis, aliquando appellatur actor, ut hic. Quandoq;
Oeconomus, quandoque ſyndicus de quo vide bo. glo. in l. j.
ff. quod cuiuſque vniuer & xi q vij. ſi quis erga. Beatus autem
Hiero. in Omel dominicæ Octauæ poſt Pentecoſten, dicit, ꝙ
11 † villicus propriè eſt gubernator uillæ vnde & à uilla nomē
12 accepit. Oeconomus autem tam † pecuniæ, quam frugum,
& omnium, quæ dominus poſſidet, diſpenſator eſt, & alle-
gat librum Oeconomi Xenophontis, qui non gubernatio-
nem uillæ, ſed diſpenſationem uniuerſæ domus Tullio inter
pretante ſignificat, de iure tamen canonico non curatur de
13 iſtis nominibus, † dummodo conſtet in qua re, & ad quod
negotium quis habeat mandatum, vt in c. petitio, de procu.
Vltimo nota, & tene menti, quod licet in reſcripto, uel in
14 libello appellatorio accumulentur plures cauſæ, † quarum
quælibet per ſe eſt ſufficiens, & neceſſario concludit ad in-
tentionem panis, nō eſt neceſſe illas cauſas probare, ſed ſuffi
cit alteram tantum probare, vt hic, & in ca. exhibita. de iud.
vbi vide glo. ſi quam iunge cum glo fin. hic, & uide omnino
glo in cap ſecundo, ſupra de reſcriptis, & But. in dicto ca. ex-
hibita de iud hoc tamen procedit, niſi vna cauſa ueniat qua-
lificatiue ad aliam, uel niſi quis ſe aſtringeret ad omnes cau
ſas probandas, vt in c. licet cauſam de proba & per Bar in d.
l. diuus ff. de re indi. & per Bal. in l. fi. C. ſi ex falſis inſtrum. &
uide gl. nota in dicto cap licet cauſam in verbo, ſe aſtrinxit,
ſupra de prob.
In gl. j. in fi nota, quod ſi Iudex mittit nuntium priuatum
cum ſigillo ſuo etiam ſine literis iudicis, credendum eſt tali
15 † nuntio ſuper citatione, & tenebitur citatus comparere,
quia debet adhibere fidem tali nuntio, ex quo ſibi oſtendit
ſigillum iudicis. & ex iſta glo. infert But. quod ſi aliquis mit-
16 tit nuntium cum aliquo † ſigillo, puta, anulo, vel cultello ad
accipiendum aliquid de domo, vel ab amico, debet adhiberi
fides tali nuntio: ſatis enim excuſatur ille, qui uigore talis ſi-
gni aliquid tradidit dicto nuncio, & hoc dicit But. procede-
re, niſi perſona quæ portat tale ſignum, potuiſſet illud uerili
militer ſubtrahere, ar in l. j. §. ſed nec fraudandi C de lati lib.
tol. & in ca eccleſia, el ſecondo, ut lite pend. tamen limitat,
niſi dominus conſueuerit mittere talia ſigna, quaſi dicat, ꝙ
tunc indiſtincte excuſetur adhibens tali ſignu fidem, & idem
ſequitur Ioan de Imo. bene facit, quod notat Bar. in l. ſi quis
17 vxori. §. apud Labeonem. ff. de fur. vbi dicit, quod ſi bidellus
tradidit librum portanti ſignum ſcholaris, cui ueriſimiliter
debuit credere excuſatur, licet nuncius doloſè egerit, & au
fugerit. ſed domin. Abb. dicit, quod hoc procedit in his, quæ
ſunt leuis præiudicii. nam in grauibus, dicit non eſſe creden-
dum portanti ſignum, nec ſecundum eum excuſaretur, qui
adhiberet fidem. ar in ca. literis de præſumpt. & eorum quæ
notat Innoc in cap. quia veriſimile, eo tit & dicit, quod hoc
videtur eſſe de mente Bar in dicto § apud Labeonem, dum
dicit, bidellum excuſandum. ſi ueriſimiliter debuit credere
illi nuncio, quaſi ſentiat, quod non ſufficiat ſolius ſigni oſtē-
ſio, niſi eſſet ueriſimile credere portanti ſignum. facit l. argē-
18 tum. ff commoda dicit tamen, quod ſi eſſet † conſuetudo in
loco credendi deferentibus ſigna licet non probetur mittē
tem nūcium conſueuiſſe ſigna mittere, hoc ſufficeret ad ex-
cuſandum mittentem, quia in his debet attendi cōſuetudo
loci, & non unius tantum, ex quo non conſtat de contraria
cōſuetudine ipſius mittētis, ar l. quod ſi nolit. § quia aſſidua.
ff de ædil edi. & eorū quæ no Bar. in l. nemo eſt qui neſciat
ff. de duobus reis. Credo, quod velit dicere, quod quando eſt
conſuetudo loci, quod non datur talibus ſignis fides, vel ip-
ſe mittens conſueuit talia ſigna mittere, quod excuſet tunc
adhibens fidem etiam in rebus grauis præiudicii. facit l. uel
vniuerſorum. ff. de pig. act. & l. qui ſemiſſes. ff de vſur. & hoc
modo declara limitationem, quam ponit hic do. Abb. dum
dicit, quod in grauibus non eſt credendum portanti, niſi ſit
talis, cui ueriſimiliter debet credi, quia debet intelligi, niſi il-
le qui mittit nuncium, conſueuerit mittere talia ſigna, vel ſit
conſuetudo in loco mittere talia ſigna.
Secundam limitationem ponit dom. Abb. dicit enim, ꝙ
prædicta procedunt, quando qs eſt obligatus in ſpecie, puta,
ſi tenebatur ad dandum librum, uel veſtem, uel equum, &
ſimilia, quia tunc, quando veriſimiliter debuit credere excu-
ſatur, nec tenetur de amiſſione, & idem ſi res erat propria ip
ſius mittentis nuntium ſecus dicit dom. Abb. quando eſſet
obligatus, puta, ſi obligatur ad dandum pecuniam numera-
tam, vel granum, uel aliquid conſiſtens in pondere, numero,
uel menſura, hoc eſt in rebus, in quibus nulla affectio cadit,
ſed ſufficit tantundem eiuſdem bonitatis: hoc enim caſu, ſi
19 non eſſet miſſus a creditore, † non liberaretur, ſed deberet
agere contra nuncium, qui infideliter egit, & hoc probatur
in dicto § apud Labeonem & ratio eſt, quia genus perire nō
poteſt. l. incendium. C. ſi certum petatur, & idem tenet Bal.
in l. ſi is, qui. C. de furt & ex hoc dixit Bal. in auth hoc ius por
rectum, in ſi C. de ſacroſan eccl. quod ſi nuncius eccleſiæ fu-
git cum pecunia mutuata, vel eam perdidit, quod damnū
erit eccleſiæ, non creditoris mutuantis, cum caſus fortuitus
non imputetur creditori, qui quantum in eo fuit, obſeruauit
illud, quod debuit. & loquitur Bald. quando nuncius habuit
mandatum, ut recipiat illam pecuniam a creditore: ſed cō-
tra Bal facit illud, quod notat Innoc in capit. grauis infra de
20 depo. ubi dicit, quod in tribus caſibus † contrahens cum ec-
cleſia debet eſſe ſolicitus, & cautus, quod pecunia conuerta-
tur in utilitatem eccleſiæ.
Primus eſt in mutuo.
Secundus eſt in depoſito.
Tertius, quando eccleſia vendit pro debito ſoluēdo rem
ſuam, & iſtam theoricam Inno. ſequitur Bald in d. auth. hoc

lus porrectum,& iſte videtur fuiſſe contrarius,de quo dic,vt in d.c.grauis,& in c.quod quibuſdam.de fideiuſſo.

Tertiam limitationem addit Bald.in dicta l.ſi is,qui.dicit enim,quod ſi eſſet expreſſe,uel tacite actum, quod debitor portaret per ſe ipſum,uel qualitas rei, & perſonæ hoc dicta bat, non liberatur mittendo per alium,ut in l.cum qui.§.ſi. ff commoda.& l.ſi procuratorem.§.ſi tutores.ff.mandati. & idem dicit ſi erat actum,ut remitteretur res per certum nũcium.& miſit per alium,ut d.uerſi. vbi autem nihil eſſet actum tacite,vel expreſſe,non liberatur, niſi miſerit per nuncium qui conſueuerit eſſe bonus, & diligens.de hoc eſt text. no.in l.argentum ff commo.ſi commodatarius remiſit rem ſibi commodatam per ſuum nuncium,qui reputabatur bonus,& fidelis,non tenetur periculo rei, ſi nuncius rem perdidit,vel aufugit,& ipſam aſportauit.tamen Bald. non loquitur,quando nuncius portauit ſignum mittentis.vnde dicerẽ quod vbi actum fuit,quod per ſe iuraret, non debet credere ſigno,ſed ſi nihil actum eſt,ſi agitur de modico præiudicio, vt quia res erat parui ualoris,& tunc excuſetur tradens rem deferenti ſignum . Quid ſi res erat magni ualoris non excuſetur,niſi nuncius fuerit talis, cui veriſimiliter debuit credi, vt d.l.argentum,uel niſi eſſet conſuetudo in loco, quod deferenti ſignum debeat credi, vel niſi ipſe mittens conſueuerit mittere talia ſigna,ut dicit hic But.& dom. Abb.

Sed quarto.iuxta prædicta pone,quod miſi tibi nuncium,
21 † cum litera mea,ut remitteres mihi librum meum,non tamen expreſſi,quod traderes nuncio,tu tradidiſti nuncio, nũquid excuſeris ſi nuncius aufugit.dic quod nõ. de hoc eſt tex. nota.in l.ſi ocei cauſa ff.commoda quem tex.Bal.ibi dicit eſſe notand.a mercatoribus,& ab alijs recipientibus literas ad recipiendam ſolutionem: nam ad recipiendam ſolutionem requiritur ſpeciale mandatum,ut in hoc iure, & in l.uero procuratori,& ibi per glo.& Bar.ff.de ſolu.hoc tamen intellige, quando non erat ille nuncius cõſuetus gerere ſimilia negotia domini,quia tunc excuſaretur tradens rem tali nuncio, ar.l.vel vniuerſorum.ff.de pigno.act.& in l.qui ſemiſſes.ff.de vſur.hoc tamen intellige,quando res cõſiſtit in ſpecie, ſecus ſi cõſiſteret in genere,quia tunc ſemper eſt periculo mittentis etiam ſi dictum fuiſſet,quod daret nuncio eius nomine petenti,vt eſt tex.nota in d. l.ſi quis vxon. §. apud Labeonem. ff. de furt. ſecus ſi dictum fuiſſet , quod remitteret ſibi talem nuncium. tunc enim ex traditione incontinenti liberatur, & incontinenti tranſit dominium , & periculum in creditorem,ar in l.& licet.ff de conſtitu pecu. & iſtud eſt de mente Bar in d §.apud Labeonem.

Vltimo quæritur iuxta prædicta,pone enim equum, quẽ
22 † miſiſti per ſamulum tuum,in via equus eſt repræhẽſus, an emptor teneatur recipere equum videtur,quod ſic:quia vẽditione perfecta periculum pertinet ad emptorem,vt l.neceſſario ff.de pericu.& cõ.rei vend.cum ſimili. Sed contrarium determinat Bal.in l.penult.C.de act.emp.per illum tex Non obſtat contrarium,quia loquitur,quando damnum contingit præter uenditoris culpam, ſed hic culpa nuncii interuenit,quia equus non repræhenditur,niſi culpa interueniente, vnde culpa nuncii imputatur venditori.& intellige Bal.niſi emptor commiſiſſet,quod mitteret per illum,vel niſi equus fuiſſet miſſus per proprium nuncium emptoris.puto etiam, quod ſi nuncius venditoris fuit talis,de quo potuit ueriſimiliter confidere, ut quia in conducendis equis conſueuit eſſe diligens,quod tunc excuſaretur,ut d.l argentum.ff.cõmo.

23 In glo.ij.in fi.de hac materia,ſ.an † prælatus poſſit agere, vel conueniri,ſine conſenſu capituli,uel ecõuerſo.dic ut plene habetur in c.edoceri de reſcriptis.principale autem dictũ gloſ.ſ.quod capitulo uolenti agere contra prælatum debet
24 neceſſario dari actor† auctoritate iudicis,non placet dom. Abb.licet glo.idem teneat in dicto ca. edoceri. ſed Doct.ibi eam reprobant,quia non probatur iure,& idem dicit hic domi.Abb. nam regulariter quodlibet collegium , ſeu qualibet uniuerſitas poteſt conſtituere actorem , ſeu ſindicum , ut in l.j.ff.quod cuiusque vniuerſitatis nomine.nec ualet a r. glo.dum dicit,quod capitulum æquiparatur minori.nam licet æquiparetur,quo ad hoc,ut ſubueniatur ei contra læſionem,non tamen quo ad hoc,quin poſſit libere pro ſuis iuribus contra prælatum eſſe in iudicio, nam etiam prælatus,
25 & † capitulum poſſunt petere reſtitutionem in integrum,ſicut minor,ut in c.j.de reſtitutione in integrum, in ſexto. & tamen nemo negat,quin prælatus,& capitulum poſſit conſtituere actorem,ſine auctoritate iudicis, & hanc cõtrariam opi tenuit Io.v.q.3.c.ſi & idem ſequitur ibi,Archid. idem tenet.hic Bal.& pro iſta opin.facit iſte tex. quia hic capitulum Eboracenſe agebat contra archiepiſcopum,nec patet,quod actorem conſtituerit de auctoritate iudicis.ad idem allegat dom.Abb.cap.dilectorum,ſupra de teſti.cogen. & cap. cum olim.de cauſa poſſ.& proprie.& cap.cum ſuper Abbatis, de offic.deleg & c.cum eccleſia Vlterana, ſupra de elect. & infra eod.dilecti.in quibus patet capitulum litigaſſe contra proprium prælatum,& non fuiſſe datum actorem de auctoritate iudicis,& hanc opi.tene,quia eſt communis,& uera.

In glo in verbo,uel ob carum.dic ut plene per gl.& Doct. in c.ij ſupra de reſcrip.& aliquid dixi poſt dom.Abb.in ca.licet cauſam,ſupra de probat.

In glo.ſi dum dicit,quod iſti iudices tertii , ad quos dirigitur iſta decr.debent ad ſe uocare partes, & in cauſa procedere dom.Abb dicit,quod ſi prima exceptio, dumtaxat probatur,ſ.quod actor non fuerit legitimè conſtitutus,non tamen probatur,quod fuerit conuẽtus coram primis iudicibus impetratis,tunc cauſa reuocatur ab iſtis ſecundis iudicibus, ex quo noluerunt admittere exceptionem , & conſolidatur in iſtos tertios iudices,ut infra eod.ut debitus.Et hoc modo procedit dictum glo. ſed ſi ſecunda exceptio fuiſſet probata , uidelicet,quod fuerit conuentus coram primis iudicibus,& quod in ſecundis literis nulla fuerit facta mentio de primis , tunc iuſtificata appellatione , iſti tertii iudices debent remittere cauſam ad primos iudices.ad hoc,ſupra de except.dilecte & hæc ſufficiant.ſequitur c.ſignificantibus ,

SVMMARIVM.

1 *Reus licite appellat,ſi petens rem petitam declarari non auditur.*
2 *Libellus generalis ualet,niſi excipiatur,ſeu appelletur.*
3 *Sententia incerta non ualet.*
4 *Emphyteuta poteſt interrogari,an aliquis fundus ſit emphyteuticus.*
5 *Ruſticus,an teneatur declarare rem,pro qua ſoluit diutius certam penſionem annuam.*
6 *Reus quando poſſit petere rem ſibi demonſtrari,& viſui ſubiici.*
7 *Attentata, quando ſint reuocanda.*
8 *Allegans ſe exemptum,debet exemptionem probare.*
9 *Doctores idem replicantes in ſcribendo,qualiter excuſetur.*

C A P. XLIX.

1 Significantibus. Licite appellat reus ſi non auditur petẽs declarari rẽ petitam in libello.In prima ponitur querela . In ſecunda prouiſio . Secunda ibi , quo circa .

2 Nota primo ex tex.quod ualet † libellus generalis,niſi excipiatur,& interponatur appellatio.concordat l.fi.C. de annali.excep.dic tamen, quod quando non apponitur debet actor in proceſſu per probationes , uel alio modo declarare libellum ſuum,alias ſi iudex ferret ſententiam ſuper tali libello,
3 eſſet nulla ipſo iure,quia ſententia † incerta non ualet,vt in §.curare.Inſtit de act.& hoc tenet gloſ. notabilis in l.j.§.ſi quis argentum.ff.depoſiti.& per iſtum textum dicit hic Bal. quod ſi eccleſia diceret fundum ad ſe reuerſum propter canonem non ſolutũ,deberet declarare quis ſit ille fundus, & quantus ſit.allegat.ff.de rei uend.l.ſi in rem agat aliquis, & l. idem Pomponius ſcribit l.ſi frumentum.§.ſi.eodem titu.& ff.
4 de cenſi.l.forma.dicit etiam,quod † emphyteuta poteſt interrogari,an aliquis fundus ſit emphyteuticus,& quis.& idẽ dicit in fundo feudali,quia nõ eſt bonum ſi ueritas negatur, & dicit,quod ſi reus diceret , nihil eſſe emphyteuticum , ſeu feudale,tunc actori incumbit declarare in libello , quod talis fundus,quẽ reus poſſidet eſt feudalis,uel emphyteuticus, & hoc dicit eſſe uerum,niſi petitio ſit uniuerſalis, vt quia petitur iuriſdictionem , vel diſtrictum ,quia fines iuriſdictionis, vel diſtrictus,non ſunt declarandi in libello, ut in c. cum ad ſedem. de reſti.ſpol.& ibi per Inno.

5 Nunquid autem ſi † ruſticus ſoluit per 30. annos certam penſionem,nec apparet pro qua re ſoluerit,an præſumatur ſoluiſſe pro aliqua re, & an teneatur ipſam rẽ declarare ad petitionem illius,cui eſt facta ſolutio.vide in Spe.de locato. § nunc aliqua,uerſi.64.item pro declaratione iſtius tex. vide Barto in l.prima in princ.circa medium.ff. de eden.vbi dicit,
6 quod ſi † reus non eſt bene certus ex demonſtratione facta in libello poteſt petere ab actore,quod locus,ſeu fundus petitus demõſtretur ſibi ad oculum,ſeu digito, & ſic tenebitur actor ire ad locum,de quo eſt contentio,& ibi actor ad oculum,uel digitum ſibi demonſtrabit locum.facit l.ſi irruptione.ff.fini.regun.hoc etiam tenet Spe.in tit.de actore.§.j.uerſi. item petenti fundum.

Vltimo nota ibi,ſi ita eſt,vnam regula in materia reuocationis attentatorum,ſ.quod attentata non ſunt reuocanda, niſi primo ſit iuſtificata appellatio, & hoc procedit, tam in appellatione iudiciali,quam extraiudiciali.facit c.ſupra proximum,in fi.& ſupra de reſcrip.ſignificante,& c.Rodulphus.

& de

& de quo Innoc in ca. dilecti de maio. & obed ſed hodie eſt prouiſum per tex. in c. non ſolum § 1. eodem titulo, in ſexto,
7 vbi patet, quod non ſunt reuocanda † attentata, niſi iuſtificata appellatione, niſi eſſent attentata poſt inhibitionẽ miſſam per iudicem ad quem. nam tunc omnia attentata, ſeu innouata poſt inhibitionem ſunt ante omnia reuocanda, & ſic antequam iuſtificetur appellatio, ut ibi dicitur. idem Lanfran. in repet cap. quoniam contra. in verbo, appellationes 24. q de prob. In appellatione autem a diffinitiua ſententia dicendum eſt, quod omnia attentata ſint reuocanda, niſi ſint attentata in caſibus, in quibus eſt prohibitum appellare, & de hoc eſt tex. in d. c. non ſolum, in prin. & in c. Romana §. ſinantem poſt ſententiam, eod tit. in vj.

Et ea prædictis infertur ad quęſtionem. pone quod rector parochialis eccleſiæ viſitatur a diœceſano epiſcopo, & in appellatione dicit ſe eſſe exemptum, aut ex priuilegio, vel ex præſcriptione, vel conſuetudine tanti temporis, cuius initii non eſt memoria, & petit ante omnia coram iudice appellationis reuocari quædam attentata per epiſcopum pendente appellatione: nam non debent reuocari, niſi primo probet ueritatem cauſæ ſuæ appellationis, ſ. quod ſit exemptus, ut eſt tex. hic in fi. cum aliis ſimilibus. ſupra allegat. facit quod notat Inno. in cap. ſolet de ſenten. excomm. in vj. ubi dicit quod
8 allegans † ſe exemptum a iuriſdictione epiſcopi, & petens ſe abſolui ad cautelam ab excommunicatione lata per epiſcopum, non debet abſolui, niſi prius doceat de eius exemptione, & idem dicunt Dom. de Rota. deciſ. 234 quæ incipit, item ſi rector. dicunt tamen, quod non requiritur, quod appellãs plene probet exemptionem, ſed quod ſufficit aliqualiter conſtare de huiuſmodi exemptione antequam abſoluatur, ne ſic illudatur ordini iuriſdictionis. pro qua facit ius commune. & contra petentem abſolutionem, ut in c. decimas de reſtitu ſpol. in vj de quo articulo. vide plenius in d. c. ſolet, & in c. cum perſonæ de priuil in vj & in c non ſolum. de app. eo lib. & vide quæ dixi in c. 1. de offic. ord & in c. cum non liceat, ẽ de præſcrip.

In glo. 1. in fi. dic quod iſta decr. non eſt ſuperflua propter hoc cum hic ponatur ad diuerſum ſi quam ibi. nam ibi ponitur, ut ſic oſtendatur, quod res petita ita debeat in libello declarari, quod ceſſet omnis ambiguitas hic uero ponitur, ut oſtendatur, quod ſi iudex non facit libellum declarari, licite ab eo poteſt appellari. Et ea hac ſolutione nota ſecun-
9 dum dom. Abb. quod † excuſantur Docto. de ſuperfluitate, quando idem replicant ad alios effectus, & idem ſi replicarent ad eundem effectum cum nouis, & ſubtilioribus rationibus, nã quotidie propter noua fantaſmata generantur in nobis nouæ rationes, ut dicunt philoſ. & uoluit Bal in l. 1. C. de his qui ante aper. tab. & ex hoc poteſt excuſari. Ioan. qui eũdem articulum ſæpe in variis locis tractat adducẽdo nouas rationes, & noua motiua, & per hanc rationem poteſt excuſari Bar. & alii Doct. qui eundem articulum in diuerſis locis tractauerunt, & hæc ſufficiant, ſequitur ca. ex inſinuatione.

SVMMARIVM.

1 *Terminus a iudice ſtatutus ad proſequendam appellationem, non valet reſpectu redeundi, licet etiam ad redeundum datus fuerit.*

2 *Appellanti, iudex poteſt terminum præfigere ad proſequendum appellationem, licet appellans ſibi nullum præfixerit.*

3 *Iudex a quo non poteſt præfigere terminum ad finiendam appellationẽ, vel ad faciendum fidem de præſentatione, vel proſecutione.*

4 *Iudex a quo non poteſt præfigere terminum, infra quem appellans redeat cum literis impetratis ſuper cauſa appellationis.*

5 *Impedimentum ſurgens ex parte Principis, retardat curſum temporis præfixi.*

6 *Appellans vtrum neceſſario debeat notificare Principi appellationem, vt impediatur curſus temporis.*

7 *Terminus præfixus ad finiendam appellationem, intelligitur præfixus ad proſequendam.*

8 *Inhabiles ætate contra matrimonium per verba de præſenti, intelliguntur ſponſalia contrahere ve de futuro, per interpretationem.*

9 *Dilatio aſſignata ad plura, intelligitur data, quatenus operari poteſt.*

10 *Comparere in termino intelligitur, qui quamprimum potuit, comparuit.*

11 *Iudex ſuſpectus reddi an poſſit ex eo, quod aduocatus aduerſarij fuit familiaris, & commenſalis eius.*

12 *Terminus appellationis proſequendæ, quando a partibus præueniri poſſit.*

13 *Notorium eſt illud, quod ex actis comprehenditur, ſecundum Innoc. quã iudex inſpicere debet.*

14 *Iudex impetratus poteſt cognoſcere de reſcripto, an ſit ſubreptitius.*

15 *Notorium inducitur non tantum ex ſententia, ſed etiam ex actis iudicialibus, ſecundum Innoc.*

16 *Probatio in iudicio facta inducit notorium.*

17 *Vſurarius per ſententiam iudicis pronunciatus, efficitur publ. us vſurarius, ſi tranſierit in rem iudicatam.*

18 *Iudex poteſt ex his quæ conſtant ſibi ex actis ſupplere ex officio ſuo ad vtilitatem partis.*

19 *Iudex poteſt procedere parte abſente, quando totum ius partium redactum eſt in ſcriptis.*

CAP. L.

1 EX inſinuatione. Si iudex a quo præfigit † terminum ad proſequendam appellationem, & ad redeũdum a proſequutione, non ualet terminus reſpectu redeundi, ſed bene ualet reſpectu proſecutionis adeo, quod neutra partium poteſt præueniri. hoc dicit ſecundum do. Abb. Diuiditur in duas partes In prima ponit querelam appellãtis. In ſecunda dat iudicem. Secunda ibi, quia uero.

Nota primo, quod iudex a quo poteſt pręfigere terminũ
2 appellanti ad proſequendam appellationem, licet ipſe † appellans nullum terminum ſibi præfixit. cõcordat ẽ eo. cum ſit Romana, & c. perſonas, vbi dixi.

Secundo nota, quod iudex a quo, non poteſt præfigere
3 † terminum ad finiendam appellationem, quia hoc eſt imponere legem ſuperiori.

Nunquid autem poſſit hoc facere iudex ad quem dicetur ĩ. c. oblatæ. Et per iſtum tex. decidi poteſt, quod iudex a quo non poteſt præfigere terminum appellanti ad faciendam fidem de præſentatione, uel de proſecutione appellationis, licet poſſit præfigere terminum ad ſe præſentandum coram iudice ad quem, ut dicit glo. ſupra eod perſonas, & ita conſuluit Fed. de Sen ſuo conſilio 17. & hoc ſequitur etiam Ioan. de Imo. hic, circa fi. & dixi in d. c. perſonas.

4 Et ea hoc etiam tex poteſt decidi, quod † iudex a quo, nõ poteſt præfigere terminum, infra quem appellans redeat cũ literis impetratis ſuper cauſa appellationis, & hoc probatur hic, ſecundum intellectum quem tenet gloſ. & ſequitur hic dom. Abb.

5 Tertio nota, quod † impedimentum ſurgens ex facto principis impedit curſum temporis præfixi ad finiẽdam appellationem: unde non datur ſecundus annus, ſed impeditur curſus tẽporis ipſo iure, ut probatur ibi, lis intacta permaneat. & ib. abſque damno moræ.

6 Vtrum autem ſit neceſſarium, quod † appellans notam faciat appellationem principi ad hoc, ut impediatur curſus temporis & Bal in auth. ſed lis C. de tempo. app vbi iſte tex. habetur originaliter, tenuit, quod non, dicens eſſe imputandum uictori, qui hoc non notificauit principi. Sed Barto ibi tenet contrarium, dicens quod neceſſe eſt quod appellans notam faciat appellationem principi ad hoc, ut ſibi poſtea non currat tẽps, & iſtam opin. ſequitur ibi Butr. & idem dicit Ang in dicta auth ſed lis vbi dicit, quod appellans debet eſſe ſollicitus ad introducẽdam cauſam, & ſi non potuit introducere, quia non habuit aditum ad imperatorem. vel Papã, ut quia nullus iudex inuenitur, qui poſſit introducere in conſiſtorio Papę, uel principis inuitis cuſtodibus, tunc excuſatur, nec currit ſibi tẽpus, & ideo dicit eſſe introductum de more. quod appellantes uadant ad portam, & ſollicitent portarium. vel pulſent ad portam pro introducẽdo cauſam appellationis, & faciunt rogari notarium, quod portarius denegat ſibi ingreſſum, & ſi omnes portæ eſſent apertę, ita quod omnes intrare poſſent, non ſufficeret talis proclamatio, quia præſumitur ſimulata, & fraudulenta, & ita dicit Ange. practicari in Romana curia. facit, quod dixi ſupra eodem, perſonas.

Quarto nota ſecundum communem intellectum, & te-
7 ne menti, quod † terminus præfixus ad finiendam appellationem, intelligitur etiam præfixus ad proſequendam, quia terminus ad finiendam, includit in ſe terminum ad proſequendam, ut in clem ſicut, eodem titulo. nam non poſſet finire appellationem, niſi proſequeretur vnde dato, quod nõ valeat reſpectu finis, valet tamen reſpectu proſecutionis. pro hoc allegat dom. Abb. cap. primũ, de deſponſa. impub libro
8 ſexto. vbi dicitur, quod ſi † inhabiles ætate contrahunt matrimonium per verba de præſenti, iuris interpretatione valet, ut ſponſalia de futuro, ex quo ſunt habiles ad ipſa ſponſalia contrahenda. Bal etiam dicit iſtum textum eſſe notandum dicens, quod ex eo ſequitur, quod ſi non ualet dilatio, prout data eſt, ualere debet prout ualere poteſt. Dicit et
9 quod ſi eſt aſſignata † dilatio ad plura, ſi non põt operari in oĩb. operatur quatenus põt operari, & dicit iſtum tex eſſe tenen-

A lex de Neuo ij in ſecundum Deciet. L. dum

dam menti. Ex quo prædicta poſſunt inferri. facit cap. cum
dilecti, de dolo, & contumacia, & l. Celſus. ff. de arbitris. in
10 quibus patet, quod ſiquis non poteſt † comparere in termi-
no citationis, includitur, quod teneatur comparere, quā pri-
mum poteſt, & iſta faciunt contra doctrinam Specu. in titu.
de dila. §. nunc videamus. verſi. & ſunt hæc in argumentum.
vbi dicit, quod ſi iudex lapſo termino dilationis, eam proro
gat, non valet prorogatio, ſed ſi concedat nouam dilationē,
cum cauſa, tunc valet. Sed ſolue, quod ratio eſt, quia proro-
gatio non includit conceſſionem nouæ dilationis, ſed ſolū
extenſionem prioris dilationis, quod non poteſt fieri ipſa di
latione finita, vt in l. ſed ſi manente. ff. de precar. cum ſimili.
vnde aliud eſt prorogare, aliud eſt de nouo dilationem con-
cedere. ſed finis appellationis includit in ſe proſecutionē ap-
pellationis, vide tamen Bal. in l. j. C. de temp. app. qui videtur
tenere contra opi. Specu.

In glo. j. primam opinionem, quam glo. tangit tenuit glo.
in cap. accuſatores. §. quæſtione v. ſed opin. iſtius gloſ. tenuit
Inno. hic ſcilicet, quod non ſit ſufficiens cauſa recuſandi iu-
11 dices † ex eo, quod aduocatus fuit familiaris ipſius, ſeu com
menſalis, & iſtam opi. ſequitur hic dom. Abb. quam dicit p-
bari in c. j. de off. iud. Non obſtat iſte tex. quoniam hic iudex
non fuit recuſatus. item hic de facto fauebat alteri parti, &
iſta cauſa ſufficit ſola ad recuſandū iudicē, etiam ſi aliæ cau
ſę ceſſarent. ut in ca. accedens, ij. ut lite non conteſta. & dixi
ſupra eo. poſtremo ſecus ubi iudex incedit per rectam uiam:
non enim eſt uериſimile, quod uelit moueri per commen-
ſalem ſuum, ex quo nullum intereſſe prætendit, niſi quia eſt
aduocatus, de quo tamen dic, vt dixi in d. capit. j. de offic. iud.
Sed contra text. & contra illud, quod prædixi opponitur, q
immo iſte iudex non videbatur fauere camerario, ex quo ab
eo appellauit: iudex enim eſt ſuſpectus illi quem grauat, non
autem aduerſario, ut in cap. ad hæc ſi in uria, & in ca. propo-
ſuit, ſupra eodem. Sol. Hoſt. dicit hoc fuiſſe fraudulenter con-
fectum, ut haberet iſte camerarius uiam impetrādi iudices
remotos, vt ſic pars aduerſa tędio affecta, compelleretur ce-
dere liti. Item iudex minabatur, quod niſi utraque pars eſſet
reuerſa in termino, ſe amplius non auditurum ipſas partes,
& hoc faciebat ad hoc, ut iſte camerarius qui erat reus, re-
maneret in poſſeſſione. poſſunt & aliæ cauſæ aſſignari, in q-
bus non eſt inſiſtendum.

In glo. in uerbo, expectato, ex hac gl. eliciuntur duo intel
lectus ad iſtum textum.

Primus eſt, vt intelligatur in termino præfixo a lege, ſcili
cet in anno, ſed iſte intellectus non placet gloſ. quia non te-
netur quis expectare finem termini anni, quia per lapſum
iſtius anni eſt deſerta appellatio.

Secundus intellectus eſt, quod loquatur in termino præfi
xo a iudice ad proſequendum, quem terminum neutra pars
poteſt præuenire, vt in cap. ſæpe, ſupra eodem, & infra eo. ob
latę. & licet alia iudicis fuerit intentio, tamen per illam regu
lam, ſi non ualet, vt ago, ualeat ut ualere poteſt &c. valuit
præfixio termini reſpectu proſecutionis, cuius reſpectu po-
tuit valere, licet non poſſit ualere reſpectu finiendæ appella
tionis, quia hoc eſſet imponere legem ſuperiori, ad quē fuit
appellatum, quod de iure fieri non poteſt, ut hic in tex. & ex
hoc colligit But. quod ubi peccatur in cauſa efficienti, ſi nō
valet, quod ago, vt ago, ualet vt valere poteſt, allegat l. an inu
tilis. ff. de acceptil. facit capitu. primū. de deſpon. impub. in 6.
de quo dic, ut plene habetur in l. j. §. ſi quis ita. ff. de verborū
obligatio.

Inno. uero ſequendo primum intellectum, dicit quod ter-
minus præfixus a iudice habetur, ac ſi non fuiſſet præfixus,
quia non poterat ſtatuere terminum ad finiendum, & ſic
partes fuerunt relictę in termino iuris, quem terminum nū
12 cius camerarii dicitur † præueniſſe in impetrando literas,
quem non debuit præuenire, ſed expectare debuit vſque ad
vltimum menſem anni, quod quia non fecit, literæ annul-
lantur.

Sed Ioan. And. dicit hoc dictum procedere, ſi iſte camera-
rius fuiſſet appellatus, ſed ipſe erat appellans, & ſic in termi-
no iuris poterat quandocunque proſequi, quia ei præfigitur
annus ad proſequendum, & finiendum, vt in clemen. ſicut,
eodem titulo. appellante uero non proſequente poteſt ap-
pellatus in ultimo menſe anni proſequi, ut ij. quæſtione vj.
appellatore, & in auth. ei qui C. de tempo. app. plus dicit do.
Abb. quod etiam appellatus poteſt quandocūque proſequi
infra terminum iuris, dūmodo in actu proſecutionis faciat
appellantem citari, ſecus ſi vellet procedere ſine citatione
appellantis, ſed ſolum inquirere ſi appellans eſt in curia, vt
voluit Bal. in auth. ei qui C. de temp. ap. hoc eſt dicere, quod
ſi appellatus uult mittere citationem ad locum, ubi eſt ipſe
appellans poteſt quandocunque proſequi appellationem in-
fra annum, ſed quando expectat ad vltimum menſem anni,
non eſt neceſſarium, quod mittat citationem ad partes, ſed
ſatis eſt, quod faciat inquiri ſi eſt in curia iudicis ad quem, &
ſi eſt, ibi debet ipſum facere citari, alias poteſt procedere in
cauſa appellationis eo non citato. potuiſſet ergo iſte came-
rarius, ſecundum dom. Abb. etiam ſi fuiſſet appellatus quā-
docunque impetrare infra terminum iuris, dummodo po-
ſtea in proceſſu feciſſet aduerſariū citari, & dicit, quod hoc
videtur probari in c. bonæ, infra de confir. utili uel inutili. vbi
literæ impetratæ per appellatum, qui præuenit appellātem
dicuntur ſubreptitiæ, quia non fecit mentionem de appella-
tione, nō autem quia fuerint impetratæ ante lapſum termi-
ni iuris, de quo dicam in cap. oblatæ. j. eod. unde dicit dom.
Abb. quod iſte tex. eſt intelligendus de termino hominis, qui
præueniri non poteſt, nec ab appellante, nec ab appellato,
& dando nouum intellectum ad iſtū tex. dicit, quod hic fuit
terminus præfixus ad appellationem proſequendam, & fi-
niendam. vnde valuit iſta præfixio termini reſpectu proſecu
tionis, & quantum ad effectum, ut neutra pars poſſet impe-
trando præuenire illum terminum, ſed non valuit terminus
quantum ad hoc, ut teneretur vtraque pars redire infra ter-
minum a proſecutione appellationis, quia hoc eſſet impo-
nere legem ſuperiori. remanſit ergo iſte terminus reſpectu
proſecutionis, quia vbi utile poteſt ſeparari ab inutili, utile p
inutile non vitiatur, vt in regula, utile, libro vj. & ideo nō po
tuit appellans impetrare literas pręueniendo hunc terminū.
& licet do. Abb. dicat, quod iſte ſit nouus intellectus, tamen
ſi bene conſideras, iſte intellectus eſt glo. quia in effectu glo.
hunc intellectum ponit.

In glo. fi. intelligit ergo gl. iſtum tex. quod ſi conſtiterit ap
pellationem præueniſſe terminum, literæ non ualebunt, ut
ſ. eo. ſępe. in fi. & hoc caſu iudex impetratus per canonicos,
de quo fit mentio in ſuprascriptione procederet in cauſa, a-
lioquin iudex debet remittere iſtos canonicos ad impetra-
tos per nuncium camerarii, & condemnare ipſos in expen-
ſis, ut ſ. de reſcriptis cæterum, & de do. & contu. c. ij. ſed con
tra iſtud opponitur. nam videtur, quod iudices priores impe
trati per nuncium camerarij debebant cognoſcere de ſubre
ptione ipſarum literarum, ut in ca. ſuper literis. de reſcriptis.
Inno. ſoluit duobus modis.

Primo, quod hoc proceſſit ex gratia. ſed iſta ſolu. non eſt
bona, quia omnis intellectus continens gratiam, eſt fugēdus
ut dicit glo. in l. filium, quem habentem. C. familiæ erciſcun-
dæ, & pro hoc ſupra de conſtitu. cap. j. ubi patet, quod ſtatuta
canonum ligant omnes.

Secunda ſol. eſt, quod erat notorium ex inſpectione lite-
rarum, quod iſte nūcius camerarii impetrauerat iudices, an
te tempus præfixum ad proſequendam appellationem. vn-
13 de Inno. multum notabiliter dicit, quod illud eſt † notoriū,
quod comprahenditur ex actis iudicialibus, quæ iudex ap-
pellationis debet inſpicere, & ex eis poteſt procedere etiam
parte abſente. & iſtud dictum Innoc. eſt multum ſingulare,
& quotidie allegatur: tamen non conuenit literæ, quia Papa
mandat ſub cōditione, ſi ita eſt &c. nam ſi fuiſſet notorium
dixiſſet, quia liquide conſtat, prout dixit tex. in ca. cum olim,
ſupra de re iud. Dic ergo, quod quando reſcriptum eſt ſubre
14 ptitium, poteſt iudex † impetratus cognoſcere de ſubreptio-
ne ipſius, ut in dicto ca. ſuper literis. ſupra de reſcriptis, tamē
pars poteſt impetrare alium iudicem a Papa, prout hic fa-
ctum fuit.

Ex quo nota, quod quando reſcriptum allegatur ſubrepti
tium, poteſt ipſe allegans impetrare iudicem a Papa, & Pa-
pa de iure communi poteſt delegare cauſam alii ſub condi-
tione, cum clauſula, quod ſi inueniet reſcriptum ſubrepti-
tium, in cauſa procedat, & ſi iudex ſic impetratus, ita inue-
nerit, in cauſa procedet, alioquin remittit cauſam ad priorē
iudicem. debebit tamen etiam de proceſſu fieri mentio, vt
in c. ſecundo, de dolo & contum. & in c. inter monaſterium.
de re iudi. vel poteſt dici, quod iſti iudices impetrati per nun
cium camerarii nondum cęperant in cauſa procedere, ideo
pars aduerſa licite potuit impetrare alias literas.

Nota tamen plura ex verbis Innocent. primo, quod non
ſolum ex ſententia, ſed ex actis iudicialibus inducitur noto-
15 rium. † pro quo eſt text. nota. in capitu. cum olim, in fi. infra
de verborum ſignificatione. vnde Barto. in l. apud quem. C.
de edendo, & in l. cum lite mortua. ff. iudic. ſol. dicit, quod ſi
quæritur, an illud, quod continetur in actis ſit factū, & tunc
acta iudicialia in quocunque iudicio, & inter quaſcunque
perſonas faciunt fidem. unde ſicut notorium facit fidem
quo ad omnes, ita etiam acta faciunt fidem quo ad omnes
quantum ad illud, quod continetur in actis.

16 Et ex hoc infertur, quod ex † probationibus factis in iudi-
cio reſultat notorium, pro quo eſt textus nota. in dicto

c.um olim.in ff. de verborum ſigni.nor.glo.in c.veſtra. de coha.cle.& mul.& in ca.manifeſta ij.q.j. & hoc ēt tenet Bal. in auth ad hæc.C.de uſur.& allegat.l qui ſententiam.C.de pœnis.Dic tamen,quod ſententia, & probationes non faciunt notorium quantum ad alias perſonas,ut eſt tex. nota.in c.inter dilectos,in penult.colum § porro,ſi legitimum,de fi. inſtrum.item quando uariatur modus agendi non faciunt fidem etiam inter eaſdem perſonas,ut in c.ueniens,el ij.ſupra de teſti.& ideo Barto ubi ſupra dicit, quod licet acta probēt illud,quod continetur in ipſis eſſe factum, quo ad omnes perſonas,& in quocunque iudicio,ut in l.geſta.C.de re iud. non tamen habent effectum,ut extēdantur ad alias perſonas,de quo dic,ut plene per Bar.in locis præalleg & pleniſſime ſcripſi in ca.cauſam que,ſupra de teſti.

Item aduerte,quia ad hoc,ut acta inducant notoriū,quo ad perſonas, inter quas ſunt cōfecta, neceſſarium eſt, quod ſit in cauſa concluſum,de quo uide glo.ſingularem in ca.ſignificauerunt,in uerbo,liquere,ſupra de teſti.& Vide omnino,quod ſcripſi ſuper ea.

Et ex prædictis infertur,quod ſi iudex pronunciat aliquē
57 eſſe † uſurarium, & talis ſententia tranſeat in rem iudicatā, quod talis ſententia probabit ipſum eſſe publicum,& manifeſtum uſurarium,cum ſententia inducat notorium,de quo vide glo in cle j.in verbo,publice.de ſepul.

Secundo nota ex uerbis Inno. dum dicit, quod iudex appellationis poteſt inſpicere acta,& ex eis procedere parte abſente,quia acta inducunt notorium , quod in tātum ex actis
58 iudicu reſultat notorium iuris, quod iudex † poteſt ex his, q̄ ſibi conſtant,ſupplere ex officio ſuo ad utilitatem partis, & ita ad hoc ſæpe allegatur hoc dictum Inno & ita etiam formaliter dixit Innoc in c.per tuas in fi.de teſti. idem ſequitur Ange.allegando dictum Innoc hic, in l.ſi unus.§.pactus, ne peteret.

In glo.in verbo,in opponendo.ff.de pact.facit gl in ca.bonæ me.Maguntino.in verbo,recepit quæ incipit, & ita quandoque,ſupra de elect.& j.de accu.euidētia.omnia enim quæ conſtant ex actis,dicuntur notoria. Et in omni notorio iudex de facto poteſt ſupplere,& procedere de facto iuris ordine non ſeruato, quia in notoriis iuris ordo non requiritur, ut in capit. ſuper eo.de teſtib cog & per glo.no in l prima.C. qui, & aduerſus quos,& per Inno.in c.tua. de coha. clericor. & mulierum

Tertio nota ex dictis Inn quod ubi totum ius partium eſt
59 redactū in ſcriptis. † iudex poteſt procedere etiam parte abſente,tanquam ſuper notorio,quod dicit dom.Abb.ſemper notandum.& ratio eſt ſecundum eum , quia certum eſt hoc caſu abſenti nullum aliud ius competere . pro hoc eſt bon. tex in l ſecunda §.quod ſi de frumentaria.ff de admi rerum ad ciui.perti.& ibi per Bar & per eundem,in l. ictus fuſtium . ff.de his qui no.infam.vide etiam bo tex.in c.cum olim ſ̄.de re iudi & quod ibi dixi,& in c ad noſtram , el tertio,ſupra de iureiuran & hæc ſufficiant in illo capitulo,ſequitur cap. bonæ memoriæ.

SVMMARIVM.

1 *Appellans extraiudicialiter ad Papam ,ſi poſtea ſpolietur,reſtitui ante omnia debet.*
2 *Patronus eccleſiaſticus debet habere cuſtodiam eccleſiæ uacantis, & fructus perceptos reſeruare ſucceſſori.*
3 *Donans territorium,cum pertinentibus, an cenſeatur incluſiſſe uaſallos.*
4 *Abbas acquirit poſſeſſionem per monachos.*
5 *Poſſeſſionem corporalem quis non habet , niſi ipſe poſſeſſionem ingrediatur.*
6 *Appellatio poteſt geminari ſuper eodem articulo.*
7 *Appellatio extraiudicialis deuoluit totum negocium ad ſuperiorem .*
8 *Appellatio generalis,quando ualet.*
9 *Appellatio generalis non eget intimatione.*
10 *Conſuetudo,& ius commune poſſunt concurrere .*
11 *Fructus computari debent,quando innouata,ſiue attentata reuocantur, & in horreum ſpoliati ſunt portandi.*
12 *Eccleſia cathedralis vacans,ad quem pertineat,quo ad cuſtodiam,& concluditur ad œconomum,& eo deficiente ad capitulum.*
13 *Epiſcopo exiſtente captiuo ſuccedit capitulum in adminiſtratione eccleſiæ.*
14 *Eccleſia collegiata vacans,an ſpectet ad cuſtodiam capituli.*
15 *Subditi tenentur corrigere prælatos in occulto, & cum reuerentia.*
16 *Eccleſia non collegiata uacans ſpectat,quo ad cuſtodiam,ad patronum eccleſiaſticum,vel diœceſanum.*
17 *Cuſtodiam eccleſiæ uacantis habet is,qui habet collationem eccleſiæ.*
18 *Penſionem percipiens ex aliqua re,videtur eam poſſidere.*
19 *Appellans ex officio iudicis,poteſt agere contra quēlibet poſſeſſorem,ex naturali æquitate.*
20 *Appellatio generalis habet actionem contra quemlibet poſſeſſorem.*
21 *Attentata reuocantur contra tertium, ſi habuit cauſam a parte appellata.*
22 *Differentia magna eſt inter remedium attentati , & agere de poſſeſſorio recuperanda .*
23 *Agi non poteſt per interdictum unde ui,contra tertium etiam ſuccedentē in re affecta uitio violentiæ .*
24 *Agens interdicto unde ui,neceſſario debet probare ſpoliationem, & poſſeſſionem tempore ſpoliationis.*
25 *Appellans,quando agitur de attentato reuocando ſufficit,quod probet ſe poſſediſſe tempore appellationis interpoſitæ,& quod nunc apud hunc tertium eſt.*
26 *Exceptio alterius ſpoliationis obſtat interdicto unde ui .*
27 *Attentati reuocatio fit ex mero iudicis officio, unde non obſtat exceptio ſpoliationis.*
28 *Attentans plus delinquit , quam ſpolians, in præiudicium litis pendentis .*
29 *Exceptio excommunicationis , quando non tollit remedium attentati .*
30 *Iudex ex officio attentata reuocare poteſt,propter contemptum ſuæ legis, & in pœnam attentantium.*
31 *Tituli notorius defectus , quando impediat attentatorum reuocationem in beneficialibus.*
32 *Crimen regulariter non priuat ipſo iure beneficio .*
33 *Cautela,per quam quis ſe poterit tueri, ſi timet ſpoliari,uel turbari,ſecūdum Abb.*
34 *Matrimonium, nunquid reuocari poſſit per uiam attentati.*
35 *Cauſa , quando agitur de attentatis , an debeat probari , quod ſit vera .*
36 *Cauſa ueriſimilis , quomodo intelligatur reſpectu attentatorum reuocationis .*
37 *Appellatio veriſimilis, & probabilis,operatur reuocationem attentatorum .*
38 *Verba,appello, ne quis me moleſtet in poſſeſſione,in qua ſum ante reuocationem attentati requirunt tituli iuſtificationem in poſſeſſione.*
39 *Differentia,an ſit inter appellationem iudicialem, & extraiudicialem,et enumerat 17.*
40 *Appellatio extraiudicialis eſt duplex.*
41 *Appellatio in odioſis,an intelligatur de extraiudiciali.*
42 *Oblatio probationis exceptionis obiectæ iuſtificat appellationem iudicialem,etiam ſi non probetur ueritas exceptionis .*
43 *Apoſtoli animo requiruntur in appellatione iudiciali.*
44 *Apoſtolorum tradendorum qualitas eſt diuerſa , nam in iudicio dimiſſorij dicuntur,quia iudex per eos remittit ad iudicem ad quem:Refutatorij,quando iudex defert appellationi:Reuerentiales, quando ob reuerentiam ſuperioris. ad quem traduntur.*
45 *Apoſtoli, qui extra iudicium dantur, dicuntur extraiudiciales, conuentionales, & teſtimoniales.*
46 *Appellatio extraiudicialis , aut eſt mere , aut non mere extraiudicialis .*
47 *Appellatio extraiudicium actum de præterito,nec futurum etiam conſequatarum ad actum de præterito.*
48 *Appellatio extraiudicialis,an poſt decem dies poſſit imponi.*
49 *Appellatio extraiudicialis,an ſit intimanda iudici,uel parti pro attentatorum reuocatione .*
50 *Appellatio extraiudicialis fit,aut generaliter , aut contra certam perſonam .*
51 *Cauſa nominatim non venit exprimenda in appellatione extraiudiciali .*
52 *Conuenientia ſiue concordia appellationis iudicialis, & extraiudicialis, & 6 enumerantur.*
53 *Appellatio tam iudicialis , quam extraiudicialis in ſcriptis fieri debet .*
54 *Tempus appellationis,tam iudicialis,quam extraiudicialis,eſt unum ,ſ. x.dierum.*
55 *Innouata in utraque appellatione reuocantur .*
56 *Appellatio extraiudicialis,an deuoluat cauſam ad iudicem ad quem, ſicut facit iudicialis .*
57 *Appellari,an poſſit ab actu extraiudiciali etiam de iure ciuili.*
58 *Appellatio facta,ne quis emat talem rem, puta domum,an ſi poſtea emerit,uenditio reſcindatur,ſeu reuocetur per uiam attentati.*
59 *Titulus quæſitus poſt appellationem extraiudicialem non excuſat a reſtitutione fructuum .*
60 *Proteſtatio ne emat,conſtituit in mala fide emptorem .*
61 *Denunciatio facta ante apprehenſionem poſſeſſionis,conſtituit in mala fide .*
62 *Attentata poſt appellationem extraiudicialem , an ualeant,ſe remittit .*

CAP. LI

1 BOnæ. Qui extra iudicium † appellat ad Pa-
pam ex cauſa iuſta, vel uerisimili, ne
in ſua poſſeſſione turbetur, ſi poſtea ſpolietur, re
ſtituitur ante omnia in ſtatum in quo erat tem-
pore appellationis emiſſę: hoc dicit. Diuiditur in tres partes.
In prima ponitur allegatio appellātis. In ſecunda allegatio
appellati. In tertia pronunciatio Papæ. Secunda ibi, procura
tor. Tertia ibi, præmiſſis igitur.
2 Nota primo ſecundum unum intellectum, quod † patro
nus eccleſiaſticus debet habere cuſtodiam eccleſię vacantis,
& percipere omnes fructus reſeruandos ſucceſſori, ſeu con
uertendos in utilitatem eccleſiæ, & ad hoc allegat iſtū text.
Inno in c. vnico, vt ecc. beneficia. & ſentiunt hic Doct. ſecus
in patrono laico, quia non debet ſe de eis intromittere, niſi
quo ad defenſionem, vt dicit gl. nota. in c. cum uos. de offic.
ordin in glo. penult. quæ etiam dicit, quod de iure communi
ad eum ſpectat cuſtodia eccleſiæ vacantis, ad quem ſpectat
inſtitutio ipſius eccleſiæ va.
Nota ſecundo ibi, ad ſe aſſerit pertinere, ſecundum Bal. ꝙ
verbum pertinere, eſt nomen generale, & verificatur in eo
ad quem pertinet ius patronatus, & hoc probatur hic intel
ligendo, quod iſte Abbas habebat ius patronatus in iſta ec-
cleſia vacante allegat etiam Bal. l. talē § ſi ff de heredi. inſti.
3 Et ex hoc infertur ad quæſtionem, quidam † donauit territo
rium, cum ibi exiſtentibus ad eum pertinentibus, utrum in
tali conceſſione compræhēdātur vaſalli. & Bal in d l. talem.
§ ſi ſentit, quod ſic. nam arguit ex illo tex. quod appellatio-
ne meorum, compræhendantur vaſalli ad me ſpectantes. fa-
cit l. j. ff. de ſta. ho. & ibi etiam Bal. idem ſentit.
4 Tertio nota ibi, per quoſdam monachos, quod † Abbas
acquirit poſſeſſionem per monachos, ſicut per ſeruum, ut
in l. j. §. item acquirimus. ff. de acqu poſſ hoc tamen intellige,
quando iuſte acquirit, ſecus ſi iniuſte. ut in l. quod ſeruus. ff.
de acq poſſ & ibi per Bar. & Doct. facit, quod no gl. & Doct.
in l. cum oportet. C de bo. quæ lib. & pondera tex. dum dicit,
quod iſte Abbas fuit ingreſſus poſſeſſionem primo per quoſ
dam monachos, ſecundo per ſe ipſum, quod poſſeſſionem
quam per alium habeo nihilominus ingrediendo per me ip
ſum poſſideo, & ſic bis poſſideo ita videtur probare iſte tex.
ſed Bal. dicit, quod vna eſt tantum vera poſſeſſio, ut in l. j §.
per ſeruum. ff de acq poſſ. ſed tu dic, quod ſi aliquis acquirit
poſſeſſionem per alium, puta per ſeruum, vel per quemcun-
que amicum etiam extraneū, ut in l. j C. per quas per. nobis.
acqui & in c. accedens, cum ibi nota de præben. ꝙ tunc poſ-
ſeſſionem ciuilem retinet animo, & naturalem retinet cor-
5 pore alieno, ſed non habet † poſſeſſ. corporalem, niſi ipſe
poſſeſſor ingrediatur, vt no. Bart in l. j ff. de acquir poſſ. vnde
iſte tex. ponderat, quod iſte Abbas primo fuit ingreſſus poſ-
ſeſſ. per monachos, ſecundo per ſe ipſum ad oſtendendum,
quod poſſeſſ. acquiſiuerat, & corpore alieno, & hoc modo
intellige iſtum text.
6 Quarto nota ibi, pluries vocem appellationis emiſit, & c.
quod quis ſuper eodem articulo poteſt geminare plures † ap
pellationes, nunquid autem aliud operetur ſecūda, & tertia
appellatio dom. Abb. tractat hic in fi. & dom. Abb. & But. &
alii Doc tractant infra eodem, dilecto. de quo etiam per Bar.
Ang & Doct in l. cum procurator. ff. de oper no. nunc. & per
Bar. in l appellatione C eo. tit & in c. ſancimus, quo tempo-
re miles, & per Ioan. de Imo. in l. fin. ff. de app. ſed Deo dan-
te dicam infra eod ſua nobis.
Quinto no. quod licet appellatio extraiudicialis, ſit quæ-
dam prouocatio ad cauſam, ut ſupra eo. cum ſit Romana,
tamen ſi interponitur ex uerisimilibus cauſis, & probabilib.
7 cauſis, adeo † deuoluit negocium ad ſuperiorem, ut omnia
poſtmodum attentata contra appellationem reuocentur p
uiam attentati, nec admittantur exceptiones concernentes
defectum proprietatis.
Sexto nota ibi, ne quis eum ſuper poſſeſſione, & c quod va
8 let appellatio extraiudicialis, licet † ſit generalis, ſecus in ap
pellatione iudiciali, quia non ualet ſi eſt generalis, ut in c. ij.
& in c. conſuluit, ſ̄ eo. & ratio eſt ſecundum Hoſt. quia non
poteſt interponi appellātio iudicialis pro futuro grauamine
ut ſ̄. eo cum ceſſante, ſed bene appellatio extraiudicialis, ut
hic, & in cle. ſicut, eod. ti. vnde ſicut poteſt appellari a futuro
grauamine, ita etiam poteſt interponi generalis appellatio,
quia futurum grauamen, non eſt certū, ſed Bal hic aſſignat
aliam rationem. dicit enim, quod ideo generalis appellatio
extra iudicium valet, quia per factum poſtea ſubſecutum de
ducitur ad ſpeciem. i. ad certitudinem, allegat l. uter ex frib.
ff. de hered. inſtit. & ſubdit Bal. quod non eſt neceſſe, quod ge
9 neralis † appellatio intimetur aliter aduerſariis, & pro hoc
facit iſte tex. in quo nulla fit mentio de intimatione, & hoc
tene menti.
Septimo nota ibi, de generali conſuetudine, quod conſue
10 tudo, † & ius commune poſſunt ſimul cōcurrere, & ad hoc
conſueuit allegari iſte tex. de quo uide glo. in cap j de conſt.
in ſexto.
Vltimo nota, quod ſicut in poſſeſſorio recuperandæ ue-
niunt fructus medio tempore percepti, vt in c grauis. de re-
11 ſtitu ſpoliata veniunt † fructus, quando innouata, ſeu atten-
tata reuocantur. & dicit hic Bal. in uerbo, aſſignandos, quod
fructus ſunt portandi in horreum ſpoliati expēſis ipſius ſpo
liantis, & innouantis quod tene menti.
In glo. i. hæc glo. in effectu dicit, quod iſte Abbas licite po
tuit appellare, quia dupliciter potuit acquirere poſſeſſ. iſtius
eccleſiæ uacantis, vel quia hoc fuit ei ſpecialiter conceſſum
per priuilegium Papę, ut infra de priuile. paſtoralis. uel quia
clericus præmortuus eius nomine poſſidebat, ut in c. cum ve
niſſent de reſti. ſpolia. ſed iſtę rationes glo. ad hoc tendunt, ꝙ
Abbas acquiſierit poſſeſſ. eccleſiæ uacantis, ſed ex hoc non
apparet, ex qua cauſa appræhenderit poſſeſſionem dictæ ec
cleſiæ: debuit autem cauſam exprimere in appellatione ad
hoc ut appellatio appareret uerisimilis. vnde Doct. intelligūt
iſtum tex. quod iſte Abbas dicebat ſe eſſe patronū iſtius ec-
cleſiæ, & ſic, quod ad eum pertinebat cuſtodia eccleſiæ vacā
tis, quod an ſit uerum, dicetur in glo. ſequen.
In glo ij dum dicit, quod cuſtodia ecc. vac potius pertinet
ad Archiepiſcopum, quam ad Archidiaconum, dic quod p
tinet ad Archiepiſcopum non tanquam ad metropolitanū
ſed tanquam ad diœceſanum, ſcilicet reſpectu ſuę diœceſis.
ſed glo. non reſpondet ad capitulum, ſi in plebibus. vbi ude-
tur probari, quod pertineat ad Archidiaconum cuſtodia ec
cleſiæ uacantis: ſed ſolue, quod ille tex. loquitur, quando ad
Archidiaconum de iure ſpeciali pertinet talis cuſtodia, pu-
ta ex priuilegio ex conſuetudine præſcripta, uel de ſpeciali
auctoritate epiſcopi, & ita intelligit gloſſa in dicto capitu ſi
in plebibus. Et in hac materia dominus Abb. diſtinguit tres
caſus.
Primus eſt, quando vacat eccleſia cathedralis.
Secundus eſt, quando uacat eccleſia collegiata.
Tertius eſt, quando vacat eccleſia non collegiata.
12 In primo caſu, ſcilicet, quando vacat eccleſia † cathedra-
lis, dicit dom. Abb quod ſi eccleſia habet Oeconomum ge-
neralem, ipſe ſuccedit in adminiſtratione, ut in c. illud. duo-
decima, queſtione ſecunda ſed ſi non habet Oeconomum,
tunc capitulum ipſius eccleſiæ habet cuſtodiam, ut in cap.
non licet alicui metropolitano, duodecima, quęſtione ſecū
da. ſed ſi eccleſia cathedralis de facto careret canonicis, tūc
metropolitanus ſuccedit in cuſtodia eccleſiæ vacantis, ut
eſt tex in dicto capitu. non licet. idem ſi eſſent negligentes,
ut in capi fina de ſupp. neglig prælа. in ſexto. facit 9. quæſtio-
ne 3. cum ſimus, & quod notatur in capit. paſtoralis, de offi-
cio ordina.
13 Quid autē ſi epiſcopus eſt captus à paganis, vel ſciſmati-
cis. dic quod interim ſuccedet capitulum in adminiſtratio-
ne eccleſiæ, ut in ca. ſi epiſcopus de ſup. negl prælа. in ſexto,
& per illum textum ego conſului in ciuitate Veronenſi, cui
Papa præfecit vnum Cardinalem in epiſcopum, ſed domi-
nium Venetiarum nunquam voluit ei dare poſſeſſ. epiſco-
patus, nec eſt ſpes, ſeu certitudo de ipſa poſſeſſione habēda,
quod hoc caſu capi. ſuccedat in iuriſdictione epiſcopi perin
de ac ſi duraret adhuc vacatio eccleſiæ. nā in iſto caſu ratio
dicti c ſi epſ, quando enim epiſcopus eſt captus, ideo capitu
lum ſuccedit in adminiſtratione ſpiritualium, & tempora-
lium, ne eccleſia patiatur detrimentum in ſpiritualibus, &
temporalibus. ſed ubi poteſt aſſignari tantum unica ratio
conſtitutionis fit extenſio ad caſum, vbi uiget eadem ratio
etiam ſi ſit conſtitutio exorbitans, vel pœnalis, vt dixi in ca.
ſecundo requiſitis. § primo. ſupra eodem. vnde quia in caſu
noſtro militat eadem ratio, quæ eſt in dicto capitu. ſi epiſco
pus, debet fieri extenſio. Præterea licet illud cap. inducat no
uam prouiſionem, non tamen exorbitat a regulis iuris com
munis, nam abſens de cuius reuerſione de proximo non ſpe
ratur, cenſetur mortuus, ut in c. ſi delegatus, de offic. deleg in
ſexto, & ideo cum illud cap ſit fundatum in regulis iuris cō
munis, debet extendi ad caſum, in quo viget eadem ratio, &
hoc videtur ſenſiſſe glo. in dicto capi. ſi epiſcopus, in verbo,
morte, & ex his ſum expeditus de primo caſu.
14 Venio ad ſecundum, ſcilicet, quando uacat † eccleſia col-
legiata, & hoc caſu ad capitulum ipſius eccleſiæ pertinet cu
ſtodia, pro quo optime facit tex. clem. ne in agro § Abbate.
de ſtatu monachorum. ubi dicitur, quod Abbate, uel priore
ſuſpenſio

ſuſpenſo a collatione beneficiorum, eorum collatio deuol-
uitur ad priorem clauſtralē, cum conſilio, & conſenſu con
uētus, uel maioris partis. unde ſicut capitulū ſuccedit in col-
latione bñficiorū prælato ſuſpēſo ita pari rõne dēt ſuccede
re in cuſtodia eccleſiæ uacantis, & hoc tenet ibi Io. de Lig.
& Inno. in ca. vnico, ut ecc. bene. ſed in contrarium uidetur
tex. in c. ea quæ, §. quod ſi Abbas, ĩ de ſta mo. ubi dicitur, ꝙ
ſi Abbas fuerit inuentus dilapidator, vel remouendus pro-
pter aliud delictum, quod epiſcopus debet eum remouere
abſque ſtrepitu iudicii a regimine Abbatiæ, & quod interim
debet deputari adminiſtrator idoneus, donec fuerit ipſi mo-
naſterio de Abbate prouiſum, & Doct. ibi dicunt, quod talis
adminiſtrator eſt deputandus per epiſcopum, & idem dicit
Ioan. And. in c. ij. de teſta. in vj ſed dom. Abb. dicit, quod ille
tex. loquitur, quando prælatus eccleſiæ collegiatæ eſt remo-
tus propter malam adminiſtrationem capitulo tacente: tūc
enim non ſuccedit capitulum, quia eſt mala præſumptio cō
tra capitulum, ex quo tacuit uidendo prælatum male admi-
niſtrare, uel malam uitam ducere, & ad hoc allegat do. Ab.
gl. no. in l. quoniam iudices, in verbo, reſtiterit. C. eod tit. quæ
dicit, quod ſubditi debent reſiſtere prælatis, ſi quid iniuſte
agant, & inſtruere eos, quid agere debeant facit ij q. 7. cum
Paulus, & de hoc uide San. Tho. ſecunda. 2. q. 33. articulo 4.
15 vbi dicit, quod † ſubditi tenentur corrigere prælatos, ſed hoc
debent facere in occulto, & reuerenter, niſi immineret peri-
culum fidei, quia tunc etiam publice ſunt arguendi a ſubdi-
tis, ſicut Paulus qui erat ſubditus Petro, arguit ipſum Petrū
propter imminens periculum ſcandali circa fidem, & alle-
gat glo. Auguſtini, ad Gala ſecūdo ubi ſic dicit: Ipſe Petrus
exemplum maioribus præbuit, ut ſicubi forte rectum trami
tem reliquiſſent nō dedignentur etiam a poſterioribus cor-
rigi, de quo etiam uide San. Tho. in 4. ſententiarum, diſtinc.
20. q. 4. ver. ad tertiam quæſtionem dicēdum, vſque ad fi. vbi
plenius circa hoc diſtinguit, & in effectu concludit illud, qđ
ſupra dixi.

Et ex prædictis nota, quod ſicut capitulum eccleſię cathe
dralis ſuccedit prælato ſuo, ſe. uac ita capitulum eccleſiæ in-
ferioris. & circa hoc uide, quod no Inn in c. cum dilectus. de
conſuet. Et ex his ſum expeditus de ſecundo caſu.

16 Venio ad tertium ſ. quando eccleſia uacans non eſt † col-
legiata, ſed habet ſolum rectorem, & hoc caſu ſi eccleſia ha
bet patronum eccleſiaſticum ipſe habebit cuſtodiam eccle-
ſiæ va. & de hoc eſt caſus hic, ſecundum vnum intellectum,
& tenet Inno in d. c. vt ecc. beneficia facit c. cum & plātare.
§ in eccleſiis. ĩ. de priuil. nam ibi dicitur, patronus eccleſia-
ſticus petit rationem adminiſtrationis de temporalib ergo
fortius habebit cuſtodiam eccleſię vacantis: ſi vero eccleſia
non habet patronum eccleſiaſticum, tunc talis cuſtodia ſpe
ctat ad diœceſanum, etiam ſi haberet patronum laicum, qa
ad patronum laicum non ſpectat cuſtodia eccleſiæ va. quia
non debet ſe intromittere de rebus eccleſiæ, niſi quo ad de-
fenſionem tantum, ut in c. filiis, ac nepotibus, & in c. decer-
nimus. 16. q. vij. & iſtud ſ quod cuſtodia pertineat ad epiſco-
pum, & non ad patronum laicum, tenet Inno in c. vnico, vt
ecc. beneficia, & idem tenet gl. penult. in fi. in ca. cum uos de
offi. ord. quæ tamen hoc ſingulariter limitat, ſ. niſi ad inferio
rem prælatum pertineret inſtitutio ipſius eccleſiæ, tunc ēt
ad eum pertineret cuſtodia vacantis, & illam gl. dicit dom.
Abb. ſingulariter eſſe notandam.

17 Ex quo infertur, quod habens † collationem eccleſiæ, ha-
bet etiam cuſtodiam ipſius vacantis, & do. Abb. hic allegat
ad prædicta nota. dictum Ioan. And. in c. j ne ſe. vac lib. vj. in
nouella vbi dicit, quod licet capitulum non ſuccedat in col-
latione beneficiorum ſpectante ad ſolum prælatum, ut eſt
tex. in d. c. j. tamen poteſt commendare eccleſias uacantes,
& Oeconomum ponere, donec per ſuperiorem fuerit pro-
uiſum, & iſtud dictum dicit dom. Abb. ſingulariter notan.

Ex quo infertur, quod ubi ad epm̄ pertinet cuſtodia eccle
ſiæ inferioris vacantis, eo mortuo ſuccedit capitulum in ta
li cuſtodia. Et ex his habes iſtum articulum expeditum, de
quo etiam habetur in d. c. cum uos. de offi. ord. & in ca. cum
ueniſſent. ĩ. de inſti.

In gl. in uerbo, de iure aduerte, quia ſi iſte Archidiaconus
poſſidebat, ergo debebat obtinere, & iſte Abbas nō poterat
prætendere ſe ſpoliatum, quia uim vi repellere licet, ut in c.
olim, el j. ſupra de reſti. ſpol. & ſic eius appellatio non fuiſſet
probabilis So. ſecundum Doct. iſte text. debet intelligi, ꝙ iſta
allegatio non fuit probata, nam ſi conſtitiſſet Archidiaco-
num tunc poſſediſſe, non habuiſſet locum deciſio huius ca.
per ſupradicta. Vel aliter, ſecundum do. Abb. iſte Archidiaco
nus allegabat conſuetudinem, ſ. quod cuſtodia eccleſiarum
vacantium, de conſuetudine ad ipſum pertinebat, ſed hanc
conſuetudinem non probauit, & poſito, quod illam probaſ
ſet, concernit proprietatem, & non poſſeſſ. vnde ſatis erat, ꝙ
Abbas incumbebat poſſeſſioni tempore appellationis emiſ
ſę, de quo plenius dicetur ſuper glo fi.

In glo. in verbo, procuratorem, in fi hæc glo non reſpon-
det ad cap. cum veniſſet, ſupra de reſti. ſpo ubi patet, quod ſi
18 percipio † pēſionem ex aliqua re, uideor illam poſſidere idē
notatur in l. quamuis. ff. de acquir. poſſ allegata in glo. unde
dom. Abb. dicit quod capitulum, cum ueniſſet, debet intelli
gi, quando præcedente titulo legitimo ad transferēdum do-
minium ſoluitur penſio de conſenſu poſſeſſoris, uel quādo
conſtat alium poſſidere, quam ſoluentem penſionem: tunc
enim ſolutio penſionis probat poſſeſſionem, & idem notat
Bar. in d. l. quamuis. ille autem tex. loquitur, quando ſimplici
ter probatur ſolutio penſionis, ſeu cēſus, nec apparet ex qua
cauſa fuerit facta ſolutio, quia cum ex multis cauſis poſſit
ſolui penſio, ſeu cenſus, talis ſolutio indeterminata non pro-
bat poſſeſſ. uel ſubiectionem pro hoc de priuil. recepimus,
& de cenſi quanto nam probatio dubia, & generalis, quę nō
concludit quid determinatur, nō valet, ut in c. in præſentia,
ſ. de proba. & dicit do. Abb. quod hæc faciunt contra Bal. in
l. ſolet. ff. de offi proconſu. & lega. ubi dicit, ꝙ ſi una eccleſia
ſoluit cenſum alteri, præſumitur illi eſſe ſubiecta. hoc enim
dictum Bal non procedit, ut patet ex præmiſſis. & de iſto ar
ticulo, an ſolutio pēſionis probet poſſeſſionem dic, ut plene
habetur in d. c. cū ueniſſet, de reſti ſpo. & in c. inter dilectos.
in fi de fi. inſtrum. & in c. fi. de cauſa poſſ. & proprie. item an
ſolutio pēſionis probet ſubiectionem. dic ut in d. c. fi. de cau.
poſſ. & proprie. & in c. ij. & in c. quanto. de cenſi. & in c. rece-
pimus iuſtra. de priuil. & per Bald. in l. ſolet. ff. de offic procon
ſu. & lega.

In glo. in uerbo, in eum ſtatum. hæc gloſ. in effectu ponit
duos intellectus ad iſtum tex.

Primus eſt, quod officio iudicis actum fuit contra iſtum
Archidiaconum, licet ipſe non ſpoliauerit. nam virtute ap-
pellationis petebatur reuocatio attentatorum cōtra iſtum
Archidiac. licet non ſpoliaſſet iſtum Abbatem, nec mandaſ
ſet ſpoliari, nec ratam habuiſſet ſpoliationem.

Secundus intellectus eſt, quod agebatur interdicto unde
ui, quia iſte Archid mandauit illis laicis, ut ſpoliarent iſtum
Abbatem, uel ratam habuit iſtam ſpoliationem, uel ſciēter
ſucceſſit in uitium, quia recepit iſtam eccleſiā de manu lai-
corum, qui ſpoliauerant iſtum Abbatem, & ſic tenebantur
ad reſtitutionem condictione ex canone c. ſæpe. de reſti. ſpo.
& non ſolū tenebatur reſtituere poſſeſſ. cū fructib. perceptis,
ſed ēt cum fructib qui percipi poterāt, ut in c. grauis de reſti.
ſpol. Sed ꝯ utrumque intellectū opponitur nā ſecundus in-
tellectus diuinat ad iſtum tex. quia hic non fuit probatum,
quod Archidiaconus probaſſet iſtum Abbatem ſpoliari, uel
quod ratam habuiſſet ſpoliationem, uel quod ſucceſſiſſet
ſcienter in uitium. Item non congruit iſti literæ, quia Papa
fundat ſe ſuper appellatione emiſſa ex probabili, & uериſimi-
li cauſa. Contra primum uero intellectum facit, quia appel-
latio fuit interpoſita, nec quis moleſtaret eum in poſſeſſ.
ſed iſta moleſtatio fuit facta per laicos, & non per iſtum Ar-
chidiaconum, ergo uirtute iſtius appellationis non poterat
agere contra iſtum tertium. pro quo eſt bo. tex in ca. Roma
na. §. in alium, eodem titulo, in ſexto. ubi patet, quod ſi ter-
tius aliquid attentet etiam poſt inhibitionem iudicis appel-
lationis, nihilominus tale attentatum non poteſt reuocari
per iudicem appellationis. Soluit Innocen. quod ſicut atten
tatum lite pendente, debet officio iudicis reuocari, ut ſupra
ut lite pend per totum ita etiam reuocata pendente appel-
latione pertinent ad officium iudicis, ut reuocentur in ſtatū
priſtinum, ut ff. nil no. ap. pen per to. & infra eodem. dilectis.
Sed iſta ſolutio non tollit contrarium, quia licet attentata
appellatione pendente, ſint reuocanda, non tamen ex hoc
ſequitur, quod poſſit peti reuocatio contra tertium, ut dicto
§. in alium. Vnde Innocen. in alia gl ſua rectius ſoluit, dicens
quod non ſolum facit cōtra appellationem ille qui ſpoliat,
ſed etiam ille qui tenet rem ſpoliatam contra voluntatem
appellantis. & iſtud etiam uidetur ſentire hic Hoſt. dum di-
19 cit, quod † appellans ex officio iudicis poteſt agere contra
quemlibet poſſeſſorem ex naturali æquitate, argu ſecunda,
queſtio. prima. in primis. Hinc eſt, quod ſi res mea peruenit
ad te poſſum agere officio iudicis, vt illam mihi reſtituas, ut
in l. ſi me & Titium. ff. ſi certum petatur, & maxime hoc pro
cedit de ęquitate canonica, argu capituli dilecti. de iudic. &
uide bona glo. in capitulo, non ſolum, in gloſſa magna, eo-
dem titulo, in ſexto, & Ioan Mona. in capitulo, cupientes. de
electio. in ſexto, & ſecundum iſtam ſolutionem poteſt ſolui
contrarium in dicto §. in alium, quia ille §. in alium. lo-
quitur, quando tertius principaliter aliquid attentat, iſte
autem textus loquitur, quando tertius recipit rem ſpo-

liatam a parte ſpoliante, vel a iudice, & ſic habet cauſam a parte litigante, vel a iudice. Item ibi loquitur, quando ſpecialiter interpoſita fuit appellatio, iſte autem text. loquitur quando interpoſita fuit appellatio generalis reſpectu perſonarum, ſ. ne quis eũ moleſtaret &c. vnde do. Ab. in hac materia diſtinguit. Tu aũ plenius diſtingue, ꝗ ipſe. & facias quatuor caſus.

Primus eſt, quando appellatio eſt ſpecialis, & tertius hẽt cauſam a parte appellata, vel ab appellante, uel a iudice.

Secundus eſt, quando appellatio eſt ſpecialis, & tertius habet cauſam a parte appellata, vel ab appellante, vel a iudice.

Tertius eſt, quando tertius ſuccedit in re attentata, ſed nõ habet cauſam, nec a iudice, nec a partibus.

Quartus eſt, quando tertius principaliter aliquid attentat ſuper re de qua quęſtio vertitur coram iudice appellationis.

20 Venio ad primum caſum, ſ. quando † appellatio eſt generalis reſpectu perſonarum, & hoc caſu poteſt agi cõtra quẽlibet poſſeſſorem, quia quilibet tenẽdo rem inuaſam in pręiudicium appellantis, dicitur facere contra appellationem, ut hic notabiliter probatur & ſic vnuſquiſque faciendo cõtra appellationẽ dicitur eſſe pars, ex quo appellatio fuit generalis contra omnes, ideo iſte Archidiaconus, licet fuerit tertius poſſeſſor, tamen dicitur eſſe pars, & contra eum hẽt locum remedium attentati pendente appellatione, & tene illum in effectum menti contra quemcunque etiam bonæ fidei mediatum poſſeſſorem, quã ſ. appellatio extraiudicialis fuit generalis, & ipſe appellans fuit priuatus ſua poſſeſſione pendente appellatione, & iſtum intellectum ſequitur dom. Abb. hic ſuper iſta glo. & Io. de Imo. hic & glo. ma in prin. in d. c. non ſolum eod. titu. in vi. Et ex hoc habes notabilem limitationem ad d. c. Romana § in alium. eo. tit. in 6. nam ille §. non procedit in appellatione extraiudiciali generaliter interpoſita. quod tene menti.

Venio ad ſecundum caſum, ſ. quando appellatio extraiudicialis eſt ſpecialis, & tertius poſſeſſor habuit cauſam a par-
21 te appellata innouante, & etiam hoc caſu poſſunt † attentata reuocari contra tertium & de hoc eſt text. hic intelligendo, ꝙ iſte Archid. habuit poſſeſſionem ab iſtis laicis etiam ſi bona fide conſecutus fuiſſet poſſeſſ. pro quo facit text. in l. chirographis. §. i. ff. de adm. tut. cum ibi no. per Bar. vbi patet, quod alienata per appellantem, vel appellatum pẽdẽte appellatione reuocantur officio iudicis per iudicẽ appellationis a tertio poſſidente. Ex quo ipſe tertius poſſeſſor habuit cauſam ab ipſa parte. facit c. cum M. in fi. ſ. de conſtit. & idẽ ſi habuiſſet cauſam a iudice, ut dicit gl. in d. ca. non ſolum & iſtud ſequitur hic Io. de Imo & etiam do. Abb. & ex hoc habes ſecundam limitationẽ ad d. §. in alium, quia non procedit, ubi tertius poſſeſſor habet cauſam a parte, uel a iudice, ẽt ſi eſſet in bona fide.

Tertius caſus eſt, quando tertius poſſeſſor ſuccedit in re attentata, tamen nõ habet cauſam a parte, uel a iudice, & hoc etiam caſu poteſt ab eo reuocari attentatum, de hoc eſt tex. ſingularis in c. ex parte Adę ſ. de teſti. vbi presbyter fuit priuatus eccleſia ſua poſt appellationem, & deinde per illum ad quem pertinebat collatio illius eccleſiæ fuit collata alteri, & tamen uirtute appellationis reuocatur poſſeſſio ab illo tertio, cui facta fuit collatio, licet præſumatur eſſe bonæ fidei propter titulum, ut in l. penul. C. de euict. & plene per Bar. to. in l. Celſus. ff. de vſucap. & iſtud tenet Io. de Imo. in d. ca. ex parte Adæ in 4. colu. facit ij. q. i. in primis & qđ habetur in c. ex parte ſ. de reſcriptis. & ex hoc habes tertiam limitationẽ ad dictum § in alium quia nõ procedit, vbi tertius poſſeſſor ſuccedat in re attentata, licet non habeat cauſam, nec a parte, nec a iudice, dato quod poſſideat titulo, & bona fide.

Quartus caſus eſt, quando ipſe tertius. non ſuccedit in re attentata, ſed ipſe principaliter attentat, & hoc caſu nõ poteſt reuocari poſſeſſio ab ipſo tertio per uiam attentati etiam ſi ipſe tertius attentaſſet poſt inhibitionẽ iudicis, & hoc caſu lo-
22 quitur d. § in alium & ex his patet, ꝙ eſt magna † drĩa inter remedium attentati, & agere poſſeſſorio recuperãdæ, & prima drĩa, quia ſi agẽ poſſeſſorio recuperandæ, dẽt ſeruari ordo iudiciarius & contra contumacem, ut in ca. accedens, el j. vt li. non conteſt. & in c. conſultationibus, de offi. del. unde non ualeret ſententia in poſſeſſorio abſq; libello, & li. conteſt. & hoc etiam tenet Bar. in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acqu. poſſ. & idem ſenſit gl. in cle. ij. in fi. primæ gl. ut hic pẽ. & probatur in d. c. accedens, ut li. non conteſt. ſed ubi fit reuocatio per viam attentati, fit ſine aliquo libello, & ſine aliqua li. conteſt. ex pu. o. & mero officio iudicis, & hoc tenet glo. præallegata in d. cle. ij. ut ſ. pen. Dic tamen, ꝙ requiritur cauſæ cognitio, & citatio partis, immo licet Papa in reſcripto apponat clauſulam, reuocato in irritum &c. tamẽ iudex debet procedere cum cauſæ cognitione. & alias nõ debet aliũ priuare commodo ſuæ poſſeſſionis. facit l. meminerint. C. vnde ui. & l. ſi deſerta. C. ſi ob pu. penſiua, & hoc tenet Spec. eo. tit. §. penult. in fi. uer. ſed quæro vltum, & idem Bal. ibi in additi. ſuis in fi. pro quo vide bo. tex. in c. audita de reſtitut. ſpol. & ibi plene habetur, quid operetur clauſula, quando ſ. princeps, vel ſuperior mandat aliquid reuocari, & ibi vide dom. Abb. & Doct.

Secunda differentia eſt, quia per interdictum vnde ui, nõ
23 poteſt † agi contra tertium etiam ſuccedentem in re affecta vitio violentiæ, ut in l. cum a te. ff. de ui & ui ar. & in ca. cum ad ſedem de reſti. ſpo. ſed ſi ſuccederet ſcienter in uitiũ, poſſet conueniri conditione ex canone c. ſæpe. de reſti. ſpo. ſed per remedium attentati poteſt agi contra tertium ſuccedẽtem in re attentata, licet bona fide, & titulo ſucceſſerit, etiã ſi habuerit poſſeſſionem, & titulum ab alio quam a iudice, vel a parte, vt d. c. ex parte Adæ, ſupra de teſti.

24 Tertia differentia eſt, quia † agens interdicto unde ui, neceſſario debet probare ſpoliationem, & poſſeſſionem tẽpore ſpoliationis, ut in d. c. conſultationibus, de offic. dele. & in l. i. § interdictum. ff. de ui, & ui ar. dic tamen, quod ſufficeret, ꝙ probaret ſe poſſediſſe ante ſpoliationem, quia etiam tempore ſpoliationis præſumeretur poſſeſſio continuata, & ſic competeret reſtitutio per interdictũ unde vi, de hoc eſt tex. no. in ca. olim, el tertio de reſtitu. ſpo. ibi, uel prius etiam habuiſſet. quem text. multum notat ibi dom. Abb. ſed quando
25 agitur per uiam attentati, ſatis eſt, quod † appellans probet ſe poſſediſſe tempore appellationis interpoſitæ, & ꝙ nunc poſſeſſio reperitur penes hunc tertium, etiam ſi non probet ſpoliationem, & iſtam differentiam ſequitur etiam hic do. Abb. & Io. de Imo in c. dilecti, in fi. ſ. de ma. & obed. & etiam hic in 4. colum.

Quarta differentia eſt, quia agenti interdicto vnde vi, ob-
26 ſtat † exceptio alterius ſpoliationis, vt in c. ij. in ti. de ord. co-
27 gni. ſed in remedio † attentati non obſtat exceptio ſpoliationis, quia reuocatio fit ex mero officio iudicis, & hoc tenet Inno. in d. c. ij. de ord. cogn. & ſequitur hic do. Abb. quod tene menti pro limitatione d. c. ſi. de ord. cog. & c. frequens. de reſti. ſpolia. in ſexto.

a Quinta drĩa eſt, quia in interdicto vnde ui, ſm cõem opi.[a] oportet colorare, & iuſtificare poſſeſſionem in bñficialibus vt no. gl. in cle. i. in gl. fi. de cauſa poſſ. & prop. & plene per Doc. in c. in literis, de reſtit. ſpo. ſecus eſt in reuocatione per uiam attentati, quia in ea non oportet colorare poſſeſſionem, ut dicitur Do. de Ro. ſua deci. 14. quæ incipit, item fuit dubitatum, utrum petẽti. ratio differentiæ eſt, quia ſpoliator minus delinquit, quam attentans in præiudicium litis pendẽtis, qa
28 per † attentationem læditur iudex, ius, & pars, ut dicit tex. in ſimili, in capit. primo, in fi. eodem titu. in ſexto, & hoc ſequitur hic dom. Abb. & Ioan. de Imo. & But. hic circa medium in ver. ex prædictis patet longa differentia, & Alex. Imo. conſi. 99. 3. col. uerſi. præterea in 5. uol.

Sexta differentia eſt, quia agenti interdicto vnde vi, obſtat
29 † exceptio excommunicationis. vt dicit glo. ordinaria in ca. ex inſinuatione, in glo. penult. ſupra de procur. & idem dicit glo. 23. diſt. in nomine domini, in uerbo, audientium. ſecus in agente remedio attentati, & hoc procedit, quando appellatio eſt iudicialis, ſecus ſi eſſet extraiudicialis. ita dicit Io. de Imo. allegat nota per Ioan. Andr. in capit. pia de exceptio. in ſexto, & in capi. cum inter, ſupra de excep. vult dicere, quod quemadmodum excommunicatus poteſt appellare, quando grauatur in iudicio, ita poteſt petere reuocationem attẽtatorum, ſed quando grauatur extra iudicium, non poteſt appellare, ergo nec petere reſtitutionem reuocationem attentatorum poſt appellationem extraiudicialem. de hoc tamen, an excommunicatus poſſit proſequi appellationem extraiudicialem, plene dixi in cap. cum inter. de excep.

Septima differentia eſt, quod agenti interdicto unde ui, obſtat exceptio notoria, de defectu proprietatis, ut in dicto cap. ad decimas de reſtitutio. ſpolia. in ſexto. & in cap. ſignificaſti. de diuor. & per Inn. in c. conſtitutus. de fili. presbyter. Sed agenti ſuper attentatis non obſtat exceptio notoria defectus proprietatis. ſecundum But. hic. ſed Ioann. de Imo. in quinta colum. in hoc tenet contrarium, & idem tenent Domini de Rota in dicta deciſio decimaquarta in fine nam eo ipſo, quod conſtat notorie de non iure agentis, non intereſt ſua fieri reuocationem attentatorum, & ſic nõ debet audiri, quia exceptio, ſua non intereſt, repellit quemcunque agentem ij. q. 6. non ſolent, & in ca. cum inter R. ſeniorem de elect. & in l. ſi nautem. § primo ff. de rei uendi. & per Innoc. in c.

ADDITIO.

a ¶Contrarium tenet expreſſe do. Abb. in diſpu. incipiente, Titius 1a. colu. reprobans multis argumentis, & iuribus communem opi. pro quo etiã eſt op. tex. in c. conquerente. de reſti. ſpo. & in c. cum malitiosi. de off. dele.

in c. ſuper his, de accu. & per Bar. in l. ij. ff. de excep. rei iud. fa-
30 tentur tamen Dom. de Ro. quod † iudex ex officio ſuo po-
teſt reuocare attentata in contemptum ſuæ iuriſdictionis,
& legis, & in pœnam attentan. ut in d. cap. j. in fi. eo. tit. in 6.
ſed per hoc non debet reſtitui poſſeſſio illi, de cuius iure nõ
conſtat notorie. Tandem But. in iſto articulo uidetur con-
cludere, quod in beneficialibus, & alijs in quibus uertitur pe
31 riculum animæ notorius defectus † tituli impediat reuoca-
tionem attentatorum. In his vero in quibus nõ uertitur pe-
riculum animæ, notorius defectus tituli non impedit reuo-
cationem attentatorum, & ita concludit hic But. in antepe
nult. colum. ver. hæc puto uera in beneficialibus, & idem ſen
tit Dom. Dom. in d. c. ad decimas, de reſtitu. ſpol. in vj. in fi. 3.
colum. Sed uidetur tex. in contrarium, in ca. ſi conſtiterit, in
fi. de accu. vbi dicitur, quod ſi quis fuerit ſpoliatus eccleſia ꝓ
pter crimen, de quo non fuit conuictus, vel poſt appellatio-
nem, debet ei reſtitui eccleſia. Vnde quia ille text. loquitur al-
ternatiue, videtur uelle, quod etiam ſi de crimine fuerit con
uictus, dummodo fuerit ſpoliatus poſt appellationẽ, quod
debeat ei reſtitui beneficium. facit regula, in alterna. iuris li.
vj. Vnde uidetur ibi eſſe tex. quod in reuocatione attentato-
rum pendente appellatione, non obſtat notorius defectus ti
tuli etiam in beneficialibus, & in hoc uidetur reſidere Io. de
Imo. hic, & in d. c. ſi conſtiterit. de accu. de quo tamen omni
no uide dom. Abb. in c. in literis. de reſtitu. ſpo. ſed ſi uis tene
re opi. Dom. de Rota, & But. & Do. Dom. in d. c. ad decimas.
potes ad illum text. reſpondere, quod licet fuerit conuictus,
tamen non debet impediri reſtitutio beneficij, in quo quis
32 habet canonicum titulum, nam † crimen regulariter non
priuat ipſo iure beneficio, licet beneficiatus mereatur priua
ri ipſo beneficio propter ipſum crimen. vnde antequam pri
uetur licite tenet beneficium, vt dicit Inn. in c. cum noſtris.
de conceſ. præb. & in c. inter dilectos de excеſ. præl. unde ibi
notorietas non inducebat defectum tituli, ex quo beneficiũ
fuerat canonice adeptus, ut ibi dicitur, licet eſſet notorium,
ipſum eſſe priuandum beneficio per ſententiam iudicis, &
ideo ibi priuatio facta poſt appellationem, nõ ualuit. Potes
etiam dicere, quod licet fuerit conuictus, illa tamen proba-
tio, non faciebat rem notoriam, ex quo appellauerat, quia
in cauſa appellationis poteſt obijci cõtra teſtes, & donec po
teſt opponi dicta teſtium, uel probationes non inducunt no
torium, ut dicit glo. no. in c. ſignificauerunt, in uerbo, lique-
re, ſupra de teſti. & quod dixi ſuper ea.
33 Et ex prædictis patet eſſe optimam † cautelam, quando
quis timet ſpoliari, aut turbari in ſuo iure, quod interponat
appellationem extraiudicialem, ut poſſit petere per uiam at
tẽtati innouata retractari, quia hoc remedium eſt ualde pri-
uilegiatum, ut patet ex prædictis, & iſtam cautelam tradit
hic dom. Abb. Quid autem ſi pendente appellatione contra
ctum ſit matrimonium per aliquam ex partibus litigantib.
34 nunquid tale † matrimonium poſſit reuocari per uiam at-
tentati, uide glo. in ca. non ſolum, in glo. magna, eodem titu.
in ſexto.

In glo. ſi. ualde ergo iſta glo. quod ſufficit cauſam eſſe pro-
babilem, licet non ſit vera, uel neceſſaria dicit tamen, quod
debet eſſe talis, quæ ſi eſſet probata, eſſet legitima. Sed Bu. hic
35 dicit, quod licet a principio ſufficiat † cauſa ueriſimilis, ta-
men poſtea, quando agitur ad reuocationem attentatorum
debet probari, quod ſit uera, ſed dom. Abb. remittit primo
ad nota. per Dom. de Ro. deci. 303. & ad nota per Io. Mo. in
c. cupientes, de elect. in vj. Poſtea dicit, quod contra opi. But.
multum facit iſte text. quia ille Abbas non probauit illam
cauſam, tunc probabilem eſſe ueram. vnde dicit, quod ille
tex. in fi. dum dicit, quod iſte Abbas appellauit ex ueriſimili
bus, & probabilibus cauſis, intelligitur duobus modis.
36 Primo ſecundum Inno. qui dicit, quod cauſa † dicitur ve
riſimilis, quę a iure probatur, quia ſic eſt de iure. exemplum,
dico me eſſe patronum eccleſiaſticum, & ſic ad me ſpectare
cuſtodiam eccleſiæ va. probabilem autem cauſam dicit illã
quæ eſt in ſe iuſta, puta appello ne quis moleſtet me in poſ-
ſeſſione mea.

Secundo modo intelligit Hoſt. cauſam eſſe veriſimilem,
quia ueriſimiliter ex certis iudicijs timebatur moleſtationẽ
hen, vt puta, Archid. fuit minatus Abbati, de ſpoliãdo eum:
hæc enim eſt cauſa veriſimilis. probabilem vero cauſam ap-
pellat cauſam rationabilem. vnde ad propoſitum dicit do.
Abb. ꝙ cũ Papa fundat ſe ſuper cauſa veriſimili, nec non ſu-
per uera etiam reſpectu reuocationis attentatorum, nõ ui-
detur illud dictum uerum, ſ. ꝙ debet probari ueritas cauſæ,
ſed in contrarium facit c. cum inter canonicos. ſ. de elect. vn
de dom. Abb. diſtinguit poſt Inno. & But. ex cuius diſtinctio-
ne ſaciat tres caſus.

Primus eſt, quando appellatio eſt veriſimilis, & ꝓbabilis.

Secundus eſt, quando eſt ueriſimilis tantum.

Tertius eſt quando eſt probabilis tantum.

In primo caſu dicit dom. Abb. ꝙ appellatio facit, ꝙ omnia
37 attentata debent reuocari etiam ſi nõ probetur veritas cau
ſæ appellationis, ex quo † appellatio eſt ueriſimilis, & proba
bilis. & dicit, quod non debent admitti exceptiones ſuper de
fectu proprietatis antequam fiat reſtitutio, ut hic notabili-
ter probatur. & ſubdit, ꝙ nõ tenetur probare cauſam appel
lationis eſſe ueram, nam iſte Abbas hic, non probauit ſe eſ-
ſe patronum ad c. cum inter canonicos. ſ. de elect. & ad ſimi
lia reſpondet, ꝙ ibi non cõſtabat, ꝙ cauſa allegata eſſet uera,
hic autẽ conſtabat, ꝙ cauſa allegata erat uera, quia iſte Ab-
bas erat in poſſeſſione. & concludit do. Abb. ꝙ tenetur pro
bare cauſam appellationis probabilem, ſed non tenetur pro
bare eſſe ueriſimilem. vnde fuit ſufficiens illi Abbati proba-
re, quod eſſet in poſſeſſione, dato quod non probauit ſe pa-
tronum, & ex hoc ſum expeditus de primo caſu.

Venio ad ſecundum, ſ. quando appellatio extra iudicium
fuit interpoſita ex cauſa ueriſimili tantum, quę a iure proba
tur. dicit do. Abb. ꝙ talis appellatio non habet impedire poſ
ſeſſionem alterius. vnde ſi iſte Archidia. fuiſſet in poſſeſſione
non ualuiſſet appellatio Abbatis ingredientis poſſeſſionem
de facto dicendo ꝙ eſſet patronus, ar. l. ſi fundus C. de euict.
ego tamen credo, ꝙ ſi antequã Archid. appræhendiſſet poſ-
ſeſſionem appellaſſet ne ingrederetur poſſeſſionem, allegãs
ad ſe ſpectare cuſtodiam dictæ eccleſiæ cum eſſet patronus,
ꝙ tunc deberet iſtud attẽtatum reuocari, ex quo appellatio
Abbatis fuit interpoſita ex cauſa ueriſimili, & ad hoc facit,
quod no. Inn. Io. de Imo & do. Abb. in d. c. cum inter canoni
cos de elect. ubi concludunt, ꝙ ſi unus canonicus excipit, &
appellat, ꝙ non fiat electio in certo loco, ſeu in certo die,
quia timetur de impreſſione, vel metu, ſi capitulum non ob-
ſtante appellatione fecit electionem in dicto loco, & in illa
die, licet nulla impreſſio, & nullus metus interuenerit, tamẽ
talis electio ueniat retractanda, dummodo probetur, ꝙ ueriſi
militer timebatur de impreſſione, uel metu ſufficienti, cum ꝙ
cauſa ſit legitima, & ueriſimilis tempore appellationis, licet
aliter nõ probetur totalis ueritas ipſius cauſæ. Et ex hoc ſum
expeditus de ſecundo caſu.

In tertio autem caſu, ſ. quando eſt appellatum extra iudi-
38 cium ex probabili cauſa tantum: exemplum, appello † ne qs
me moleſtet in poſſeſſione in qua ſum, & hoc caſu dicit do.
Abb. ꝙ ſi ius cõe facit contra appellantem, & fundat inten
tionem innouantis, ſeu attentantis, & hoc caſu non eſt fa-
cienda reuocatio attentati, niſi prius iuſtificetur poſſeſſio ex
ti. & hoc etiam tenet Inn. & Bu. & Io. de Imo. & pro hoc facit, q
qñ agitur interdicto vnde vi, non fit reſtitutio, qñ ius cõmu-
ne facit ↄtra petentem reſtitutionem, & fundat intentionẽ
aduerſarij, vt in c. ad decimas. de reſti. ſpo. in vj. dicit tñ hic Io.
And. ꝙ licet ad petitionem appellantis non ſit facienda re-
uocatio attentati, tamen iudex ex officio ſuo bene põt reuo
care attentatum, cum ſit ſibi facta iniuria per ipſum attentã
tem, & idem dicunt Do. de Rota deci. 14. ſi autem ius com-
mune facit contra appellantem, non tñ fundat intentionẽ
aduerſarij dicit Bu. quod eodem modo debet repelli appel-
lans ne aperiatur uia peccatis. ſed Lap. Abbas in d. c. ad deci-
mas tenet, ꝙ debeat fieri reuocatio attentati, quia in hac uia
attentati, non debet conſiderari, an ius cõe ſit contra appel-
lantem, quia reuocatio debet fieri ex puro iudicis officio,
quaſi ſecus ſi ad petitionem partis appellantis. D. Abb. hic
ſequitur dictum Lappi. nam ex quo non ſolum eſt lęſa pars,
ſed etiam reuerentia iudicis, ad quem fuit appellatum, debet
ante omnia fieri reſtitutio, ex quo notorie non conſtat de
defectu iuris appellantis, nam poſſibile eſt, quod habeat ali
quam cauſam poſſidendi contra ius commune. ad hoc, de
præben. licet epiſcopus, in ſexto de quo etiam per do. Abb.
in c. in literis. ſupra de reſtitu. ſpol. & dic, quod etiam, quando
agitur interdicto unde ui, ſi ius commune facit contra petẽ-
tem reſtitutionem, non tamen fundat intentionem aduerſa
rij, poteſt ſpoliatus, non obſtante, quod ius commune ſit ↄ
cum, petere reſtitutionẽ. & hoc tenet glo. in d. c. ad decimas.
in uerbo, clericum, & ibi omnino uide Do. Dom. ſuper illa
gl. & do. Abb. in c. in literis, ſ. de reſti. ſpol.
39 Extra glo. quæro, an † ſit differentia inter appellationem
iudicialem, & extraiudicialem, & do. Abb. hic recitat 14. dif
40 ferentias. Præmitte tamen, ꝙ appellatio † extraiudicialis dr̃
dupliciter. Primo, quando non appellatur a iudice, ſed à par-
te aliquid attentate extra iudicium, & de hac loquitur iſte tex.
& ſ. eo. cum ſit Romana uerſ. ſi uero a grauamine. Secundo
modo dicitur appellatio extraiudicialis, qñ interponitur ap-
pellatio a iudice extraiudicialiter procedente, puta, ſi appel
latur ab epõ, uel ab executore, ne ↄferat bñficiũ. & de iſta loq
tur c. j. eo. ti. in vj. hoc præmiſſo numerandæ ſunt diſte ꝓdictę.

Primi autem differentia eſt, quia in iudicio cauſa appellandi, debet eſſe uera, nam non reuocatur grauamen illatum p iudicem a quo, niſi probetur ueritas cauſæ, propter quam interpoſita eſt appellatio, ut infra eod vt debitus. nec aliter debent reuocari attentata, ut in cap non ſolum. §. j. eodem tit. in ſexto. ſed in appellatione extraiudiciali, ſatis eſt, quod cauſa ſit uerisimilis, & probabilis, vt puta, quia uerisimiliter timuit moleſtari in poſſeſſione alicuius rei: nam licet adhuc nõ ſit grauatus, poteſt extra iudicium appellare, ut hic, & in clem. ſicut eodem titu. & ratio differentiæ eſt, ſecundum do. Abba quia iniuria fit iudici, ſi ab eo receditur in iudicio ſine uera cauſa, ut d. c. ut debitus. Extra iudicium uero nulli fit iniuria, cum interponatur appellatio ad defenſionem iuris proprij, ſatis eſt ergo, quod habeat cauſam uerisimilem appellandi. ſed iſta ratio do. Abb. concludit, quod etiam appellatio ab eo interponitur in iudicio pro defenſione iuris proprij. ad hoc facit l. j. ff. eodem. vnde dicas, quod ratio eſt, quia magis præſumitur pro iudice procedente iudicialiter, quam ad uerſario. vel iudice non procedente iudicialiter, quia facilius quis læditur extra iudicium, quã in iudicio: ideo iura uoluerunt, quod ualeat appellatio extraiudicialis interpoſita ex cauſa uerisimili, licet non probetur eſſe uera, ut hic.

Secunda differẽtia eſt in nomine, nam in iudicio proprie dicitur appellatio, prouocatio uero extra iudicium. ut ſupra eodem. cum ſit Romana, ver. ſi vero a grauamine Et ex hoc infert dom. Abb quod in diſpoſitionibus odioſis, ubi fit mẽ-

41 tio de appellatione, non comprehenditur † appellatio extraiudicialis. Contrarium ſentit dom Abb. in ca ſi. de ſequeſ. poſſ. & fruc. ſed hic melius dicit quam ibi, & de hoc dixi in d. c. cum ſit Romana, & in rubrica huius tituli.

42 Tertia differentia eſt, quia † oblatio probationis exceptionis obiectæ iuſtificat appellationem iudicialem, etiam ſi nõ probetur ueritas exceptionis, vt eſt tex. nota in cap. interpoſita ſ. eod non autem iuſtificat appellationem extraiudicialem, quia nõ eſt ibi iudex qui recipiat probationes oblatas, & dicit, quod hoc tenet Inno. & Doct. in c. cum inter canonicos, & in c. quia propter, de elect. & in c. ad diſſoluendum. de deſpon. impub. & illud etiam tenet Spec. in tit. de appellationibus § nouiſſime, circa medium. verſi. illud quoque certum eſt idem tenent Bu. & Ioan. de Imo. in c. j. de his quæ fi. a ma parte capitu. & idem tenent Io. de Imo. & dom. Abb. ſ. eo. interpoſita. & in d. c. cum inter canonicos Et ex hoc infertur, quod ſi appellatur a capitulo, ne aliquis eligatur qui eſt criminoſus, & offeratur incontinẽti probatio, uel ſi coram epiſcopo excipiatur, quod non conferat beneficium tali, qa eſt periurus, & excipiens offerat ſe incontinenti probaturũ, quod non obſtante tali oblatione tenetur coram iudice ad quem probare ueritatem criminis, & idem dicendum eſt ſi excipiatur coram executore dato ad conferendum beneficium procedente, ut merus executor, & appelletur, quia nõ admittit rationem exceptionem, & oblationẽ probationis incontinenti factam nam non obſtante tali oblatione tenebitur probare ueritatem exceptionis coram iudice ad quẽ, quia executor non tenetur recipere probationes, quando procedit, ut merus executor, & hoc tenuit But. ſ. eo. dilecto, & Ioan. de Imo ibi in ij. col.

43 Quarta differentia eſt in traditione apoſtolorum, quia in † appellatione iudiciali omnino ſunt tradendi apoſtoli, ſed in extraiudiciali non ſemper eſt qui eos tradat, & de hoc domi. Abb. allegat glo. in c. j. eod. titu. in ſexto. & hoc tenuit gl. ibi in uerbo, extra iudicium, ſed uide glo. in c. ut ſuper. in verbo, illc, eodem titu. & ſi. & in effectu dic, quod ſi appellatur extra iudicium a iudice petendi & tradendi ſunt apoſtoli quemadmodum in appellatione iudiciali, ſed ſi appellatur ab aduerſario, tunc apoſtoli non ſunt tradendi, quia non eſt qui det apoſtolos, ex quo appellatio non eſt interpoſita a iudice, & hoc eſt, quod voluit glo. in d. c. ut ſuper, & tenet Bal. ſupra eo. cum ſit Romana. vbi dixi.

44 Quinta differentia eſt in qualitate ipſorum † apoſtolorũ tradendorum. nam in iudicio dicuntur apoſtoli dimiſſorij, vel refutatorij, vel reuerentiales, nam dimiſſorij dicuntur, quia cum illis iudex a quo, remittit partem appellantem ad iudicem, ad quem: refutatorij vero dicuntur, quando iudex non defert appellationi. Reuerentiales uero, quando iudex defert appellationi ob reuerentiam ſuperioris. pro quo uide bo. tex. in c. j. eod tit. ibi ex ſuperioris reuerentia ſit delatum.

45 in vj ſed ſi apoſtoli † dantur extra iudicium, puta a iudice, a quo appellatur, tunc dicuntur ſimpliciter apoſtoli extraiudiciales, vel conuentionales. uel teſtimoniales, ſed de hoc dic, vt in dicto c primo, & in dicto c ut ſuper, eod titu. in ſexto.

Sexta differẽtia eſt, quia extra iudicium admittitur appellatio incerta, & generalis reſpectu perſonarum, ſeu grauaminis, vt hic, ſed in iudicio appellatio debet eſſe certa, & ſpecialis, vt in c. vt debitus. ſ. eo. & in clem. appellanti. eodem ti.

Septima differentia, ſecundũ aliquos eſt, quia iter arreptũ ad ſuperiorem habetur pro appellatione extra iudicium, nõ ſic in iudicio, de quo plene dicetur in c. proximo.

Octaua differentia eſt, quia excommunicatus poteſt interponere appellationem, ſi grauatur in iudicio, ſed non ſi grauatur extra iudicium, quia hoc eſſet impugnare aduerſarium, quod non licet excommunicato, ut in c. cum inter de excep. Ho autem hoc impugnat, quia quandoque appellatio extraiudicialis interponitur ad defenſionẽ, ſ. ne quis moleſtetur in poſſeſſione ſua, vt hic patet, & Inno. fuit ſibi contrarius, quia in c. dilectis, ſ. de maio. & obed. tenuit, quod excommunicatus poſſit interponere appellationem extraiudicialem, & eam proſequi, ſed in d. c. cum inter tenuit contrarium ſed Io. And. & Archi. in c. pia de excep. in vi. concordat

46 opi dicentes, quod aut † appellatio eſt mere extraiudicialis, & tunc obſtat exceptio excommunicationis, quia talis appellatio eſt prouocatio ad cauſam. vnde dicitur ipſe agere, & prouocare ad iudicium, & hoc modo procedit dictum Inno. in d. c. cum inter. Aut appellatio non eſt mere extraiudicialis, puta appellatur ab executore nolente prouidere de beneficio, & tunc excommunicatus poterit appellare, & proſequi ſuam appellationem in iudicio, & hoc modo procedit illud quod dicit Inno in ca dilecti. vnde aduerte, quia ſi executor aſſumit partes iudicis, tunc appellatur ab eo, tanquam a iudice, & ſic appellatio eſt iudicialis, vt dicit Inn. In ca. ad diſſoluendum. de deſpon. impub. & hoc caſu procul dubio excõmunicatus poteſt appellare, & appellationem proſequi. ſed ſi non aſſumit partes iudicis, tũc appellatio eſt extraiudicialis, tamen non mere, ex quo collatio fit ab eo, qui habet iuriſdictionem. Vnde excommunicatus poterit appellare, & appellationem proſequi. & iſtud etiam tenet Dom. Dom in d. c pia de excep in vi. & in c. concertationi. eo. lib. de app. & idem tenent dom. Abb. & Ioan. de Imo. in d. c. cum inter de excep. vbi dixi, licet dom Abb & dom. Card in d. c. dilectis contrarium dixerint, ſ. quod appellans ab executore, vel ab alio iudice extraiudicialiter procedente non audiatur, ſi ſit excõmunicatus, quia executor non poteſt inferre tunc præiudicium iuris, ſed ſolum grauamen facti. pro quo excommunicatus non auditur, vt patet in ſpoliato, qui non poteſt petere reſtitutionem, vt dicit glo. in cap. ex intimatione, in glo. penultima, ſupra de procur. Sed reſponde, quod ex quo grauamen infertur intuitu iuriſdictionis, ſatis dicitur prouocatus ad iudicium, ideo non obſtat exceptio excommunicationis, & de hoc plenius dixi in dicto ca. cum inter.

Nona differentia eſt, quia extra iudicium poteſt appellari a futuro grauamine, vt in clemen. ſicut, eo. ti. ſed in iudicio non poteſt appellari a futuro grauamine, ut infra eod. ut debitus, & in c. cum ceſſante.

Decima differentia eſt, quia in appellatione iudiciali terminus anni incipit currere a die interpoſitionis ipſius. ſed in extraiudiciali incipit currere a die illati grauaminis, ut eſt tex. in dicta cle. ſicut.

Vndecima differentia eſt reſpectu ſuſpẽſionis, quia appellatio iudicialis ſuſpendit iuriſdictionem iudicis in totum, quo ad illam cauſam, ut plene dixi in cap ſuper eo. el primo,

47 ſupra eodem. ſed † appellatio extra iudicium, non ſuſpendit actum de pterito, nec etiam actum futurum conſequutiuũ ad actum de pterito, vt eſt text. nota. in capit. conſtitutus, ſupra eodem. vnde ſi appellatur a collatione beneficij, uel cõfirmatione electionis, iam facta, ſicut ipſa confirmatio, vel collatio, non ſuſpenditur per appellationem ſubſequẽtem, ita non ſuſpẽditur actus inueſtituræ, & traditio poſſeſſionis, ex quo ſunt conſecutiua ad ipſum actum collationis, uel cõfirmationis de pterito unde appellatio tales actus non ſuſpendit, ut eſt tex. notabilis in d. c. conſtitutus. ratio eſt, quia extraiudicialis appellatio ſolum ſuſpẽdit illud, quod fit poſtea contra ipſam appellationem, ut eſt tex. in cap. cum nobis olim. ſupra de electio vnde ſicut non ſuſpendit præcedẽtia appellationem, ita etiam non ſuſpendit futura conſecutiua ad actum præcedentem appellationis, ut d. c. cõſtitutus, & hoc ſequitur ibi Io. de Imo in 8. colu. & dom. Abb hic in illa ij. differentia.

Duodecima differentia eſt reſpectu appellationis attentatorum, quia in appellatione iudiciali reuocantur omnia attentata, ut in c. non ſolum. §. j. eo. ti. in vj. ſed extra iudicium non reuocantur, niſi ea quæ ſunt geſta contra appellationem, ut in d. c. cum nobis olim. de elect.

Decimatertia differentia eſt, ſecundum quoſdam reſpectu temporis præfixi, quia infra decem dies appellandum

48 eſt in iudicio, ſed extra iudicium † poteſt appellari etiã poſt decem dies. ſed illam rationem differentiæ reprobat dom. Abb per c. concertationi, eo. ti. in ſexto. vbi patet, quod poſt

decem

decem dies non admittitur per viam appellationis, ſed be-
ne per viam querelæ, quia extraiudicialia non tranſeunt in
rem iudicatam.

Decimaquarta differentia eſt, quia attentata in iudicio
poſt appellationem reuocantur per viam nullitatis, ſed at-
tentata poſt appellationem extraiudicialem pendent ex fu-
turo euentu, & circa iſtam differentiam me nõ extendo, ſed
dicam in cap ſeq.

Sed adde alias differentias vltra prædictas numeratas per
dom Abb.

Prima eſt, quia in iudicio poteſt appellari ad proximum
ſuperiorem, ſed extra iudicium non poteſt appellari niſi ad
illum qui poteſt adiri per viam querelæ. & iſta eſt ſingularis
differentia inter appellationem iudicialem, & extraiudicia-
lem, quam firmat dom. Abb. in ca ſequen. ut ti. & infra eod.
dilectis in quinto notab. & iſtam differentiam tene perpe-
tuo menti.

Secunda differentia eſt, quia attentata poſt appellationẽ
iudicialem non veniunt reuocanda, niſi ſit appellatio inti-
mata iudici, vel parti, vt dixi ſupra eod ſuggeſtum. ſed atten-
tata poſt appellationem extraiudicialem ſunt reuocanda,
49 etiam ſi appellatio † non ſit intimata iudici, vel parti & hoc
tenuit Innoc infra eod. dilectis ſuper verbo, innotuerat, vbi
ad illum tex. ſupplet maxime, & dicit, quod appellans in ab-
ſentia partis, ſeu iudicis procedentis vt pars, ita eximitur, &
defenditur per appellationem ante factam intimationem,
ſicut poſt, & ſicut ſi appellaſſet in eorum præſentia, per no.
in cap. paſtoralis. §. j infra eod ſed Dom de Ro. deciſ. ſua 309.
quæ incipit, Item quod attentata, tenent contrarium dicen-
tes, quod attentata a iudice, vel a parte poſt, & contra ap-
pellationem extraiudicialem ante intimationem eis factã,
nunquam veniunt reuocanda per modum attẽtati, & hoc
propter iuſtam cauſam ignorantiæ appellationis, quia de
nulla temeritate poteſt redargui iudex, vel pars ante intima-
tionem appellationis factam, argu clem. 2. vt li pend. Non
obſtat dictum Innoc de quo ſupra, quia debet intelligi quo
ad deuolutionem negocii, non tamen ſequitur, quod pro-
pter hoc attentata debeant reuocari, ſi pars ignorauit ap-
pellationem, & hoc etiam fuit de mente Speculat. eod titu.
§. qualiter. verſic cautus facit quod no. Ioan. And. ſupra eod.
ſi duobus dum dicit, quod videntur parum iuuare appella-
tiones, quas aliqui occulte faciunt, quando ignorantur.

Primum tamen dictum ſcilicet quod appellatio extraiu-
dicialis non ſit intimanda, videtur tenere Ioann. de Imo. in
cap. fin. infra eod. & in fi. 3. colum. & dom. Cardin in clem. j.
eod tit. in vj. in 31 quæſt. Sed concorda opin. & dic, quod aut
50 † appellatio interponitur generaliter, & non contra certam
perſonam, & tunc attentata veniunt reuocãda abſque alia
intimatione. & de hoc tex. eſt hic clariſſimus, & tenet hic
Bal circa prin. Aut appellatio interponitur contra certam
perſonam, & tunc debet fieri intimatio ad hoc, vt reuocen-
tur attentata, & hoc ſentit domi Abbas, ſupra eodem, ſug-
geſtum. & hoc modo debent intelligi Domi. de Rota, deci-
ſio prealleg.

Tertia differentia eſt, quia in appellatione iudiciali exqui-
ritur, quod exprimatur cauſa nominatim, & in ſpecie, infra
eod. vt debitus. & in clem. appellanti. eod. tit. ſecus in appella
51 tione † extraiudiciali, vt hic de quo per glo. in cap. j. in ver-
bo, interlocutoria, eod. tit. ſed de hoc plene dixi in cap. cum
ſit Romana, ſuper gloſ. in verbo, paſſim, ſupra eod. Vnde dic
vt ibi dixi. Et vide etiam quæ dixi ſuper glo. in verbo, nec ſo-
lent. vbi dixi, an pars ſit citanda poſt appellationem extra-
iudicialem. & iſtæ differentiæ ſufficiant.

52 Conueniunt † autem appellatio iudicialis, & extraiudicia-
53 lis in aliquibus, quia vtraque debet fieri † in ſcriptis, vt in
cap j eod tit. in vj. dic tamen, quod ſufficit qualibet ſcriptu-
ra, licet non ſit publica. & aliter non legatur, vt in c. appella-
tio, eod tit. in vj. & ibi hoc tenet Io. And.

Secundo conueniunt quo ad tempus interponendæ ap-
pellationis, quia tam a grauamine iudiciali, quam extraiu-
54 diciali † dantur decem dies ad appellandum, vt in cap. con-
certationi eod. tit. in vj.

Tertio conueniunt, quia ſicut appellatio iudicialis deſeri-
tur per lapſum anni, vel biennii, ita etiam deſeritur appella-
tio extraiudicialis, vt in clem. ſicut eod. tit.

55 Quarto conueniunt, quia quemadmodum † innouata
poſt appellationem iudicialem reuocantur in viam atten-
tati, ita etiam innouata poſt appellationem extraiudicia-
lem, vt hic.

Quinto conueniunt quo ad effectum ſuſpenſiuum, quia
ſicut per appellationem iudicialem ſuſpenditur iuriſdictio
iudicis a quo, vt in cap. ſi a iudice. eod. tit. in vj. ita etiam per
appellationem extraiudicialem quo ad ea, quæ fiunt poſt,
& contra appellationem, vt in capitulo, cum nobis olim,
de electio.

Sexto conueniunt quo ad effectum deuolutiuum, quia ſi-
cut appellatio iudicialis deuoluit negocium, pro quo eſt ap
56 pellatum ad iudicem ad quem, ita etiam † appellatio extra-
iudicialis, ſi eſt interpoſita ex cauſa rationabili. & hoc te-
net Innoc in cap conſtitutis, ſupra eod & in cap cum nobis
olim. de electio. & hoc etiam ſequitur Ioan. de Imo. in dicto
cap. conſtitutis in vj colum. & idem videtur velle glo. in cap.
concertationi in verbo grauamine. in fi eod. tit. in vj & idem
ſequitur Archid. ibi, dicens, quod etiam non valent litteræ
impetratæ ab altera parte non facta mentione de appella-
tione extraiudiciali, ſicut non valent literæ impetratæ non
facta mentione de appellatione iudiciali, vt in cap. ex parte.
ſupra de reſcrip. & in cap. bonæ. infra de confir vti. vel inuti.
& hoc etiam ſequitur Ioan Andr. & Dom Dom in dicto ca-
pit. concertationi & ſequitur etiam Ioan de Imo. in cap. di-
lecti in vlt. colum ſupra de maior. & obed licet Innoc aliter
notauerit in cap ex literis ſupra de offi deleg. poſſent etiam
inueniri alij caſus in quibus appellatio iudicialis, & extraiu-
dicialis differunt, vel conueniunt, ſed iſtæ ſufficiunt. Et de
iſta materia etiam habes in dicto cap. dilecti ſupra de maio.
& obedien & Doct. tractant in materia appellationis extra-
57 iudicialis. Sed quæro an etiam de iure ciuili poſſit † appel-
lari ab actu extraiudiciali. Sed dicendum eſt, quod ſic, vt in l. j.
§. ſi tutor & § ſolet. & quod ibi not Bart. ff quando appella.
ſit. & latius per Bart in l ſi ff de appell recip. vbi Barto. dicit,
quod in omni caſu, in quo poteſt adiri iudex, & implorari
eius officium, poteſt appellari pro illis grauaminibus, & ve-
niunt attentata reuocanda, argum. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi
prætori. ff. de oper. noui nunciat dummodo appellatio fiat
expreſſa iuſta cauſa, & Barto adducit plura exempla: puta ſi
timeo, ne res mea indebite occupetur. l. 3. C. qui. bon cedere
poſſ. Aut ſi maior pars creditorum velit præiudicare mino-
ri, ſecundum not. in l. maiorem. ff. de pact. poterit enim mi-
nor pars appellare ex iuſta cauſa, & attentata veniunt reuo-
canda. vel pone. quod conſanguinei, & tutores diſcordant
in maritanda puella: nam poterit appellari ex iuſta cauſa, vt
in l. 1. C. de nup. vel pone, quod creditor vult vendere pignus
pro parua quantitate, vel debitore parato ſoluere, & volen-
te recipere pignus, creditor non vult recipere pecuniam, ſed
vult vendere pignus, nam debitor poteſt appellare, & ven-
ditio attentata irritabitur. l. ſi reſiduum. & l. quamdiu C. de
diſtract. pignor. Et hęc exempla ponit Bart in dicta l ſi in fi.
ff. de appell. recip.

Tertio concludo, quod extra iudicium poteſt appellari,
& de iure ciuili expreſſa iuſta cauſa hanc concluſionem te-
net etiam Bal. in l hi qui ad ciuilia. C eod.

58 Et ex prædictis infertur, nunquid ſi quis appellat, ne † ali-
quis emat talem domum, vel aliam rem, quia eſt ipſius ap-
pellantis, an ſi poſtea fiat venditio, veniat reuocanda in
viam attentati. hanc quæſtionem ponit Innoc & Bar. & Io.
de Imo. in dicto cap dilecti de maior. & obedien vbi diſtin-
guunt, quod aut appellans erat in poſſeſſione, & tunc obti-
nebit reuocationem omnium attentatorum, & reponetur
in priſtinum ſtatum, vt hic in tex. Et operabitur talis appel-
latio duos effectus.

Primus eſt, quia procedetur ſummarie abſque libello ex
officio iudicis ad reuocationem alienationis attentatæ.

Secundo operabitur, quia conſtituitur propter appella-
tionem nouus poſſeſſor, ad quem res peruenit in mala fi-
59 de, & ſic tenebitur ad reſtitutionem fructuum, quia † titu-
lus quæſitus poſt appellationem extraiudicialem non excu-
ſat, nec a mala fide, nec a fructibus reſtituendis, vt in l ſi fun-
dum. C. de rei vendic. Aut vendens eſt poſſeſſor, & tertius
appellat, & tunc dicunt, quod talis appellatio non impedit
alienationem, quia non debet poſſeſſor dimittere, quo mi-
nus vtatur ſuo iure propter alterius appellationem, argum.
l. illud. ff. de petit. hæred & in l. ſi maior. C. de reſcind. vendit.
Sed contra hoc multum facit l. ſi fundum. C. de rei vendic.
vbi paret, quod ſi tertius proteſtatur quod emptor nõ emat
60 talem rem a tali, quod talis † proteſtatio conſtituit eum in
mala fide, ita quod tenet fructus perceptos reſtituere. Nec
obſtat l. ſi maior. C. de reſcin. vendit. quia ibi ille tertius non
habebat ius proteſtandi, quia proteſtatus fuit, ne res emere-
tur, cum eſſet ſocer vendentis & ita reſpondet Bal in dicta l.
ſi fundum. & iſtud idem ſentit Bart. in l. alienam. ff pro em-
61 ptore vbi dicit, quod † denunciatio facta ante apprehẽſam
poſſeſſionem, conſtituit in mala fide, & mouetur per dictã
l. ſi fundũ. & de hoc etiam habetur in Spec. de empt & vend.
§. nunc videndum ro tat. de reſcindendis venditionibus. ver-
ſic. ſed nunquid. idem erit, ſi denunciaui, cum verſiculis ſeq.
vſque ad finem §. vnde in hoc caſu ego, dicerem, quod aut

tertius

tertius ſimpliciter allegat rem eſſe ſuam, nō tamen allegat aliquam iuſtam cauſam, propter quam res appareat ſua. & hoc caſu tenet venditio, ſeu alienatio, nec ex hoc conſtituitur ille qui emit in mala fide. & hoc ſentit Specul. vbi ſupra. & hoc caſu procedit opin. Bur. & Ioan. de Imo. in dicto cap. dilecti aut allegat aliquam iuſtam cauſam: puta quia dicit, quod eſt paratus oſtendere per inſtrumenta, vel per teſtes, quod res eſt ſua. & hæc appellatio conſtituet talem emptorem in mala fide, & tenebitur ad reſtituendos fructus, vt dictat l. ſi fundum & reuocabitur talis alienatio in vim attentati eo poſtea probante rem eſſe ſuam. & in hoc differt iſte caſus a præcedenti, quia in caſu præcedenti non tenetur probare appellans rem eſſe ſuam ſed ſolum quod erat in poſſeſſione. In hoc autem caſu tenebitur probare rem eſſe ſuam, ex quo tempore appellationis non poſſidebat. & hoc modo poteſt procedere illud, quod dicit Butr. & Ioan de Imo. Quando autem proteſtatio, ſeu denunciatio conſtituat in mala fide, dixi in cap. ſi diligenti & in capit. fina. de præſcriptionibus.

Nunquid autem attentata poſt appellationem extraiudicialem mero iure valeant, & an deſerta appellatione, vel ei renunciato poſſint reuocari, dicam in c. ſeq. & iſta ſufficiant. Sequitur cap. dilecti filij prior.

SVMMARIVM.

1 *Iter arripiens ad Papam contra ſuperiorem ſuum habetur pro appellante.*
2 *Plus eſt facere, quam dicere.*
3 *Iudex cancellans appellationem, cenſetur pronunciaſſe contra appellationem.*
4 *Teſtamentum an cenſeatur reuocatum ex contraria voluntate teſtatoris.*
5 *Verba nunquam redeas domum, donec aliquid ſenſero ſuper iſto negocio, an importent famulo mandatam vindictam de iniuria accepta.*
6 *Locutio ſecrete ad aurem facta, ſi ille poſtea breui deliquerit, an inferat ex eo mandatum delicti.*
7 *Capitulum agens pro iuribus capituli contra Prælatum, poteſt ſibi actorem conſtituere.*
8 *Eccleſia cathedralis poteſt eſſe regularis, vel monaſterium, & epiſcopus ſecularis.*
9 *Excommunicatio lata poſt appellationem extraiudicialem eſt nulla ipſo iure.*
10 *Acta geſta poſt appellationem extraiudicialem, & ſic attentata an ſint nulla, ſeu annullata potius ſint.*
11 *Sententia lata poſt appellationem etiam extraiudicialem legitimam non valet.*
12 *Attentata facta poſt inhibitionem iudicis ad quem ſunt nulla.*
13 *Attentata poſt & contra appellationem extraiudicialem, an deſerta, vel renunciata appellatione annullentur.*
14 *Facta quando non ſufficiant, & opus ſit verbis.*
15 *Itineris arreptio ad ſuperiorem vim habet appellationis, ſi ſeruanda ſeruata fuerint.*
16 *Excommunicatio lata contra itinerantes eſt nulla.*
17 *Subditus contendens cum epiſcopo, an itinerari cenſeatur, ſi vadit ad Patriarcham, vel Archiepiſcopum exiſtentem in eadem ciuitate.*
18 *Iter arripere an cenſeatur, qui ab epiſcopo incarceratur ante itineris arreptionem.*

CAP. LII.

1 Dilecti. Si contra ſuperiorem ſuum quis † itinerat ad Papam, habet pro appellante item quod excommunicatio poſtea in eum lata non tenet. hoc dicit. In prima ponit querelam in ſecunda dat iudicem. ſecunda ibi, cum autem.

2 Nota primo ex tex. quod plus † eſt aliquid facere facto, quam verbo, & quotidie ad hoc allegatur iſta dec. vnde dicit Bal quod vbi facta loquuntur, non opus eſt verbis. & quod apparet expreſſe, non eſt loqui neceſſe. facit l. ad noſtram. C. de teſtam. milit. vbi patet, quod per cancellationem teſta-
3 menti tollitur teſtamentum. Similiter, ſi iudex † ad quem cancellat appellationem, videtur pronunciaſſe contra appellantem. tex. eſt notab. in l. ſi præſes, quaſi deſertam. C. quomo. & quando iudex. vide etiam Bald. in d. l. ad noſtram. vbi mouet quæſt. de eo, qui inſtituit tyrannum hæredem, & poſtea interrogatus, quare non mutauit teſtamentum, ſtitiſſe ſpatulas, libenter facere ſi poſſem, an per hoc videatur reuocaſ-
4 ſe † teſtamentum. vide Bald. ibi. vide etiam Bart in l. ſi quis mihi bona. § ſed ſi mandatu. ff. de acquir. hæred. vbi Bar. mouet quæſtionem de illo qui dixit famulo ſuo, qui receperat
5 tantum quandam iniuriam, † numquam redeas domum, ſi ego non ſentio aliquid de iſto negocio: ille famulus iuit, & interfecit iniuriantem, quæritur an videatur mandaſſe. & Bart. dicit quod ſic, per illum tex. & dicit ita fuiſſe obſeruatum Florentiæ, quia amputatum fuit caput domino, qui talia verba dixerat famulo ſuo. vide etiam Barto. in l. ſi ventri. § eorum. ff. de priuileg. credit. vbi loquitur de eo, qui loqu-
6 tus fuit vni † ad aurem, & ille poſtea infra modicum ſpatiū vnum interfecit, an cenſeatur ex hoc, quod locutus fuit ei ad aurem, dediſſe mandatum. de hoc vide Bart. ibi.

7 Secundo no. ibi, ſecundum dnm. Abb. quod † capitulum agens contra prælatum ſuper iuribus capituli, non tenetur petere actorem, ſeu ſindicum a iudice coram quo cauſa agitur, ſed poteſt per ſe actorem, ſeu ſindicum conſtituere, & cum prælato litigare: nam ibi priores, & monachi conſtituerunt nuncios H. & I. de quibus fit mentio in tex. & tamē litigabant cum Archiepiſcopo ſuo, qui erat eis loco epiſcopi. nam prior, & monachi conſtituebant capitulum eccleſiæ Cathedralis Cantuariē. & ſic Archiepiſcopus erat ibi lo-
8 co epiſcopi, & Abbatis: nam eccleſia † Cathedralis poteſt eſſe regularis, ſeu monaſterium, & epiſcopus eſſe ſæcularis, vt in cap. cauſam, quæ vertitur, ſupra de iudic. & ibi plene per domi. Abb. & hoc facit contra glo. ſupra eod. ſignificauit & in ca. edoceri. ſupra de reſcrip. quæ dicit, quod quando capitulum litigabat cum epiſcopo, debet cōſtitui actor ad litem auctoritate iudicis inſtar minoris litigantis contra ſuum litigatorem. & hoc eſt idem vt hic probatur, & dixi in d. c. ſignificauit.

Vltimo nota in fine ibi, denuncietis excommunicationis
9 vinculo non teneri, quod excommunicatio † lata poſt appellationem extraiudicialem, eſt nulla ipſo iure.

Ex quo nota, quod ſicut excommunicatio lata poſt appellationem iudicialem eſt nulla, vt in cap. per tuas, de ſent. excomm. ita etiam poſt appellationem extraiudicialem, vt hic. & de hoc etiam vide bo. tex. in cap. venerabilibus. in fi. de ſent. excomm. in vj.

10 Et ex hoc infert dom. Abb. quod actus † geſtus poſt appellationem extraiudicialem eſt nullus & idem tenet in c. conſuluit, ſupra eod. & idem tenuit Hoſtien. in cap. cum nobis olim. ſupra de elect. Sed Innoc. & Doct. communiter ibi tenent, quod attentata poſt appellationem extraiudicialem non ſint nulla ipſo iure, ſed ſint reuocanda, & hoc videtur probari in dicto cap. cum nobis olim vbi tex. dicit, quod attentata poſt, & contra appellationem extraiudicialem ſunt irritanda, & idem probatur in cap. conſiderauimus eod. tit. vbi electio non eſt nulla, ſi venit caſſanda. Non obſtat cap. auditis eo. tit. quia in causa ſola erat ſufficiens inducere nullitatem abſque appellatione: puta ſi appellatur ne excommunicatus, vel ſuſpenſus eligatur. glo. tamen in cap. non ſolum, in glo. magna. eod. titu. in vj. poſuit aliam opin. dicens, quod innouata poſt, & contra appellationem extraiudicialem non ſunt a principio nulla. ſed pendent ex futuro euentu, quia ſi declarabitur appellationem fore legitimam, reuocabuntur, alias non, & hanc opin. ſequuntur Dom. de Rota, deciſio. 334. quæ incipit, Item licet. vbi concludunt, quod ſi in cauſa beneficiali appellatur extra iudicium: puta ſi contra impetrantem Apoſtolicum appelletur a gratia, & a proceſſibus ſuis & intimatur ſibi appellatio, & deinde appellatus poſt, & contra appellationem aliqua attentat, nō ſunt ante omnia reuocanda per modum attentati, niſi probetur de veritate appellationis, & hoc per regulam d. cap. non ſolum hoc tamen limitant ibi procedere. præterquam in cauſis electionum Cathedralium, & regularium eccleſiarum, quia in talibus quicquid fit poſt, & contra appellationem legitimam, eſt nullum ipſo iure, vt in cap. ſi poſtquam. de electio in vj. & ibi hoc tenet Archid. & Io. And. & Dom. de Ro. deciſ. 224. quæ incipit, Item ſi Rector. & ſic intelligitur glo. in dicto cap. non ſolum. & Domi. de Ro. vbi ſupra. quod attentata poſt, & contra appellationem extraiudicialem veniunt reuocanda iuſtificata appellatione non in vim nullitatis, ſed in vim reuocationis, & caſſationis, concordabunt cum communi opinione. vnde cōcludo faciendo regulam, quod attentata poſt, & contra appellationem extraiudicialem non ſunt nulla, ſed ſunt annullanda, & caſſanda iuſtificata appellatione, vt dicto cap. cum nobis olim. & in capit. conſiderauimus. ſupra de elect. Sed hoc recipit plures limitationes.

Prima eſt, quando appellatur in cauſis electionum Cathedralium, vel regularium eccleſiarum, quia in talibus quicquid fit poſt, & cōtra appellationem legitimam, eſt nullum ipſo iure, vt dicto cap. ſi poſtquam. de elect. in vj. cum ibi nota. per Archid. & Ioan. And.

Secunda limitatio eſt, quando appellatur ex cauſa, quæ ex ſe abſq; appellatione redderet actum nullum: puta ſi appellatur,

pellatur, ne fiat collatio beneficij excommunicato, vel irre
gulari. vel ne fiat electio a minori parte capituli, vel ne fiat
venditio rei eccleſiæ, vel minoris abſque ſolemnitate. his e-
nim caſibus, & ſimilibus attentata pendente appellatione
extraiudiciali ſunt nulla ipſo iure, quia etiam non interpo-
ſita aliqua appellatione ipſo iure eſſent nulla, & hoc modo
procedit dictum capitulum, auditis, ſupra de electio. & hoc
tenet hic But.

Tertia limitatio eſt in ſententiis cenſuræ, quæ lata poſt ap
pellationem legitimam ipſo iure eſt nulla, vt hic, & infra eo.
dilectus ſecundum vnum intellectum, & in c. venerabilibus.
infr. de ſent. excomm. in vj.

11 Ex quo nota, quod † ſententia lata poſt appellationem le
gitimam etiam extraiudicialem ipſo iure non valet, etiam ſi
non probetur veritas cauſæ appellationis. & hoc tenet Io. de
Imo. in d. c. dilectis. in 5 col.

Et ex hoc infertur, quod non tenetur appellans probare
veritatem cauſæ appellationis, ſed ſolum ſe eſſe excommuni
catum poſt appellationem legitimam. hoc enim probato
probabitur nullitas excommunicationis, quod tamen non
firmo, ſed dicam in dicto cap. dilectis, ſeu in cap. paſtoralis.
§. j. infra eod.

Quarta limitatio eſt, quando fit attentatio poſt inhibitio
12 nem iudicis ad quem: nam tunc † attentata ſunt nulla, etiã
ſi ſint attentata poſt appellationem extraiudicialem, arg. c.
non ſolum. § illa. eod tit. in vj. & ibi hoc tenet glo. & etiam ſe
quitur Ioan de Imo. in cap. præced. in penul. colum. & Dom.
de Ro. deciſ. 346. quæ incipit, ſi appelletur. & deciſ. 224. quæ
incipit. idem ſi rector. vbi dicunt, quod diſpoſitio d. § illa, ha-
bet locum etiam in appellatione extraiudiciali.

13 Et ex prædictis infertur, nunquid † attentata poſt, & con
tra appellationem extraiudicialem poſſint reuocari deſer-
ta appellatione, vel renunciato ipſi appellationi. & Butr. &
Ioan. de Imo. ſupra eod. ſæpe. tenent quod non, quia talia at
tentata non ſunt nulla, ſed annullanda, ideo deſerta appel-
latione, vel renunciato appellationi, non poteſt peti reuoca
tio per viam nullitatis, ſed bene agendo per viam iuſtitiæ, vt
in cap. concertationi. eod. tit. lib. 6. & mihi hoc placet in caſi
bus, in quibus attentata poſt, & contra appellationem me-
ro iure valent. talia enim non poſſunt reuocari in vim attẽ-
tatorum, ex quo appellatio eſt deſerta, vel ei eſt renuncia-
tum, nec in vim nullitatis, ex quo talia attentata mero iure
tenent, vt dicto cap. conſiderauimus. & dicto ca. cum nobis
olim. de elec. ſecus in attentatis poſt appellationem iudicia
lem, quia talia reuocantur per viam nullitatis iuſtificata ap
pellatione, vt dixi poſt dom Abb. ſupra eod. conſuluit. & c.
ſæpe. vnde etiam deſerta appellatione, vel renunciato appel
lationi poſſunt reuocari in vim nullitatis. Et idem eſſet di-
cendum in caſibus ſupra exceptis, in quibus attentata poſt
appellationem extraiudicialem ſunt nulla, quia tunc etiam
deſerta appellatione, vel renunciato appellationi, poteſt re
uocari in vim nullitatis. Et ex hoc habes clare expeditum
iſtum articulum.

In glo. diuide ipſam in tres partes.

In prima glo. allegat iura probantia, quod plus eſt facere
facto, quam verbo.

In ſecunda quærit, an iter arreptum ad Archiepiſcopum
habeat vim appellationis. & nũquid vim appellationis a diſ
diffinitiua ſententia; ſecunda ibi, & ita ſicut. tertia ibi, ſed
videtur.

In prima parte no. iſtam glo. & iura quæ allegat, quia quo
tidie ad iſtum tex cum glo. fit remiſſio. Intellige tamen glo.
vbi verba non ſunt de ſubſtantia; vbi autem verba eſſent de
14 ſubſtantia, non ſufficerent † facta ſine verbis, vt in l. j. in prin.
ff. de verbor. oblig.

In ſecunda parte glo. Hoſt. & Doct. hic dicunt, quod ſi adi
tur talis ſuperior, quod poteſt adiri per viam querelæ, tunc
itineris arreptio habet vim appellationis, ſecus ſi nõ poteſt
adiri per viam querelæ, vt eſt Archiepiſcopus reſpectu ſub-
ditorum ſuffraganei ſui de offic. ordin. paſtoralis. Sed domi.
Abb. hoc dictum intelligit eſſe verum in appellatione extra-
iudiciali, quia illa eſt quædam prouocatio ad cauſam, vt ſu
pra eod cum ſit Romana. merito oportet, quod ſit talis iu-
dex qui poſſit adiri per viam querelæ. In appellatione au-
tem iudiciali dicit, quod hoc dictum non procedit, quia ſi
iter arripitur a iudice procedente iudicialiter, tunc arreptio
itineris habet vim appellationis, & habebit deuoluere cau-
ſam ad ſuperiorem, ſicut appellatio vocalis. Tu autem dic,
quod Hoſtien & Docto. præciſe loquuntur de appellatione
extraiudiciali, quia de hoc etiam loquitur iſte tex. & gloſ. in
iſta ſecunda parte.

Et ex prædictis dicit do. Abb. eſſe tenendum menti, quod
extra iudicium non poteſt appellari, niſi ad illum ſuperiorẽ,
qui citra omnem appellationem poteſt adiri per viam que-
relæ, quia vt dictum eſt, appellatio extraiudicialis eſt quædã
prouocatio ad cauſam. & idem dicit dom. Abb. infra eod di
lectis. in 5. notab. & idem tenet Lap allegat. 39. poſt primam
colum. verſ. quandoque iter arripitur.

15 In tertia parte glo. do. Abb. concludit, quod arreptio † iti-
neris ad ſuperiorem habet vim appellationis, ſi ſeruantur ea
quæ debent ſeruari in appellatione, & ideo ſicut appellans
extra iudicium, & in iudicio ante ſententiam tenetur expri-
mere cauſas in ſcriptis, & petere Apoſtolos, ita etiam iſte
qui vult arripere iter, debet hæc omnia ſeruare: vt puta dic
ſuperiori, Domine epiſcope, vos grauaſtis me in tali, & in ta
li articulo, nolo litigare amplius coram vobis, & peto apo-
ſtolos: tunc enim licet non exprimat verbum, appello itine
rando ad Papã, habetur pro appellato, quia non refert quid
ex æquipollentibus fiat. ſupra de teſtib. licet ex quadam. &
idem eſſet dicendum, quando tali modo iter arriperetur ad
alium ſuperiorem. & idem dicit domi. Abb. eſſe dicendum,
quando appellatur a ſentẽtia diffinitiua, vel extra iudicium,
dummodo ſeruet ea quæ iura in talibus mandant ſeruari,
ſicut dictum eſt de ſubmiſſione protectionis, in c. ad audien-
tiam ſupra eod & hoc tene, quia Doct. hoc communiter te-
nent, licet Lap in præalleg. 39 allegatione, in præalleg. loco
dicat, quod arreptio itineris non habet vim appellationis, ſi
iter arripitur poſt citationem, ſiue iter arripitur ante ſenten
tiam, ſiue poſt. ſed ipſum intellige, quando nõ exprimuntur
ea quæ ſunt neceſſaria in appellatione. dicit tamen hic do.
Abb. quod iſtud capit. plane procedebat ſecundum antiqua
iura, ſecundum quæ non erat neceſſe exprimere cauſam ap
pellandi. ſed ſufficiebat dicere iudici, quod volebat iter arri-
pere ad ſuperiorem. & ſubdit do. Abb. quod ſi iter arripiens
talia non ſeruet, poterit defendi alio remedio, ſcilicet per
titulum de peregrinantibus. de quo dic, vt dixi in cap. memi
nimus. ſupra eod. ſed contra hunc intellectum, & contra
tex. opponitur. nam iſti nuncij non appellauerunt, ſi itineris
arreptio fuit facta per capitulum, ergo debuit tenere ſenten
tia excommunicationis contra ipſos lata, cum in eis ceſſet
ratio literæ. So. glo. metu cõtrarij, hic incidenter dixit, quod
iſti nuncij erant de monachis illius eccleſiæ, & ſic erant de
appellantibus. ſed iſta eſt diuinatio, licet illud quod dicit
gloſ. in ſe ſit verum. vnde domi. Abb. dicit, quod dato quod
non eſſent de monachis, ex quo iuerant pro appellantibus,
erant ſub protectione Papæ, vt in cap. j. infra de pereg. in. &
ad hunc effectum allegat Innoc. iſtum tex infra eod. vt debi
tus. dicens quod non ſolum venientes perſonaliter ad Papã,
ſunt ſub protectione Papæ, ſed etiam nuncij venientes pro
aliis, gaudent hac immunitate. Et ex hoc intellectu dicit
16 dom. Abb. eſſe ſingulariter notandum, quod etiam † excom
municatio eſt nulla contra itinerantes ex iuſta cauſa ad Pa-
pam, & tenendo hunc intellectum, dic, quod hic pondera-
tur appellatio monachorum ad oſtendendum, quod iuſta
cauſa iſti nuncij acceſſerunt ad Papam.

Extra glo. quæro, ſecundum Bal. quid ſi quis vadit pro ap
pellatione, & pro alia cauſa ad Papã, habeat locum iſte tex.
& Bal dicit, quod debet inſpici principalius motiuum, & ſi
ſunt æque principalia, non habetur pro appellante, quia nõ
videtur cauſa appellationis abeſſe, ex quo alias erat arrepitu-
rus iter ff. ex quib. cauſ. maior. l. non vere. debet ergo conſta-
re ſecundum eum, quod iuerit tanquam proſecuturus ap-
pellationem, alias non iturus.

Secunda eſt quæſtio, Epiſcopus, & Patriarcha ſunt Vene-
17 tiis, Epiſcopus contendit cum ſubdito, & dum † ſubditus va
dit ad Sedem Patriarchalem, Epiſcopus eum excommuni-
cat, nunquid iſte dicatur iter arripuiſſe. & videtur quod non
quia non exiuit ciuitatem, ſicut non dicitur nauigare ille,
qui non exiuit portum, arg. ff. de ædil. edic. l. quid ſi fugitiuus.
ſed Bald. determinat contrarium, quia non eſt in poteſtate
Epiſcopi, ne ſubditus eat ad Archiepiſcopum, arg. l. j. ff. de eo
per quem fact. erit.

Tertia quæſtio eſt, quid ſi epiſcopus incarceratet volẽtem
18 iter arripere, antequam † iter arripiat. dicit Bal. quod habe
tur pro appellante, quia vim patitur in itinere anchoando,
ſicut ſi pateretur in proſequendo, argumẽ. glo. ſingularis in
l. 1. C. vbi de poſſeſſ. agi oportet. facit l. quibus diebus. in prin.
ff. de condit. & demonſtr. Et hæc ſufficiant. Sequitur capit.
paſtoralis.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, Appellatione remota, inhibetur omnis appellatio, quæ inde non indulgetur, cum debeat aliquid operari.*

2 *Verba in reſcripto inſerta, debent aliquid operari.*

3 *Verba geminata habent augere.*

4 Hæres regulariter non tenetur reſtituere fructus fideicommiſſario.
5 Verbum omne in contractu appoſitum, cenſetur eſſe appoſitum cum miſterio operandi aliquid.
6 Clauſula odioſa approbata in reſcripto, ita debet intelligi, vt aliquid operetur.
7 Statuta ita debent intelligi, vt aliquid operentur vltra ius commune.
8 Statuta debent intelligi, ne indebitè vllus patiatur damnum.
9 Conſuetudo eſt reducenda ad ius commune.
10 Verba impropriari, ne ſtatutum ſit inutile.
11 Clauſula, appellatione remota, non tollit prorſus omnem appellationem.
12 Superior vtrum teneatur remouere grauamen, an vero ſit in ſua facultate tantum.
13 Neceſſitas non incumbit, quod relinquitur voluntati iudicis.
14 Diſpenſatio eſt debita, adeo quod iudex peccat, qui non vult diſpenſare cauſa iuſta exiſtente.
15 Tertius comparens pro ſuo intereſſe, poterit appellare non obſtante ſtatuto, quod ſententia mittatur executioni non obſtante appellatione.
16 Clauſula, appellatione remota, a quibus poteſt apponi in reſcripto.
17 Ciuitates quæ non recognoſcunt ſuperiorem, poſſunt ea facere, quæ principi reſeruata ſunt.
18 Legatus de latere, nunquid poſſit clauſulam, appellatione remota apponere in reſcripto.
19 Iudex inferior poteſt remouere appellationem ab interlocutoria.
20 Appellatio ab interlocutoria de iure ciuili eſt prohibita.
21 Appellatione remota per ſtatutum, an intelligatur, tam de interlocutoria, quam diffinitiua
22 Interlocutoria ſententia non eſt proprie ſententia.
23 Illatio non fit de ſeparatis de vno ad aliud.
24 Argumentum à maiori, non procedit in priuilegiis, & diſpenſationibus.
25 Extenſio debet fieri in exorbitantibus, vel pœnalibus, vbi verba poſſunt aptari ſaltem largo modo.
26 Clauſula, appellatione remota, nihil operatur, ſecundum glo.
27 Clauſula, appellatione remota, plures effectus parit, qui enumerantur duodecim numero.
28 Executio facta pendente appellatione ſtatim eſt reuocanda.
29 Attentata non reuocantur per viam attentati, ſtante clauſula appellatione remota.
30 Ordinarius procedit in cauſa hæreſis appellatione remota.
31 Clauſula, appellatione remota in reſcripto inſerta, impedit ſecundum reſcriptum, niſi fiat mentio de tali clauſula in primo inſerta.
32 Clauſula, appellatione remota, nihil operatur, quando appellatio expreſſe a iure conceditur.
33 Appellari regulariter non poteſt a ſententia ſuper poſſeſſorio de iure ciuili, ſecus de iure canonico.
34 Clauſula, appellatione remota, an aliquid operatur de iure ciuili.
35 Iudex delegatus de conſenſu partium cum clauſula, appellatione remota, an poſſit impedire grauatum appellare.
36 Verba debent intelligi ſecundum naturam actus, de quo agitur.
37 Conſenſus partium operatur vltra ius commune.
38 Appellationis prohibitio diſtinguitur, nam aut eſt prohibita de iure communi, aut de iure ſtatutario.
39 Donatio interdicta, ad omnes donationis ſpecies refertur.
40 Statutum remouens appellationem, vtrum ad ſupplicationem, & in integrum reſtitutionem extendatur.

C A P. LIII.

1 PAſtoralis. Per † clauſulam, appellatione remota, inhibetur omnis appellatio, quæ a iure non indulgetur expreſſe. hoc dicit, vſque ad §. verum.

Nota primo, quod clauſula appoſita in reſcripto, ita debet intelligi, vt aliquid operetur, ita per clauſulã, appellatione remota, remouetur omnis appellatio, quæ a iure non eſt expreſſe permiſſa, quia ſi dicta clauſula reſtringeretur ad appellationes fruſtratorias, nihil operaretur, quia appellatio fruſtratoria eſt a iure remota, dato quod clauſula dicta nõ
2 ponatur in reſcripto. Ex quo habes, quod clauſula, vel † verba inſerta in reſcripto, debent aliquid operari. Idem dicendum eſt de clauſula inſerta in priuilegiis, vt in capito in his. de priuileg. & vide bo. tex. cum glo in cap. non poteſt, iuncta glo. fin. de præben. in vj. Similiter dicit Bal. quod verba contractus debeant aliquid operari, vt ff de vſur. l. ſi ſtipulatus. Itẽ dicit, quod verba quandoque trahuntur ad impropriam ſignificationem, vt aliquid operentur, allegat caſum quem dicit ſingularem in l hæredibus § fin. ff ad Trebell. Item dicit,
3 quod verba † geminata aliquando habent augere, vt l. Baliſta ff ad Trebell. vbi patet, quod ſi teſtator grauat hæredem de reſtituendo quantamcũque pecuniam ex hæreditate ad eum peruenerit, quia vult omnem eam pecuniam ad fideicommiſſarium peruenire, propter illa verba geminata tenetur reſtituere, quicquid ex hæreditate perceperit, & etiam fructus perceptos ex hæreditate, ac ſi eſſet ſpecialiter rogatus
4 de ipſis fructibus reſtituendis, licet regulariter † hæres nõ teneatur reſtituere fructus fideicommiſſario, vt in l in fideicommiſſaria. in princ. ff. ad Trebell. & adde Bal in Rubr.
5 C. de contrahen empti vbi dicit, quod omne † verbum appoſitum in contractu, cenſetur eſſe appoſitum cum miniſterio operandi aliquid, quod tene menti.
6 Secundo nota, quod † clauſula odioſa approbata in reſcripto, debet intelligi vt aliquid operetur: nam clauſula, appellatione remota eſt in ſe odioſa, & poſſet intelligi de appellatione fruſtratoria. Sed quia ſecundum hunc intellectum hæc clauſula nihil operaretur, debet intelligi etiam de appellatione probabili. & hoc dicit dom. Abb ſemper eſſe no-
7 tandum: nam ſecundum eum facit, quod ſi † ſtatutum municipale ſtricte, & proprie intelligendo nihil operaretur, nõ debet aſſumi ille proprius intellectus, ſed debet ita intelligi, vt aliquid operetur vltra terminos iuris communis & allegat ad hoc Bart in l 4. § prætor ait ff. de dam. infec. vbi Barto. dicit, quod ſi ſtatutum dicit, quod reus poſſit citari perſonaliter, vel ad domum, habebit actor electionem, an faciat eũ citari perſonaliter, vel ad domum, nec tenebitur requirere, an poſſit perſonaliter inueniri, quia ſtatutum debet ita intelligi, vt aliquid operetur vltra ius commune. Et iſtud dictum ſequitur hic dom Abb. & in cap. cauſam ſupra de do. & contum & idem voluit Bart. in ſimili in l. ij. ff. de vſucap. vbi dicit, quod ſi cauetur ſtatuto, quod propter præſcriptionem quæratur dominium, intelligitur de directo dominio ad hoc, vt ſtatutum aliquid operetur vltra ius commune. Bal. tamen in l. terminato. in fi C. de fruct. & lit. expen dicit, quod ſi ſtatutum dicit, quod victus victori condemnetur in expenſis, tale ſtatutum debet intelligi, niſi habuerit iuſtam cauſam litigandi. Et ratio eſt, quia ſtatutum ſatis operatur in hoc, quod expenſæ poſſunt peti poſt ſententiam conditione ex ſtatuto, vt per no. per glo & Bart. in l 1 § ſi rem ff. de legat 1 & in l non ſolum. ff. de rei vendic. ſed Ang in Auth. de exhibẽ re in 2. col. per glo ibi tenet, quod ſi ſtatutum diſponit, quod victus victori cõdemnetur in expenſis, quod debet condemnari, etiam ſi habuerit iuſtam cauſam litigandi. ſed mihi magis placet opin. Bal. quod ſtatutum ſatis operatur, vt dixi. Item ſtatutum debet intelligi, vt minus lædatur ius commune, quam fieri poteſt, tex eſt notab in cap cum dilectus de conſuetu ergo debet intelligi vt condemnetur, niſi
8 habeat iuſtam cauſam litigandi. Item † ſtatutum debet intelligi, & reſtringi, vt nullus indebite damnum patiatur l a. C. de noxa l. ſi §. in computatione C. de iu delib ſed habens iuſtam cauſam litigandi, indebite damnum pateretur, ſi in expenſis condemnaretur. ergo &c. Dom tamen Abb hic allegat tex. ſingularem probantem, quod vbi diſpoſitio eſſet prorſus inutilis, intelligendo verba, prout iacent, debẽt verba impropriari, vt diſpoſitio habeat locũ, etiam ſi materia ſit odioſa. & pœnalis & de hoc eſt tex in cap ſi ſententia. in fi. de ſenten excomm in vj facit l. ſi ſtipulatus fuero per te ff. de verbor. oblig. vbi extenditur ſtipulatio, ne careat effectu. ad idem eſt bo tex in l. ſtipulatio iſta. § ſi ſeruus & §. poſſidere eod. tit. & dicit dom Abb. quod hoc tenet Bal in cap j. de capit a qui curi. vendi ſed in contrarium fortiter facit capit. cauſam quæ. ſupra de reſcrip vbi patet, quod reſcriptum debet reduci ad terminos iuris communis, & ca cum dilectus.
9 de conſuet. vbi patet, quod † conſuetudo eſt reducenda ad ius commune. & cap dilecto de verbor ſignific. vbi patet, ꝙ indulgentia, ſeu priuilegium eſt reducendum ad terminos iuris communis. ad idem quod not glo. & Bart. in l. fin §. in computatione. C. de iure delibet & in l. a. C. de noxal. In quibus patet, quod verba ſunt ita interpretanda, ne quis indebite damnum patiatur & pro hoc dicit Bar. in dicto § in computatione, quod ſi ſtatutum dicit, quod executio inſtrumenti fiat contra hæredem, ſicut contra defunctum, intelligitur vbi hæres non facit inuentarium.

Vnde in hoc aduerte, quod aut diſpoſitio, vel ſtatutum eſſet penitus inutile, niſi verba impropriẽtur, & tunc verba
10 † debent impropriari ad hoc, vt diſpoſitio, vel ſtatutũ nõ ſit inutile, vt dicto cap. ſi ſententia. in fi de ſent. excomm. in vj. vbi patet, quod ſi interdicitur populus, intelliguntur interdicti ſingulares de populo, ne ſententia interdicti careat effectu. Aut ſtatutum, vel diſpoſitio non eſt penitus inutilis, ſed nihil operatur vltra ius commune, ſi verba proprie intelligantur, & hoc caſu ſtatutum eſt ita intelligendum, vt aliquid operetur vltra ius commune, ſi agitur de modico præiudicio & hoc modo debet intelligi Bart. in dicta l. 4. § prætor. ff. de dam. infec. & in l. ij. ff. de vſucap. aut agitur de magno præiudicio, & tunc ſtatutum eſt intelligendum, ſiue diſpoſitio interpretanda, ne aliquis indebite damnum patiatur.

tur. & hoc caſu verba erunt interpretanda, ne inferant ma
gnum præiudicium, ſeu damnum, etiam ſi oporteat verba
interpretari cōtra propriam ſignificationem, & hoc modo
procedit, quod no. in l. ij. C. de noxa. & in l. fin. §. in computa-
tione. C. de iu delib de quo dixi in c. ad noſtram, el 3. ſ. de iu-
reiur. vbi iſtam concluſionem firmaui.
Vltimo nota ibi, ſed ſi appellans, quod remotio appella-
11 tionis non † tollit prorſus facultatem appellandi, vnde po-
terit ſuperior illam appellationem recipere, & grauamen re
uocare. & pro hoc intellectu facit tex. dum dicit, ſed ſi appel
lans, quia innuit, quod grauamen reuocetur ratione appel-
lationis interpoſitæ.
Ex quo infertur, quod non obſtante clauſula, appella-
tione remota, appellatio habet effectum deuolutiuum ad
ſuperiorem, quia ſuperior poterit appellationem admitte-
re, & grauamen reuocare, ſi viderit appellantem fore graua
tum. Alij vero intelligunt, quod grauamen reuocabitur per
viam querelæ. Sed primus intellectus magis conuenit lite-
ræ, & communiter tenetur per Docto. Sed dubitatur vtrum
12 † ſuperior teneatur reuocare grauamen, an vero ſit in ſua
facultate tantum. & videtur quod non teneatur, quia il-
13 lud, quod relinquitur poteſtati iudicis, non incumbit † ne-
ceſſitati l non quicquid. ff. de iudic. & in l. prima. C. quomo-
do & quando iud. Et hanc partem quidam tenuerunt, ſed
Doct. communiter tenent contrarium, quia alias non dici-
tur eſſe bonus iudex, niſi faciat iuſtitiam, vt in cap. forus. de
verbor ſignifi vnde dicunt Doct. quod ad iſtum tex. dum di-
cit, quod poterit, debet ſuppleri, & debebit: nam etiam in di
ſpenſatione facienda cogēdus eſt iudex per ſuperiorem, ſi ſu-
beſt legitima cauſa diſpenſandi, & in c. vt conſtitueretur. &
in cap Domino Sancto. 50. diſtin. & ſi glo. 1. q. 7. exigunt. vbi
14 gloſ. tenent, quod † diſpenſatio eſt debita, & quod peccat,
nolens diſpenſare vbi ſubeſt iuſta cauſa diſpenſandi, vnde
fortius hoc eſt dicendum in caſu noſtro, vbi agitur de iuſti-
tia adminiſtranda, & maxime quia defenſio eſt de iure na-
turali, vt in clem paſtoralis, de re iudic. & iſtam opinionem
etiam ſequitur hic dom. Abb. & Ioā. de Imo. hic in 5. colum.
Item aduerte, quia clauſula, appellatione remota, nō opera
tur niſi quo ad partes nominatas in reſcripto, nō autem ad
præiudicium tertij comparentis pro ſuo intereſſe, tex. eſt ſin-
gularis in cap. ſuper eo. de offic. deleg. & ibi hoc firmant Do
cto. idem tenet Bart. in l. 1. ff a quibus appell. non licet. licet
Raph. Cuman. teneat contrarium in l. 1. §. fin. ff. quando app.
ſit. ſed ille tex. nihil facit, quia ille tex loquitur in caſu peni-
tus diuerſo: nam ibi dicitur, quod tertius debet appellare a
ſententia lata contra principalem infra idem tempus, infra
quod tenetur appellare ipſe principalis: nam ex hoc non ſe
quitur, quod clauſula, appellatione remota, debet referri ad
tertium idem ſcilicet quod clauſula, appellatione remota,
non operetur quo ad tertium, tenet Lap allegat. 121. Et hoc
inducit do Abb in dicto cap. ſuper eo. ad ſtatuta remouen-
tia appellationem in executionibus ſentētiarum, vel in exe
cutionibus inſtrumētorum: puta ſi dicit ſtatutum, quod ſen
tentia mittatur executioni non obſtante aliqua appellatio
15 ne: nam hoc non obſtante † tertius comparens pro ſuo in-
tereſſe, poterit appellare, quia talia ſtatuta non concludunt
tertios comparentes pro eorum intereſſe, ſed ſolum nomi-
natos in ſententiis, vel in inſtrumentis. Et ex hoc habes vnā
limitationem ad iſtum tex. accipe aliam: nam iſte tex debet
intelligi, quando iudex cui eſt facta commiſſio cum clauſu-
la, appellatione remota, procedit iudicialiter: ſecus ſi proce-
dit extraiudicialiter, verbi gratia, executor deputatus in lit-
teris beneficialibus cum clauſula appellatione remota, pro
cedit extra iudicium parte nō citata: nam tunc poterit ad-
uerſarius appellare, & tenebitur executor deferre appellatio
ni, quia iura loquentia de hac clauſula habent locum, quā-
do proceditur iudicialiter inter partes, ſecus ſi procedatur
extraiudicialiter parte non citata: tunc enim indiſtincte po-
terit appellari, & hoc tenet Lap. in præalleg alleg. 121. quod
tene menti
Sed quærit domi. Abb. hic, quis poſſit apponere in reſcri-
16 pto † clauſulam, appellatione remota. & Doct. communiter
tenent, quod ſolus Papa poteſt apponere hanc clauſulam.
Item Imperator in temporalibus poteſt appellatione remo
ta cauſam committere vt in l. j. §. interdum. ff. a quibus appel
lare non licet. Item non recognoſcentes ſuperiorem, vt
Rex Franciæ, & nonnulli alij Reges, qui non recognoſcunt
17 ſuperiorem. Item † Ciuitates Italię quę non recognoſcunt ſu
periorem, vt eſt ciuitas Venetiarum, & ciuitas Florentiæ, &
ciuitas Senen poſſent committere cauſam appellatione re-
mota. nam vtuntur iuribus principis, & poſſunt legitimare
ſpurios, & reſtituere famæ, & ſimilia facere quæ ſunt reſer-
uata principi, hoc tenuit Bartol. in dicta l. j. §. interdum. ff a
quibus appell. non lic. facit quod not. Innoc. in cap. cum te.
de re iudic. & in cap. cum P. tabellio. de fide inſtrum. in qui-
bus dicit, quod inferiores ab Imperatore non recognoſcen-
tes ſuperiorem, poſſunt exercere iura principis, ſeu Impera
toris. & idem tenet Bart. in l 1. §. de qua. ff. de poſtu. & in L in-
ſamem. ff. de publ. iudic. & in l hoſtes. ff. de cap.
18 Nunquid autem † legatus de latere poſſit in commiſſio-
nibus ſuis apponere clauſulam, appellatione remota. & glo.
in cap. quod tranſlationem. in glo. mag. in fi. ſupra de offic. le
ga. tenuit quod non, quia hoc eſt de reſeruatis ſoli principi,
hoc etiam tenet Spec. in titu de lega. §. nunc oſtendendum.
verſic. decimoquarto. vbi dicit, quod legatus de latere non
poteſt in ſua commiſſione apponere clauſulam appellatio-
ne remota, niſi hoc habeat ex ſpeciali commiſſione Papæ.
pro hoc facit, quod notat glo. in cap. fin. de hæret. in vj. quæ
dicit, quod legatus de latere non poteſt committere cauſam
ſimpliciter ſummarie, & de plano &c. & idem dixit gloſ. in
clem. ſæpe. in verbo, mandamus. de verbor. ſignifica. & iſtam
opinionem etiam tenet Bal in l. 2. C eod vbi dicit, quod le-
gatus de latere non poteſt committere cauſam appellatio-
ne remota, etiam ſi Papa ſibi conceſſiſſet legationem cum
clauſula, omni appellatione remota: quia licet dicta clauſu
la operetur quo ad ſententias faciendas per eum, non tamē
poterit ipſe legatus hoc concedere ſuo delegato. pro quo fa
cit cap. ſuper quæſtionum in princ. & §. ſi vero duo. de offic.
deleg. Et ſubdit Bal. quod licet Papa, vel Imperator commit
tit alicui vniuerſitatem cauſarum cum plena, & omnimo-
da poteſtate, non per hoc intelligitur conceſſa poteſtas ſub-
delegandi cum dicta clauſula, appellatione remota, & hæc
dicta Bal ſequitur Ioan. de Imo. in dicta l. 1. ff. a quibus appel.
non licet. in 35. & 36. colum. Domi. etiam Abb. hic tenet, ꝙ
legatus de latere non poſſit committere cauſam, appellatio
ne remota dicit tamen, quod in caſibus, in quibus iudex in-
ferior a principe. poteſt de iure ciuili committere alteri cau
ſam, appellatione remota. poterit etiam legatus: nam gloſ.
in l fin. C de ſenten. & interlocut. omnium iudicum. dixit,
quod inferior poteſt remouere appellationem ab interlocu
toria. ſed a diffinitiua ſolus princeps poteſt remouere, & il-
lam glo. ſequitur ibi Bart. & de ea facit magnum feſtum, ſed
in dicta l. j. ff. a quibus appell. non lic. reſtringit illam gloſ. ād
appellationem fruſtratoriam, concludens, quod inferior nō
poteſt remouere appellationem etiam ab interlocutoria,
quia hoc eſſet tollere ius ſuperioris, ad quem appellatur, ꝙ
non poteſt inferior facere. pro hoc bo. tex. in cap. venientes.
ſupra de iureiur. ſed do. Abb. aſſignat aliam rationem, nam
cum ipſe iudex per ſe cognoſcendo, non poſſet non deferre
appellationi legitimæ, immo puniretur non deferendo, vt
ſupra eod de priore. ergo nec alij cauſam committendo, re-
mouere poteſt appellationem: poſtea tamen dicit, quod ſe-
cundum hunc intellectū nihil operaretur diſpoſitio d l. fin.
C. de ſent. & interloc. omn. iudic. quæ edita fuit cum magna
iuris ſolemnitate, & vt dicit tex. ibi aperte probat, quod iu-
19 dex † inferior committendo cauſam, poteſt remouere ap-
pellationem ab interlocutoria. vnde dom. Abb. dicit, quod
videtur remota omnis appellatio, cui iſte cauſam commit
tens poterat non deferre, vt puta in caſu dubij, vel quando
a iure inhibetur aliqua appellatio, ſed allegatur aliqua cau-
ſa offuſcans illam inhibitionem iuris. Item ſecundum eum
vbi remouetur appellatio, & cauſa in ſe eſt probabilis, licet
iudex non teneatur deferre, poteſt tamen ſi vult, vt dicit hic
Abb. quem communiter ſequuntur Doct. quod dicit dom.
Abb eſſe notandum perpetuo.
In his ergo, & ſimilibus caſibus ſecūdum eum, tam reſpe-
ctu interlocutoriæ. quam reſpectu diffinitiuæ, poteſt iſta re
motio appellationis facta per inferiorem aliquid operari &
per hoc dicit, ꝙ illa l. poteſt intelligi generaliter, prout loqui-
tur, & ſubdit, quod credit ſe tetigiſſe veritatē: ſed ego dubi-
to, quia l. illa ſecundum vnum intellectum. quem tāgit glo.
prima ibi, intelligitur in remotione appellationis ab inter-
locutoria, nec poteſt aliquo modo adaptari ad appellatio-
nem a diffinitiua. vnde ego credo, quod illa glo. & tex ille lo
quantur, quando iudex inferior committens cauſam, remo
uet appellationem ab interlocutoria, quia cum de iure ciui
20 li † appellatio ab interlocutoria regulariter ſit remota, quia
de iure ciuili regulariter non poteſt appellari ab interlocu-
toria, ideo datur facultas a iure ciuili, vt etiam inferior a
principe poſſit cōmittere cauſam remota appellatione ab
interlocutoria, & hoc procedit de iure ciuili, de iure autem
canonico ſecus.
Et ex hoc concludo, quod legatus de latere nullo modo
poſſit committere cauſam, appellatione remota, ſiue ſit ap
pellatio ab interlocutoria, ſiue a diffinitiua, prout commu-
niter tenent Doct.

Quæri-

Quærit etiam domi. Abb.circa tex. materiam, quid ſi per
21 ſtatutum remouetur appellatio, † intelligatur remota appel
latio, tam ab interlocutoria, quam a diffinitiua. & diſtinguit,
quod aut ſtatutum remouet appellationem a ſententia: pu-
ta ſi ſtatutum dicit, quod a ſententia officialis nō poſſit ap-
pellari: aut remouet ſimpliciter appellationem, nullam fa-
ciendo mentionem de ſententia: puta dicit ſtatutum, quod
a poteſtate non poſſit appellari.

In primo caſu, ſcilicet quando ſtatutum remouet appel-
lationem a ſententia, dicit dom. Abb. quod intelligitur re-
22 mota appellatio ſolum a ſententia diffinitiua, quia † ſenten
tia interlocutoria non eſt proprie ſententia, vt dicit gloſ in
ca. cum olim ſupra de teſtib. Et eſt tex. cum glo. in l. j. § quod
in ſententiis ff. quando appell. ſit. ergo proprie, & ſtricto mo
do debet intelligi ſtatutum, vt in c. in noſtra. de iniur.

In ſecundo autem caſu, ſcilicet quando ſtatutum remo-
uet ſimpliciter appellationem, dicit dom. Abb quod debet
intelligi tam de ſententia interlocutoria, quam de quoli-
bet præcepto. & ſic non poterit appellari, nec ab interlocu-
toria, nec a diffinitiua, nec ab aliquo præcepto, ſeu manda-
to iudicis, argum. l. 1. ff. de offic. præto. & dicit, quod ita conſu
luit Bal. & iſtud fuit originaliter dictum Guil. de Cuneo in l.
ſi ex cauſa § nunc videndum. ff de minor. & ſequitur Bal. in
d. l. j. ff. de offic. prætor. & dicit, quod ita conſuluit in ciuita-
te Piſtorii.

Sed aduerte, quia quo ad primum membrum Salic. in di-
cta l. fin. C. de ſent. & interloc. omn. iudic ſecutus fuit in pri-
mo membro opin. quam tenet hic dom. Abb. & Doct. præ-
dicti, ſcilicet quod remota appellatione a ſententia, intelliga
tur remota appellatio a diffinitiua, & non ab interlocuto-
ria. & idem dicit econuerſo, ſi eſt remota appellatio ab in-
terlocutoria, vt non intelligatur remota a diffinitiua, quia
23 iſta ſeparata, & de ſeparatis de vno ad alterum non fit † il-
latio l. ſi maritus. C de donat. inter virum, & vxor. Nec ob-
ſtat, ſi diceretur, quod prohibito maiori videtur prohibitū
illud, quod eſt minus l. qui indignus ff. de ſena. & in l. cui pa-
cto. ff de ſerui. expor. quia afflictio non eſt danda afflicto. l. di
uus. ff. de offic. præſid. & in auth nauigia. C. de furtis pro quo
facit, quod not. Ioan. And. in cap poſtulaſti. ſupra de reſcrip.
24 vbi voluit, quod † argumentum a maiori, non procedit in
priuilegiis, & diſpenſationibus. de quo etiam per dom. Abb.
in cap per venerabilem qui fil. ſint legit. vbi eſt bo. tex. & ibi
plene dixi. & per dom. Abb. in c at ſi clerici. de iudic & iſtam
opinionem etiam ſequitur Io. de Imo. in d. l. j. ff. a quib. appel.
non lic. in 33. & 34 col.

In ſecundo autem caſu. ſ. quando ſtatutum loquitur ſim-
pliciter, ꝙ non poteſt appellari a tali magiſtratu, vel a tali of
ficiali. Io. And. & Dom. Dom. in c. vt inquiſitionis. de hæret.
in vj dicūt, quod ſi lex, vel ſtatutum tollit appellationem in
cauſa alicuius negocij, debet intelligi in diffinitiua, non au-
tem in interlocutoria, vel proceſſu. pro quo facit tex. not in
l. ſi ex cauſa §. nunc videndum ff. de minorib. vbi licet minor
non reſtituatur in delictis, tamen bene reſtituitur in inciden
tibus, vel emergentibus in proceſſu, quem tex. dicit ibi Bal eſ
ſe notandū pro ſtatutis diſponentibus. ꝙ in certa cauſa non
habet locum in integrum reſtitutio, vel appellatio, quia de-
bet intelligi in deciſione negocij principalis cauſæ, ſecus in
aliqua incidenti, vel emergenti. idem notauit in ſimili in l.
eum proponas, in fi. C. de reb. credi. per illum tex. in fi. vbi di-
cit, ꝙ licet ſtatutum prohibeat in certa cauſa compromiſ-
ſum, debet intelligi in ipſa cauſa principali, vnde vnus arti-
culus emergens in cauſa, bene poterit compromitti, ſecun-
dum Bal. ibi. ſed Pau. de Caſt. in ſuo conſilio 23. quod incipit,
In Chriſti nomine, Amen. Viſo puncto ſuprascripto. dicit, ꝙ
ſtatutum loquens de appellatione a diffinitiua, militat in in
terlocutoria, quando in caſu occurrente eſt eadem ratio, de
quo ibi per eum, & credo, quod verum dicat, quod vbi eſſet
eadem ratio. ſiue ſtatutum loquatur ſimpliciter, ſiue loqua-
tur de diffinitiua ſententia, ſi ſubeſt eadem ratio, ꝙ debet fie
ri extenſio ad ſententiam interlocutoriam: nam appellatio
ne ſententiæ ſecundum largam ſignificationem compræhē
ditur ſententia interlocutoria, vt in l. j. § quod in ſententiis.
ff quando appell. ſit. ſed vbi verba poſſunt adaptari ſaltem ſe
25 cundum largam ſignificationem, debet fieri † extēſio in ma
teria exorbitanti, vel pœnali, vt dicit glo. in clem. j. in verbo,
præſidentes. & in cle. auditor. in verbo, beneficia, de reſcript.
& melius facit glo in clem. ij. in verbo, lineum. de vi. & hone
ſta. cleric. quæ dicit, quod vbi eſt eadem ratio, etiam in ma-
teria pœnali, debet fieri extenſio. & idem voluit glo in c j. in
verbo, lealiæ. de temp ordin. In vſu modo ratio ſtatuti, ꝙ non
poſſit appellari a diffinitiua ſententia eſt, vt abbreuientur li-
tes, vnde debet extēdi ad appellationem ab interlocutoria,
ſi per ipſam lis prolongatur contra mentem ſtatuti: ſecus ſi
appellatio ab interlocutoria, vel ſuper emergenti non ten-
deret ad prolongandum litem, ſed ad remouendum graua-
men, quia tunc, ſiue ſtatutum loquatur ſimpliciter, ſiue de
appellatione a ſententia non extenditur ad interlocutoriā,
& hoc modo procedunt dicta Doct. Et ex hoc habes iſtum
articulum expeditum.

In glo. diuide ipſam in tres partes.

In prima colligit argumentum.

In ſecunda ponit aliquos caſus, in quibus appellatio a iu
re expreſſe conceditur.

In tertia parte quærit, an hodie iſtud cap ſit correctum, &
iſtud vltimum etiam tangit glo. ſequens, & ideo ipſam expe-
diam in iſta tertia parte glo.

In prima parte glo. dic, vt in ca. inter corporalia. ad quod
glo. remittit.

In ſecunda parte gloſ. vide Specul eod tit. §. ij. verſicu. ſed
quam dices cauſam rationalem, vbi multas cauſas enume-
rat. ſed Hoſtien. & Ioann. Andr. dicunt, quod ſatis eſt, quod
cauſa ſit a iure approbata, licet ius non exprimat, quod eo
caſu poſſit appellari a iudice dato cum clauſula, appellatio-
ne remota, & ſic ſatis eſt, quod ſit in iure expreſſum, quod
poſſit appellari, licet non ſit expreſſum, quod etiam ſi iudex
ſit datus cum clauſula, appellatione remota, nihilominus
poſſit appellari: nā ſufficit, quod ius ſimpliciter dicat, quod
illo caſu poſſit appellari, & allegat Hoſt. c. ſignificante. & c.
Rodulphus, & c. ſignificauit. ſ. de reſcrip & c. exhibita. ſ. de iu
dic & c dilecti & c. dilectæ. & c. ſignificauerunt. ſ. de excep. &
ſ eod. ſignificauit. in quibus dicitur, quod poteſt in illis caſi-
bus appellari, nec aliqua fit mentio de clauſula, appellatio-
ne remota. De cauſis autem in iure non expreſſis. Petr. &
Abb ponebant exemplum, quando appellatur a pronuncia
tione arbitrorum, qui iudicauerunt cognationem ſpiritua-
lem eſſe, vel non eſſe probabilem cauſam recuſandi iudi-
cem. facit quod not. j. eod. cum ſpeciali. ſuper 4 glo. vbi di-
cam, vel in caſu in quo ſunt opiniones diuerſæ, vt quando
appellatur a iudice, qui coegit reſpondere per literas ſecun
do impetratas non facientes mentionem de primis, quæ ta-
men fuerunt prius iudicibus præſentatæ, de quo infra eod.
vt debitus.

In tertia parte glo. hæc glo. in effectu vult, quod hæc clau-
26 ſula. † appellatione remota, nihil operetur per d. c. vt debi-
tus & idem tenet glo. ſequens. idem tenet Innoc. hic, & in d.
c. vt debitus. dicens hoc eſſe tenēdum, licet aliqui aliter ſom
niauerint, & iſtam opinionem, ſcilicet quod intelligatur re-
mota ſolum appellatio friuola, tenet Salic. in l. fin. C. de ſent.
& interloc. omn iudic. & Bar. & Ang in l. j. in fi. ff qui & a qui
bus appell. non licet. & Spec. eod. tit. §. 2. circa fin. Sed Hoſt.
hic, & Ioan. And & communiter Moderniores tenent con-
trarium, quam opinionem ſequitur etiam hic Butr. & Ioan.
de Imo. & domi. Abb. & quod iſtud cap. j non ſit correctum
per dictum cap. vt debitus. probatur principaliter tribus ra-
tionibus.

Prima eſt, quia ca. vt debitus, loquitur de appellatione ab
interlocutoria, illud vero capitulum loquitur indiſtincte, tā
de appellatione ab interlocutoria, quam a diffinitiua, non
eſt ergo veriſimile, quod ex toto corrigat hunc tex.

Secunda ratio, & melior eſt, quia illud ca. non loquitur in
iudice procedēte cum clauſula, appellatione remota, ſed ge
neraliter. iſtud vero c. diſponit, quando in reſcripto eſt ap-
poſita clauſula, appellatione remota, vnde potius illud cap.
eſt limitandum per iſtud, quam e contra: quia generi per
ſpeciem derogatur, & non econtra, vt in regula, generi, de
reg. iur. in vj.

Tertia ratio colligitur ex c. inquiſitioni. j eo. nam illud c.
emanauit poſt c. vt debitus. & decidit caſum dubiū, quādo. ſ.
remota eſt appellatio in reſcripto, ꝙ nō feciſſet, nec emanaſ
ſet, ſi per illud ca vt debitus. hæc clauſula eſſet fruſtratoria.
Concludendum eſt ergo, ꝙ hoc ca. procedit etiam hodie in
terminis ſuis, licet Hoſt. & Doc. in d c. vt debitus dicant opi.
27 glo. & Innoc. ſeruari de ſtylo curiæ, † & multi effectus huius
a clauſulæ [a] not. in d c. vt debitus.

Et

ADDITIO.

a ¶ Effectus huius clauſulæ. hic adde, quod hæc clauſula, appellatione re-
mota, intelligatur tantum a diffinitiua. Vide Felin. in cap. cauſam quæ,
de reſcrip.
¶ Item adde, quod hæc clauſula non remouet articulum iuris, & ſi de iu
re appelletur propter magnum damnum: ſecus ſi propter minimum.
multa pulchra de hac clauſula uide per Bald. in cap. ſuper quæſtionum.
vlt. col de offic. deleg.
¶ Item hæc clauſula. appellatione remota, recipit uires a natura cauſæ,
de qua ſcribitur. Vide domi. Abb. in capitu. licet. a. colum. in princip. de
officio ordi.

Et primus effectus eſt, quod vbi proceditur, appellatione
remota, iudex a quo non tenetur appellationi deferre, quia
talis appellatio nō ſuſpendit ipſius iuriſdictionem, vnde po-
teſt ſententiam executioni mandare, antequā appellatio re
cipiatur a ſuperiore de hoc eſt tex.not.in c.paſtoralis §. præ
terea.de offi dele. hoc tamen intellige, vbi iudex a quo non
detuliſſet appellationi, vt in cap.cum appellationibus friuo
lis, eod.tit in vi vel niſi eſſet miſſa inhibitoria per iudicem ad
quem, vt in dicto cap.non ſolum.eod.tit. & hoc tenet Io de
Imo in princ & in 3.colum.& idem tenent Doct. in d § præ-
terea Lanfran in repet capit.quoniam contra.in verbo, ap-
pellationes.quæſt.18 de probat licet Specul. in tit.de execu.
ſenten § 1 circa princ.dixerit prædicta procedere in appella
tione ab interlocutoria, non autem in diffinitiua, quia tunc
clauſula, appellatione remota, nihil operatur, ſed iudex a
quo tenetur deferre appellationi, & ſi faceret executionem
ſtatim fieret reuocatio, vt ibi per eum ſed tene q ſupradictū
eſt per tex. §.præterea. & etiam Docto hoc communiter te-
nent vbi autem in reſcripto non eſſet clauſula, appellatione
28 remota, ſi iudex faceret † executionem pendente appella-
tione, ſtatim eſſet reuocanda, vt in dicto cap.non ſolum. in
princ de appell.in vi.& in cap.venientes.ſupra de iureiur. &
in l cum ex cauſa & ibi Bart.ff.eod.

Secundus effectus eſt, quia iudex non deferens appellatio
ni quantumcunque probabili, non punietur, ex quo a iure
non indulgetur expreſſe, quia hoc facit auctoritate iuris, er-
go non peccat 23.quæſtio 4.qui peccat.& in l Gracchus.C.
de adult.& hoc tenet Ioann de Imo. & dom.Abb in tertia
columna.

Tertius effectus eſt reſpectu reuocationis attentatorum
29 poſt appellationem: nam taliter attentata † non reuocan-
tur per viam attentati.l. nullitatis, quoniam ex quo nō erat
ſuſpenſa iuriſdictio iudicis per talem appellationem tenue-
runt geſta, licet per ſuperiorem poſſint reuocari per viam
querelæ ordinariæ agendo, non autem per viam nullitatis,
hoc tenet Hoſt.& Butr.hic vltra medium.verſic tertius effe-
ctus retractationis attentatorum, & Io.de Imo.hic.in 4.col.
verſicu.item etiam operatur quo ad effectum reuocationis
attentatorum, hoc etiam tenet hic dom. Abb.in 4 colum.in
verſi tertius effectus. hoc tamen intellige, niſi detuliſſet ap-
pellationi, vel niſi forent attentata poſt inhibitionem, vel
niſi appellatio foret recepta ex certa ſcientia per Papam,
vt dicto § præterea. & dixi in primo effectu huius clauſulæ.
Aduerte tamen, quia licet dicta clauſula, appellatione re-
mota, impediat effectum ſuſpenſiuum, non tamen impe-
dit effectum deuolutiuum ad ſuperiorem, vt eſt tex. hic, &
ſupra dixi. poterit enim ſuperior admittere appellationem,
& emendare grauamen, ſi viderit appellantem fore graua-
tum, & hoc procedit nō ſolum, quando fuerit appellatum
ad Papam, ſed etiam ſi eſt appellatum ad quemlibet alium
ſuperiorem, eo caſu quo a iure eſſet remota appellatio per
iſtum text qui indiſtincte loquitur, ſecundum Ioann. Andr.
& Butr.& dom. Abb.in fi verſic.quartam quæſtio. vbi dicit,
quod iſtud cap habet locum in quolibet ſuperiore citra Pa
pā, ſi inferior procedebat, appellatione remota, virtute iu-
30 ris communis. Exemplum in cauſa hæreſis quilibet † ordi-
narius procedit, appellatione remota, vt in cap inquiſitio-
nis.de hæret.in vi. modo condemnatus de hæreſi prætendēs
ſententiam iniuſtam, poterit appellare de Epiſcopo ad Ar-
chiepiſcopum.& Archiepiſcopus examinat negocium, vtrū
fuerit iniuſte condemnatus, & tamē appellatio non ſuſpen
dit iuriſdictionem iudicis a quo, niſi tempore quo ſuperior
recepit appellationem, & miſerit inhibitoriam iudici a quo.
pro quo vide bo tex.in cap.Romana §.ſinautem.eo tit.in 6.
Superior autem habebit examinare, vtrū ille appellauerit
in caſu a iure conceſſo, vel ne, & an fuerit grauatus, & dicit
dom. Abb hoc ſemper notandum.& ad hoc facit glo.not.in
clem j in verbo, oneramus de iure patrona quæ dicit, quod
vbi aliquid relinquitur conſcientiæ iudicis, licet iudex cuius
conſcientiæ reliquitur, non teneatur deferre appellationi,
tamen ſuperior ad quem eſt appellatum, debet emendare
id, quod eſt male factum, & allegat iſtud cap. vnde iſta glo.
vult, quod iſtud cap habeat locum vbi appellatur ad inferio
rem, quando in caſu, in quo interponitur appellatio, reperi
tur appellatio a iure prohibita, & quod tunc licet appella-
tio non operetur effectum ſuſpenſiuum, operatur tamen ef
fectum deuolutiuum. vtrum tamen poſſit appellari, quan-
do appellatio reperitur a iure communi remota, infra di-
cam.

Quartus effectus huius clauſulæ eſt, quod excommunica
tio lata poſt appellationem valet, vbi clauſula, appellatione
remota, eſt in reſcripto, hoc tenet hic Abb antiquus, & cō-
muniter Doct. Ex quo ſequitur notabilis limitatio ad c.per
tuas.Infra de ſenten.excomm vbi dicitur, quod excommu-
nicatio lata poſt appellationem legitimam, ipſo iure eſt nul
la: nam illud ca.non procedit, vbi clauſula. appellatione re-
mota, eſt in reſcripto, niſi interponeretur appellatio ex cau-
ſa in iure expreſſa.

Quintus caſus eſt, quod vbi clauſula, appellatione remo-
ta, eſt in reſcripto non valet appellatio, etiam ſi appelletur
a ſentētia diffinitiua, niſi cauſa in iure expreſſa exprimatur
in appellatione, vt dicto cap Romana §.ſinautem. & ibi per
gloſ in verbo, mandetur, eod.titu.in vi.& hoc ibi ſequuntur
Doct.idem dicit Ange.in l.j. ff.a quibus appellare non licet.
facit quod not.do.Abb. in c.conſuluit, el primo, ſupra eod.
vbi vide quæ dixi.

31 Sextus effectus eſt, quia quando † clauſula, appellatione
remota, eſt in reſcripto, non valet ſecundum reſcriptum, ni
ſi fiat ſpecialis mentio de dicta clauſula inſerta in primo re-
ſcripto, vt in cap.cæterum, & in cap dilecta. ſupra de reſcrip.
& hoc tenent Docto.in capitu.inter monaſterium. ſupra de
re iudica.

Septimus effectus eſt, quia ſi eſt appellatum, non ſufficit
facere mentionem de appellatione.iuxta cap ex parte ſupra
de reſcrip.niſi etiam fiat mentio in ſpecie de clauſula, appel
latione remota ita quod appareat ſuperiorem ex certa ſciē
tia ipſam cauſam appellationis commiſiſſe, vnde non ſuffi-
ceret ſimpliciter facere mentionem, quod ſit appellatum,
& impetrare cauſam appellationis committi, neque iudex
a quo deberet ſuperſedere executioni ſententiæ. licet cauſa
appellationis fuit commiſſa per ſuperiorem, niſi fuerit facta
mentio de dicta clauſula.& ſic appareat, quod ex certa ſciē
tia ſit commiſſa cauſa appellationis, quæ certa ſcientia ſatis
videtur adeſſe, ſi conſtat quod ſuperior ſciuerit, quod in pri-
ma cauſa fuerit remota appellatio. & de hoc eſt tex. notab.
in capitu paſtoralis.§ præterea de officio delega.vbi hoc te-
nent Doct.

Octauus effectus eſt, quia ſi ſunt duo delegati a Principe
clauſula, appellatione remota, ſi vnus ipſorum ſubdelegat
alicui vices ſuas, non tenetur collega acceptare, ſeu admit-
tere ſubdelegatum ſui collegæ, ne ſua iuriſdictio vulneretur,
quia ſi procederet cum tali ſubdelegato, poſſet appellari, q
non ſic foret, ſi ſolus procederet, vnde virtute dictæ clauſu-
læ, non tenetur admittere ſubdelegatum a ſuo collega. &
de hoc eſt tex. ſecundum intellectum Hoſt.in c.coram de of
fic deleg. & ſequuntur ibi Doct. in c.ſuper quæſtionum. §.ſi
vero duo, eod.tit.

Nonus effectus eſt, quia excipiens, & offerens incontinen
ti probare exceptionem, licet non ſit admiſſus, & propter
hoc appellauerit, nihilominus tenetur in cauſa appellatio-
nis probare veritatem exceptionis. de hoc eſt tex.notab. ſe-
cundum vnum intellectum in cap.j. infra de his quæ fiunt a
maiori parte capituli vnde iſtum effectum operatur clauſu
la, appellatione remota, quia ſi nō fuiſſet appoſita iſta clau-
ſula, non tenetur probare veritatem exceptionis, ſed ſuffice
ret probare exceptionem, non fuiſſe oppoſitam, & ſe voluiſ
ſe incontinenti eam probare, & iudicem noluiſſe admitte-
re, & propter hoc appellationem interpoſuiſſe, vt in cap.in-
terpoſita, infra eod hoc tamen intellige, niſi fuiſſet appella
tum ex cauſa in iure expreſſa, quia tunc nō teneretur proba
re veritatem exceptionis, quia tunc non operatur clauſula,
32 † appellatione remota, aliquem effectum, vt eſt tex.hic.

Decimus effectus eſt, quia impetrans reſcriptum cum di
cta clauſula, non poteſt inuito aduerſario renunciare dictę
clauſulæ, & velle, quod poſſit appellari.& ita dicit Bal.in c.j.
§ quibuſdam de conſuet.rec.feu.

Vndecimus effectus eſt, quia licet quando ſuperior man
dat aliquid ordinario, q alias pertinebat ad iuriſdictionem
ipſius ordinarij, non videtur facere ipſum delegatum, ſed cē
ſetur excitare eius iuriſdictionem, vt eſt tex.cum glo in d c.
licet.ſupra de offic.ord. tamen ſi in reſcripto apponitur clau
ſula, appellatione remota, cenſetur alterata iuriſdictio ip-
ſius ordinarij, & cenſetur delegatus.ita notat Io. And & do.
Abb.in d c.licet facit quod not.in l.ſæpe.ff de offic præſid. &
in l.ius autem.ff.de iuſtit.& iu.

Duodecimus effectus eſt, quia ſi dicta clauſula apponitur
in iudicio poſſeſſorio, tunc operatur, quod nullatenus ap-
pellatur, etiam vbi alias appellari poſſet in aliquo caſu ſpē-
ciali: ampliat enim naturam poſſeſſorij, & remouet obſta-
culum arg.eius quod no in l ij in princ.C.eod. Iſtud dictum
Bal puto procedere de iure ciuili, ſecundum quod regulari-
33 ter non poteſt appellari † a ſententia lata ſuper poſſeſſorio,
vt in l j C.ſi de mo.poſſ. fuerit appell. De iure autem Cano-
nico poteſt indiſtincte appellari a ſententia lata ſuper poſſeſ
ſorio. de quo vide bo.glo. in cap.cum ad ſedem. in glo pen.
prope finem. verſic.item no.quod ſupra de reſt.ſpoliat vn-
de de

de de iure canonico non puto procedere dictum Bal. per iſtum tex. qui indiſtinctè loquitur: vnde ſicut clauſula, appellatione remota, appoſita in reſcripto, non tollit in totum appellationem ab interlocutoria, quia non impedit effectū deuolutiuum, ſi talis clauſula eſt appoſita in iudicio poſſeſſorio. & iſtos caſus enumeraſſe ſufficiat. Sed circa hoc quęro,
34 nunquid de iure ciuili hæc † clauſula aliquid operetur. de hoc eſt tex. in l. j. ff. a quibus appell. non licet. & quicquid dicat ibi Bar & Ang. & etiam Bal. in addit. Spec. in tit. de execut. ſenten. veritas eſt, quod quando dicta clauſula apponitur a principe, nullatenus poteſt appellari. & de hoc eſt tex. & glo in dicta l. j. debet etiam tex. intelligi, vt ſonat Rubrica, vt in l. Imperatores. ff. de in diem addict. & quod not. glo. in proœ. 6. in verbo, titulis. ſed Rubrica dicit, a quibus appellari non licet, ergo nullatenus appellare licebit, etiam ſi iuſta cauſa in appellatione inſeratur, tam in appellatione ab interlocutoria, quam a diffinitiua. & hoc tenet ibi Io. de Imo. in 6 colum. ibi, dicens, quod in dictis caſibus licet non poſſit appellari, poterit tamē ſupplicari, vt in l. ſi quis. & in auth. quæ ſupplicatio. C. de precib. imper. offer.

35 Secundo quæro, quid, ſi de conſenſu partium † iudex fuerit delegatus cum clauſula, appellatione remota, nunquid liceat appellare grauato, videtur quod ſic, quia etiam ſi iudex fuerit delegatus de conſenſu partium, nihilominus poteſt ab eo appellari. l. ex conſenſu. ff. de appellat. contrarium tenet Bal. in l. ſecunda, ad finem. C. de appellatio. mouetur, quia partes cenſentur renunciaſſe appellationi, ex quo conſenſerunt iudicem delegari cum clauſula, appellatione remota. ſed Ioan. de Imo. in l. j. § interdum. ff. a quibus appell. non licet. impugnat hoc dictum per illum tex. qui indiſtinctè loquitur. & per hoc dicit, quod debet habere locum, etiam ſi de conſenſu partium ſit appoſita dicta clauſula, quia partes videntur conſenſiſſe ad finem, vt dicta clauſula operetur contra eius naturam, vt in l. ſi vno. ff. locati. vbi ver-
36 ba † debent intelligi ſecundum naturam actus, de quo agitur, & ſecundum ſubiectam materiam. Sed tu tene dictum
37 Bal. quia † conſenſus partium operatur vltra ius commune, vt in cap. cæterum, de reſcrip. vnde ſi conſenſu partium dicta clauſula ponitur, cenſetur renunciaſſe appellationi, prout dicit Bal. & hoc tenet hic Butr. & ſequitur etiam do. Abb. dicens, quod quando dicta clauſula eſt appoſita ex conuentione partium, cenſetur remota tunc omnis appellatio quo ad omnem effectum, nec habet locum tunc ille tex. idem tenet Bal. infra eod. vt debitus. in ſecunda colum. hoc tamen limitat, ſi iudex fuerit in dolo, vel in lata culpa: quia tunc poſſet ſecundum eum appellari, non obſtante quod clauſula, appellatione remota, fuerit appoſita de conſenſu partium, argumē. l. j. §. j. ff. ſi menſ. fal. mo. dixer. & hoc tene menti, quia per hoc dictum ſingulariter limitatur, & declaratur iſte tex. & iſta ſit prima limitatio ad iſtum tex.

Secundo limitat Bu. quando appellatio remouetur propter contumaciam non comparentis, vel propter deſertionem appellationis, quia tunc appellatio intelligitur remota quo ad omnem effectum, quaſi ſentiat, quod tunc grauamen non reuocabitur per ſuperiorem.

Tertio limitat But. quando appellatio remouetur per ſtatutum, quia tunc ſecundum eum, intelligitur remota omnis appellatio quoad omnem effectum. & idem dicit Bal. in cap paſtoralis §. fin circa fin. ſupra de offic. deleg quod tamen intelligit procedere, niſi interueniat dolus iudicis, vel partis, quia tunc poſſet appellari. ſed dom. Abb. hic, in 3. colum. ad fin. tenet contrarium: mouetur, quia ratio ſtatuti non eſt alia, niſi vt iuſtitia conſequatur effectum ſuum, vt in capitu. ſecundo requiris. ſupra eod. Item ſi a iure communi cohiberetur appellatio, non intelligitur propter hoc prohibita appellatio, quæ interponitur ex iuſta cauſa, alias a iure in illo caſu permiſſa. de hoc eſt bo. tex. & glo. in cap. Romana. §. ſin autem. eod. titu. in vj. & ibi per Doctores. vnde idem videtur dicendum in ſtatuto. Et ex hoc ſequitur, quod Bal. male dicit in l prima, ff. de offic prætor. vbi dixit, quod quando lex prohibet appellationem, non poteſt aliquo modo appellari: ſecus quando prohiberetur per reſcriptum, quia videtur remota appellatio extraordinaria, vt hic. Sed iſtud dictum Bal non eſt verum, quia loquitur contra tex. in dicto
38 §. ſin autem. Vnde diſtingue, † quia aut appellatio prohibetur a iure communi, & tunc non intelligitur prohibita appellatio, quæ interponitur ex iuſta cauſa, vt in dicto § ſin autem. quicquid dixerit Bal. in l. j. ff. de offic prætor. Aut ſtatutum prohibet appellationem eo caſu, quo tale ſtatutum valet, de quo dixi in cap veniens. ſupra de iureiur. & hoc, quia tale ſtatutum debet aliquid operari vltra ius commune, intelligitur prohibita omnis appellatio, quicquid dicat dom. Abb. & contrarium tenet dom. Abb. in capit. ad reprimendam. ſupra de offic. ordi. in penult. colum. vbi dicit, quod ſi ſtatutum tollit appellationem, videtur remouere quo ad omnem effectum, quia a quo remouetur genus, videtur remota quęlibet eius ſpecies, vnde ſi inhibet alicui, ne poſſit
39 donare. † videtur interdicta omnis ſpecies donationis, vt in l. filiusfamilias. ff. de donat. Remota ergo appellatione per ſtatutum, intelligitur remotus omnis effectus appellationis. vnde domin Abb. melius dixit, quam hic. Quid autem ſi ſtatutum dicat, quod ſententia non ſuſpendatur per appellationem. de hoc vide dominum Abba. in loco pręalleg. vbi dixi poſt eum.

40 Aduerte tamen, quia vbi † ſtatutum remouet appellationem, non intelligitur remouiſſe ſupplicationem, nec reſtitutionem in integrum. hoc tenet Bal. in l penult ff de iuſti. & iure. dicens idem tenere Gui. & Cyn. ibi, in additio. facit quod notat glo. in l prima, ff de officio prætor. probatur in l prima, & in auth. quæ ſupplicatio. C. de precib. imper. offe. idem tenet Archidiac & Dom. Dom. in capi. anteriorum. 2. quæſt 6. vbi dicunt, quod licet non poſſit appellari a Vicario ad Epiſcopum, tamen poteſt coram eo ſupplicari, vel petere reſtitutionem in integrum. idem ſenſit Ioan. de Imo. in l. 1 in vj. colum. ff a quibus appellare non licet. vbi dicit, quod in caſibus, in quibus non poteſt appellari, poteſt tamen ſupplicari, vt in l. ſi quis & in auth quæ ſupplicatio C. de precib imper. offer. Et ex hoc ſequitur, quod Ang male dixerit, cum dicit, quod quando ſtatutum prohibet appellationem, vel reſtitutionem in integrum, eſt ſublatus omnis modus, & omnis regreſſus contra ſententiam, niſi intelligatur, quando ſtatutum loquitur geminatè: puta quod non admittatur aliqua appellatio, nec aliquis recurſus detur cōtra ſententiam: nam ex quo prohibet omnem recurſum, intelligitur prohibere omnem viam, per quam ſententia poſſit reuocari: nam verbum recurſus, includit omnem viam veniendi contra ſententiam, vnde iſtud ſolum ſufficeret: nā ſi ſtatutum diceret, quod nullus recurſus detur contra ſententiam, intelligitur non ſolum prohibere appellationem, ſed etiam ſupplicationem, & omnem reſtitutionem in integrum, ſecus ſi ſolum prohiberet appellationem, vt prędixi. & hoc modo poteſt ſaluari dictum Ang.

Quarto limitat But. quando ſtatutum prohibet appellationem priuilegio perſonæ: puta ſi ſtatutum dicit, quod ſententia Poteſtatis lata in publica concione non poſſit appellari: nam tunc ſecundum eum intelligitur remota omnis appellatio. ſed do. Abb in hoc tenet contra: quia talis prohibitio debet intelligi ſecundum diſpoſitionem iuris communis: nam quando princeps priuilegiat perſonam, vt ab ea non poſſit appellari; hoc facit, quia præſumit de virtutibus perſonæ priuilegiatæ. vt non ſit aliter proceſſura, quam ſecundum quod iura permittunt, vt dicit tex. notab. in dicta l. vna. ff. de officio prætor ſi ergo iſta perſona priuilegiata aliter procedit, quam debet, nulla ratio ſuadet, quod ſuperior non debeat grauamen reuocare, allegat glo. in clemen. j. in verbo, oneramus. de iure patron iuncta glo. in cap. ſtatutum. §. aſſeſſorem. in verbo, relinquatur. de reſcript. in vj. ſed pro opinio. But. eſt tex. in l. prima. § interdum. ff. a quibus appell. non lic. iuncta Rubrica. vbi patet, quod ſi princeps delegat cauſam cum clauſula, appellatione remota, nullo modo admittitur appellatio, vnde nec a præfecto prætorio poteſt appellari, vt in l prima. ff de officio præfec. prætor. licet poſſit ſupplicari. vt in l prima. C. eodem tit. vnde ſi ſtatutum prohibet appellationem priuilegio perſonæ, intelligitur prohibuiſſe quo ad omnem effectum, non tamē ſupplicationem, nec reſtitutionem in integrum, vt ſuperius dixi, & hæc ſufficiant circa iſtud princ. Sequitur §. verum.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus poteſt denunciari, & fructibus beneficij priuari, licet ab excommunicatione appellet.*
2 *Appellatio legitima eximit appellantem a poteſtate iudicis a quo, in illa cauſa.*
3 *Iuriſdictio iudicis a quo dormit, ſeu quieſcit pendente appellatione.*
4 *Lex noua, licet non concernat præterita, ſed futura, quando comprehendat illa futura, quæ dependent a præteritis.*
5 *Excommunicatus debet denunciari in publico.*
6 *Declarans, vel denuncians, non dicitur de nouo quicquam inducere.*
7 *Incendiarius poteſt abſolui ab ordinario ante publicationem, poſt vero a Papa ſolum.*
8 *Appellatio admittitur, niſi factum ſit notorium.*
9 *Denunciatio excommunicationis, neceſſario non probat excommunicatum.*

10 Red.

10 *Redditus beneficij debent ſubtrahi excommunicato.*
11 *Denunciare excommunicatum, an quilibet iudex poſſit, & procedit per tres caſus examinando.*
12 *Delatio appellationis transfundit omnem iuriſdictionem in iudicem ad quem.*
13 *Iudex a quo, an poſſit denunciare excommunicatum, ſi per iudicem ad quem fuerit ſibi praeceptum, ne denunciet.*
14 *Abſolutio ab excommunicatione, an ſuſpendatur per appellationem.*
15 *Iuriſdictio iudicis a quo ſuſpenditur circa articulum tantum, ſuper quo appellatum fuit, ſecundum glo.*
16 *Petrus Hiſpanus fuit antiquus gloſſator.*
17 *Laurentius fuit antiquus gloſſator.*
18 *Bernardus fuit gloſſator.*
19 *Iudex quare poteſt denunciare excommunicatum.*
20 *Excommunicatio quare non ſuſpendatur per appellationem.*
21 *Excommunicatio lata poſt ſententiam diffinitiuam infra decem dies, quia non paret ſententia, per appellationem ab excommunicato factam non ſuſpenditur.*
22 *Certum natura, legi quoque certum eſt.*
23 *Euentus litis, licet incertus, & dubius, & varius ſit, tamen certus eſt.*
24 *Excommunicatus qualiter, pendente appellatione admittatur ad electionem, vide tres caſus.*
25 *Electio facta per excommunicatum publice, vel occulte, non valet.*
26 *Collatio beneficij facta excommunicato etiam occulto, non valet.*
27 *Ignorantia probabilis excuſat excommunicatum ab irregularitate pendente appellatione.*
28 *Geſta ab excommunicato, vel depoſito ratione priuati iuris, an valeant pendente appellatione.*
29 *Depoſitus, & excommunicatus vtrum ſint alendi de fructibus beneficij, pendente appellatione.*
30 *Depoſitus nunquam recuperat primum ſtatum.*
31 *Suſpenſo nunquid deneganda ſint alimenta.*
32 *Eleemoſina nunquid ſit facienda excommunicato.*
33 *Excommunicatus pendente excommunicatione, vtrum debeat habere temporalium adminiſtrationem.*
34 *Suſpenſus ab officio, per conſequens eſt etiam a beneficio, ſecundum Abba.*
35 *Excommunicatus cui potius comparandus, deportato ſcilicet, an relegato.*
36 *Excommunicatus eſt quo ad omnes eccleſias, non in vna eccleſia tantum.*
37 *Suſpenſus ab officio, extra territorium, an cenſeatur etiam ſuſpenſus.*
38 *Suſpenſio diuiditur in factam ab homine, & factam a iure.*
39 *Excommunicatus iniuſte, poſt abſolutionem, an recuperet fructus.*

1 §. Verum. Licet † excommunicatus appellet ab excommunicatione, nihilominus denunciari poteſt, atque beneficij redditibus ſpoliari. h.d. In prima ponitur conſultatio, in ſecunda reſponſio. ſecunda ibi, nos itaque.

2 No. primo ibi, eximitur a poteſtate, vnũ effectum † appellationis legitimę. quod eximit appellantem quo ad illã cauſam a poteſtate iudicis a quo. ad hoc c. ſi a iudice. & c. non ſolum. eod tit. in vj.

3 Secundo no ibi, iuriſdictio † dormitaſſe, ꝙ pendente appellatione iuriſdictio iudicis a quo dormit, id eſt quieſcit, quia ſicut dormiens nihil facit: item iudex a quo pendente appellatio. iuriſdictionem exercere non poteſt, vnde iura dicunt, ꝙ appellatio ſuſpendit iuriſdictionem iudicis a quo, vt in c. venientes, de iureiur. & in d. c. ſi a iudice.

Tertio no ꝙ vbi appellatur a ſententia excommunicationis, appellatio non operatur omnino effectũ, de quo ſupra dixi: nam licet ſuſpendat iuriſdictionem iudicis a quo reſpectu iudicij omnino futuri, non tamen ſuſpendit ipſam ſententiam, nec actum futurum omnino acceſſorium ad ipſam ſententiam.

Et ex hoc dom. Abb. infert ex iſto tex. vnum ſolemne dictum ſ. ꝙ vbicũque appellatio non ſuſpendit actum iam geſtum de pręterito, ſimiliter nõ ſuſpendit actum gerendũ, ſeu faciendum, ſi ille actus omnino eſt acceſſorius, & conſecutiuus ad actum iam geſtum non ſuſpenſum per appellationem ratio, quia ratione connexitatis attribuitur potius pręteritis, quam futuris.

Et ex hoc infert do. Abb. ad notabile, & quotidianum di-
4 ctum. ſ. ꝙ licet noua † lex non concernat præterita, ſed futura, vt in c. fi. ʒ. de conſtit. tamen cõpręhendit illa futura, quæ habent omnimodam dependẽtiam a præteritis. & pro hoc allegat tex. cum glo. in clem. vt hi qui in verbo, in poſterum. de ęta. & qualit. & in clem. i. in glo. ij de teſtam. ſecus dicit, ſi actus futurus non eſſet omnino acceſſorius ad actum pręteritum, licet habeat cum eo aliquam conformitatem, circa ꝙ non inſto. ſed dic, vt plene hr̃ in d. c. fi. de conſti. vbi tractatur, an & quando conſtitutio trahatur ad pręterita.

5 Quarto no ꝙ † excommunicatus debet denunciari in publico, vt ab aliis euitetur, ex quo vr̃ inferri, ꝙ excommunicatus nondum denunciatus, non debet vitari, ſed non eſt verum, niſi ſit occultus. de quo vide bo. tex. cum glo. in c. cum non ab homine. ʒ de ſent. excõ. immo ſi ſolum eſſet fama de excommunicatione, debet ab aliis euitari, & debet etiam ipſe euitare conſortium aliorum, quouſque pro certo non ſciatur de excommunicatione. de quo vide bo. tex. in c. illud. de cle. excom. mi. & in c. cum deſideres de ſent. excom.

6 Quinto no ꝙ ille qui denunciat, vel † declarat, non dr̃ aliquid de nouo diſponere ad hoc l. hæredes palam. § ſed ſi non tam. ff de teſtam. Et ex hoc infert do. Abb ꝙ conſtitõ antiqui iuris declaratoria trahitur ad præterita, allegat no. in c. fi. de conſtit. de quo vide bo. tex. in c. cum tu. de vſur. hoc tamẽ eſt verum, niſi imponeret de nouo, quia tunc licet reſpectu declarationis trahatur ad præterita, non tñ reſpectu pœnæ. de quo vide bo. tex. cum glo in cle. i in verbo de cętero, de vſur.

Sexto no ex iſto tex ꝙ vbi denunciatio, ſeu declaratio amplius non ligat, ab ea amplius non poteſt appellari.

Et ex hoc infertur, ꝙ ſi denunciatio, ſeu declaratio am-
7 plius ligaret, poſſet appellari. Pone exemplũ, † incendiarius, antequam publicetur, põt abſolui ab excõmunicatione ab ordinario, ſed poſt publicationem, non poteſt abſolui, niſi a Papa, vt in c. tua. ʒ. de ſen. excom. vnde hoc caſu dicendũ eſt, ꝙ poteſt appellari, quia ceſſat ratio huius tex & hoc tenet hic Io. de Imo. in fi. & iſta ſit prima limitatio ad iſtum tex.

Secunda limitatio eſt. qñ aliquis fuit ignoranter excõmunicatus, puta aliquis abſens excõmunicatur, ꝙ poteſt cõtingere, vt in c. illud. & in c. pen. de cle. exc. min. tunc enim ſi appellat ab excõicatione a die notitiæ pendẽte appellatione non põt denunciari, vt no. Io. An. ʒ eo. dilectis. in ver. cum in tetim &c. & idem ſequitur hic Ioã de Imo. & Lap. & Dom. Dom. in c. is cui § fi. de ſent. excom. in 6.

Tertia limitatio eſt, qñ iudex declarat aliquẽ incidiſſe in excommunicatione lata ab homine, vel a iure, nam tunc talis declaratio redderetur nulla poſt appellationem, ſi fieret poſt legitimam appell. vt in c. per tuas. ʒ. de ſent. excõ. & pro hoc eſt bo tex in c peruenit, el 1. ʒ eo. vbi patet, ꝙ admittatur
8 † appellatio, niſi factum ſit notorium facit ꝙ no. hic Io. An. in verbo, denunciare & idem ſequitur hic Io de Imo. in c. 1. in fi de ſequeſtr. poſſ. & fruct. & Lap & Dom. Dom. in d. §. fi. Et has tres limitationes tenebis menti, quia valde ſingulariter limitant iſtum tex.

Sed aduerte, quia in hoc § But. in 5. col. dicit, ꝙ Lap alleg. ſua 88 dicit. per iſtũ tex. ꝙ ſi iudex in prolatione ſuæ diffinitiuæ condemnat illum, ꝯ quem tulit ſniam in expẽſis reſeruata ſibi taxatione, licet appelletur a diffinitiua, nihilominus poteſt iudex a quo taxare ipſas expẽſas, quia nihil diſponit, ſed declarat. ſed But dicit, ꝙ iſte tex. non bene facit, quia appellatio ibi ſuſpendit condemnationem expenſarum, hic vero non ſuſpẽdit excommunicationẽ. ſed de hoc articulo vide do. Abb. & do Proſdocimũ in c ſæpe. ver. vnde licet ʒ e.

Septimo no. ſm do. Abb. bonum tex. menti tenendum, ꝙ
9 † denũciatio excommunicationis neceſſario non probat denunciatum eſſe excommunicatum, quia per denunciationẽ non ligatur, & denunciatio poteſt eſſe iniuſta. de hoc vide bo. tex cum glo. in c. licet. in verbo, nunciari. de ſent. excom. in vj & in c. pia. in verbo, notandum. de excep. in vj.

Vltimo no tex. ſingul. ꝙ non eſt alibi ita expreſſus. ſ. ꝙ ex-
10 cõicato debent ſubtrahi † redditus ſui beneficij, ẽt ſi dicatur excommunicationem eſſe iniuſtam, & ẽt ſi ab ea ſit appellatũ, nec debet expectari euẽtus cauſæ. Ex quo enim interim ſibi denegatur eccleſię communio, deneganda eſt omnis cõmoditas proueniens ab eccleſia hoc tamen intellige, quando excommunicatio eſt lata ante appellationem: nam ſi eſſet appellatum, & appellatio eſſet interpoſita ex cauſa legitima, excommunicatio poſtea lata eſſet nulla ipſo iure, vt in c præced. & in c per tuas. ʒ. de ſent. excõ. nam talis debet admitti ad communionem fidelium, & ad actus extraiudiciales, vt in c. ſolent. in fi. de ſent excomm. in vj. Immo tali non incumbit alia probatio, niſi vt probet ſe appellaſſe ex cauſa rationabili, & ſe poſtea fuiſſe excommunicatum. Ex hoc enim conſtat appellationem eſſe nullam. de quo vide bon. tex. iuncta glo. in c venerabilibus. §. fin. de ſent. excom. in vj. de hoc tamen plenius dicetur infra in glo. fi. Antequam tamen veniam ad glo quæro de aliquibus pro declaratione litteræ, quæ hic tanguntur per Innoc & Doct.

11 Primo quæro, an quilibet iudex poſſit † denunciare iſtum excõmunicatum non obſtante appellatione. Inn diſtinguit, ꝙ aut eſt ordinarius excommunicati, & tunc põt denũciare, etiam ſi non fuit ille qui tulit ſentẽtiam excommunicatio-

nis, argu. 11 q. 3. curæ. & ſ. de treu. & pa. c. 1. aut eſt delegatus, & tunc dicit ꝙ ſi appellatio eſt interpoſita et a ſuperiore recepta non poteſt denunciare, arg. in c. paſtoralis. §. præterea. de off. deleg. & ſic hoc bene dicit in primo caſu, ſ. quando ille qui vult denunciare eſt ordinarius excommunicati, ſed quando eſt delegatus, dom. Abb. plenius diſtinguit, ex cuius diſtinctione facias tres caſus.

Primus eſt, quando delegatus detulit appellationi. & hoc
22 caſu non poteſt denunciare eum, quia per †delationem omnis iuriſdictio transfuſa eſt ad iudicem ad quem, vt in c. cum appellationibus. eo. ti. in 6 & ſic iudex nõ remanſit: tũ quia ſua non intereſt, vt iſte vitetur, cum non ſit iudex ſuus.

Secundus caſus eſt, quando non detulit appellationi, ſed appellatio fuit recepta per ſuperiorẽ, & hoc caſu non poteſt denunciare, quia per hanc receptionẽ reuocata fuit prorſus omnis iuriſdictio ab eo, vt d. §. præterea. & hoc eſt quod voluit Innoc. vbi ſupra.

Tertius caſus eſt, quãdo delegatus, nec detulit appellationi nec appellatio fuit recepta per ſuperiorem, & hoc caſu dicit dom. Abb. quod credit, quod poſſit denunciare: quia ſua intereſt illum vitari, vt citius reſipiſcat, & ſibi obediat, & vt pœna impoſita per ipſum habeat effectum & pro hoc facit c. ad aures. ſ. eo. vbi patet, ꝙ delegatus poteſt præfigere terminum appellanti ad proſequendam appellationem, vt citius reaſſumat iuriſdictionem. ſed tu dic, ꝙ hoc etiam eſt de mente Innoc. cum dicit, ꝙ delegatus non poteſt denunciare, ſi appellatio eſt recepta per ſuperiorem, ergo ſi nondum eſt recepta, poterit delegatus denunciare.

Secundo quæro quid ſi iudex ad quem ante denunciatio
23 nem præcipit iudici † a quo, ne illum denunciet, an teneatur ipſe obedire, & ceſſare a denunciatione. & Inno. dicit, ꝙ ſic, & plus dicit, ꝙ pars aduerſa appellans non eſt audiẽda, quia ſua non intereſt, cum ante euentum appellationis non teneatur illi ſatisfacere, niſi diceret, ꝙ eſſet excommunicatus pro manifeſta offenſa: nam tũc ſua intereſt appellare. quia ſi offenſa eſt manifeſta, non valuit appellatio ſ. eo. conſuluit. & c. cum ſit Romana. in ſi. eo. tit. & quia pendente quæſtione iuriſdictionis, ſ. quia dr̃ appellationem non tenere, non poteſt iudex ad quem ſe intromittere de principali priuſquam cognoſcat, an appellatio teneat, vel non, vt in c. Romana. §. ſi vero vocatis. cum §. ſeq. eod. tit. in vi.

Et ex hoc habes quartam limitationẽ ad iſtum text. nam iudex non poteſt denunciare excommunicatum poſt inhibitionem ſibi factam per iudicem ad quem, niſi aduerſarius dicat eum excommunicatum pro manifeſta offenſa, quod tene menti.

24 Tertio, & vltimo quæro, an † abſolutio ab excommunicatione ſuſpẽdatur per appellationem & dicendum eſt ꝙ nõ, quia par eſt poteſtas ligandi, & ſoluendi de pœ. diſt. 1 verbum. pro quo etiam vide bo. tex. in c. venerabilibus. §. vbi autem. de ſent. excom. in 6 & iſtud tenet Inno. in c. ab excommunicato. ſ. de reſcrip. & Io. And. in c. ſacro de ſent. excom. in 6 & iſtud tenet Inn. in c. ab excommunicato. ſ. de reſcrip. & ſequitur hic Io. de Imo. facit quod no. glo. in c. nouit. ſ. de offic. de leg. & quod dixi in c. quaſi ſionte ſ. eod.

In gl. ibi, quantum ad illum articulum, & ibi. ſed in aliis remanet iudex no. bene iſtam glo. quia vult ꝙ ſi aliquis appellat in vno articulo vnius cauſæ, non ſuſpẽditur iuriſdictio
25 † iudicis a quo, niſi quo ad illum articulum, non autem quo ad alios articulos ſeparatos, licet poſſit in illis recuſari tanquam ſuſpectus, vnde iſta glo. melius dicit, quam glo. ſ. eo c. ſuper eo vbi dixi.

In glo. in verbo, executionem. hæc glo. in effectu colligit quatuor rationes, quare appellatio non ſuſpendat excommunicationem.

26 Prima eſt Petri Hiſpani antiqui gloſſatoris aſſerẽtis, ꝙ † eſt excommunicatio ſit ſententia ſummi Pontificis i. Dei, quia Deus ligat, & non homo 6 q. 3. nemo. quemadmodum non appellatur a ſentẽtia principis, maxime quo ad effectum ſuſpenſiuum, ita nec ab excommunicatione ſed iſta ratio non eſt bona quia nõ concludit in excommunicatione iniuſta, quia ibi Deus non ligat, vt in c. a nobis. de ſentẽ. excom. & in c. cui eſt illata. 11 q. 3. & tamen iſte tex. loquitur etiam, qñ excommunicatio dicitur minus rationabiliter promulgata, vnde Hoſt. & dom. Abb. impugnant hanc rationem Petri.

27 Secunda fuit ratio † Laurẽtij antiqui gloſſatoris qui dixit, ꝙ ideo non ſuſpenditur excommunicatio per appellationẽ, vt homo creſcat per meritum parendo ſententiæ cenſuræ et iniquæ, & vt magis timeatur diſciplina eccleſiaſtica, hæc ratio ſecundum Abb. eſt vera in ſe, ſed non probatur iure.

Tertia ratio fuit Ioannis, quæ dicit, ꝙ conſiliũ eccleſiæ facit, vt ſententia excõicationis non ſuſpendatur per appellationem ad hoc, vt cenſura eccleſiaſtica magis timeatur: ſed iſta ſolutio in effectu idem vult, ꝙ præcedens, & eadẽ impugnatione repellitur: tamen tenendo eam ceſſat omne contrarium: nam in illis caſibus appellatio a iure eſt interdicta.

18 Quarta ſolutio Bernardi † gloſſatoris eſt, ꝙ ideo excõicatio non ſuſpenditur per appellationẽ, quia eius effectus, ſeu executio non eſt ſeparabilis ab ipſa ſententia excõicationis, ſecus in aliis ſententiis. quia effectus aliarum ſentẽtiarum eſt ſeparabilis ab ipſis ſententiis. & in hoc Doct. multum inſtãt ponendo diuerſas ſolutiones, & do. Abb. refert alias 9. ſolutiones, ſeu rationes vltra quatuor prædictas, quas ponit gl. & licet reprobet rationem glo. tamen vltimate ponit rationem, quam in effectu ponit iſta glo. dicit enim, ꝙ appellatio veritate inſpecta non extinguit ſententiam, ſed tunc ſuſpendit, vt in c. venientes de iureiur. & in c. paſtoralis. §. præterea. de offi. deleg. adeo vt non ſuſpendat ſententiam quo ad omnes effectus, vt in c. ſi. de eo qui mitt. in poſſ. ſed effectus excõmunicationis non eſt ſeparabilis ab ipſa ſententia: nõ enim poteſt dari excommunicatio, quin detur effectus ipſius excommunicationis, ergo appellatio non ſuſpendit, nec ſententiam excommunicationis, nec ipſius effectum, ex quo effectus non eſt ſeparabilis a ſentẽtia. & in effectu hæc eſt ratio glo. cum qua ſe ſidet hic Bal. & Io. de Imo.

19 Sed tu aduerte, quia aut quæritur, ꝙ † iudex poteſt denunciare excommunicatum poſt appellationem & hoc caſu dicendum eſt, ꝙ poteſt denunciare per duplicem rationẽ, quæ aſſignatur in tex. quia excommunicatio trahit ſecum executionem, & quia per denunciationem amplius non ligatur, & puto ꝙ iſtæ rationes requiruntur copulatiuè. Aut quæri-
20 tur, † quare excommunicatio non ſuſpendatur per appellationem, & quare excommunicato poſſint ſubtrahi prouentus beneficij, & tunc dic, ꝙ ratio eſt, quam aſſignat glo. & do. Abb. ſ. quia effectus excommunicationis non eſt ſeparabilis ab ipſa ſententia. Sed puto, ꝙ ſit verior ratio ſ. quia ſentẽtia excommunicationis etiam iniuſte iniicit vinculum, & ea requiritur abſolutio, licet ſit iniuſta, vt in c. ſacro de ſent. excõ. & in c. 1. de ſent. excomm. in vi. pro hoc facit ꝙ no. glo. in cle. vnica in verbo, donec, de deci. quæ dicit, ꝙ excommunicatio nunquam tollitur, niſi interueniat abſolutio. cum ergo excommunicatio non poteſt tolli niſi interueniente abſolutione merito non ſuſpenditur per appellationem. & ſi diceretur, quæ eſt ratio, quare etiam ſentẽtia ſuſpenſionis, vel interdicti, non ſuſpendatur per appellationẽ, vt in c. ad hæc quoniam. ſ. eod. & in c. is cui. de ſent. excom. in vi. dic quod ratio eſt, quia ſententiæ cenſuræ dependent a poteſtate clauiũ, ideo non ſuſpenduntur per appellationem, ſecus in aliis ſententiis, quæ non dependent a poteſtate clauium: & iſtam rationem poſuit hic Butr. licet immiſceat alia verba, quæ non ſunt vera.

In glo. in verbo, ſecus trahat, diu de ipſam in duas partes. ſecunda ibi, cum ſit talis medio tempore.

In prima parte glo. inquantum dicit, ꝙ excommunicatio non poteſt ſtare in pendenti, ſed vel ſtatim ligat, vel ſtatim eſt nulla. vide tex. no. in c. venerabilibus. in verbo. appellatũ. de ſent. excomm. in vi qua per hoc infert, ꝙ poſt ſniam diffinitiuam ĩ. decem dies qui dantur ad appellandum, ſi iudex
21 † excommunicet condemnatum, quia non paret ſniæ, dato ꝙ poſtea condemnatus appellet, talis excommunicatio nõ ſuſpenditur per appellationem, nec eſt reuocanda in vim attentati & illam glo. tene menti, quia per eam ſingulariter limitatur c. non ſolum. in prin. de appell. in vi. Tamen quo ad principalem articulum, quem tangit glo. Doct. diſtinguunt, ex qua diſtinctione facias tres caſus.

Primus eſt, quando eſt notorium non tenere appellationem. & hoc caſu clarum eſt, ꝙ appellatio nõ ſuſpendit iuriſdictionem iudicis a quo, quia appellatio friuola non valet, nec eſt ei deferẽdum, vt in c. cũ appellationibus de app. in 6.

Secundus caſus eſt, quando certum eſt appellationem eſſe validam, & executionem eſſe nullam, & tunc excommunicatio non ligat, vt ſupra eo c. dilecti.

Tertius caſus eſt, qñ dubitatur, an appellatio ſit iuſta, vel iniuſta, & tunc quo ad nos pendet ex futuro euentu, ꝙ ſi cõſtabit appell. eſſe legitimam, per ꝯñs conſtabit excommunicationem nõ tenere, ſed veritate inſpecta excommunicatio ſtatim tenuit, vel fuit nulla, quia certum eſt naturæ, vtrum
22 appellatio ſit legitima, vel non. & id quod eſt certum † naturæ, etiam eſt certum legi, vt in l. ſi pater. ff. de ſolu. & in l. cum ad præſens ff. ſi cer. pet. vnde licet apud nos ſit incertũ, quia
23 dubius eſt euentus † litis, vt in l. quod debetur. ff. de pec. lega. tamen eſt certum.

In ſecunda parte glo. inquantum glo. dicit, ꝙ ſi excõicatus pendente appellatione adeptus eſt eccleſiã, ꝙ nõ eſt illa priuandus idẽ dicit glo. in c. Apoſtolicæ. de cle. excom. ſed gl. ſi. in c. ſolet. de ſen. excõ. lib. 6 ſenſit ꝯtrũ. vbi dicit, ꝙ ſi pẽdente appel-

24 appellatione† excommunicatus admittitur ad electionem,
ſi poſtea apparet ipſum non legitime appellaſſe, non vale
bit vox ſua. & illa glo melius dicit. & cõmuniter approbatur
per Doct. & iſta reprobatur. vnde Doct. diſtinguñ, ex qua di-
ſtinctione facias tria membra, ſeu tres caſus.

Primus eſt in his, quæ geruntur ratione publici officii, &
iſta tenentur, ex quo non putabatur excommunicatus vi-
gore appellationis præcedentis, licet veritas habeat ſe in cõ
trarium, vt in c. ad probandum. de re iudic. & in l. Barbarius.
ff. de offic. prę:or.

Secundus caſus eſt in his, quæ geruntur ratione priuati of
ficij cõtinentis vtilitatẽ ipſius excommunicati, vel alterius,
& tunc ſi eſt talis actus, qui eſt interdictus excommunicato
non valebit, licet putaretur non excommunicatus ad hoc,
e. cum dilectus. vbi Inn. ponit vnum dictũ ſemper menti te-
nẽdum, dicens, ꝙ nõ eſt dĩa inter publicum excommunica
tum, & occultũ, niſi in his quæ geruntͬ rõne publici officij.

Ex quo infertur, ꝙ quantumcũque excommunicatio ſit
25 occulta, nõ valet† electio facta per excommunicatum, quia
ius eligendi inquantum cõcernit ſingulos canonicos eſt pri
uati officii licet inquantum cõcernat totum capitulum, ſit
publici officij & idem dicit Io. And. in c j. de reſcrip in 6.

Et ex hoc infertur, ꝙ hæc glo & gl. in c apoſtolicæ de cle.
26 excom. mi. inquantum dicunt, ꝙ valet† collatio beneficii fa-
cta excommunicato occulto, qui ſe ignorat excommunica
tum, non bene dicunt, & contrarium ſenſit d. glo. fi. in d. c. ſo
let. de ſent. excom in vj.

Tertius caſus eſt in his, quæ concernunt pęnam contem-
ptus, vt eſt irregularitas, & illa nõ afficiũt excommunicatũ,
quia non dr̃ contempſiſſe, ex quo pendebat appellatio, ideo
27 excuſatur, ſi fuerit† in probabili ignorantia, vt eſt tex. & glo.
in d c. Apoſtolicæ. de cle excom. mi. facit c. vt animarum. de
conſti in 6. Non obſtat ꝙ no. glo. not in c ſæpe. in verbo, ra
ta manet. ſ. eod quia illa glo procedit, quando conſtabat ap
pellationem legitimam, licet forte eſſet deſerta, hic autem
conſtabat non fuiſſe legitimam, & ita dicit Io. de Imo alle-
gat no. in c. ſolet. & in c. licet. de ſen. excom. in vj. Et prędicta
28 tene menti ad declarationem glo præallega. nam† geſta per
excommunicatũ, vel depoſitum appellatione pendente nõ
valent in his, quæ geruntur ratione priuati iuris, vel officij,
quando conſtat, ꝙ appellatio non fuit legitima, ſecus ſi con
ſtaret, ꝙ fuiſſet legitima, quia geſta inter eum valerent poſi-
to ꝙ appellatio ſit deſerta, vt in c. licet & in d c. ſæpe.

In glo. ſi diuide iſtam glo. in quatuor partes.

In prima parte glo. tractat, an excommunicatus vel depo
ſitus debeat habere fructus beneficij, ſui pendente excom-
municatione, vel depoſitione.

In ſecunda parte glo. quærit, an ſit neceſſe, quod exprima
tur in ſententia. vt redditus beneficij auferantur excommu
nicato pendente excommunicatione.

In tertia parte, an ſuſpenſus in vna eccleſia, vel in vno lo
co intelligatur ſuſpenſus in aliis eccleſiis, vel in aliis locis.

In quarta parte. an excommunicatus poſt abſolutionem
poſſit recuperare fructus medij temporis. ſecunda ibi, item
illud. tertia ibi, qui autem excommunicatus eſt. quarta ibi,
ſed nunquid abſolutus.

In prima parte glo iunge fin glo. cum principio, & eam
29 iungendo iſta vr̃ eſſe intentio glo. ꝙ aut loquimur in† depo
ſito, & iſte eſt alendus de fructibus eccleſiæ, ne cogatur in
opprobrium cleri mendicare: aut loquimur in excommuni
cato, & tali in nullo eſt prouidendum, quia contemnit cla-
ues eccleſiæ, & imputãdum eſt ei. quare non redeat ad eccle
ſiam petendo abſolutionem ab excommunicatione. hoc ta
men intellige, niſi fame periret, quia tunc ei eſt ſubuenien-
dum & opi glo. ſequitur Io. And. reddendo rationem diuer
ſitatis inter excommunicatum, & depoſitum, quia excom-
municatus poteſt ſibi prouidere petẽdo abſolutionem. ſed
depoſitus nõ habet iſtud remedium, quia cum fuerit depo-
30 ſitus † propter crimen, quantumcunque fuerit emendatus,
nõ recuperat primum ſtatum, merito eccleſia prouidet ſibi
de aliquibus temporalibus, ne cogatur in opprobrium cleri
mendicare de quo vide bo. tex. cum glo. in c. ſtudeat. 50. diſt.
& pro concluſione glo. vide bo. tex. in c quia ſæpe. in verbo,
quibuſcunque. de elec. in vj. & ij. q j quamuis. & j q ii. quã pio.
31 Et ex hoc poteſt inferri, nunquid† ſuſpenſo denegãda ſint
alimenta ex fructibus eccleſiæ. de hoc vide gl. in c. cum Vin-
tonienſis quæ inc. pit, no quod. de elect. ſed do Abb. dicit il
lam glo intelligendam in ſuſpenſo propter delictum: ſecus
ſi eſſet ſuſpenſus propter cõtumaciam, quia tunc in aliquo
ei non eſt ſubueniendum, cum poſſit prouidere ſatisfacien-
do: nam ſæpe homines de cibo ſecuri iuſtitiam negligunt. 5.
q. 5. non omnis. & hoc etiam ſenſit glo not. in clem cupien
tes in glo. mag in fi. de pę quæ dicit, ꝙ ſuſpenſo ſunt ſubtra-
hendi redditus beneficij, quando eſt in mora petendi abſo-
lutionem. pro hoc facit notabile dictum Io Card. in c. ab ex-
communicato de reſcrip. vbi dicit, ꝙ ſi excommunicatus ne
gligit petere abſolutionem, nõ poteſt ſtare in iudicio etiam
ſe defendendo. & iſta eſt notabilis limitatio ad d c cum in-
ter, ſupra de excep.

32 Nunquid autem excommunicato ſit facienda† eleemoſi
na. dic quod ſic. ſi fame periret. alias non, vt in c ſi. xi q iii

In ſecunda parte glo. hæc glo non bene dicit, quia etiam
ſi non ſit expreſſum in ſententia excommunicato ſunt ſub
trahendi redditus hoc tenet glo 1. 3 2. diſt præter & Innoc,
in c. qualiter, & quando. prope fin. ſ. de accuſ. & Spec in titu.
de ſtue & lit. expẽ. intereſſe in fi vbi dicit idem tenuiſſe Vin.
in c quotiens. de ſimo & Hoſt. in ſumma de ſentẽ. excomm.
§ ſed quis ſit eius effectus. ver. item ꝙ nullum. ſed contra iſtã
deci. glo facit illud, ꝙ dr̃ in princ. iſtius glo. dum dicit. ꝙ qui
extra eccleſiã eſt, nihil debet poſſidere nomine eccleſiæ. iſta
enim rõ militat etiam ſi in ſnĩa nihil ſit expreſſum, & expreſ
ſiſſime probatur in tex. non deſtruẽdo literam: nam ſolum
fuit appellatum a ſnĩa excommunicationis, & dr̃. ꝙ ex quo
excommunicatio non ſuſpenditur per appellationem, non
dẽt ſuſpendi actus omnino acceſſorius ad ipſam excommu
nicationem, vt eſt denunciatio, & ſubtractio redditu ũ: nam
ſi nõ ſequeretur neceſſario ex ſnĩa excommunicationis, ſed
oporteret exprimere in ſnĩa, deberet ſuſpendi per appell. ſe-
quentẽ quia tunc eſſent tot ſententiæ, quot eſſent articuli. l.
etiam. § 1 ff. de minor & no glo an c ij in verbo, eadem ſentẽ
tia ſ. de ord. cog. quia ergo appellatio nõ ſuſpendit excõmu
nicationem, per ꝯñs etiam nõ ſuſpendit ſubtractionem red
dituum, immo acceſſorium ipſi' excommunicationi.

33 Sed circa prædicta dubitatur, nunquid † excõicatus pen-
dente excõicatione debeat habere adminiſtrationem tem-
poralium. But. tenet, ꝙ ſic, dicens, ꝙ excõmunicato non ſub
trahitur adminiſtratio tpalium, licet nullam cõmoditatem
debeat iudex conſequi. ſed do. Abb hoc reprobat, quia cum
excommunicato interdicatur communio, per ꝯñs interdici
tur ſibi poteſtas adminiſtrandi etiam tpaliter, allegat c. veri
34 tatis. in fi. de do. & contu. Item ſm̃ eum† ſuſpẽſus ab officio,
per conſequens eſt ſuſpẽſus a beneficio, ſed ſuſpẽſus a bene-
ficio non debet ſe ingerere adminiſtrationi ipſius. vt in c 1.
de elect. in 6. vnde dicit, ꝙ debet deputari Oeconomus, ſeu
Vicarius temporalis adminiſtrationi temporalium, iuxta ea
quæ habentur in ſimili, in c peruenit. ſ. eo. & in c cum ex eo.
de elect. in 6. & in c. ſi de ſta. regula Sed circa id, ꝙ tangit do.
Abb. an ſuſpenſus ab officio, intelligatur a beneficio. vide
glo. in clem. cupientes. in glo. mag in fi. de pęn. & pro opi. quã
tenet do. Abb. vide gl. in c clericus victum. 91 diſt quę dicit,
ꝙ beneficium debet aſſignari alicui, qui celebrat pro excõ-
municato, donec remanet in excõmunicatione. allegat d c.
peruenit. Item aduerte, inquantum glo ęquiparat excom-
35 municatum† relegato, quia glo Inſtit de cap. dimi. § media.
dicit, ꝙ ęquiparatur deportato. & idem dicit glo. in c. decer-
nimus. de ſent excomm in 6. & iſta eſt melior comparatio,
quia quis poteſt relegari reſpectu certi loci ff de interd. & re
36 la. l. relegatorum. ſed † excommunicatus reſpectu vnius ec-
cleſiæ neceſſario eſt excommunicatus quo ad omnes eccle-
ſias, vt in c curę. 11. q 3. & in c. 1. ſ. de treu & pa. & in d. c. ad re
primendam de offi ord. Item relegato non denegatur com
munio hominum, nec ſacramentorum. ſecus in excommu-
nicato, vnde magis proprie ęquiparatur deportato, tamen
neque etiam deportato proprie ęquiparatur, quia deporta-
tus perdit ciuitatem, & libertatem, & omnia quæ ſunt iuris
ciuilis l quidam ff. de pęn. ſed excommunicatus iſta nõ per-
dit, nam poteſt donare, & contrahere, vt no. in c. vetitatis. de
do. & contum Item poteſt teſtari de bonis ſuis, vt no Io. An.
in c decernimus de ſent. excom. in vj. & vide plene per Ang.
de Peru in quadam ſua diſputatione. quæ incipit, duo adin-
uicem litigantes, poſt princ. vbi concludit, ꝙ excommunica
ti ſint ſpecies de per ſe hominum dãnatorum, ita quod pro-
prie non ęquiparantur relegatis, neque deportatis, ſed in his
in quibus habent conformitatem cum relegatis, cenſebun-
tur iure relegatorum. In his vero, in quibus habent confor
mitatem cum deportatis, cenſebuntur iure deportatorum.
& vide plene hanc materiam ibi per Ang. & per Bal. in l j. C.
de hære. inſtit. & in l 2. § deinde ff de orig. iur. aliquid per Bar.
in l amiſſione. ff de capi dimi.

In tertia parte glo. ibi, ſed prius dictum prępualet, vult dice
37 re, ꝙ ſiue ſit † ſuſpẽſus ab officio ex cauſa irrogãte infamiã,
ſiue non, ſemp ſuſpenſus erit quo ad oẽs alios ẽt extra terri
torium ſuſpendentis, & hanc opi. ſequitͬ hic Io. And reddẽs
rationem diuerſitatis inter hũc caſum, & l ex ea allegatam
pro contrario, quia ſuſpenſio ab officio contingit propter
ordinem, vnde ex quo ordo eſt ſuſpenſus, non po. eſt alicubi

miniſtrare diuina, ſed in l. ex ea, fuit interdictum, vt nõ poſſet quis poſtulare: nam tale interdictum non concernit cauſam exiſtentem extra territorium interdicentis, quia ex peritia procedit poſtulatio, quæ non interdicitur in alio territorio, & ille tex. eſt valde notabilis, ad multa alia valet, vt depoſitio concernens exercitium perſonæ, vel bona non extẽdat vires ſuas extra territorium iuriſdicentis. Sed inquantum glo. dicit, quod ſuſpenſio a beneficio non extenditur ad beneficia exiſtẽtia extra territorium, Bal. diſtinguit, quod
38 aut † ſuſpenſio ſit ab homine, aut a iure.

In primo caſu dicit, quod aut ſuſpenſio eſt facta a certo beneficio, & talis ſuſpenſio nõ nocet in aliis beneficiis, aut ſuſpenſio ſit ſimpliciter, & ſi conſtat, quod voluit ab omni beneficio ſuſpendere, & inhabilitare eius perſonam, & tunc erit inhabilis etiam extra territorium ſuſpendentis. cap. poſtulaſti ſupra de foro compet. vbi ordinarius poteſt priuare beneficio, quod quis habet in aliena diœceſi, licet executio debeat fieri per iudicem territorij, per ea quæ habentur in c. paſtoralis de fo. compet.

In dubio autem ſententiæ ſuſpenſionis debent reſtringi ad beneficia, quæ ſunt in territorio ſuſpendentis, arg. cap. ij. de conſtit. in vj. & in cap. a nobis. el piccolo. de ſent. excomm. & bene facit tex. in l. cum vnus. §. his qui. ff. de bo. auct. iudic. poſſ. & hoc de primo caſu.

In ſecundo autem, ſcilicet quando ſuſpenſio beneficij inducitur a iure, tunc dic, quod aut talis ſuſpenſio reſpicit certam eccleſiam, & tunc operatur ſolum reſpectu beneficiorum, quæ ſuſpenſus habet in eccleſia. nõ autem reſpectu beneficiorum, quæ habet extra illam eccleſiam, hoc probatur in c. cum in cunctis. in fi. ſupra. de elect. iuncto c. ſi compromiſſarius, ita concludit hic But. & Io. de Imo. & dom. Abb.

39 In quarta parte glo. no. iſtam glo. quia vult, quod † excommunicatus poſt abſolutionem, ita demũ recuperat fructus, ſi iniuſte fuit excommunicatus, ſecus ſi iuſte.

Aduerte tamen, quod etiam quando iniuſte fuit excommunicatus, non poteſt reuocare fructus per viam attentati, quia illa innouatio fuit legitime facta, vt hic in tex. vnde debet reuocari per viam querelæ, poſtquã apparet ipſum iniuſte fuiſſe excommunicatum, & appellationem ſuam fuiſſe legitimam, vt hic in glo. & ita dicit hic Io. de Imo. & refert idẽ tenere Dom. de Ro. deci. ſua 46. Sed quæro, quid fiet de iſtis fructibus, quando fuit excommunicatus iuſte, & ſic fructus non debent ei reſtitui. de quo vide glo. in clem. vt hi qui. in verbo, dimidia de ęta. & quali. & in clem. ij. in verbo, ſuſpenſus. de vi. & hon. cler. & vide quod no. Innoc. & Doct. in c. ſicut. de cohab. cler. & mulier. Sequitur c. ſollicitudinem.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus qui appellauit ad Papam, iudicem inferiorem adeundo appellationi videtur renunciaſſe.*
2 *Iudex a quo poteſt excommunicare appellantem.*
3 *Appellans fruſtratorie poteſt per iudicem, vt contumax mulctari, & poteſt iudex ad vlteriora procedere.*
4 *Excommunicatus poteſt denunciari, vt euitetur.*
5 *Sententia declaratoria ſemper poteſt peti, vbicunque eſt probabile dubium.*
6 *Iudex inferior a iudice ad quem eſt appellatum, an ſicut non poteſt cognoſcere de appellatione, ita nec de attentatis poſt appellationem.*
7 *Archiepiſcopus poteſt cognoſcere inter ſubditos ſui ſuffraganei in facto notorio.*
8 *Mandatum notoriè iniuſtum dicitur, quando epiſcopus mandat ſubdito, quod non poteſt impleri abſque peccato, vel quod ad eius officium non pertinet.*
9 *Mandata Papæ quando non eſt parendum.*
10 *Mandatum iudicis ſub pœna dupli facto, ſine cauſa cognitione, parendum non eſt.*
11 *Appellationi ſicut renunciat comparens coram iudice a quo, ita qui coram alio inferiore ad quem comparet.*
12 *Proteſtatio tollitur per actum contrarium.*
13 *Archiepiſcopus non cognoſcit inter ſubditos ſuffraganei, niſi per appellationem.*
14 *Sententia excommunicationis quando eſt ipſo iure nulla.*
15 *Cognitio cauſæ appellationis, quare transferatur ad alium iudicem.*
16 *Præſumptio ſemper eſt pro iuriſdictione ordinaria, ſeu delegata, donec contrarium probetur, ſecundum glo.*
17 *Renunciare appellationi, an dicatur comparens coram iudice a quo.*
18 *Contraria, an & quando quis proponere poſſit.*
19 *Proteſtatio contraria facto, iuuat proteſtantem in his quæ dependent a ſolo animo proteſtantis.*
20 *Princeps factus an valeat ſtante ſtatuto, quod lex, vel canon, vel reſcriptum denegat alicui audientiam, vel dicat quod quis non audiatur.*
21 *Renunciatur priuilegio per vnum actum contrarium.*
22 *Renunciatio appellationis an inducatur pro comparitione coram Archiepiſcopo, reſpectu epiſcopi a quo fuit appellatum, an vero reſpectu aduerſarij.*

CAP. LIIII.

1 SOllicitudinem. Si † excõmunicatus ab ep̃o, poſtquam appellauit ad Papam, ponat ſimpliciter querelam coram Archiep̃o de iniuſtitia ſententiæ, videtur renunciaſſe ſuæ appellationi, & Archiepiſcopus cauſam audiet, ſecus ſi cõtrarium proteſtetur. hoc dicit. vel ſic. ſi appellans ad ſuperiorem, comparet coram iudice inferiore ſuper concernẽtibus ipſam appellationẽ ipſi appellationi renunciare videtur. ſi autem proteſtetur, quod per hoc non intendit renunciare appellationi, tanquã contraria allegans non eſt audiendus, niſi ſit notorium, illum actum eſſe iniuſtum, ſuper cuius emendatione adiuit inferiorem. hoc dicit, communis diuiſio. ſecunda ibi, nos igitur.

2 No. primo, ꝙ † iudex a quo põt excõicari appel. tanquam contumacem, ſi prætendit appell. eſſe friuolam. ratio eſt, q̃a appellatio friuola nõ defendit appellantẽ, vt in c. cũ appellationibus, eo ti. in vj. põt ergo reputari contumax, ſi validitas excõicationis pendet ex futuro euentu quo ad nos, vt dictũ eſt in præced. c. vide tex. in ſimili in c. ij. de do. & contu. in vj.
3 Et ex hoc colligit do. Abb. duas practicas ꝯ appellantẽ † fruſtratorie ab interlocutoria: nam põt iudex illum vt cõtumacẽ mulctare, vt hic. Itẽ põt ad vlteriora procedere, vt in d. c. ij. & vide opt. tex. de hoc in c. ij. vt li. non conteſt. vbi patet, ꝙ iudex poteſt excõicare contumacem, & ẽt in cauſa procedere, quatenus ſtatus cauſæ patitur, & ibi ẽt hoc no. D. Abb.
4 Secundo no. ꝙ quemadmodũ quis põt denũciari † excõicatus ad finem vt euitetur, vt ſ. c. præce. in fi. ita poteſt denũciari nõ excommunicatus & iſta eſt optima cautela, ſm do. Abb. q̃n aliqs iniuſte reputatur excõicatus, vel criminoſus, nam poteſt adire iudicem, & petere declarari, ac denunciari ſe nõ eſſe excõicatum, vel nõ eſſe criminoſum. & iſtum tex. multum hic no. Bal. dicẽs, ꝙ vbicunq; eſt probabile dubiũ iu-
5 ris, vel facti, ſemper põt peti † ſñia declaratoria, ꝙ dicit eſſe menti tenẽdam & facit hoc ad no. per Bar. in l. ſi ſtruta §. eleganter. ff. de dam. infe. & in l. Aurelius. §. cẽtum. ff. de lib. leg. & in l. ſi contẽdat. ff. de fideiuſſ. vbi tangit Bart. an reus poſſit petere, ꝙ declaretur aliquod ius non competere aduerſario, vel exceptionem ſibi competere. pro hoc ẽt eſt hic opt. tex.
6 Tertio no. vnã bonã regulã, ſm do. Abb. ꝙ ſicut † inferior a iudice ad quẽ eſt appellatũ, nõ põt cognoſcere de appell. ita ẽt non põt cognoſcere de attentatis poſt appell. ẽt ad inſtantiam appellantis, hoc tñ iſte tex. limitat tribus modis.

Primus eſt, quando appellans vellet renũciare appellationi, quia tunc iudex inferior poſſet cognoſcere & de attentatis, & de ipſa appellatione, vt hic.

Secunda limitatio, quando attentata ſunt notorie iniuſta, vt hic in verſ. ſi vero.

Tertia limitatio eſt, q̃n attentata nõ contingunt cauſam appellationis, ſed põt expediri officio circa cognitionẽ articuli appellationis, tunc n. iudex appellationis inferior põt ſe intromittere ſuper attẽtatis, vt hic a ꝯrio ſenſu, & ſ. eo cum teneamur. Et no. iſtum text. quia multum declarat, quando attentata ſunt reuocanda per iudicem a quo.

Quarto no. in verſic. ſi vero notorium, ꝙ in facto notorio
7 poteſt † Archiep̃s cognoſcere inter ſubditos ſui ſuffraganei. vide bo. tex. in c. Romana. §. notoria. de cenſib. in vj. Dicitur
8 autem † mandatum eſſe notorie iniuſtum, quãdo epiſcopus mandat ſubdito aliquid, quod non poteſt impleri abſq; peccato, vel periculo perſonæ, vt in cap. venerabilibus. § vlt. de ſent. excomm. in vj. vel quando epiſcopus mandat aliquid, quod notorie non pertinet ad eius officium, vt in regula, ea quæ. lib. 6. & in c. ad aures de temp. ord. vbi habet̃, an & quando ſit parendum mãdatis ſuperioris. & adde notabile & ſingulare dictum Innoc. in c. inquiſitioni. de ſent. excomm. vbi
9 dicit, ꝙ non eſt parendum † mandato Papæ, ſi mandat aliquid, ex quo timentur mala futura eccleſiæ inſurgere, vel quando mandat ſibi, quod eſt in ſe peccatum. vide etiam aliud notabile dictum Innoc. in cap. tua. qui matr. accuſ. poſſ.
10 vbi dicit, quod ſi iudex † mandat alicui ſub pœna dupli, ꝙ faciat aliquid, quod tale mandatum non ligat, niſi interueniat cauſæ cognitio niſi in caſu l. ſi tutor. § ſi depoſi. ff. de adminiſtr. tutor. de quo etiam vide Bart. Bal. & alios in l. filiuſfamilias. § diui. ff. de leg. ſecundo. vbi Doct. ponunt, an mandatum iudicis nudum liget, de quo etiam per Bal. in l. ius alimentorum ff. vbi pupil. educ. debeat, & in l. interlocutio. C. commi. vel epiſtolas. & in l. i. in fi. ff. ſi quis ius dicen. non obtemper. & in Specul. de contuma. § j. verſ. ſed nunquid.

Quinto

Quinto nota vnam bonam regulam, & menti tenẽdam,
11 ſecundum dom Abb quod ſicut † renunciatur appellationi per comparitionem coram iudice a quo. vt in cap. gratum ſupra de offic.deleg. & in cap.cum veniſſent. ſupra de teſtibus. ita per comparitionem coram alio iudice ad quem non fuit appellatum, quando talis iudex eſt ſuperior iudice a quo, niſi contrarium proteſtetur.

Vltimo nota vnam notabilem limitationem ad regulam
12 vulgatam, quæ dicit, quod † proteſtatio tollitur per actum contrarium: illud enim procedit, quando factum contrarium explicatur, ita quod non eſt qui a principio repellat proteſtantem, ſecus ſi ſuperior illum non admittat tanquã ſibi contrarium. ex quo non eſt explicatus, non tollitur proteſtatio, vt hic notabiliter probatur, de quo tamen dicam infra ſuper glo fin.

Sed ꝯ tex. antequam veniam ad glo dupliciter opponitur.

Et primo, quod etiam ſi ille appellans videatur renunciare appellationi, non per hoc Archiepiſcopus poſſit cognoſcere: nam hic erat contentio inter ſubditos ſuffraganei in-
13 ter quos † Archiepiſcopus non poteſt cognoſcere, niſi per viam appellationis, vt in cap. paſtoralis de offic. ordin. Nec obſtat, ſi dicat, quod hic ſolum petebatur, vt pronunciaret excommunicationem non tenere, quia etiam hoc non poteſt facere, ex quo excommunicatio fuit lata ab Epiſcopo altero agente, vt probatur in cap. venerabilibus poſt princi. de ſenten. excomm. in vj. Sol ſecundum dom. Abb qui dicit hoc contrarium eſſe difficile, appellans deferendo hanc cauſam ſimpliciter ad Archiepiſcopum videtur renunciare appellationi interiectæ ad Papam, & eam deferre ad Archiepiſcopum & ſic Archiepiſcopus cognoſcit per viam appellationis, & non per viam querelæ, vt ſic res valeat meliori modo quo poteſt, arg. ſupra eod. ex inſinuatione & domi. Abb. dicit hoc dictum eſſe notandum. Sed non dicit in quo, ſed tu dic quod eſt notandum, quia ex ipſo infertur. quod ſi eſt appellatum ad Papam, nihilominus poteſt appellans appellationem proſequi coram proximo ſuperiore, quod tamen intelligas non contradicente aduerſario, prout declaraui ſupra eod accepta.

Secundo opponitur contra tex. cum dicit, quod Archiepiſcopus non poteſt declarare excommunicationem nullam, niſi conſtet notoriè mandatum epiſcopi fuiſſe indiſcretum vel iniuſtum: nam hoc videtur contra tex. in cap. per tuas. infra de ſent. excomm. & ſupra eod dilecti. vbi patet, quod excommunicatio lata poſt appellationem legitimam eſt nulla ipſo iure, ergo non eſt neceſſarium quod conſtet mandatum epiſcopi eſſe notorie iniuſtum, vel indiſcretum, ſed ſatis eſt. quod conſtet appellationem fuiſſe interpoſitam ex cauſa probabili, & quod poſt appellationem fuerit excommunicatus, quia hoc probato videtur cõſtare de veritate appellationis, & hoc contrarium per Doct. non vidi tactum. ſed dic, quod aut appellans vult petere abſolutionem ad cautelã, & hoc caſu procedit contrarium. & de hoc eſt tex. in c. venerabilibus. in fi. infra de ſente. excom. in 6. Aut petit denunciari excommunicationem non ligare, vel vult, quod iudex ad quem, inhibeat iudici a quo ne procedat contra excommunicatum, & hoc caſu requiritur quod iudex ad quem cognoſcat de veritate cauſæ appellationis, vt in c. Romana §. quod ſi. de appell in vj. optime facit quod not. glo. ſi. in d. c. venerabilibus. & ideo non ſufficit probare ſe eſſe excommunicatũ poſt appellationem legitimam, niſi etiam probetur veritas cauſę appellationis, excepto caſu, quando petitur abſolutio ad cautelam, vel quando eſt notorium, excommunicationẽ eſſe iniuſtam. & hoc nota pro declaratione d. cap. per tuas de ſen. excõ & ideo ponit Archiepiſcopus, ſi fuiſſet notorium mandatum Epiſcopi eſſe iniuſtum, vel indiſcretum, declarare ipſum rationabiliter non ligatum, quia iſtam declarationem facit extraiudiciali: et procedendo non autem cognoſcendo de appellatione: ex quo enim ſententia excommunicationis erat nulla. & de ipſa nullitate notorie cõſtabat, nõ tenebatur appellans proſequi appellationem. Et ex hoc ha-
14 bes hic caſum notabilem quod etiam † ſententia excommunicationis eſt ipſo iure nulla, quãdo notorie conſtat de eius iniuſtitia; etiam ſi error non ſit expreſſus in ſententia. & ita allegat iſtum tex. But. hic. & idem dicendum eſt in qualibet alia ſententia, vt dicit Innoc. in c. fraternitatis. infra de frigi. Vbi dixi.

In glo 1. dom. Abb hic iungit tres glo. ex quibus patet, ꝙ fuit de mente glo. quod hic fuerunt tres quæſtiones.

Prima eſt, vtrum Archiepiſcopus poſſit cognoſcere de appellatione interpoſita ad Papam, & iſtud tangit glo. ulti.

Secũda eſt quæſtio, vtrum Archiepiſcopus poſſit ſaltem denunciare appellantem non ligatum, & hoc voluit glo in verbo, ſi vero notorium. & in verbo, extitiſſe.

Tertia quæſtio, vtrum epũs excommunicator poſſit appellare, ſi Metropolitanus vult cognoſcere de appellatione interpoſita ad Papam, & hoc voluit glo in verbo, in quo. But. autem dicit. ꝙ fuerunt tantum duę quęſtiones, ſed do Abb. dicit, ꝙ tantum fuit vnica conſultatio, vt clare colligitur ex principio capituli. vbi patet, ꝙ iſte appellans fecit ſe ad eum ſtatum reduci, in quo fuerat tempore appellationis, & denunciari ſe abſolutum, ſed ad euidentiam ſolutionis Papæ præmiſit omnia quæ ſunt in tex. & hoc modo intelligendo litera eſt plana, & iſte intellectus domi Abb melius conuenit literæ.

In glo ij in fi glo voluit opponere de c præced. vbi patet, ꝙ excommunicatus ante appellationem, poteſt denunciari excommunicatus poſt appellationem, vnde videbatur eadem ratione, ꝙ poſſet denunciari abſolutus nõ obſtante appellatione, maxime cum ageretur de re magis fauorabili, vt denunciet non ligatus. glo non ſoluit hoc contrarium. ſed do. Abb. dicit, quod vera ſolutio eſt, ꝙ hic non poterat Archiepũs decernere de validitate vinculi excommunicationis quin cognoſceret de iuſtitia, ſeu iniuſtitia appellationis interpoſitæ ad Papam, & ideo cum hoc poſſit principale, non poteſt eius acceſſorium, ſed in c. præced. ex ſimplici denunciatione non cognoſcebat de iuſtitia appellationis, ſed tantum faciebat actum exequutiuum ad excommunicationem iam latam, nihil de nouo attentando.

In glo in verbo, epiſcopus. hanc glo. diuide in duas partes, prout dupliciter opponit. ſecunda ibi, ſed quare iudex.

In prima parte dic. ꝙ licet excipiens dicat cognitionẽ pertinere ad iudicem ad quem, non propter hoc fatetur appellationem eſſe legitimam, ſed ſolum dicit. ꝙ cognitio pertinet ad iudicem ad quem ad hoc ſ. de reſcrip. dilectus filius Saracenus & preterea poſito, ꝙ a principio dixiſſet appellationẽ nullam, & nunc fateretur illam eſſe validam, licet iniuſtam non deberet pp hoc repelli, quia epũs erat reus, vnde debebat audiri etiam ſi allegaſſet contraria, vt in regula nullus pluribus lib vj. ſed do Abb dicit. ꝙ prima ſolutio eſt melior, & mihi etiã magis placet, quia licet epũs exciperet cauſę cognitionem pertinere ad ſuperiorem, non pro hoc fatebitur appellationem eſſe validam, tamen etiam alia ſolutio eſt vera in ſe, licet non ita conueniat literæ.

In ſecunda parte glo lo dicit, ꝙ ſi iudex a quo poſſet excipere an ſua ſit iuriſdictio, nullum eſſet officium iudicis ad quẽ eſt appellatum Hoſt. vero dicit, ꝙ ideo iudex a quo non põt cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio quia agit de iuriſdictionis exceptione, & in ſuperioris tranſlatione, ſed An. dicit, ꝙ hęc ſol ſibi non placet, per c. cum perſonæ, de priuil in 6. But. in effectu ſequitur opi. Hoſt. dicens iudicem poſſe cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio. niſi ius transferat iuriſdictionem cognoſcendi in alium, ſicut facit in cauſa appellationis. Nec obſtat c. cum perſonæ quia ibi ius cognoſcendi non transfertur in alterum, immo expreſſe cõceditur talis cognitio ordinaria, vt ibi patet ſed do. Abb. dicit, ꝙ iſtæ ſol nõ ſatisfaciunt quæ-
15 ſito, ſed repetunt illud, de quo quærimus, † ſ. quare ius tranſtulerit hanc poteſtatem cognoſcendi in alium, & quare nõ ſic faciat in aliis caſibus, in quibus dubitatur de iuriſdictione appellationis, agitur de iniquitate iudicis coercenda, vel de imperitia emẽdanda, vt in l. 1 ff. de appell. & ſ. eo interpoſita. vnde ſuſpectus eſt iudex in cognoſcendo, quia nunquam iudicaret ſe inique, vel imperite feciſſe, merito tanquam ſuſpectus repellitur a poteſtate cognoſcẽdi. facit 4 q 5 quia ſuſpectũ & ꝙ no glo. in verbo, copia, in c ſtatutum de reſcrip in 6. ſic etiam qñ opponitur iudici, ꝙ eſt excõmunicatus, vel infamis, non poteſt de eo cognoſcere pp ſuſpitionem, quia nunquam pronũciaret ſe eſſe excommunicatum vel infame, vt dixi in c. 2. requiris § 1 ſ. eo. Et ideo conclude, ꝙ iudex a quo nõ poteſt cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio, quia talis iuriſdictio eſt in alium trãsfuſa. Ratio autem quare in aliũ transfuſa eſt, quia eſt ſuſpectus in tali cognitione item no glo in fi.
16 cum dicit, ꝙ † ſemper pręſumitur pro iuriſdictione ordinaria, vel delegata, donec contrarium probetur. & iſtud multum no. hic Bal. dicẽs ꝙ ſi in aliqua ſententia reperitur, talis poteſtas Peruſinus tulit talem ſentẽtiam præſumitur pro iuriſdictione ſua, licet non appareat electio poteſtatis. ſed iſta glo in hoc ſentit contrarium, dum dicit, ꝙ ſemper præſumatur pro iuriſdictione, quamdiu in cõtrarium oſtendatur, ex quo apparet delegata vel ordinaria iuriſdictio & ſic requirit ꝙ conſtet de iuriſdictione vnde tu no illam glo ꝙ ſi apparet aliquem eſſe iudicem ordinarium, vel delegatum, præſumetur ipſum habuiſſe iuriſdictionem in cauſa, in qua tulit ſententiam, niſi contrarium oſtendatur, dato quod in illa cauſa potuiſſet eſſe iudex incompetens, quia in dubio eſt præſumendum pro iuriſdictione, quod tene menti de hoc tamen dic, vt in c. cum in iure. de offic deleg.

In glo. in verbo, declarare, diuide ipſam in duas partes, prout de duobus quærit. ſecunda ibi, ſi vellet.

In prima parte hæc glo. communiter reprobatur, quia loquitur contra tex. nam ſi in caſu notari poteſt iudex pronũciare ſubditum fuiſſe irrationabiliter ab epiſcopo excõmunicatum, per conſequens pronũciat excommunicationem eſſe iniuſtam, & appellationem legitimam fuiſſe, ſed data notorietate poteſt fieri hic denunciatio, quia per eum non præiudicatur appellationi, cum non pronunciet vt cognitor, ſed extra iudicium tanquam ſimpliciter denunciator. facit c. venerabilem veri ſunt enim ſupra de elect.

In ſecunda parte glo. bene dicit, & clare probatur in tex. vnde non indiget aliqua ſuppletione.

In glo. in verbo, renunciaſſe, poſſem hic examinare articulum, quem tangit hic Innoc & Doct. videlicet nunquid appellans comparendo coram iudice a quo videatur renun

17 ciare † appellationi, de quo etiam per Innoc in c. olim, el 3. ã. de reſtit ſpolia & per But in c. gratum de offic. deleg. & per Ioan de Imo. in l. 4. §. ſi quis condemnatus ff de re iudica. ſed quia iſtum articulum examinaui in d. c quod ad cõſultationem in glo ſi. ideo prætermitto ſed de hoc articulo quem tã

18 git glo. an & quando quis poſſit proponere † contraria die vt per glo. in regula, nullus pluribus lib vj. & per Bar. & Doc. in l. j. C. de furt. & dixi ſupra de excep. paſtoralis. in glo in verbo, audiantur. item dum glo. dicit, quod ſi aliquis litem conteſtetur, quod facta eſt litis conteſtatio, licet pars proteſtetur, quod non intendit litem conteſtari. Ioan. And. & Doct. dicunt, quod iſte tex probat contrarium: nam ſi non interueniſſet proteſtatio, renunciatum fuiſſet appellationi, vnde proteſtatio ſaluat appellationem, & ſic valet proteſtatio cõtraria facto, tamen de queſt. glo an ſit facta litis conteſtatio. dic vt in c. vnico. de lit. conteſt & in c. cum M. de conſtit. ſed quo ad iſtum tex. multum in contrarium facit d. ca cum M. vbi valet factum contra proteſtationem. & eſt tex. cum glo. in clem gratia. in verbo, renunciare. de reſcrip ſed do. Abb. dicit, quod quando contrariũ proteſtationi explicatur, tunc tollitur proteſtatio per factum cõtrarium, ſecus ſi proteſtatio non admittitur, quia tunc ex ſolo attentatu non tollitur proteſtatio, & ſuperior ab initio debet repellere volentem facere actum contrarium proteſtationi ſuæ, vt eſt caſus nota. hic in fi. Ex quo infertur, ꝙ ſi iſte appellãs proſecutus fuiſſet appellationem coram Metropolitano, ꝙ valuiſſet proteſtatio, & intelligeretur renunciatum appellationi, non obſtãte ſua proteſtatione, & hoc ſequitur hic But. Ioã de Imo. & do. Abb. ſed intelligendu iſtum tex. ſecundum Io. And. videtur probare contrarium: nam Io. Andr ſentit, ſi proteſtatio non reiicitur per iudicem, proteſtatio iuuat proteſtantem, licet cõtraria ſit facto, & iſte tex procedit in iudicialibus. vnde ille tex. ſingulariter probat ſm intellectum Io. And. ꝙ in iudicialibus valet proteſtatio contraria facto, & iuuat proteſtãtem quouſq; reiiciatur per iudicem & pro hoc facit quod no. Io. And. in c fi. eo. tit in 6. & dictum ſingulare Inno in c. Cumana de elect. vbi dicit, ꝙ quando quis proteſtatur, ꝙ non intẽdit cõſentire in iudicem. ꝙ illa proteſtatio eum iuuat, vt poſſit poſtea iudicem declinare. & hoc tenent omnes Docto. in c. cum M de conſti. vbi Io. de Imo. aſſirmat, ꝙ in iudiciis pro-

19 teſtatio † contraria facto iuuat proteſtantem in his, quæ dependent a ſolo animo proteſtantis, licet poſſit ſibi audientia denegari per iudicem, vt hic in fi. vnde ea quæ ſunt geſta ante denegatam audientiam ſunt valida: nam iſte tex. in fi. non dicit, ꝙ proceſſus ſit nullus, ſed dicit, ꝙ non eſt audiẽdus, & ſic proceſſus non erit nullus, niſi opponatur exceptio, & repellatur ab agendo, vt no. Inno. & Doct. in c. quia fruſtra. de vſur. & Bar. in l. abſentem. ff. de pœn. & in l cum lex. ff. de fideiuſſ. & Bal. in l non dubium. in fi. C. de legib. Qui dicunt, ꝙ ſi lex, vel canon, vel ſtatutum deneget alicui audientiam, vel

20 dicat, ꝙ quis non audiatur, valet † proceſſus, niſi opponatur exceptio. Non obſtat quod dicit glo in d. clem. gratiæ. quia ibi fiebat proteſtatio ſuper eo, ꝙ non pendebat a facultate proteſtantis, vt patet ex no in c de multa. de præb. nam etiã in extraiudicialibus in his, quæ pẽdent ab animo, valet proteſtatio contraria facto & iuuat ipſum proteſtantem: nam ſi aliquis facit actum per quem inducitur aditio hæreditatis, tamen ſi proteſtatur, ꝙ non intendit adire, valet talis proteſtatio, vt in l ſi quis. C. de iu delib. ſimiliter per vnicum actũ

21 contrarium quis renunciat † priuilegio. vt in c pro illorum. de præb. no. glo. in c. cum acceſſiſſent de cõſtit. tamen ſi proteſtatur, ꝙ non intendit renunciare priuilegio, valet proteſtatio. l. 2. ff ſi quis caut. & hoc tenet Dyn. in regula, acceſſorium, li. 6. Et de materia proteſtationis dic, vt plene habetur in c. cum M de conſt. vbi per omnes Doct. & per Bar. in l. nõ ſolum § morte ſi de no. oper nunc per Bal in l pacta nouiſſima. C. de pact. & per Ioã. de Imo. in d. c. cum M. & in l. qui in aliena §. Celſus. ff. de acq. hære & per Innoc in c Cumana de elect. in 6 tangitur etiam per Doct. in clem gratia de reſcrip.

22 Extra glo. quæro, an inducatur renũciatio † appellationis per comparitionem coram Archiepiſcopo ſine proteſtatione ſolum reſpectu epi a quo fuit appellatum, an vero etiam reſpectu aduerſarij, & in hoc Doct. ſunt contrarij Inno. & et But dicunt, ꝙ inducitur renunciatio appellationis ſolum reſpectu iudicis a quo, non autem reſpectu aduerſarij, quia articulus attentatorum eſt ſeparabilis a cauſa principali Hoſt. vero, & do. Abb. tenent contrarium pp connexitatẽ, & quia appellatio potius concernit partem, quam iudicem, ex quo litigiũ erat inter partes, nec vr iudex eſſe pars appellata, ſed aduerſarius, & ideo de neceſſitate iudex non citatur in cauſa appellationis, vt eſt tex in c venerabilibus, poſt princ ff. de ſent excom. in vj. vnde cum tex hic in fi dicat, ꝙ vt renunciare appellationi, debet intelligi etiam reſpectu partis. Item ſi articulus attẽtati eſſet hic ſeparabilis ab appellatione interpoſita contra partem, non propoſuiſſet iſte appellans ꝯria, ſed fuiſſet auditus, & proteſtatio fuiſſet operata reſpectu partis, & petitio quam faciebat reſpectu iudicis fuiſſet admiſſa, vt in d c. venerabilibus § ſed ſi excommunicatus de ſenten. excommun. in vj. ſed hoc eſt falſum, vt patet in fine literæ. item dicit hoc expreſſe colligi in verſ. nos igitur. vbi tex. dicit, quod ſicut inferior non poteſt cognoſcere de appellatione interpoſita ad Papam, ita nec de innouatis poſt appellationem, vnde tene opin. dom. Abb & Hoſt. ſcilicet quod appellans comparendo coram Archiepiſcopo, cenſetur renunciare appellationi nõ ſolum reſpectu iudicis, ſed ẽt reſpectu aduerſarij, & hæc ſufficiant in iſto cap. Sequitur c. dilectis.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio legitima deuoluit negocium principale cum omnibus acceſſorijs eius ad iudicem appellationis.*
2 *Rector hoſpitalis ſubtrahens furtiuè bona hoſpitalis, poteſt incarcerari, licet ſit clericus.*
3 *Clericus pro debito mere ciuili non poteſt incarcerari.*
4 *Clericus aufugiens cum re alterius poteſt ab eo capi, & conſignari epiſcopo.*
5 *Clericus an laico non poteſt aſtringi propter feudum, ſed bene illud ab eo auferri poteſt.*
6 *Incarceratus poteſt etiam excommunicari.*
7 *Citatio facta incarcerato, an valeat.*
8 *Procuratorem quando quis teneatur conſtituere.*
9 *Reus pendente appellatione in carceribus cuſtodiri poteſt, ſecundum Bal.*
10 *Iudex inferior ab epiſcopo poteſt habere iuriſdictionem etiam interdicendi eccleſiam Cathedralem.*
11 *Iudex eccleſiaſticus poteſt repetere ſubditum a quocumque iniuſte detinente.*
12 *Dominus an poſſit agere pro furto, & iniuria ſuorum ſubditorum.*
13 *Superior nedum pro ſe, ſed pro ſubditis ſuis etiam appellare poteſt.*
14 *Appellare regulariter non poteſt is, cuius non intereſt.*
15 *Papa ſe ſubmittit confeſſori.*
16 *Confeſſor Papæ in actu confeſſionis eſt maior eo.*
17 *Appellatus extra iudicium, ſi cum appellante plures iudices habeat ſubijcere ſe protectioni ſui iudicis poterit.*
18 *Appellationi quamuis quis non detulerit, nihilominus ſi poſtmodum appellet in alio articulo, eius appellationi deferendum eſt.*
19 *Interdicti ſententia a iudice ferente ſuſpendi poteſt.*
20 *Iudex ſemel deferens appellationi, non poteſt amplius pœnitere.*
21 *Iudex an poſſit reuocare delationem de conſenſu partium.*
22 *Apoſtoli reuerentiales in dubio cenſentur eſſe conceſſi, niſi aliud exprimatur.*
23 *Turbatio diuini officij eſt iuſta cauſa excuſationis.*
24 *Appellatio extraiudicialis ex cauſa veriſimili, & probabili, attentata poſt appellationem reuocantur, licet aliter veritas cauſæ appellationis non probetur.*
25 *Appellatio facta a parte extra iudicium, reddit attentata nulla.*
26 *Denunciationi facta de excommunicato vitando, non eſt ſemper obtemperandum.*
27 *Iuriſdictio interdicendi iudici inferiori poteſt contingere ratione conſuetudinis.*
28 *Irregularis efficitur celebrans in loco prohibito, & quando.*
29 *Excommunicatio an poſtquam lata eſt, ſuſpendi poſſit.*
30 *Papa quomodo poteſt ſuſpendere ſententiam excommunicationis ad tempus.*
31 *Officia diuina turbare, eſt capitale crimen.*
32 *Iudex deferens appellationi fruſtratoriæ, abdicat iuriſdictionem.*
33 *Præſumptio eſt contra ſententiam in dubio, ex quo appellatum fuit.*
34 *Monitio iudicis vt ſibi reddatur ſubditus, qualis eſſe debeat, maxime cum inferior non præcipiat ſuperiori.*

CAP.

C A P. L V.

1 Dilectis. Per † appellationem legitimam deuoluitur ad iudicem appellationis negocium principale cũ omnibus eius acceſſoriis. Et ſententia excommunicationis, vel interdicti poſt appellationem latam non tenet. hoc dicit. Et diuiditur in duas partes principales, quia in prima ponitur narratio proceſſus, in ſecunda diſſinitio. ſecunda ibi, quæ vos.

2 No primo ex tex ſecundum Bal. & do. Abb quod † rector hoſpitalis, etiam ſi ſit clericus, ſi furtiue ſubtrahat bona hoſpitalis, poteſt incarcerari, & retineri in carcere, donec ſatiſfecerit. & etiam excõmunicari, & ſic pro eodem delicto poteſt quis bis excommunicari, & etiam incarcerari.

Et ex hoc patet. quod etiam ſi agatur ciuiliter de crimine clericus poteſt capi perſonaliter, & in vinculis detineri, donec ſatisfaciat, poteſt etiam torqueri, vt eſt tex. in cap j. infra

3 de depoſi. Pro debito vero mere ciuili non poteſt † clericus incarcerari, vt in cap. ſi clericus. de ſenten excomm. in vj. & ibi tenet Ioan. And & Dom. Dom. & per dom. Abb. in ca. ij. infra de pignor.

Sed quærit hic Bal. nũquid ſi clericus in minoribus exiſtẽs adminiſtrat bona alicuius principis, ſeu domini, & multa ſubtrahat. nunquid ille dominus poſſit eum incarcerare. & dicit quod non, quia cum ſit laicus, nõ habet iuriſdictionem ſuper clericum. ſed videtur tex. in contrarium in capit. 2 in fi. infra ne cleric vel monac. vbi tex dicit in fine, quod indignum eſt ei ab eccleſia ſubueniri. ſed communiter ille tex. intelligitur in fraude commiſſa, tamen coram eccleſiaſtico fuit conueniendi.

4 Dicit etiam Bald quod ſi † clericus fugit cum re alterius, quod poteſt a domino rei capi, & quod ſtatim debet aſſignari epiſcopo, & hoc tenet Innoc in capit vt famæ. de ſenten. excomm. dic tamen, quod ſi res poſſet ei auferri, non debeaet capi. de quo vide in capit cum non ab homine, de iudic.

Subdit etiam Bal. quod ſi clericus habet feudum a laico, quod laicus non poteſt eum diſtringere perſonaliter, ſed feu

5 dum † poteſt auferri, ſi probatur quod commiſit feloniam, vt in c. ſi clericus. de cap Conradi.

Secundo nota, ſecundum eundem Bald quod licet ali

6 quis ſit in † carcere, tamen poteſt contra eum procedi, & excommunicari, vt hic dicitur pro quo allegat tex. cum gl. ſingu. in l. ſecunda C ex quib. cauſ. maio. vbi habetur, quod ille qui eſt in carcere, poteſt citari ad locum ſolitæ habitationis, & valet proceſſus contra eum. ſecundum Bal. ibi, & hic, licet ſubueniatur, quia reſtituitur in integrum, ſi comparere non potuit, vt ibi dicit. facit quod notat Bart. l. conſentaneum. C quomodo & quando iudex. vbi dicit, quod licet quis ſit carceratus pro debito, nihilominus poteſt contra eum procedi per alia iuris remedia, & eius bona capi, & vendi, de quo etiam per Baldum in l quod legati C. vt in poſſeſſ. lega.

Sed aduerte, quia Barto. & Ange in l. prima, cum l. ſequen.

7 ff de in ius voca. dicunt, quod ſi incarceratus † citatur, non valet citatio, quod dicunt eſſe verum, ſi iudex ſciuit eum eſſe incarceratum, ſed ſi ignorauit, valet citatio, ſed citatus poteſt petere reſtitutionem in integrum aduerſus actum geſtum vigore illius citationis, per l. quæſitum. ff. de re iudica. & idem ſequitur Salice. in dicta l. prima. ff. de in ius vocando. Sed Barto. in l. is qui reus. prope finem. ff. de public. iudi. verſic. item per hanc gloſ dicit, quod ille qui tenetur in carceribus, ſi citatur ibi, & non comparet, imputet ſibi, quia poteſt mittere procuratorem. Vnde dic concordando, quod aut fuit quis iuſte carceratus: puta quia præceſſit culpa ipſius carcerati, & hoc caſu procedit dictum Barto. in dicta l. is qui reus. & poterit citari perſonaliter in loco carceris, vt dicit ibi Barto. ſed ſi tacite fieri non poſſet, tunc poſſet citari ad locum ſuæ ſolitæ habitationis. & hoc modo procedit gloſ in dicta l ſecunda. C ex quibus cauſis maior. & hoc caſu ſi habuit facultatem conſtituendi procuratorem, non poterit petere reſtitutionem in integrum aduerſus proceſſum contra eum agitatum, & hoc eſt de mente domi. Pau. de Caſtro in dicta l ſecunda. ff. de in ius vocan. Aut ipſe carceratus non fuit in aliqua culpa, & tunc procedit illud, quod dicit Barto. & Ange. & Salice in dicta l prima. ff. de in ius voca. quia ſi iudex ſciuit illum incarceratum proceſſus ipſo iure eſt nullus: ſi autem ignorauit, proceſſus ipſo iure tenet, ſed debet concedi reſtitutio in integrum hoc tamen intellige, quando eſt talis cauſa, in qua non tenebatur conſtituere procuratorem, alias valeret citatio, & proceſſus, etiam ſi iudex ſciuiſſet eum incarceratum, nec deberet concedere reſtitutionem in integrum, ſi potuit procuratorem conſtituere, & ita concordat Ioan. de Imo. in dicta l. is qui reus. in vltima car ff de publ. iudi. & etiam eſt de mente Pau. de Caſtro in dicta l. 1. ff de in ius voc. de quo etiam per eundem in l. 2. C de reſtit. milit.

8 Quando autem quis teneatur conſtituere † procuratorem. dic vt per Bart. in Rubrica. ſeu in l. prima ff de diuer. & tempor præſcrip. & in l ſecunda §. ſi quis in iudicio ff. ſi quis caut. & in cap. querelam, ſupra de procurat. vbi dixi.

Aduerte tamen, quia iſte tex nõ probat, quod poſſit quis incarcerari, & etiam contra eum ſimul procedi: nam iſte tex debet intelligi, quod iſte presbyter primo fuerat excommunicatus, & quia non curabat excommunicationem, fuit incarceratus. ad hoc cap quoniam frequenter in fi ſupra vt li. non conteſt.

Tertio nota ſecundum eundem Bal. hic, quod etiam pen

9 dente appellatione † reus poteſt teneri in carcere: nam hic fuerat appellatum per epiſcopum. & per iſtum decanum. & tamen pendente vtraque appellatione fuit detentus in carcere, non fuit tamen appellatum ſuper delicto, pro quo detinebatur in carcere, ſed ſuper contentione iuriſdictionis, quæ tractabatur inter epiſcopum, & decanum.

10 Quarto nota, quod † inferior ab epiſcopo poteſt habere iuriſdictionem interdicendi etiam eccleſiam Cathedralem. & hoc intellige, quando talis iuriſdictio competit ex priuilegio, vel ea conſuetudine legitime præſcripta vt in cap. irrefragabili § exceſſus. ſupra de offic ordin. & iſtum tex. bene no. quia patet, quod inferior ab epiſcopo poteſt habere iuriſdictionem de iure ſpeciali etiam excluſo epiſcopo, ita quod non ſit locus præuẽtioni: nam hic epiſcopus præuenerat decanum in captura presbyteri, & tamen decanus illum repetebat tanquam ad eum ſolum iuriſdictio pertineret. de quo tamen articulo, ſcilicet an reſpectu certę partis dicere poſſit inferior ſibi quęrere iuriſdictionem ordinariam excluſo epiſcopo, dic vt plene per dom. Abb in c. cum contingat de fo. compet. & per Io. And & Dom Dom. in c. cum epiſcopus. de offic. ord. in vj. & per Bal. in l. j. C. de emancip & in c paſtoralis de offic ordin.

11 Quinto nota, quod † iudex eccleſiaſticus poteſt repetere ſubditũ a quocunque ipſum iniuſte detinente: intereſt enim ſua, nonne vitietur eius iuriſdictio, tum vt ſubditus poſſit ſibi, & eccleſiæ debita ſeruitia impendere, ſicut & poteſtas repetit ſubditum ſuum, vt poſſit ſubire in locum munera perſonalia, vt in l de iure. ff ad municip ſic etiam ciuitas poteſt repetere ciuem ſuum, vt in l. prima § per hanc. & ibi per Bart. ff. de rei vendic.

Et ex prædictis poteſt inferri ad practicam: nam ſtatuta ſunt in multis locis, quod quicunque declinauerit iuriſdictionem poteſtatis, ſit extra protectionem ciuitatis. & poſſit impune offendi clericus citatus coram poteſtate, timet declinare iuriſdictionem: nam debet facere, quod epiſcopus ipſum repetat ratione ſui intereſſe, argu. capit. ſi iudex laicus. de ſenten excomm. in vj.

Et de hac practica vide dom. Abb poſt Io. de Ligna. in c ſi diligenti. in vlt. quæſt. de fo. compet. quam practicam etiam tangit Pet. de Anchar in regula, ea quæ. Creditor vero non poteſt repetere debitorem ſuum ab alio detentum, quia nõ habet ius in perſonam debitoris, ſecus ſi in ſuperioribus, vt dicit Innoc & Doct. Et quædam pulchra tangit hic Innoc.

12 ſcilicet an † dominus poſſit agere pro iniuria, vel furto facto colonis, vel ſubditis ſuis, quæ concluſiue tractat gloſ. fin. in capit. auctoritate. de priuileg in vj. vide etiam de hoc ho. tex. in cap. licet cauſam. in fi ſupra de probatio. & ibi etiam Ioã. Andr. & Archid. ſecunda quæſtio prima in primis. & Guil. in clement. ſi dominum. de relig & vener ſanct. & Dom de Rota, deciſio 180. & omnes videntur confirmare dicta Innocẽ. & hic per Bal. qui latius examinat, quam Innocent. Sed circa hoc potes facere breuem concluſionem, quæ eſt de mente ſcribentium, ſcilicet quod ſi dominus agit pro iure ſuo: puta quia iuriſdictio ab alio vſurpetur. ſeu lædatur, vt in caſu huius capituli, vel ſi petat ſubditos ſibi exhiberi propter ſeruitia, vel vt poſſit præſtare munera perſonalia, vel vt poſſit exercere iuriſdictionem in eo, & ſimilia: & tunc dominus poteſt agere, quia non agit pro ſubdito, ſed pro intereſſe ſuo. vbi autem non agit pro intereſſe ſuo, ſed ad commodum ſubditi, vel ſubditorum: puta vt ſatiſfaciat ſubditis de iniuria illata, vel de facto contra eos commiſſo, & tunc non poteſt agere ſine mandato, ex quo non agit ad commodum proprium, nec pro intereſſe proprio, ſed tantum pro commodo, vel intereſſe ſubditi, vel ſubditorum. & iſta eſt vera concluſio, quæ eſt de mente Innoc. & Doct. in locis præalleg.

Sexto nota ibi, ſe & ſuos quod ſuperior nedum poteſt ap

13 pellare † pro ſe, ſed etiã pro ſubditis ſuis. ſed hoc procedit ſecundum Inno. quando ſuperior poteſt prætendere aliquod

intereſſe reſpectu ſubditorum: intererat enim epiſcopi interdictum non poni etiam reſpectu ſubditorum, quia curare debet, ne populus incurrat defectum in diuinis, & vt roboretur in fide, ne ſanguis ſubditorum requiratur de manibus prælatorum, vt in capit. irrefragabili, de officio ordin. & in cap. fina. de regularib. alias regulariter non appellat quis
14 pro alio in ciuilibus: nam regulare eſt in † appellatione, vt appellare non poſſit is, cuius non intereſt, vt in l. non ſolent. ff. de appellat. recip. canonizata. 2. q. vj. non ſolent. & in cap. cum inter R. ſeniorem. de elect. & de hoc etiam dixi in præced. notab.

Septimo nota ibi, Metropolitanus, vt omnes, quod appellans poteſt ſe, & ſua ſupponere iuriſdictioni iudicis ad quem appellatur, concordat capitulum vnicum, infra titu.
15 proximo. & dicit Bald quod etiam Papa † ſubmittit ſe con-
a feſſori [a], & quod ſi confeſſor ſentit eum dubitare de Papatu, quod poteſt ei mandare, quod cedat Papatui, ſi non poteſt conſcientiam ſuam aliter ſaluare. Et dic, quod hoc facit Sacerdos in virtute, & poteſtate clauium, quæ eſt maior poteſtas, quam poteſtas Papæ, quando eſt in diuerſo ſubiecto, quia Papa, qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Ioan. 8. & ad Roma. 6. C. de ſenten. paſſ. l. fina. & nota bene hoc dictum Bal.

16 Ex quo habes, quod † confeſſor Papæ in actu confeſſionis eſt maior ipſo Papa, quod poteſt ei iniungere pœnitentiam, & ei mandare, quod renunciet Papatui, ſi non poteſt aliter ſaluare ſuam conſcientiam. idem dicit ibi de quocunque confeſſore, quia quilibet confeſſor in actu confeſſionis eſt maior ipſo Papa ad eo, quod non debet reuelari etiam Papa hoc mandante ſibi, vt dicit Hoſt. & Doct. in c. dilectus. de exceſſ. prælat. & ibi etiam hoc dictum Bal. adde ad ea quæ dixi in c. ſi Sacerdos de offic. ordin.

Octauo nota ex iſto tex aliud pulcherrimum dictum, & ſingulare, ſecundum domi. Abb. quod ſi appellans extra iudicium, & appellatus habeant diuerſos iudices, poteſt ap-
17 pellatus † ſe ſubiicere protectioni ſui iudicis, & ad illum appellare, & talis appellatio tuebitur ipſum appellantem, vt hic. hic enim Epiſcopus habebat Archiepiſcopum in iudicem ordinarium, ſed Archiepiſcopus non erat iudex decani, quia Metropolitanus non eſt iudex ſubditorum ſuffraganei ſui, vt in capit. paſtoralis de offic. ordin. ſed ſi Epiſcopus vult conuenire ſubditum, ſunt eligendi arbitri. 11. quæſt. 1. ſi clericus. & no. in capit. irrefragabili. § cæterum in glo. penul. de offic. ordin. Et ſi diceres, quod per appellationem Archiepiſcopus efficitur iudex ſubditorum epiſcopi, vt in dicto capit. paſtoralis. reſponderi poteſt, quod iſtud procedit, quia appellatur ab ipſo Epiſcopo, quia tunc Archiepiſcopus tanquam ſuperior habet corrigere factum epiſcopi, ſed hic non fuit appellatum ab epiſcopo, ſed ipſe epiſcopus appellauit ſubditum ſuum ad Archiepiſcopum, & appellatio iudicialis eſt quædam prouocatio, ſeu cõuentio, vt in cap. cum ſit Romana. verſic. nec ſolent. ſupra eod. & ſic videtur, quod non potuerit epiſcopus appellare ad Archiepiſcopũ, ſed debuerũt eligi arbitri. ex quo appellatio extraiudicialis habet vim cuiuſdam conuentionis, vt in dicto cap. ſi clericus. & iſtud contrarium eſt difficile, ſecundum dom. Abb. vnde pro ſolutione diſtinguit, quod aut epiſcopus, ſeu alius appellans extra iudicium, vult trahere appellatum ad iudicem proprium ipſius appellantis, vt faciat ſibi iuſtitiam de appellato, & non poteſt, ſed debet tunc appellare ad iudicem appellati, cum talis appellatio ſit quædam conuentio, vt ſupra dixi, & actor debeat ſequi forum rei, vt in dicto ca. cum ſit generale. de foro compet. & hoc caſu habet locum contrarium, ſecundum eum. & hoc caſu dic, quod ſi epiſcopus appellaret tanquam actor, deberent eligi arbitri, vt dicto capit. ſi clericus. niſi appellaſſet ad Papam, vel ad legatum, quia etiam legatus poteſt adiri per viam querelæ, vt in capit. 1. de officio lega. Aut appellans appellat, vt non turbetur in iure ſuo, ita quod in veritate eſt reus, & tunc poteſt ſe ſubmittere iuriſdictioni ſui iudicis, & ad eam appellare extra iudicium, vt hic eſt caſus valde notabilis. Ratio eſt, quia cum ſit reus originaliter re ipſa poteſt illam deducere ad iudicem ſuum ſicut facit reus qui vult conuenire actorem ſuper exceptione ſibi competenti, nam trahit actorem ad iudicem ſuum, vt potius inſpiciatur natura cauſæ, quam actus prouocationis ad iudicium. & de hoc remittit ſe dominus Abb. ad cap. ſi quis contra clericum. de foro compet. vbi in primo notabili allegat multas concordantias ad hoc.

Et ex his dicit domi. Abb. quod poſſet ſumi noua inſtructio ad quem ſit appellandum extra iudicium, quãdo actor, & reus ſunt diuerſi fori, nam eſt appellandum ad eum, coram quo poteſt aduerſarius conueniri, vel ad eum qui poteſt adiri per viam querelæ, ſi appellans eſt actor, ſed ſi eſt reus, poteſt appellare ad iudicem ſuum, vt hic. In iudicio vero ſemper eſt appellandum ad ſuperiorem Tribunalis a quo appellatur, vt in capit. Romana. § debet eodem tit. in ſexto. Et iſta eſt vna pulchra differentia inter appellationem iudicialem, & extraiudicialem. de qua etiam dixi poſt do. Abb. in c. dilecti. ſupra eod.

Nono no. ibi epiſcopo in ciuitate manente, quod interdictum poteſt ferri ſub certo modo, ita vt eo exiſtente habeat interdictum vires ſuas, & eo ceſſante ceſſet effectus interdicti, vnde iſte decanus ſubiecit eccleſiam interdicto, quamdiu epiſcopus eſſet præſens in ciuitate, & ſic epiſcopo præſente habebit effectum, vt eo abſente ſuſpendatur effectus interdicti, vnde iſte decanus ſubiecit eccleſiam interdicto. & idem eſt in ſententia ſuſpenſionis, vt dictum eſt ſupra eo. ad hæc quoniam ſecus eſt in ſententia excõmunicationis, quia ſemel excommunicatus nunquam deſinit eſſe excommunicatus, etiam deficiente modo, ſeu conditione, niſi prius abſoluatur, vt dicit glo. not. in clem. 1. in verbo, donec. de deci. & Innoc. in c. cum bonæ. de ęta & qualit.

Decimo no. vnum aliud dictum, quod ita bene non probatur alibi, vt dicit dom. Abb. quod quamuis quis non detu-
18 lerit appellationi, † nihilominus ſi ipſe poſtmodum appellet in alio articulo eius appellationi eſt deferendum: nam decanus non detulit legitimę appellationi epiſcopi, & tamen appellatio ſua poſtmodum interpoſita in alio articulo, eiuſdẽ cauſæ, nedum defendit appellãtem reſpectu officialis a quo fuit appellatum per decanum, & quod detulit appellationi ſuæ, ſed etiam reſpectu epiſcopi, qui appellationem decani non approbauit. & intantum valuit, appellatio decani, vt impediret validitatem excommunicationis latæ per epiſcopum. & ſic epiſcopus tenebatur deferre appellationi decani interpoſitæ in alio articulo, licet decanus non detuliſſet prius appellationi epiſcopi. & ſubdit do. Abb. hoc eſſe ſemper notandum. & hoc facit contra opin. Io. And. & Butr. in c. an ſit deferendum. vbi dixi.

19 Vndecimo no. in verſic. non obſtante, quod ſententia † interdicti poteſt ſuſpendi per iudicem interdicentem, & quod appellatio tempore ſuſpenſionis interpoſita, operatur ſuſpẽſionem ipſius interdicti in euentũ appellationis, & dicit do. Abb. ꝙ hic eſt caſus expreſſus pro opin. Io. And. in c. ad hæc quoniam, ſupra eod. de quo ibi dixi. & aliquid dicetur ſuper glo. in verbo, ſuſpendendum.

Duodecimo no. in verbo, officialis iſ cto tex. ibi, duntaxat
20 deferendum, quod † iudex ſemel deferens appellationi, non poteſt amplius pœnitere, & reaſſumere in ſe cauſam, quia iuriſdictio eſt tranſlata in ſuperiorem, ad hoc c. cum appellationibus. eod. tit. lib. vj. vnde non valet proceſſus etiam alias legitime factus per iſtum iudicem qui detulit appellationi. Et amplius probat iſte tex. quod etiam ſi appellatio ſit manifeſte friuola, prout erat appellatio decani, nihilominus iudex a quo non poteſt procedere, quia caret iuriſdictione, nã hic Papa declarat ſententiam interdicti eſſe nullam. & ita etiam declarauit officialis, & tamen quia detulit appellationi, non valuit officialis declaratio. & ita etiam intelligit iſtũ tex. Bal. per quem dicit, quod etiam ſi delictum ſit notoriũ, poteſt iuriſdictio declinari, & quod reus debet relaxari cõſtito de incompetentia, quod no. nam hic cõſtabat appellationem epĩ eſſe legitimam, & appellationem decani eſſe friuolam, ſed quia officialis detulit appellationi, ſe priuauit iuriſdictione, vnde nõ valuit eius declaratio, quia per delationẽ deſinit eſſe iudex, vt in c. cum appellationibus, eod. titu. in vj.
21 Vtrum autem † iudex poſſit reuocare delationem de conſenſu partium, dicam infra eod. c. cum ceſſante.

Et aduerte ad tex. quia tex. dicit, ꝙ iſte officialis detulit appellationi apoſtolos concedendo. & ſic videtur innuere, ꝙ per conceſſionem apoſtolorum cenſetur iudex deferre appellationi. vnde hic eſt tex. not. quod iudex in dubio intelli-
22 gitur concedere apoſtolos † reuerentiales. & ita intelligit Bal. iſtum tex.

Ex quo infertur, quod niſi iudex expreſſe dicat ſe tradere apoſtolos refutatorios, intelligitur, tradere apoſtolos reuerentiales: & per conſequens deferre appellationi, quod tene menti pro declaratione c. j. eod. tit.

Subdit tamẽ Bal. quod ſi iudex a quo noller declarare quales apoſtolos det, ſed diceret, do tibi pro apoſtolis acta cauſę nunc ſecũdum eum tales intelligitur dediſſe apoſtolos, quales ex actis poſſunt colligi. facit ꝙ not. glo. & Bart. in l. ſi quis ad exhibendum. ff. de excep. rei iudi. & in l. Iulianus. ff. de condic. indeb. & hæc verba Bal. tene menti.

Decimo-

ADDITIO.

a ¶ Papa ſubmittit ſe confeſſori. Vide gloſ. in capitulo, ſane. ſecundo, de officio deleg.

23 Decimotertio nota ibi, uideretur diuinum officium perturbare, quod eſt iuſta cauſa excommunicationis, quando quis turbat diuinum officium, pro quo optime facit c. veniẽs, infra de ſent excommu vbi excuſatur ab excommunicatione expellens de eccleſia violenter monialem turbantem diuinum officium.

24 Decimoquarto nota, ſecundum dom. Abb. quod ubi † appellatio extra iudicialis interponitur ex probabili, & uериſimili cauſa, omnia attentata poſt appellationem reuocãtur, licet aliter non probetur veritas cauſæ appellationis, nã Papa non mandauit hic prius inquiri, an iſte presbyter ſpectaret ad iuriſdictionem decani, vel epiſcopi, ſed immediate pnunciauit interdictum nullum latum poſt appellationem legitimam. ſed poteſt dici illum textum procedere in ſententia cenſuræ ex eodem modo debet intelligi ca. dilecti, ſupra eodem. item eſt ſpeciale in ſententia cẽſuræ, ut lata poſt appellationem legitimam non teneat, & ita notat hic Ioã. de Imo in 5. colum illum textum, & idem tenet Lap. in ſecunda allegatione, circa princip. de quo plene dixi in dicto capi. dilecti.

Decimoquinto nota, ſecundum dom. Abb. vnum aliud pulchrum dictum ex hoc tex. ſ. quod attentatum poſt appellationem extraiudicialem, eſt nullum non ſolum, quando appellatur extra iudicium ab aliquo, ut a iudice, ſed etiã
25 quando † appellatur a parte, nam epiſcopus iſte appellauit a decano tanquam a parte.

Decimoſexto nota ibi, non ſolum principale negotium, ſed acceſſorie &c. quod appellatio non ſolum ſuſpendit negotium principale, ſed etiam omnia acceſſoria, & eius conſecutiua, & ſic non licet aliquid attentare, nec in acceſſoriis vel conſecutiuis, alias caſſantur omnia attentata per iudicẽ a quo, iam in principali, quam in acceſſoriis, & ita allegatur iſte tex. quod tene menti hoc tamẽ intellige, quando acceſſoria, ſeu conſecutiua ſunt connexa articulo appellationis, ut ſupra in cap præcedenti, poſt prin. de quo vide per Dom. de Rota deci. 163. quæ incipit, ex hoc inſurrexit.

26 Vltimo nota, in fi ca quod denunciationi ſuperioris † denunciantis aliquem excommunicatum euitandum, nõ eſt obtemperandum, ſi probabiliter conſtat ueritatem eſſe in contrarium, ut puta, quia fuit excommunicatus poſt appellationem legitimam.

Et ex hoc inferuntur duo.

Primum, quod excommunicatus poſt appellationem legitimam non eſt vitandus. de quo vide bo. tex in c. ſolet, in fi. de ſent excom in vj.

Secundo infertur, quod per literas denunciantis aliquem eſſe excommunicatum, non probatur excommunicatio, & hoc tenet glo. in ca pia. in verbo, nomen. de except. in ſexto, & in c. licet, in glo. antepenult. de ſentent. excommunicatio. eod libro.

In glo j. diuide ipſam in duas partes. In prima tacite opponit, & ſoluit. In ſecunda quærit, & reſpondet. Secunda ibi, ſed nunquid.

In prima parte glo Bald ſoluit aliter dicens, quod iuriſdictio generalis tuetur epiſcopum, quod non incidat in excõmunicationem, etiam ſi clericus incarceratus ſit exemptus, allegat c. ſi clericos, de ſentent. excom in ſexto, & hoc dictũ nota ſed hoc puto verum eſſe, quando non conſtat epiſcopo talem clericum eſſe exemptum, vel eſſe de iuriſdictione alterius. quia probabilis ignorantia ipſum excuſat, ut in ca. apoſtolicæ. de cler. excomm. min. ſecus putarem ſi conſtaret epiſcopo talem clericum eſſe exemptum, uel de iuriſdictione alterius, & ſic etiam intelligo gloſ.

In ſecunda parte glo dic, ut dixi in primo notabili.

In ſecunda glo. nota iſtam gl. ex qua habes, quod ratione cõſuetudinis poteſt competere inferiori prælato iuriſdictio
27 † interdicendi non ſolum eccleſiam cathedralem, uerum etiam totam ciuitatem. facit c. irrefragabili. §. exceſſus. ſupra de offic ord. Hoſt. autem hic tenet contrarium reſpectu ciuitatis adducit nota in c. cum contingat. de foro compet. ubi habetur, an ea quæ ſunt meri imperii, & ſupremæ poteſtatis poſſint præſcribi per inferiorem & quia Hoſt. ibi tenet, ꝙ non, ideo hic poſuit illam opin. contrariam, ſed communis opi legiſtarum, & canoniſtarum eſt in contrarium, & idem tenet Ioan. And & Dom. Dom. in ca. cum epiſcopus de offi. ord. in ſexto, & ideo etiam Doc. hic ſequuntur iſtam gl. licet Hoſt. dicat contrarium. Alii uero intelligunt iſtum textum, quod loquatur in ceſſatione a diuinis. nam differentia eſt inter ceſſationem a diuinis, & ſententiam interdicti, quia ceſſatio a diuinis eſt quid facti: ſolum enim organa miniſtrorum ſuſpenduntur, ut ibi, non celebrent: ſententia uero interdicti eſt quid iuris, quia ipſe locus ſupponitur interdicto, ita quod
28 ibi celebrans quantumcunque ſcienter incurrit † irregularitatem, quia celebrat in loco interdicto, vt in c. is, qui. de ſent. excommun in ſexto. ſecus autem, quando clerici deliberarent indicere ceſſationem a diuinis, quia tunc ibi celebrans non incurreret irregularitatem. ita dicunt Doct. in c. irrefragabili. de offi ordin. ſed dubium remanet, quid ſi ceſſatio a diuinis eſt generalis, puta reſpectu totius ciuitatis, nunquid ibi celebrans ſit irregularis. Io. And. tenet, quod ſic in c. ſi canonici. de offi ord. in ſexto. ratio eſt ſecũdum eum, quia ceſſatio generalis æquiparatur interdicto, ut in cle. j. de ſent. excommun. ſed But. hic ſub dubio forte dicit, quod iſta æquiparatio non procedit ex toto, & irregularitas non inducitur niſi in caſibus in iure expreſſis, ut in c. is, qui. de ſent. excom. in ſexto. & opi. But. ſequitur hic Ioan de Imo. & etiam dom. Abb firmantes, quod celebrans in loco ubi eſt indicta generalis ceſſatio a diuinis, non incurrit irregularitatem. Nec obſtat clem j. de ſent. excomm. quia facit æquiparationem tantum in illo caſu. Pœnæ uerò non debent extendi, ut in regula, odia, & in regula, in pœnis, in ſexto. ſubdit tamen do. Abb quod ſibi placet, quod hoc cap. loquatur de interdicto per illum textum, in ver. quia vero. vbi ponuntur uerba Papæ, qui appellat ipſam ſententiam interdicti. Item ceſſatio a diuinis eſt, quid facti, ideo non cadit in ea proprie illud uerbum poſitum in tex. irritum, & inane, &c. nihil allegat, ſed ego allego glo. ſingularem in clem j. in uerbo, irritum. de regula, quæ dicit, quod illa quæ non ſunt retractabilia, & quę conſiſtunt in facto, non poſſunt irritari per clauſulam decreti, quia nequeunt non fuiſſe, ut eſt prędicare, baptizare, & euchariſtiam dare. Item dicit dom. Abb. quod appellatio hic habuit ſuſpẽdere interdictum, quod non faceret in ceſſatione a diuinis, cum ſit quid facti, & ea quæ in facto conſiſtunt non ſuſpendantur per appellationem, ſed opus ſit contrario facto, ut in regula, nil tam naturale. ff. de reg. iur.

In gl iij in fi. Doct. communiter reprobant iſtam glo. quia loquitur contra tex. nam ſi uerum eſſet dictum glo. appellatio epiſcopi non fuiſſet legitima, cuius contrarium dicitur in tex. ſed ſaluando glo. dic, quod voluit ponere rationem, ꝙ mouit iſtum decanum ad non deferẽdum appellationi epiſcopi, & adhuc tenebat presbyterum in vinculis. ſed ratio decidendi in contrarium ſumitur ex gl. in uerbo, diuerſos modos. nam licet eſſet notorium, epiſcopum detinere presbyterum in carcere, non tamen erat notorium, quod iniuſte detineret. immo ius commune faciebat pro epiſcopo, quia epiſcopus de iure communi fundat intentionem ſuam, quo ad totam diœceſim, ut in ca. omnes baſilicæ. 16. quæſt. 7. & in c. cum epiſcopus de officio ordi in vj.

In glo. in verbo ſuſpendendum. hæc glo. multum ſe inuoluit, ſed in effectu tenet, quod ſententia interdicti poſſit ſuſpendi. no. tamen ex glo. quatuor dicta.

Primum eſt, quod ſententia interdicti ſimpliciter lata poteſt ſuſpendi ad tempus ab epiſcopo interdicente.

Secundo nota ex glo. quod ſi durante ſuſpenſione appelletur interim ab interdicto, ſuſpenditur interdictum uirtute appellationis etiam poſt tempus ſuſpenſionis quouſque pẽdet appellatio, & de hoc eſt tex hic notabilis. in verſic. non obſtante. vbi ſunt verba Papę, & hoc etiam ſequuntur Doc. hic. facit ca præterea te quæſiti, ſupra eodem, & de utroque dicto plene dictum fuit in c ad hæc quoniam, ſupra eo.

29 Tertio nota ex gl. quod ſententia † excommunicationis poſtquam eſt lata poteſt ſuſpendi ab ipſo excommunicante, uel alio quocũque inferiore a Papa, quia excommunicatio non poteſt tolli, niſi per abſolutionem, vt dicit gl. hic, & eſt bo glo in clem. j in verbo, donec. de deci. Subdit tamen hic Inno. quod denunciatio excommunicationis poſſet ex iſta cauſa ſuſpendi. & durante hac ſuſpenſione ſi interim appellatur ſuſpenderetur etiam ultra tempus ſuſpenſionis quouſque pendet appellatio, ar. huius text. & ita etiam tranſit hic Ioan de Imo. ſed uide ea quæ dixi in c. paſtoralis §. uerum 3. eodem. vbi enumeraui aliquos caſus, in quibus denunciatio excommunicationis poteſt ſuſpendi ego tamẽ credo, quod denunciator non poſſit ſuſpendere denũciationem, niſi antequam ſit facta, ſed poſtquam eſt facta denunciatio nõ poteſt eam ſuſpendere, quia facta pro infectis haberi non poſſunt, & ſic non poſſet facere, quod denũciatio iam facta ſtaret in ſuſpenſo. maxime quia denũciatio excommunicationis non ligat, ſed declarat excommunicatum eſſe uitãdum, ut in d. § verum.

30 Quarto nota ex glo. quod † Papa poteſt ſuſpendere ſentẽtiam excommunicationis ad tempus. ſed do. Abb dicit hoc eſſe verum, quo ad ea quæ concernunt eccleſiam militantẽ non autem quantum ad eccleſiam triumphantem, hoc eſt quantum ad Deum, ut in ca a nobis. de ſent excomm facit quod notat glo. in ſimili, in ca. non eſt, infra de uoto, & adducit dom. Abb glo. ſingularem. 24. q j quæcunque. in gl ij quæ

ta cit,

dicit, quod iudex eccleſiaſticus nullam vim poteſtatis exer-
cet ferendo ſententiam cẽſuræ, quo ad eccleſiam triumphã
tem, quia ſi quis delinquit, immediate eſt excommunicatus
coram Deo, ſi non delinquit, nõ poteſt ſeparari a gratia Dei
per ſententiam iudicis, ut in c. j de re iud. in vj & per hoc di-
cit, quod quantum ad eccleſiam triumphantem eccleſiæ, l.
prælati eccleſiaſtici non ſoluit, nec ligat, ſed tantum oſten-
dit ligatum eſſe, vel ſolutum, ſed quo ad eccleſiam mili an-
tem tantum habet poteſtatem, & pro iſta diſtinctione opti-
me facit præd. c. a nobis de ſent. excom. & hæc notabit.
In glo. in verbo, exequendum, in fi. dic, casus in appellatio-
1 ab interlocutoria, niſi præceſſit inhibitio iudicis ad quem
vt in c. non ſolum § 1. de app. in vj & dicit Io. de Imo notan-
dam eſſe iſtam gl ſingulariter, quod appellatio extraiudicia-
lis æquiparatur appellationi a diffinitiua, quoad reuocatio
nem attentatorum, de quo dixi in c dilecti ſupra eo.
In gl in uerbo, perturbare. in fi dic, quod ſecundum leges
31 turbare diuinum † officium eſt pœna capitalis, ut in l. ſi quis
in hoc genus C. de epiſco. & cle. hic vero non conſtabat, an
iſte decanus potuiſſet, vel non potuiſſet ponere hoc interdi
ctum. vnde quia appellauit ad Papam, non potuit poſt ap-
pellationem excommunicari ab epiſcopo, ut hic in tex. & in
d. c. cum appellationibus. Sed iſtud vltimum mihi nõ placet,
quia immo conſtabat appellationem epiſcopi eſſe legitimã,
& per conſequens conſtabat appellationem decani eſſe fru-
ſtratoriã, ſed quia officialis detulit appellationi, interim de-
bebat releuari interdictum quia cognitio erat deuoluta ad iu
dicem ad quem, i. ad Papam ut d. c. cum appellationibus.
In glo in verbo, principale ſuper illa glo quidam examinãt
an appellatio ſit intimanda parti, vel iudici, de quo plene in
c. a ſuggeſtum, ſ. eo.
In glo in verbo, deferendum Doct. dicunt. quod gl male
refert factum, quia immo prius officialis detulit appellatio-
ni, & poſtea pronunciauit interdicti ſententiam non valere,
quod facere non potuit, cum per delationem eſſet ab eo ab
dicata iuriſdictio, ut in d. c. cum appellationibus.
In glo. pen. Io. And. & But. & communiter Doct. ſequun-
tur iſtam gl dicentes, quod licet appellatio decani fuiſſet mi
nus legitima, tamen ex quo iudex detulit appellationi, non
debebat procedi contra ipſum per d cap. cum appellationi-
bus. ſed hæc ratio non placet, neque dom. Abb. neque Ioan.
de Imo quia licet appellatio decani minus legitima habuiſ-
ſet ligare manus iudicis deferentis, non tamen habuit ligare
manus epiſcopi qui non detulit vnde dicit, quod ſi appella-
tio decani fuiſſet minus legitima, valuiſſet appellatio lata p
epiſcopum, ut in c. li. ter. de ſent. excom in vj ideo dicit dom.
Abb quod ſibi placet dictum glo ſ quod appellatio decani
fuerit alias legitima, quia ſecundum iſta tempora quælibet
appellatio deferebat cauſam ad ſuperiorem, ex quo nõ erat
manifeſte friuola, ut nota. in c. paſtoralis, ſ. eod. Tu autem te
ne communem opi. ſ quod appellatio decani erat manifeſte
friuola tamen, quia iſte officialis ſibi detulit, talis delatio ha
buit ligare, tam manus ipſius iudicis deferentis, quam ipſius
epiſcopi, licet ipſe epiſcopus non detulerit appellationi Mo
uetur per dictũ cap. cum appellationibus. ubi dicitur, quod
32 ſi iudex † defert appellationi, fruſtratorie abdicatur ab eo iu
riſdictio. & transfunditur ad iudicem ad quem. nec ibi requi
ritur, quod ſit neceſſe, quod interueniat cõſenſus partis, ſed
ſolum ſit mentio de ipſo iudice deferente. Fateor tamen, ꝙ
iſte epiſcopus potuiſſet appellare ab ipſa delatione facta per
iſtum officialem quia deferendo appellationi, videtur pro-
nunciare ſe iudicem incompetentem. ſed ubi iudex pronun
ciat, poteſt ab eo appellari etiam de iure ciuili, ut dicit gl no.
in auth. habita C. ne filius pro pa. & idem ſequitur Bar. in l. 2.
ff. de ap. reci. ſed vbi non interponitur appellatio, deſinit eſſe
iudex in totum, ut in c. ſignificantibus. de offi. deleg.
In glo. fi. dic, quod excommunicatus poſt appellationem
legitimam nõ eſt uitandus in extraiudicialibus, vt eſt hodie
expreſſum in c ſolet, in fi de ſententia excommu. in vj. ideo
canonici potuerũt extra iudicium communicare huic de-
cano ubi autem eſſet dubium, an quis eſſet excommunica-
tus ante, uel poſt appellationem, procederet dictum gl. quia
in dubio eſſet vitandus, ar. ca illud. allegato per glo ſed vide
plenius in c. cum in. ſ. de teſti vbi habetur. an in dubio quis
debeat reputari excommunicatus, vel non. Item no. ex hac
33 glo in ncto tex quod quando eſt appellatum, † non præſumi
tur pro ſententia excommunicationis, & idem ſenſit glo fi.
in c. ad reprimendam de offi ord. & idem not. Innoc. in c. bo
næ el primo. ſ. de elect. vbi autem non eſt appellatum, tunc
ſemper præſumitur pro ſententia. ut in c. a in præſentia, ſ. de
renun. & in c. cum inter. in fi. & in c. ſicut, ſupra de re iud. & in
l. Herennius § Caia ff. de eui. & hoc etiam tenet gl. nota in
l. 9 C. ſi aduer. cred. & hoc procedit etiam in ſententia excõ-
municationis, vt dicit gl. fi. in d. c. ad reprimendam. de offi or.
& Innoc. in d. c. bonæ ſ. de elect. Extra glo. quæro, quia tex di
cit, quod ille decanus monuit epiſcopum, ut ſibi redderet p̃-
34 sbyterum. qualis debeat eſſe talis monitio. † & reſpondet Io.
And quod debet eſſe humilis requiſitio, quia monitio impe
rioſa ſpectat proprie ad ſuperiorem, ut in c. j de ſup. neg. præ
la. & ideo exponit tex. monuiſſet, i. requiſiſſet, & dicit, quod
conſuetudo non poteſt dare poteſtatem inferiori, ut poſſit
præcipere, vel animaduertere in ſuperiorem, ut in c. cum in-
ferior. de maio. & obed. & nota hic prædicta uerba Io. And.
cum dicit, inferior non debet monere ſuperiorem, ſed debet
eum humiliter requirere, & quod conſuetudo non poteſt da
re iuriſdictionem inferiori, quod præcipiat. uel puniat ſupe-
riorem, quod tene menti. vide San. Tho. ſecunda ſecundæ,
quæſt 33. art. 4. ubi dicit, quod quando ſubditi corrigunt præ
latos, nõ debẽt corrigere cum proteruia, & duritia, ſed cum
manſuetudine, & reuerẽtia, & allegat apoſtolum primo, ad
Timotheum quinto cap. vbi dicit. ſeniorem ne increpaue-
ris, ſed obſecra, ut patrem, & hæc ſufficiant in iſto cap. ſequi-
tur c. ut noſtrum.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus factus in cauſa, quam Papa ad ſe reuocauit, poſt reuocationem non valet.*
2 *Facta quomodo haberi poſſint pro infectis, uide.*
3 *Officio ſigilli non utitur, cui ſigillum aufertur.*
4 *Signo ſublato, cenſetur & ſignatum ablatum, ut officio uti amplius non poſſit.*
5 *Papa reuocans cauſam pendentem coram inferiore ligat manus illius in illa cauſa, ne quid agere poſſit.*
6 *Epiſcopus aduocans ad ſe negotium a ſuo vicario, non poteſt vicarius vlterius procedere.*
7 *Inferioris iudicis manus, tunc ligantur, quando eius iuriſdictio pendet ab eo ſuperiore, alias non.*
8 *Marchia quando poſſit omnes iudices qui ſunt in Marchia prohibere, ne iudicent. ſecundum Bal.*
9 *Legatus de latere cauſas ab ordinario ad ſe reuocare non poteſt.*
10 *Præuentioni locus datur inter iudicem ordinarium, & legatum de latere.*
11 *Proceſſus poſt reuocationem cauſæ ab inferiore facta, tunc infirmatur, cũ iuriſdictio eius pendet a ſuperiore.*
12 *Magis operatur aduocatio in cauſa, quam appellatio.*
13 *Appellatio conſiſtit in iure.*
14 *Reuocatio cauſæ conſiſtit in facto, & extinguit funditus iuriſdictionem inferioris iudicis.*
15 *Papa non cenſetur cauſam ad ſe reuocaſſe ob citationem partium, coram ſe factam ſimpliciter.*
16 *Cauſa cognitione capta coram Papa, proceſſus alibi agitatum infirmus redditur.*
17 *Reuocatio facta expreſſe ab inferiore iudice per Papam, etiam tertium impedit agitare alibi proceſſum.*
18 *Appellatio non ſuſpendit poſſeſſionis traditionem.*
19 *Denunciatio ſuſpenditur per appellationem ſi non conſtat de excommunicatione.*
20 *Papa aduocans ad ſe negocium, non videtur velle impedire actum conſecutiuum ignorans, quod actum eſt per inferiorem.*
21 *Appellatio non impedit actum acceſſorium ad actum de præterito, reuocatio autem impedit.*
22 *Proceſſus de conſenſu partium, an ualeat poſt reuocationem negocij a Papa ad ſe factam.*
23 *Ordinarius, an poſſit ſe intromittere in cauſa, quam Papa aduocauit ad ſe, & delegauit delegato mortuo.*
24 *Cauſa ſemel ingreſſa curiã Romanam, nunquam exit, niſi princeps deleget, uel remittat.*
25 *Inferior nullus poteſt ſe intromittere, vbi Papa manum ſuam appoſuit.*
26 *Beneficium ſemel reſeruatum, ſeu affectum ſemper affectum remanet, niſi per Papam reſtituatur.*
27 *Ordinarius poteſt conferre beneficium, ſi reſcriptum ſubreptitium ſit, in quo reſeruatio facta uidetur.*

C A P. LVI.

VT noſtrum. Hæc decr. uariis modis legi-
tur, ſed ut cuilibet lecturæ ſa
tisfiat, ita generaliter ſummatur. Poſtquam Papa
1 † aliquam cauſam ad ſe reuocat, non ualet pro-
ceſſus poſtea per inferiorem iudicem factus, ſicut etiam non
ualeret ſi ab eo fuiſſet legitime appellatum. hoc dicit in pri-
ma ponit dictum. In ſecunda eius rationem. Secunda ibi,
cum plus.

Nota

Nota primo, quod licet quæ ſunt facti non poſſint tolli,
quod non ſint facta, ut l in bello. §. factæ. ff de capti & in l. de
nique. ff. ex quib. cau ma & 32 quæſt 5. ſi Paulus, tamen quo
a ad iuris effectum poteſt induci, † vt facta habeantur pro nõ
factis, vt bie nam licet traditio ſigilli quatenus eſt facti, & in
facto conſiſtit, non poſſit haberi pro non facta, tamen quo
ad iuris effectũ habeă pro non facta, quia poteſtas ſigillandi
non cõpetit ex ipſa traditione ſigilli, & literæ ſigillatæ tali ſi
gillo non habebunt vigorem ad idem eſt op tex. cum glo in
clem j in verbo, ipſo iure de hæreti. vbi carcer, & tortura red
duntur nulla ipſo iure quo ad iuris effectum, licet de facto
non poſſint annullari, quia tortus, vel incarceratus non po-
teſt non fuiſſe tortus, vel incarceratus. facit etiam text. cum
glo notabili, in clem j de immun eccl. in verbo, pro infectis.
vbi excommunicatus habetur pro nõ excommunicato, ita
quod non indiget aliqua abſolutione, & ſic excommunica-
tio ibi habetur pro infecta quantum ad iuris effectum adeo
vt etiam quo ad effectus retro cauſatos cenſeatur non fuiſ-
ſe excommunicatus.

Secundo nota, quod ille cui auſertur ſigillum non poteſt
3 ſigillari, ſeu non poteſt uti officio † ſigilli. & ex hoc inſert
Bal. quod ſi notario adimitur ſigillum, quo utitur in chartis
non pt deinceps uti officio tabellionatus. idem dicit ſi mili-
ti Sancti Ioannis auſertur de pectore ſignum crucis, vel mi-
liti enſis vel calcaria, quia cui auſertur ſignum, auſertur & ſi
gnatum. dicit tamen, quod iſte text. loquitur, quando alicui
auſertur ſigillum tanquam attentatum. & ſubdit, quod id
quod dixit procederet quando per ſententiam diffinitiuam
auſeretur ſignum vel ſigillũ allegat l ij. §. ignominiæ. ff. de his,
qui not. infam. Et ex his uerbis Bal. no. quod ſigillum, vel ſi-
gnum eſt attentatum lite, vel appellatione pendente, & tũc
reuocandum in uiam attentati, vt hic. Aut aliquis ratione
dignitatis vel officii legitime eſt conſecutus ſignum, vel ſi
gillum, & tunc nõ debet ei auferri, niſi ſeruato ordine iuris,
& interueniente ſententia diffinitiua, ut § ignominiæ.

Et ex prædictis cõclude, quod ille cui auſertur ſignum, au-
4 fertur etiam ſignatum. † quia non poterit amplius uti offi-
cio in quo utebatur illo ſigno, quod tene menti.

5 Tertio nota, quod quando † Papa reuocat cauſam pen-
dentem coram inferiore ad ſe, ligatæ ſunt manus illius iudi-
cis inferioris in illa cauſa, ita quod proceſſus per eum poſtea
agitatus ipſo iure eſt nullus, & idem dicunt Doct. eſſe in alio
ſuperiore aduocante cauſam ad ſe, & hoc tenuit Inno. in c.
cum M. de conſtit. & hoc ſequuntur etiam hic lo. de Imo &
6 dom Abb. quia ex hoc inferi, ꝙ ſi † epiſcopus aduocat ad ſe
aliquod negocium attentatum coram ſuo vicario non ua-
let poſtmodum, quod facit ſuus vicarius in illa cauſa: poteſt
enim epiſcopus interdicere ſuo vicario, ne de aliquo nego-
tio ſe intromittat, ut notat Inn in c Romana, eodem titu in
ſexto Item cum epiſcopus poſſit ea toto reuocare vicarium
ad ſui libitum, vt in clem. & ſi principalis. iuncta glo in uer-
bo, electionem, de reſcriptis fortius poterit et interdicere co
gnitionem certi negotii, ar c paſtoralis §. item, cum totum.
s. de offi del. & l quæ de tota. ff. de rei ven. idem tenet Dom.
Dom. in c. j. de officio vic. libro ſexto, & dicit idem eſſe in ui-
cario poteſtatis, vel alterius, & idem ſequitur Bal. in l ſolet.
§. ſicut. ff de officio proconſul. & lega. dic tamen, quod acta
prius geſta remaneant firma. & idem tenet Innoc. infra eod.
7 intimaſti. hoc tamen intellige, quando † inferior habet iu-
riſdictionem ab illo ſuperiore, ut dixi in epiſcopo, & vicario.
ſecus ſi non haberet iuriſdictionem a prohibente. unde non
poteſt poteſtas prohibere rectorem artis lanæ, uel alterius
artis ne cognoſcant de cauſis vertentibus inter ſuos artifi-
ces, & hoc etiam tenet Bal. in l j C. de offi. præfec. præto qui
8 dicit ſic intelligendum Cyn. ibi dum dicit, quod † Marchio
poteſt prohibere omnibus iudicibus, qui ſunt in Marchia, ne
utantur iuriſdictione nam Bal dicit hoc eſſe verum, quando
ſunt deputati iudices ab eo, alias ſecus, licet ſint minores iu
dices. idem tenet Spe. in tit. de legato § nunc oſtendendum,
9 uer. præmiſſa, & uer. legatus. ubi dicit, quod legatus † [a] de la-
a tere non poteſt ad ſe reuocare cauſam pendentem coram
alio ordinario, quia cõcurrit in iuriſdictione cum quolibet
ordinario ſuæ prouinciæ, qualiſcunque ſit, ſiue ſit Archiepi-
10 ſcopus, uel epiſcopus, uel inferior. vnde nunc locus † eſt præ-
uentioni inter eos facit ca. ſi a ſede. de præben. in vj. & quod
notat glo infra eodem, ut debitus. ſi ergo cauſa eſt cœpta co-
ram ordinario, & præoccupatur iuriſdictio, non poteſt lega
tus de latere illam cauſam ad ſe aduocare, & cõpellere par-
tes ad litigandum coram ſe, & de hoc eſt tex. in c. peruenit.
ai. quæſt j. hoc etiam ſequitur dom. Abb in c. j. ſupra de offi.
legati, & Dom Dom. in ca j de foro compet. in vj.

Et ex his conclude, quod ſi inferior recipit iuriſdictionem
11 a ſuperiore qui cauſam ad ſe aduocat, quod tunc † proceſſus
factus poſt reuocationem ipſo iure non tenet, ſed ſi non re-
cipit iuriſdictionem a tali ſuperiore, ſed ab alio, & tunc licet
ſit inferior, locus eſt præoccupationi. unde ſi inferior præoc
cupauerit iuriſdictionem, non poteſt reuocari per ſuperio-
rem, & de hoc pone exemplum in epiſcopo, & prælato infe-
riore, uel in legato de latere, & in alio inferiore: tales enim, li
cet ſint minores, non poſſunt reuocari per tales ſuperiores,
& per conſequens inferior poteſt in cauſa procedere nõ ob-
ſtante reuocatione ſuperioris, ut patet ex nota. in c paſtora-
lis ſupra de offi. ordi & in c. ſi a ſede, de præb. in ſexto & hoc
tenent Doct. ſupradicti. ergo reſtringe iſtum tex. quando in-
ferior recipit iuriſdictionem a ſuperiore, ita quod ſuperior
poteſt eum reuocare. Et ad prædicta vide opinionem gl. in ſi-
mili, in clem. j in verbo, inhibentes. de iure patro.

12 Vltimo nota, quod magis † operatur aduocare cauſam ad
13 ſe, quam operetur appellatio. ratio eſt, quia appellatio † con
ſiſtit in iure, nec ſuſpendit iuriſdictionem iudicis a quo, niſi
ſit legitima, ut in c. non ſolum § j. & c. cum appellationibus,
14 eodem titu in vj ſed reuocatio † conſiſtit in facto, & ſiue ſit
iuſta, ſiue iniuſta extinguit funditus iuriſdictionem iudicis
inferioris, ut hic. facit l. iudicium ſoluitur ff. de iudi. dicit ta-
15 men hic Innoc. & Bal. quod † Papa nunquam cenſetur uel-
le cauſam ad ſe aduocare, niſi hoc exprimat, & ideo ſi Papa
citat partes coram ſe, non cenſetur per hoc negociũ, ſeu cau
ſam ad ſe aduocare, immo potius hoc mandatum debet in-
telligi, ſecundum naturam cauſæ. & ſic non ſecundum ple-
nitudinem poteſtatis. vnde ſi citat in cauſa appellationis, po
terit appellans uti iure ſuo quia citatio intelligitur ſecundũ
naturam illius cauſæ: ergo poterit uti iure proprio, quod non
poſſet ſi ſuperior aduocaret ad ſe illud negocium. oportet
ergo, quod conſtet, quod ſuperior cauſam ad ſe aduocaue-
16 rit dic tamen, quod ſi Papa inciperet cognoſcere de † cauſa
non valeret proceſſus poſt agitatus coram inferiore in illa
cauſa, licet cauſam aliter ad ſe non aduocaſſet, & hoc te-
net ſingulariter Innoc in ca cum M in vltima glo ſupra de
conſtit. facit optime c licet. de offi lega. & in cap quamuis de
elect in ſexto. dicit tamen Inn. hoc eſſe verum, quo ad ipſas
partes litigantes ſecus quo ad tertium vnde valeret iudiciũ
inter unum ex litigantibus, & alium tertium coram inferio-
re ſuper eadem re agitatum, licet Papa inter ipſas partes, de
iſta cauſa cognoſcere incœperit, quia talis cognitio non dēt
extendi, quo ad tertium, ar c. Romana. § in alium, eodem ti.
in ſexto. & ita debet limitari, & intelligi d. c. licet, & dictũ ca.
quamuis, ſecundum Inno in dicto capi. cum M. vbi etiam di
17 cit, ſecus eſſe ſi Papa expreſſe cauſam ad ſe † reuocaſſet, quia
tunc tam quo ad partes, quam quo ad tertium, & ſic quo
ad omnes, intelligitur facta reuocatio ita dicit Innoc. in d.
capit. cum M & ibi ſequitur Io de Imo. in 9. charta. & ex his
habes, quod ſi Papa incipit cognoſcere de cauſa, non valet
proceſſus agitatus coram inferiore inter eaſdem perſonas,
ſed bene ualet proceſſus agitatus per alterum ex litigantib.
cum tertio, reuocatio uero intelligit facta, quo ad omnes, &
ſic etiam non valet proceſſus agitatus per tertium, & ſic no
ta, quod plus ualet expreſſe reuocatio ad ſe, quam quod ſu
perior incœperit de cauſa cognoſcere, & hoc nota pro decla
ratione illius tex.

Antequam ueniam ad glo. opponitur contra tex. de cap.
conſtitutus. s. eod. vbi patet, quod poſt appellationem poteſt
18 tradi poſſeſſio, & ſic † appellatio non ſuſpendit traditionem
poſſeſſionis tanquam executiuam collationis factæ ante ap
pellationem, & de hoc etiam eſt tex. & glo. in ſimili, in ca. ſi
eo tempore. de elect. in ſexto. ad idem ſupra eod. paſtoralis.
§. verum. vbi patet, quod poſt appellationem poteſt quis de-
nunciari excommunicatus vnde uidetur, quod etiã hic non
debuerit impediri traditio ſigilli, quod non ſuſpendebatur
per hanc reuocationem negotii ad curiam. huius timore cõ
trarii iſti text. habent multos intellectus, ſed dom. Abb. ſolũ
recitat tres qui videntur veriores.

Primus eſt, quod in contrariis conſtabat de electione, &
confirmatione, ſeu de excõmunicatione, ſed in caſu noſtro
non conſtabat de collatione prius facta, licet allegaretur ꝑ
iſtum Archiepiſcopum, vt colligitur in cap j. vt eccleſiaſtica
beneficia, & hæc ſo placet multum dom. Abb pro quo uidetur
eſt in argumentum c peruenit, s. eod vbi patet, quod ſi non
19 conſtat de excommunicatione ſuſpenditur ipſius † denũcia-
tio per appellationem, quantumcunque excommunicatio
per aduerſam partem allegetur. ex quo enim non cõſtat de
prin-

ADDITIO.

a ¶ Nota ꝙ legatus non poteſt ad ſe cauſam coram alio ordinario pen ſen-
tem aduocare. idem tenet Alex. ne in c. ut debitus, 5 eule. col. oſra cod. &
in c. j. de offic. lega vbi ut ſe apoſtillam meam.

principali, nõ pt dici valere acceſſorium attentatum in prę-
iudicium reuocationis, cum hoc acceſſorium non habeat
per ſe ſubſiſtentiam ſine principali, ideo non debuit attenta
ri poſt reuocationem negocii. & ex hoc dicit poſſe limitari
iura allegata in ɔ̃rium, quæ loquuntur, quando conſtat de
principali, ſecus quando non conſtat de principali, ut hic, &
iſte intellectus eſt uerus in ſe, ſed tamen non congruit literę
quæ litera ſe fundat ſolum in reuocatione cauſæ.

Secundus intellectus eſt, quod traditio ſigilli hic habebat
aliquid iuris annexum, quia per hanc traditionem transfere
batur poteſtas exercendi officium cancellarię, ſed in contra
riis illud erat executiuum puri facti, ſed iſte intellectus non
20 placet dom Abb ſ. ſi † Papa aduocat ad ſe aliquod negotiũ
ignorans illud, quod eſt actum per inferiorem, non videtur
velle impedire actum conſecutiuum, etiam ſi talis actus ha-
beat ius annexum. ut dixit glo. nota menti tenenda in c. ſi eo
tempore, in verbo, cathedralis. de elec. in ſexto, quæ dicit, ꝙ
ſi Papa reſeruat prouiſionem alicuius abbatiæ, & ante reſer
uationem reperiatur Abbas electus, vel cõfirmatus, non vi-
detur Papa velle impedire, & reſeruare ſibi benedictionem
Abbatis, cum benedictio veniat acceſſorie ad actũ celebra-
tum per inferiorem ante reſeruationem Papę. niſi ex conie-
cturis aliud conſtaret de intentione Papę vnde poſſet dici,
quod hic conſtabat ex coniecturis Papã uoluiſſe negocium
omnimodo reuocare ad ſe propter ſuſpitionem, quam con
ceperat contra inferiorem, ex collatione clam facta, & ex
varia reſponſione inferioris, ut colligitur ex decretali j. infra
ur eccleſia. beneficia vbi gl j ſentit iſtum intellectum. & di-
cit dom Abb illam glo multum notandam, quia non ſolet
allegari ad hoc, & illa gl. ponit caſum tam in iſta deci. quam
in illa.

Tertius intellectus eſt eiuſdem Inno. qui etiam ponit præ
cedẽtes, qui dicit, quod hoc eſt ſpeciale in reuocatione facta
per Papã ex certa ſcientia. ex quo ad ſe aduocat certum ne-
gocium, non ualet quicquid poſtmodum attentatur per in-
feriorem reſpectu actus conſecutiui ad actum de p̃terito, &
ideo litera hic dicit, quod plus operatur aduocatio apoſtoli
ca, quam appellatio & dom. Abb dicit hanc ſolutionem eſ-
ſe notandam, quia multum limitat cõtraria, ſupra allegata.
nam iſte text facit differentiam inter appellationem, & ex-
preſſam reuocationem dicens, quod plus operatur expreſſa
21 reuocatio, quam appellatio, quia appellatio † non impedit
actum acceſſorium, ſeu conſecutiuum ad actũ de p̃terito,
ſed bene expreſſa reuocatio. & hoc modo reſpondetur ad
c. conſtitutus, & ad c. paſtoralis §. j. ſ̃ eodem, quæ loquuntur
in appellatione, ſed illud c. loquit̃ in expreſſa reuocatione.
non obſtat etiam glo in dicto ca. ſi eo tempore in uerbo, ca-
thedralis de elect. quæ loquitur in reſeruatione. ſed iſte tex.
loquitur, quando Papa ad ſe negocium aduocauit, unde in
telligitur reuocaſſe quicquid tangit dictum negotium. idem
in ſimili notat Bart. in l ſolẽt ff de ali. & cib. leg. prope ſi uer.
& hoc aduerte in diſpoſitionibus ſtatutorum ex quibus ha-
bes, ꝙ plus operatur aduocatio negotii ad ſe ex certa ſcien-
tia, quam appellatio vel reſeruatio, vel quam, quod Papa cę
perit de cauſa cognoſcere.

In glo. ij. nota iſtam glo. quia ſentit illud, quod dixi in ulti
mo intellectu.

In glo. iii. ibi, ergo multo fortius poſtquam ſuperior ad ſe
negotium reuocat, inferior nil facere poteſt. iſta glo. etiã
ſentit, quod ſupradixi in ultimo intellectu.

22 Extra glo. quæro, an valeat † proceſſus de conſenſu par-
tium poſtquam Papa ad ſe reuocauit negotium. & videtur
quod ſic, quia ambæ partes poſſunt renunciare appellationi
vt in ca. accepta. ſ̃. eo. & infra eodem. interpoſita. § ij. & vide-
tur de hoc eſſe tex. in ſimili, in l ad principem. ff. eodem. vbi
patet, quod valet proceſſus de conſenſu partium pendente
relatione coram ſuperiore, & ibi dicit Barto. per illum tex-
tum, quod ſi iudex commiſit cauſam conſulendam ad prin
cipem poteſt commiſſionem reuocare, & ipſe pronun-
ciare. & quod ſententia lata pendente relatione non eſt nul
la. ſed in contrarium facit capi. licet, ſ̃. de offi lega. & c. bonę.
mer. nec nocebat, ſupra de poſtula. præla. vbi partes non poſ-
ſunt variare poſtquam electio, uel poſtulatio eſt præſentata
ſuperiori, & hoc tenet Ioan. de Imo. in dicto capi. licet, & eſt
etiam de mente Abbatis ibi & dicit ibi Ioã. de Imo. quod ſi
Papa aduocauit ad ſe cauſam, non ualet proceſſus factus co
ram inferiore etiam de conſenſu partium, ne ſic partes ui-
deantur illudere ſuperiori in dicto capit. bonæ. & eſt ratio in
promptu, ſ. ex quo ſuperior aduocauit ad ſe cauſam, inferior
deſinit eſſe iudex, quo ad illam cauſam vnde partes nõ poſ-
ſunt ei dare iuriſdictionem non obſtat l. ad principem ff eo.
& quod notat ibi Barto quia debet intelligi, quando rela-
tio nondum eſt præſentata ſuperiori, ſed ſi eſſet præſentata
non poſſet inferior cauſam reaſſumere etiam de conſenſu
partium, vt dicit dom. Abb. in dicto capitu licet, & uide quę
dicam infra eo. intimaſti.

Vltimo quæro pone, quod Papa cauſam ad ſe aduocauit,
23 & alteri delegauit, & delegatus eſt mortuus, an † ordinarius
poſſit ſe intromittere de illa cauſa. Bal. & Saly. in dicta l. ſi vt
proponis. C quomodo, & quando iudex la prima, dixerunt,
quod non quia licet delegatus ſit mortuus, & per cõſequẽs
delegatio ſit conſumpta, tamen ſolus Papa habet de illa co-
gnoſcere, & diſponere, & allegat Bal. ad hoc Archid 35. q. 9.
24 §. is ita. vbi dicit in quadam apoſtilla ſua, quod † cauſa quæ
ſemel intrat in curia Romana, nunquam exit de curia, niſi
princeps delegei alteri, uel remittat cauſam ad ipſum ordi-
narium, quod eſt notabile, ſecundum Bal. qui adducit ibi il-
lum textum. ubi patet, quod ſi delegatus a præſide nulliter
ſententiauit, cauſa non redit ad ordinarium, ſed ad ipſum p̃
ſidentem qui cauſam iterum delegabit, & idem ſenſit Ioan.
de Imo. in l ſi expreſſim. in prin. ult. col. ff. de ap pro quo ui
detur tex. in c. paſtoralis §. j de offi ordin vbi dicitur, quod ſi
delegatus Papę propter contumaciam partis miſit actorem
in poſſeſſ. uel excommunicauit reum, licet poſtea delegatus
moriatur, non poteſt tamen ordinarius de illa cauſa cogno
ſcere, ſeu intromittere, neque poterit abſoluere excommu-
nicatum, neque ei reſtituere poſſeſ amiſſam, quia ex quo Pa
pa ſemel illam cauſam delegauit, vlterius non redit ad ordi-
narium, ut ibi eſt tex nota Salic tamen in d l. ſi ut proponis.
dicit dictum Bal. procedere. quando delegatus deceſſit re nõ
integra, alias ſi re integra deceſſiſſet poteſtas rediret ad ordi
narium per id quod habetur in d l. ſi ut proponis, & in hoc
Saly bene dicit, quia literę impetratę non impediunt ordi-
narium procedere, antequam literę ſint præſentatę iudici
delegato, ut infra eod ut debitus vbi uidebimus. ſed Ioan. de
Imo in dicta l ſi expreſſim. in ſi dicit in hoc obſeruandum ſti-
lum curiæ, quando de illo conſtaret ut in ea. quam grãui. de
cri. fal & in cap ex literis. de conſtitu. ſed ceſſante ſtilo curiæ
teneo id quod dixi.

Ex prædictis nota, quod vbi Papa manum appoſuit non
25 poteſt aliquis inferior † ſe intromittere, etiam ſi actus in quo
Papa manum appoſuit non eſſet perfectus. neque poſſet ef
fectum conſequi. pro quo vide Dom. de Ro. in deci. no deci.
377. ſub rubrica, de beneficiis reſeruatis collectorum, vel
ſubcollectorum, vbi dicunt quod poſtquam per reſeruatio
nem eſt ſemel ablata poteſtas ordinario, nunquam reuerti-
tur ad eum niſi reſtituatur, & tollatur impedimentum, &
26 per hoc dicunt, quod † beneficium ſemel reſeruatum ſeu af-
fectum ſemper remanet affectum, & reſeruatum, donec con
feratur per Papam, uel reſtituatur poteſtas conferendi ordi-
nario, & p̃ hoc dicunt, quod ſi Papa mandat ordinario ꝓui-
dere de aliquo beneficio certo modo vacãte, uel vacaturo,
& ex aliqua cauſa huiuſmodi prouiſio non poſſit ſortiri eſfe
ctum, nihilominus beneficium remanet reſeruatũ. ita quod
ordinarius non poteſt ſe de eo intromittere. uide etiam Do.
de Ro. in antiquis deci 54. & 57. vbi dicunt, quod ſi Papa ꝓ-
uidet de beneficio ex falſa cauſa, non tollitur poteſtas confe
rendi ordinario, niſi appareat, quod Papa fuiſſet reſeruatu-
rus, etiam ſi ſciuiſſet cauſam fuiſſe falſam.

Et ex hoc infertur, quando reſcriptum in quo eſſet facta
27 reſeruatio eſt ſubreptitium, ordinarius † poteſt illud confer-
re. de hoc tamen vide nota. per Inn. & per Ioan. And. in cap.
inter dilectos. de exceſ. præla. & per glo. & Doct. in c. ſi eo tem
pore. de elect. in vj. Aliqui autem hic examinant, nunquid ſi
Papa aduocet ad ſe iuriſdictionem, ſeu aliquam cauſam, iu-
dice inferiore hoc ignorãte, teneat proceſſus iudicis inferio
ris ignorantis iuriſdictionem ſuam reuocatam, de quo arti-
culo uide dom. Abb in c. audita de reſti. ſpol. & doct. in c. cæ
terum. ſupra de reſcriptis. & hæc ſufficiant. ſequitur capitu.
oblatæ.

SVMMARIVM.

1 *Præuentio partis per literas facta tacito termino ad proſequendam appellationem ſtatuto nullas reddit literas.*

2 *Terminus iuris poteſt a parte præueniri, dummodo nimium non præcurrat.*

3 *Nomen iudicis non uidetur neceſſario ponendum in reſcripto appellationis, ſed ſufficit in genere proferre.*

4 *Termini præfixio per iudicẽ a quo, non infert appellationi delatum fuiſſe.*

5 *Delatio appellationis non infertur ex eo, quia in actis dicitur iudex benigne recepit appellationem.*

6 *Appellans, & appellatus in cauſa appellationis proſequendæ poſſunt iudicem impetrare.*

7 *Terminus*

7 *Terminus iuris a ſolo appellante, uel iudice a quo poteſt reſtringi, uel præfigi.*

8 *Terminus ſtatutus ab homine ad proſequendam appellationem non poteſt præueniri per partes, tacito termino.*

9 *Iudex datus in curia ad partis impetrationem, quando ualeat.*

10 *Appellans compellitur proſequi appellationem coram iudice impetrato per appellatum.*

11 *Literæ impetratæ ſuper confirmatione ſententiæ ad eius infirmationem etiam extenduntur.*

12 *Appellante non proſequente, appellatus poteſt appellationem ipſam proſequi.*

13 *Iudex ad quem poteſt abbreuiare terminum iuris, & compellere partes ad proſequendam appellationem.*

14 *Iudex in beneficialibus debet ex officio ſupplere.*

15 *Iudex poteſt partes compellere, & inuitis partibus procedere, ubi verſatur publica utilitas.*

16 *Literæ ſecundæ ualent ubi primæ non ualuerint, & fuerint ſurreptitiæ, licet de ſurreptitijs non fiat mentio.*

17 *Terminus ſtatutus ab homine, an poſſit præueniri.*

18 *Terminus iuris, ſ. anni, uel bienny ad proſequendam appellationem, an poſſit præueniri.*

19 *Appellatus, an poſſit compellere appellantem a proſequendam appellationem.*

20 *Cauſa quantumcunque ardua infra menſem expediri poteſt.*

21 *Beneficium a iure indultum non eſt alicui auferendum.*

22 *Præcurrere terminum quis nimis dicatur, arbitrio iudicis relinquitur.*

23 *Literæ impetratæ ſuper executione, vel confirmatione ſententiæ, uel ſuper alio actu, ſi non faciunt mentionem de appellatione primo interpoſita ſunt ſurreptitiæ.*

24 *Reſcriptum, an debeat continere mentionem termini aſſignati ab homine in proſequenda appellatione, vt ualeat.*

25 *Terminus ab homine conſtitutus æquiparat appellantem appellato.*

C A P. LVII.

a O Blatæ. [a] Si terminũ appellationis proſequen-
1 dæ ſtatutum ab homine altera pars † præuenit eo tacito literas impetrando non ua-
2 lent literæ. [b] Terminũ † uero iuris etiam pars ap-
b pellata præuenire poteſt, dummodo nimium non præcurrat, & ubi ex dilatione imminet periculum, poteſt iudex ad quem neutra parte proſequente compellere ipſas ad proſecutionem appellationis. hoc dicit. Communis diuiſio. Secũda ibi, licet igitur. quæ diſtinguit quatuor membra Secundũ membrum eſt in uerſic. ſi uero. Tertium eſt in ver. ſuperior. Quartum eſt in uer. ex his igitur.

Nota primo ea tex. ibi, cum quidam iudices &c. quod in impetratione reſcripti ſuper appellatione non eſt neceſſe fa-
3 cere mentionem de nomine † iudicis qui tulit ſententiam a qua eſt appellatum, ſed ſatis eſt dicere in genere, quod quidã iudex, uel quidam iudices tulerunt ſententiam &c. & hanc opi. tenuit. Vbertus de Bobio antiquus Doctor, ut hic refert Ioan. And & ita etiam reſidet Spec eod. titu § de officio uer. antepenult. iudex autem ad quem bene debet eſſe certus, ut in l. 1 § libelli ff. eo. de quo per gl in cap is cui, de offic. del in
c ſexto. & dixi in rubrica huius tituli. [c]

Secundo nota ibi, nec delatum appellationi fuiſſe, nec ad proſecutionem ipſius terminus a iudicibus partibus aſſigna-
4 tur, quod ex præfixione † termini facta per iudicem a quo, non videtur fuiſſe delatum appellationi, nam iſta ponũtur, ut diuerſa, & hoc tenet gl in c. cum appellationibus, in ver. remittenda, eod. tit. in vj per iſtum tex.

Quid autem ſi in actis appareat ſcriptum, quod iudex a quo benigne recepit appellationem, an per hoc videatur de-
5 tuliſſe † appellationi. & Spec. eod. titu §. nunc breuiter in fi. concludit, quod non refert tamen, quod alij tenent contrarium, & iſtam opin ſequitur dom. Abb hic per tex. in c. ſæpe, ſ. eo ubi patet, quod iudex videtur deferre appellationi ſi dicit ſe recipere appellationem, de quo uide latius Io. Andr. in cap. cum appellationibus, eod. titu. in 6. debet ergo eſſe cautus iudex in reſpondendo.

6 Tertio nota quod non † ſolum appellans ſed etiam appellatus poteſt impetrare iudicem ſuper cauſa appellationis proſequendæ.

Et nota practicam impetrandi literas inter appellatum, & appellantem, quia appellans debet impetrare iudicem ſuper infirmationem ſententiæ. Appellatus uero ſuper confirmationẽ ſententiæ: debet tamen facere mẽtionem de appellatione, ut dicit hic glo in fi.

7 Quarto nota in ver ſi uero, optimum text. quod † terminus iuris non poteſt reſtringi per appellatum, ſed dumtaxat per appellantem, uel iudicem a quo: nam iſte tex. ſolum dicit, quod iudex a quo, uel ipſe appellans poteſt terminum præfigere, & ſic appellatus non poteſt præfigere terminum appellanti ad proſequendam appellationem, & ita notant Doct. ſuper tex. & hoc ſequitur dom. Abb. & Spec eodem tit. § qualiter, ver. hoc autem, & Dom. de Rota deci. 203. quæ incipit, item quod appellatus, de quo dictum eſt ſ. eod. ſæpe, & c. perſonas.

Quinto nota plures notabiles regulas ex hoc tex. in materia appellationis.

8 Prima regula eſt, quod ubi ſtatutus eſt † terminus ab homine, ideſt ab appellante, aut a iudice a quo ad proſequendam appellationem, neutra partium poteſt præuenire talẽ terminũ impetrando literas ſuper appellatione, niſi fiat mẽtio de ipſo termino. nam tunc ualet impetratio, ut probat iſte tex in uerbo, eo tacito, a contrario ſenſu, & hoc tenent etiam Doc. Limita tamen iſtum tex quia debet intelligi, ubi iudex impetratur extra curiam, ſecus ſi impetraretur in curia ad quam eſt appellatum, quia tunc valet impetratio, & commiſſio nulla facta mentione de termino aſſignato, & hoc tenet Io. Mo. in Rubrica, de reſcriptis, in ſexto. dicens iſtum textum ita eſſe intelligendum. & ratio differentiæ eſt, quia in curia datur iudex ex officio, & non ad impetrationẽ partis, unde non infertur præiudicium alteri parti. ſed quando iudex impetratur extra curiã, datur ad petitionẽ partis, & poſſet inferri præiudicium alteri parti, ideo tunc ſecus eſt, & idem dicunt Dom de Rota deci. 104. quæ incipit, item quod capitulum, oblatæ, & ſequitur Ioan de Imo. hic. nota tamen rationem ſupradictam, quia ex ea infertur, quod ſi in curia
9 daretur † iudex ad petitionem partis non ualerent tales literæ impetratæ ante terminum non facta mentione de termino, quia tunc remanet firma ratio hujus tex. cum cogatur altera pars litigare coram illo iudice, & hanc limitationem tenemẽti, quia per eam ſingulariter limitatur, & declaratur iſte tex. Item intellige iſtum textum, quando impetratio fit ante terminum hominis lapſum. ſecus ſi fieret poſt lapſum termini, quia tunc valeret impetratio non facta mentione de termino, & hoc eſt ſatis de mẽte iſtius tex. & melius probatur in c. ſæpe. in fi. a contrario ſenſu, ſ. eod. & hoc tenet Fed de Sen. conſil. 3. circa fin.

Secunda regula eſt, quod ubi terminus non eſt præfixus ab homine ad proſequendam appellationem, poteſt appellans quandocunque proſequi appellationem, dummodo ſit infra terminum iuris, nec fuerit legitime præuentus per appellatum, ut hic. ſed ipſe appellatus non poteſt quandocunque proſequi, quia non poteſt nimium præuenire, & ſupplantare appellantem, vt hic in tex. de quo infra dicetur.

Tertia regula eſt, quod licet appellans non impetrauerit iudicem, ſed fuerit impetratus per appellatum, nihilominus
10 † compellitur appellãs proſequi appellationem coram iſto iudice impetrato. intellige elapſis xi. menſibus, vt infra in 5. col. eo. c. niſi poſſet ipſum ex iuſta cauſa recuſare.

11 Ex quo infertur, quod literæ † impetratæ ſuper confirmatione ſentẽtiæ extenduntur etiam ad infirmationem ſententiæ, ſi iudex uidet illam infirmandam, nam appellans proſequendo appellationem petit ſententiam reuocari, ergo ſi poteſt proſequi appellationem coram iudice impetrato per appellatum ſuper confirmatione ſentẽtiæ, ergo poterit iudex ſententiam reuocare ſi viderit eam reuocandam, & melius probatur in fi. huius cap ubi expreſſe dicitur, quod iudex impetratus per appellatum ſuper confirmatione ſententiæ poteſt confirmare, uel infirmare, & in hoc tene mentẽ iſtũ text. & idem tenet Bar. in l. ſi expreſſim, in fi ff eod ſimile, in iudice delegato ſuper nullitate, quia poteſt ſententiam cõfirmare ſi uiderit eam eſſe confirmandam, ut in l. 3. C. de accuſ. de quo plene dicetur j. eod. dilecto.

12 Quarta regula eſt, quod † appellante non proſequente poteſt ipſe appellatus proſequi appellationem. concordat authen. et qui. C. de temp. app. canonizata ij. quæſtio. ſexta. appellatore.

13 Quinta, & ultima regula eſt, quod † iudex ad quem poteſt abbreuiare terminum iuris, & compellere partes ad proſequendum appellationem, quando ex dilatione imminet periculum

ADDITIONES.

a ¶Hoc c. oblatæ. non habet locum in curia Romana Fely. in c. ex parte. S. 3. colum. de reſcriptis. vide ibi.

b Idem tenet do. Alex. infra de confir. uti. uel inuti. bonæ. in 2. col. in fi.

c ¶Secus in aduocatione, quia debent exprimi nomina iudicum, a quibus cauſa aduocatur Ro. in nouis. 3. colum. 4. uerſic. item ſi imperatur tua, & Fely. in c. cæterum. de reſcript. 4. col. ver. 4. reſtrictio Alex. Ne. in cap. inter Monaſteriũ, 2. col. de re iud. uide quæ notaui ad Do. Abb. in 3. nota. hic, & Alex. in addi. ad Bar. in l. diuus. uer. in ea. lege. videte dñi. ff. de cuſto. re. dicit, quod ſufficit dicere nomen ſine cognomine.

riculum reipu. hoc eſt, quando cauſa deſiderat celeritatem,
& in ea uerſatur publicum intereſſe, uel imminet periculũ
animarum propter uacationem eccleſiæ, vel ex alia cauſa
ſimili, vt eſt hic tex valde notabilis ratio eſt, quia in benefi-
14 cialib † iudex debet ex officio ſupplere, vt in c. cum nobis
olim de elect. & idem dicendum eſt in omni cauſa, in qua
iudex uiderit ex dilatione periculum imminere, ut in matri-
monio carnali, ſecundum hic & Docto. & idem in omnibus
aliis cauſis deſiderantibus celeritatem, ut in l. j. ff. de dam. in
fecto, & in l. i. §. ſed excipiuntur ff. de feriis Sed But. & Ioan. de
15 Imo. hic, hoc intelligunt, quando uerſatur † publica utilitas
quia tunc poteſt iudex procedere etiam inuitis ambabus par-
tibus, vt eſt tex. hic notabilis ſecundum Bal. ſecus ſi uerſatur
ſolum utilitas priuata, quia tunc nõ poſſet iudex inuitis am
babus partibus procedere, dato ꝙ cauſa deſideraret celeri-
tatem, ſed poſſet altera parte petente, & altera recuſante, ut
in l. i. § excipiuntur. ff. de feriis, & hoc uidetur uelle etiam do.
Abb. in fi. argum. c. licet. ſupra de feriis, & c. ſi ſupra de iudic.

Sexto nota a cõtrario ſenſu, quod vbi verſatur ſolum pri-
uata utilitas, & priuatum intereſſe, non poteſt iudex ad quẽ
moderare terminum ad proſequendam appellationem, ſed
bene poteſt ipſum terminum moderari iudex a quo, vt dici-
tur hic, & ſ. eo perſonas, & c cum ſit Romana ratio differen
tiæ eſt, ſecundum dom. Abb. quia fit præiudiciũ iudici a quo
cum eius iuriſdictio ſuſpendatur per appellationem, & ſæpe
fiant appellationes fruſtratoriæ cauſa differendi negocium,
merito poteſt appellantibus præfigere terminum, vt fraudi-
bus obuietur, ut dicit glo. ma in fi. in dicto capi. cum ſit Ro-
mana, ſupra eod ſecus in iudice ad quem, vbi non fit præiu-
dicium, ideo niſi cauſa deſideraret celeritatem, non poteſt
abbreuiare terminum iuris, vt hic, arg regulæ, indultum, in
6. de quo infra dicetur.

Glo. tamen penult in c. olim, ſ. de do. & contum ſentit cõ
tra ſ quod etiam iudex ad quem poſſit arctare tempus ad ꝓ-
ſequendam appellationem, ſed illa glo communiter repro-
batur, & eam reprobat ibi dom. Abb. in penultima colum.
Nec obſtat ille tex quia loquitur, quando loquitur in cauſis
beneficialibus, & communem opi tenet Cyn. & etiam Bal.
in auth ei qui. C. de temp app qui tamen dicit, quod ſi iudici
appellationis liqueat de cauſa, poteſt quandocũque præſen-
tibus partibus ferre ſententiam per nota. in l ſi is a quo. ff. ut
in poſſeſſ leg. & in l. vnica C quomodo, & quando.

Vltimo nota in fi cap. ibi legitime impetrans, a contrario
16 ſenſu, quod ſi primæ † literæ [a] impetratę non valent tenent
a ſecundæ literæ impetratæ, licet non faciant mentionem de
prioribus literis Ex quo no. quod de literis ſubreptitiis non
eſt de neceſſitate facienda mentio, de quo vide bo glo. in ca.
ex tenore, in fi magnæ glo de reſcriptis, & in ca cum noſtris.
in glo. 4. infra de conceſſ præben. & in c. ſuggeſtum, in glo pe
nult. infra de iurepatr. & hoc procedit etiam in beneficialib.
quod eſt multum notandum in practica. ut dicit hic d. Abb.

Et ex hoc infert, quod ſi appellatus nimium præcurriſſet
impetrando priores literas, ualerent poſteriores literæ impe
tratæ per appellantem licet de prioribus non facerent men
tionem, ex quo priores non fuerunt legitimæ impetratæ, &
hoc probat iſte tex a cõtrario ſenſu, quod eſt in iure fortiſſi
mum. ut in ca. cum apoſtolica. de his quæ fi. a præla & 25. di.
qualis, & in l. prima. §. huius rei ff. de offic. eius, cui mandata
eſt iuriſdict.

In glo. in uerbo, appellatus. hæc glo. uoluit tacite oppone
re contra tex quia tex dicit, quod ubi præfixus eſt terminus
ab homine, & quod appellatus non poteſt eum præuenire
in impetrando iudicem. & ſic a cõtrario ſenſu videtur infer-
re. quod appellans poſſit eum præuenire, ſed hoc videtur eſ-
ſe contra tex in cap ſępe, ſupra eodem, in fi. & in c ex inſinua
tione, ſupra eo. in quibus patet, quod etiam appellans non
poteſt præuenire terminum appellationi præfixum. huius
timore glo. dicit, quod iſte tex. debet ſuppleri per illos, quia
quemadmodum appellatus non poteſt terminum hominis
præuenire, ita nec appellans.

In glo. in verbo, pars appellata, ordinando iſtam gl iſta gl.
in effectu tangit tria.

Primo, an terminus ſtatutus ab homine poſſit præueniri.

Secundo, an tempus ſtatutum a iure poſſit præueniri.

Tertio, an terminus anni, vel biennii qui datur ad proſe-
quendam, & finiendam appellationem poſſit prorogari. &
de iſto ultimo dictum eſt in c. ex ratione ſupra eod. vnde ſo-
17 lum examino duos primos caſus, ſ. an † terminus ſtatutus
ab homine, uel a iure poſſit præueniri. & circa primum. ſcili
cet quando terminus eſt ſtatutus ab homine ad proſequen
dam appellationem. glo. dicit, quod neutra pars, ſ nec appel-
latus, nec appellans poteſt præuenire ante terminum impe-
trando hoc intellige. niſi fiat mentio de termino. hoc ꝓbat
tex. a contrario ſenſu item hoc intellige, niſi lapſus eſſet ter
minus. vt probat tex. infra eod. ſæpe. in fi a contrario ſenſu.
Item lapſo dicto termino, licet appellans poſſit quandocũ-
que impetrare iudicem etiam nulla facta mentione de ipſo
termino iam lapſo, ipſe tamen appellatus non poteſt incon
tinenti lapſo termino impetrare iudicem, quia non debet ni
mium præcurrere, ut dicit text. elapſo enim termino homi-
nis remanet terminus iuris, quem appellatus non debet ni-
mium præcurrere in impetrãdo, & hoc modo intellige iſtũ
tex. & hoc tenet Fed de Se. conſilio ſuo 103 circa fi. & ex hoc
ſum expeditus de primo caſu.

18 Venio ad ſecundum, † quando nullus terminus eſt ſtatu-
tus ab homine, & ſic ſumus in termino iuris, & in hoc facit
glo. differentiam inter appellantem, & appellatum, dicens,
quod appellans poteſt quandocunque vult impetrare, quia
talis terminus ibi conceſſus in fauore eius eſt. vt in c. bonæ.
infra de confirm. uti vel inuti pars uero appellata non põt
nimium præcurrere in impetrando iudicem, ſed debet expe
ctare appellationem, ſecundum quod hic dicitur, & ij. q. vj.
appellatore. Sed aduerte, quia in dicto c. appellatore, eſt ca-
nonizata auth. ei qui. C. de temp. app. ubi dicitur, quod appel
latus debet expectare vſque ad ultimum mẽſem biennii, &
ſic glo. dum allegat c appellatore. videtur ſentire, quod ap-
pellatus dẽt expectare appellantem uſque ad ultimum men
ſem. Iſta autem uidetur eſſe communis opi. ſ quod aut quæ-
ritur, quando poſſit appellatus impetrare iudicem, & hoc ca
ſu non dẽt nimium præcurrere. quantum autem ad tẽpus
dẽt expectare ad hoc, ut nõ dicatur nimium præcurrere cõ-
munis opin eſt, quod relinquatur arbitrio iudicis, licet Bal.
in addi. Spec eod tit in 8. charta in uer. in culpa, uideatur di-
cere, quod debet expectare per ſex menſes, & ſic ꝙ labatur
medius annus. pro quo facit l. nemo. C. de tempo. app. ubi di
citur. quod eſt in culpa qui eſt paſſus labi dimidiam partem
termini. ſed ut dixi opinio communis. tenet, quod relinqua-
tur arbitrio iudicis, quando dicatur nimium pręcurrere pro
quo facit c. de cauſis de offi deleg. & l. prima. ff. de iure delib.
& l. i. §. expilatores. ff de extrac & expila.

19 Aut quæritur, an poſſit † appellatus compellere appellan
tem, vt proſequatur appellationem, & hoc caſu Doct com-
muniter tenent, quod licet appellans poſſit quandocunque
vult proſequi, tñ appellatus non poteſt compellere appellã
tem proſequi, nec ẽt ipſe appellationem proſequi, niſi pro-
pe finem termini, & hoc eſt in ultimo menſe, & ſic dẽt appel
latus expectare appellãtem per xj. mẽſes anteꝗ̃ poſſit proce
dere in appellatione & quamquam d auth. ei qui, & d. ca. ap-
pellatore, loquantur de ultimo mẽſe biẽnii, dẽt intelligi, qñ
appellans fuit impeditus in primo anno. ꝓpter quod habuit
biẽnium, alioquin poſt 11 mẽſem poteſt appellatus in appel
latione procedere. & ita intelligit Inn. in ca. ex ratione, ſ. eo.
& iſtã opi. ſ. quod appellatus debet expectare viſque ad ulti-
mum mẽſem, tenet Inn. Ioan. And But & Ioan. de Imo. qui
tamen dicit Doct. debere intelligi, quando appellans non ꝓ-
ſequitur appellationem, alias ipſo appellante proſequente
poterit appellatus inſtare, & petere. quod ſententia cõfirme
tur, & hoc tenet Ioan de Imo. in d c ex ratione. in 16 colum.
ſupra eo & hoc modo intellige Bal. in dicta auth ei dum di
cit, quod ſi iudici appellationis liqueat de cauſa, poteſt quã-
docũque præſentibus partibus ferre ſententiam diffinitiuã:
nam Bal. loquitur, quando tam appellans, quam appellatus
proſecuti fuerint appellationem quo caſu poteſt ferri ſentẽ-
tiam quandocunque etiam ſi non ſit prope finem termini,
qui datur a iure ad proſequendam, & finiendam appellatio-
nem, & hoc nota pro limitatione d ca. appellatore ij quæſt.
ſexta & dicta auth. ei qui. Bar tamẽ ibi dicit, quod aut appel-
latus uult facere citari appellantem in loco ſui domicilii, &
tunc poteſt incontinenti proſequi appellationem, ut in l fi.
§ illud. C. de temp. app. Aut uult proſequi in curia iudicis ad
quem non faciendo citari alibi ipſum appellantem, & tunc
debet expectare uſque ad ultimum menſem. quia ius arbi-
20 tratur quamlibet cauſam † quantumcunque arduam poſ-
ſe expediri infra menſem ex parte appellan, cum ipſe non
expectet, niſi confirmationem ſententiæ. & hanc opin tan-
b dem ſequitur do. Abb hic prope fi. commenti. [b] Sed Ang in
dicta

ADDITIONES.

a ¶ An ſecundæ literæ ualeant non facientes mentionem de prioribus in-
ualidis, limita tamen, ut per dom Alex. infra de confirmat. uti. uel inuti.
bonæ.

b ¶ Adde dom. Alexan. ſupra eodem, c. ex ratione. 30. colum. Dic tamen ꝙ
terminus ad proſequendam appellationem non incipit, niſi a die cita
tionis iudicis dati ſuper appellatione ut tenet Lanfran. in repeti. ca. quo-
niam contra. in uerbo, appellationis. ultima colum. de prob. quod eſt ual
de notandum.

dicta anth.ei qui reprobat,opi.Bar.& dicit,quod neſcit,quis
ſibi reuelauerit vnde tenet communem opi.ſ.quod appella
tus teneatur expectare vſque ad vltimum menſem,quam &
ſequitur Spec.eod.tit.§ nunc breuiter.ver licet autem,& Fe.
de Sen conſilio ſuo 168.quod incipit,in cauſa hoſpitalis,vn-
de tenendo iſtam opi.dic quod l.ſi §.illud C. de tempo. app.
eſt correcta per dictã auth ei qui & pro iſta opin. facit, quia
21 † beneficium a iure indultum nõ eſt alicui auferendũ, ut in
regula, indultum,in ſexto.Item quia pendẽte hac dilatione
officium iudicis,& partis debent conquieſcere, ut in l. ſiue
pars. C.de dilat.& infra eod ſignificante Item appellans po
teſt nouas probationes inducere in cauſa appellationis, iu-
xta illud, nõ probatum probabo, nec deductum deducam,
non allegatum allegabo,ut in c.cum Ioannes,de fi.inſtrum.
& in l per hanc C de temp.ap.vnde forte appellans non ha-
bet illas in promptu,uel forte non eſt adhuc potens ad ex-
penſas unde iniquum eſſet,quod appellatus poſſet quando-
cunque cogere appellantem ad proſequendum,& finiendũ
appellationem: ſic enim eſſet ſupplantare appellantem cõ-
tra rationem huius text. Dominus tamen Abb adducit ali
quas rationes pro opi Bat.ad quas facilis eſt reſponſio, & iõ
concludit,quod aut appellatus vult impetrare iudicem, uel
delegatum ſuper cauſa appellationis, & tunc non debet ni-
mium præcurrere,ut hic dicitur.

22 Quãdo autem dicatur nimium † præcurrere,relinquitur
arbitrio iudicis,vt dicunt hic Doct Aut quæritur, an poſſit
cogere appellantem ad proſequendum appellationem, uel
ipſe met proſequi appellationem,& tũc dic,quod debet ex-
pectare vſque ad vltimum menſem, niſi ipſe appellans eſſet
præſens,& paratus proſequi appellationem, quia tunc non
tenetur expectare finem termini ſed poteſt in cauſa proce
dere,& petere,quod ſua ſententia confirmetur.

Et ex hoc infertur, quod etiam ſi appellatus impetraſſet
iudicem nimium non præcurrendo,non poſſet compellere
appellantem proſequi appellationem coram tali iudice.niſi
prope finem termini,& hoc modo intellige iſtum tex.& ita
etiam ſequuntur Doct. & ex his habes ueram cõcluſionem
huius articuli reſecatis multis opinionibus Spec.hic in tit.§.
nunc breuiter,verſ item pone, & ſequen dicit comprobari
hoc,quod hic dicitur, & adde Rotam in titu. de ap. in anti-
quis.'o.91.quæ incip.ſi appellatus & in nouis,fol.43.4 col.in
princ.eod.tit.Idem tenet do. Abb in c ex parte 2. 3. colum.
de reſcriptis,qui dicit,quod non poteſt appellatus proſequi
ap.niſi poſt finitum primum annum.

23 In glo.ſi nota ex glo.iuncto tex. quod † literæ impetratæ
ſuper executione,uel confirmatione ſentẽtiæ,uel ſuper alio
actu ſunt ſubreptitiæ ſi non faciunt mentionem de appella-
tione primo interpoſita ut hic & in cap.bonæ de confirma.
uti.uel inuti & in ca.ex parte, ſupra de reſcriptis.circa quod
me non extendo,ſed me remitto ad ea quæ dicam in ca bo-
næ,infra.

24 Aduerte tamen,quia etiam † de termino aſſignato ab ho
a mine eſt facienda mentio,[a] alias impetratio ante terminum
eſſet ſubreptitia,quoniam neutra partiũ,ſcilicet appellans,
uel appellatus poteſt in impetrando præuenire terminum
datum ab homine non facta mentione de ipſo termino, ut
hic,& ſupra eod.ſæpe,in ſi & per gl.hic,in uerbo,pars appel-
lata,& ſupra eo.perſonas,in glo.ij.

25 Et ex hoc nota,quod in † termino hominis non eſt diffe-
rentia inter appellantẽ,& appellatum quia neutra pars po-
teſt eum præuenire in impetrando non facta mentione de
termino,ſed in termino iuris eſt differentia, quia appellans
poteſt quandocũque impetrare,& proſequi,nec tenetur fa-
cere aliquam mentionem de termino iuris. Sed appellatus
non poteſt quandocunque impetrare in termino iuris, ſed
debet nimium non præcurrere, ne ſupplantet appellantem
in impetratione item lapſo termino hominis eſt differẽtia,
quia eo elapſo appellans poteſt ſtatim impetrare, ſed non
appellatus,ne nimium præcurrat appellãtem in impetratio
ne,ut ſupradixi,& allegaui Fed.de Sen. conſilio ſuo 103. cir-
b ca finem.ſequitur c.per tuas.[b]

ADDITIONES.

a ¶An in reſcripto ſit facienda mentio de termino aſſignato per iudicem? adde do.Alex.in c.bonæ.1.col.in fi.infra de confir. uti. uel inuti. vide Ho. in ti.de reſcrip.io antiquis,incip.vtrum ſi fuerit ibi.

b ¶Adde ad materiam huius ca.quod appellatus vtitur commiſſione impetrata nomine appellantis,etiam ſine mandato impetrato,Rota incipit deci.fuit dubitatum & per me.in ti.de app.in nouis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex appellationis parte contumaciter abſente poteſt negocium expedire ſi appellatum fuerit poſt litis conteſtationem.*
2 *Litis conteſtatio facta in prima inſtantia prima cauſa non tollitur per ſententiam diffinitiuam.*
3 *Exceptiones dilatariæ,quæ non poſſunt opponi in cauſa principali, non poſſunt etiam opponi in cauſa appellationis.*
4 *Appellatio reponit appellantem in priſtinum ſtatum.*
5 *Ratio legis, legem amplificat,non reſtringit.*
6 *Ratio legis eſt anima legis.*
7 *Litis conteſtatio debet fieri in cauſa appellationis vtraque parte præſente.*
8 *Lis debet eſſe conteſtata coram iudice in cauſa principali, vt poſſit procedi ad ſententiam diffinitiuam.*
9 *Litis conteſtatio an ſit neceſſaria in ſententia interlocutoria.*
10 *Litis conteſtatio an ſit neceſſaria in appellatione a diffinitiua.*
11 *Conteſtatio litis debet fieri parte vtraque præſente.*
12 *Proceſſus valet de conſenſu partium lite non conteſtata.*
13 *Contumacia appellantis, & appellati impedit proceſſum etiam quo ad tertium comparentem.*
14 *Libellus an requiratur in appellatione ab interlocutoria, & diffinitiua, vbi diſcurritur per caſus.*
15 *Libellus qualiter ſit concipiendus in cauſa appellationis.*
16 *Contumax non dicitur deficere in probationibus, ſed nolle probare.*
17 *Iudex procedendo contra abſentem poteſt ſupplere ex officio ...ndo pro conteſtes.*
18 *Probandi onus an incumbat appellanti, vel appellato. & per caſus diſcurritur.*
19 *Appellatio an præſumatur interpoſita infra decem dies, niſi probetur.*
20 *Ignorantia præſumitur in dubio,niſi ſcientia probetur.*
21 *Sententia intimata ad dõ...,præſumitur tranſire ad notitiam.*
22 *Procurator rei in cauſa appellationis tenetur probare mandatum, vel cauere de rato, licet in principali admiſſus abſque mandato fuerit.*
23 *Lis conteſtanda an ſit in cauſa nullitatis ſententiæ.*

C A P. LVIII.

PErtuas: Altera parte contumaciter abſen
1 te poteſt iudex † appellationis & principale negocium diffinire, ſi poſt li.conteſta.
fuerit appellatum.hoc dicit. Communis diuiſio.
Secunda ibi,nos igitur.

Nota primo ex iſto tex.quod per ſententiam diffinitiuam
non tollitur effectus lit.conteſtationis factæ in prima inſtã-
2 tia,ſeu in prima cauſa,& ideo † lit. conteſtatio facta in cau-
ſa principali,non extinguitur per ſententiam diffinitiuam,
uel per appellationem,ut eſt tex hic notabilis idem nota in
3 l.ſi §.illud.C.de temp app.hinc eſt,quod † exceptiones dila-
toriæ,quæ non poſſunt opponi poſt lit.conteſt.in cauſa prin
cipali,non poſſunt opponi in cauſa appellationis,ut in l. ita
demum C.de procur.& habet locum diſpoſitio huius legis
in omnibus cauſis,tam temporalibus, quam ſpiritualibus,
& etiam beneficialibus.vnde exceptio dilatoria, ſeu declina
toria in cauſa principali,non poteſt opponi in cauſa appel-
lationis. Vnde exceptio ſurreptionis contra literas ad lites
omiſſa in cauſa principali non poteſt opponi in cauſa appel
lationis,& hoc tenet glo.nota in ca.ad audientiam,el ſecun
do,ſupra de reſcriptis,& do.Abb.ibi in 3.colum. & hoc mo-
4 do limitat leges dicentes,quod † appellatio reponit appellã
tem in priſtinum ſtatum ut in l furti in prin ff.de his qui no.
infa cum ſimilibus.nam debet intelligi, quod reponit in pri
ſtinum ſtatum, ſcilicet qui erat li.conteſtat. non autem qui
erat ante li.conteſtatam,ut hic,& in dicta l.ita demum. per
hoc etiam limitatur cap.cum Ioannes de fide inſtrumen &
l.per hanc.C.de temp.app in quibus dicitur,quod non dedu
ctum,vel omiſſum in cauſa principali poteſt deduci in cau-
ſa appellationis nam debet intelligi in his,quæ poſſunt de-
duci poſt lit.conteſt.ut in l ita non autem in his,quæ nõ po
terant deduci ante lit conteſt ut in l ita demum.hoc tamen
intellige,quando exceptio dilatoria, ſeu declinatoria fuerat
ſcienter omiſſa ante lit.conteſt ſecus ſi ignoranter, quia tunc
poſſet opponi etiam in cauſa appellationis,ut dicit gl.& do.
Abb.in dicto ca ad audientiam. Ex quo enim talis exceptio
poterat in cauſa principali poſt lit cont opponi, ex quo fuit
omiſſa per ignorantiam,ut in ca paſtoralis, ſupra de except.
& notat glo.iij.q vj.exceptio. poterit etiam opponi in cauſa
appellationis,quicquid poteſt opponi poſt lit conteſt.in cau
ſa principali,poteſt etiam opponi in cauſa appellationis,ut
in dicta l.ita demum,& ibi per Bar & dom. Abb in d.c.ad au
dientiam.Intellige tamen, quod debet opponi poſtquam ve
nerit ad notitiam ante primum actum,qui non debet fieri,
niſi li.con eſt. quia talis actus habetur pro lit. conteſt. & ſic
non poſſet poſtea opponi in cauſa appellationis,de quo vi-
de bo.gl in c.j.in uerbo,abſentia de elect. in vj.& per Innoc.
& Doct in ca.cum M.de conſtit. & hoc modo declara nota.
per Bar.in d l.ita demum.

Secundo nota ibi, coram iudicibus, nam ex ratione literę infertur, quod diſpoſitio huius ca vendicat ſibi locum, quando fuit appellatum poſt li.conteſt. nō ſolum poſt depoſitiones teſtium, ſed etiam quandocunque, ex quo lis erat cont.
5 coram primis iudicibus. † ratio enim legis non reſtringitur ꝑ exemplum poſitum in lege, immo ampliatur, ideſt ad omnem caſum in quo ſibi uendicat locum ratio legis: exempla enim non ſunt poſita, ut reſtringant legem, vt in c.j.ne cleri. uel mon.& in cap.fi.de reg.iur.in vj. ſed ratio bene reſtringit, & ampliat legem, ut in l.cum pater § dulciſſimis.ff. de leg.ij.
6 & in l quod dictum.ff.de pact. vnde alibi dicitur, quod † ra-
a tio legis [a] eſt anima legis, quia per eam regitur diſpoſitio legis, ſicut per animam regitur corpus, ut in l.a dignitate. § q̄uis.ff.de iurepatro.

Tertio nota a contrario ſenſu ibi, per contumaciam ſe
7 abſentantis, quod ſi utraque pars eſt præſens, debet fieri † li. conteſtatio in cauſa appellationis. dato quod lis fuerit conteſtata in cauſa principali pro hoc. dom Abb. allegat text.in cap Raynaldus.in uer.dilectus.infra de teſta.ubi bo. gl. infra dicetur latius.

Vltimo, quod in cauſa appellationis, ad hoc ut poſſit ferri ſententia li non conteſt. reus debet citari, & in contumaciam conſtitui, & hoc tenet glo antepenult.in c.præcedenti hoc tamen limita, niſi fuiſſet ſtatutus terminus ad proſequendam appellationem a iudice, uel ab appellante: tunc enim habet uim peremptorii, nec alia citatio requiritur, vt in c.ſæpe, ſupra cod. & ibi plene dictum fuit.

Antequam ueniam ad gl. opponitur contra tex.de c.interpoſita § fi.ī.e.vbi probatur, ꝙ poteſt procedi in cauſa appellationis ab interlocutoria & lite non conteſ.in cauſa principali, quia in tali appellatione principaliter arguitur iniquitas iudicis a quo fuit appellatum. huius timore contrarii dic, licet Doct.non declarent, quod inquantum iſte tex. loquitur de appellatione a diffinitiua, indiſtincte procedit, quia in cā appellationis a diffinitiua procedi poteſt lite non conte parte contumace. Ex quo fuit lis conteſt.in cauſa principali, & idem probatur in l.fi § illud C.de temp.app.inquantum uero loquitur de appellatione ab interlocutoria, debet intelligi, quod lit. conteſtatio requiratur quantum ad hoc, ut iuſtificata appellatione, iudex poſſit procedere ad diffinitiuam ſententiam parte exiſtente contumace. nam iuſtificata appellatione iudex ad quem cognoſcit de cauſa principali, vt in cap ſequenti, & ideo quantum ad hoc, ut poſſit procedi ad diffinitiuam ſententiam in cauſa principali requiritur, ꝙ
8 † lis ſit conteſtata coram iudice a quo, & hoc modo loquitur iſte tex.dum dicit, quod ſi de cauſa liquet poteſt negotium ſibi commiſſum terminare, quia cauſa principalis intelligitur commiſſa iuſtificata appellatione, ut in c. ſeq. ſed quantum ad procedendum ſuper ipſo appellationis articulo, nō eſt neceſſarium, quod lis fuerit conteſt. coram iudice a quo, ut eſt tex.in dicto §.interpoſita §.fi.de quo tamen latius dicā ſuper glo.

In gl j.iſtam glo diuide in tres partes.

In prima parte tractat, qualiter iudex poſſit procedere cō tra reum abſente actore inſtante.

In ſecunda qualiter poſſit procedere, quando reus eſt pręſens, & actor eſt abſens.

In tertia parte format unam quæſtionem. Secunda ibi, itē ſi poſſeſſor eſt præſens. Tertia ibi, ſed pone.

In prima, & ſecunda parte gl dom. Abb.dicit, quod gl.obſcure loquitur immiſcendo proceſſum fiendum, tam ſuper appellatione, quam ſuper principali iuſtificata appellatione & ideo diſtinguit, ut habeatur mens gl. & cōcluſio materiæ. Et diſtinguit duos caſus principales.

Primus eſt, quando fuit appellatum ab interlocutoria.

Secundus, quando fuit appellatum a diffinitiua.

In primo caſu dicit, quod quantum ad finiendum articulum appellationis, ſ.an iuſte, uel iniuſte fuerit appellatū, nec eſt neceſſaria li.conc.etiam in prima inſtantia, non fuerit lis
9 ꝯteſtata, quia agitur hoc caſu de iniquitate iudicis, & de hoc eſt tex.in c.interpoſita § fi.nec eſt neceſſe, ꝙ liqueat, uel non liqueat de meritis cauſæ principalis, nec hoc caſu datur poſſeſſio ꝯ abſentem, cum adhuc non ſit fundata iuriſdictio iudicis ad quem ſuper principali. ergo data abſentia unius partis non impeditur diffinitio articuli appellationis ab interlocutoria, ſiue fuerit lis conte. ſiue non. ſed ſi iudex ad quem pronunciat appellationem eſſe legitimam, tunc non ſuccedit loco primi iudicis ſuper principali cā diffinienda, ut in c. vt debitus.in fi.ī eo. procedatur ergo ꝯ abſentem contumaciter ſuper principali, ſm quod diſtinguitur in prima parte gl & in hoc caſu intellige gl. & vide gl. pleniorem de modo procedendi ꝯ abſentem in c prout de do.& contu.& in l.cōſentaneum C.quō, & quando iudex, & hoc de primo caſu.

Venio nunc ad ſm caſum principalē, ſ.qn̄ fuit appellatū a diffinitiua, & in hoc gl.v̄r ſimpliciter dicere, ꝙ iudex ad quē debet procedere ad confirmandam, vel infirmandam ſentētiam, ſed non aperit vtrum litis conteſtatio ſit facienda, vel non, ſed diſcurrit per aliquos caſus.

Primus eſt, quādo ambæ partes ſunt præſentes, & in hoc caſu Doc. videntur concludere, quod debeat fieri litis conteſtatio, & hoc probatur hic a contrario ſenſu, & in d.l.fi.§ illud. C.de temp.appell & hoc etiam tenet Cyn.& Bar. in l.j. C.ne lic.in vna ea que cauſa ter.prouoc & in l.ab hoſtibus §. ſecundum quod ſimpliciter.ff ex quibus cau.maior. licet lo. And.in c.Rainaldus.ī.de teſtam. voluerit, quod in appella-
10 tione a diffinitiua, non ſit neceſſaria † litis conteſta. etiam vtraq; parte præſente, & quod in appellatione ab interlocutoria, eſt neceſſaria lit conteſt. utraque parte præſente, aſſignat rationem diuerſitatis, quia appellatio ab interlocutoria eſt nouus articulus, ideo vtraque parte præſente requiritur libellus, & litis conteſtatio, ſed appellatio a diffinitiua tantum replicat id, quod geſtum eſt. ſed dom Abb. dicit, ꝙ hoc dictum eſt contra tex.in d ca.Rainaldus.in ver.dilectus. vbi facta fuit litis conteſtatio in appellatione a diffinitiua. Item dicit, quod ratio ſua nō procedit, quia licet appellatio ab interlocutoria ſit nouus articulus, tamen eſt incidens, vel emergens, ſed in exceptione non fit litis conteſtatio, vt in c. prudentiam §.ſexta de offic deleg.

Et ex his verbis ſentit dom. Abb. quod in appellatione ab interlocutoria non debet lis conteſtari vtraque parte præſente, de quo dicam in c.interpoſita § fi.infra eod.

In appellatione autem a diffinitiua dicit dom. Abb. quod non replicatur pure illud, quod actum fuit, quia in illa inſtātia petebatur res, & vt perſona condemnaretur, ſed in cauſa appellationis diſputatur de validitate ſententiæ. pro quo vide glo in d c Raynaldus.in verbo, conteſtata, quæ incipit, & ita videtur. Item illa quæ nouiter accedunt, poſſunt addi in cauſa appellationis, dummodo poſſint includi in prima inſtantia, vt in d c.cum Ioannes. de fi.inſtrum. ergo in præſentia vtriuſque partis debet offerri libellus, & lis conteſtari. Altera autem parte contumaciter abſente, poteſt procedi lite non conte.vt hic, quia largo modo conteſtatio prius facta poteſt referri ad articulum, de quo nūc agitur. & ideo
11 tene, quod vtraque parte præſente debeat fieri † litis conteſtatio, quæ opinio communiter tenetur, & probatur hic, & in l.fi.§.illud. C.de temp.appell. a contrario ſenſu, & in d.c. Rainaldus. ver. dilectus. infra de teſtam. vnde ponderatur, quod lis fuerit legitime conteſtata, & hoc tenet gloſ ibi, in verbo, conteſtata. quæ incipit, & ita videtur. ſed tamen Docto.non aperiunt, an ſi omittatur litis conteſtatio vtraque parte præſente proceſſus ſit nullus. ſed dom. Abb in ca. Rainaldus.ī.de teſtam. tenet, quod proceſſus ſit nullus, & hoc videtur probari hic a contrario ſenſu. & in d.l fin.§ illud C. de temp appell & tenent Do.de Ro.deciſ.8.dicit tamen Bal.
12 in l.j.in fi C.ne lic.tertio prouoc quod ſi partes † concorditer proceſſerint in cauſa appellationis li non conteſ.valebit proceſſus, ſeu iudicium quaſi tacito conſenſu partium rigor iuris potuerit mitigari, ar.in c.interpoſita. §.fi ī.e. & hāc partem ſequitur Innoc. in d c.Rainaldus. in verbo, conteſtata. Ego tamen non puto illam limitationem, quam ponit Bal. & Imo.eſſe veram ex quo enim requiritur litis conteſtatio vtraque parte præſente non debet proceſſus valere non facta litis conteſtatio. pro quo optime facit quod no.glo in c. per venerabilem.in verbo, non ſeruatum. ī. qui fil.ſint legit. Et puto ꝙ hoc dependeat ab alio articulo, vtrum partes poſſint conſentire, quod omittatur litis conteſtatio, vel alia ſolemnitas ordinis iudiciarii de quo habetur in c.j.de lib.obl. & in auth offeratur. C.de lit conteſt. & per gloſ in clem.ſæpe.in verbo, neceſſario.de verbor.ſigni.& per Doct. ſuper ea. & per glo.in c fi.in verbo, illuſtrium.de re iudicata.in vj & per Dom.Dom ſuper ea.

Secundus caſus eſt, quando altera pars eſt abſens per cōtumaciam, & in prima cauſa eſt facta litis conteſtatio, & nō requiritur litis conteſtatio, vt probat ille tex.a contrario, & in l.fi.in §.illud. C.de temp. appell.

Tertius caſus eſt, quando lis non eſt conteſtata in prima cauſa, & in cauſa appellationis altera pars per cōtumaciam abeſt, & hoc caſu non poteſt procedi in cauſa appellationis, vt hic. Non obſtat l.fi.§.illud.C.de temp.appell. vbi dr̄, quod eſt ſpeciale priuilegium cauſæ appellationis, ꝙ poſſit procedi lite nō conteſt. altera parte abſente. nam hoc debet intelligi, quando lis fuit conteſta.in prima cauſa, alias non poſſet

procedi

ADDITIO.

a ¶ Ratio legis eſt anima legis. Idem dicit dom.Abb.in c.ult. in ſecunda colum.de reſcrip.

procedi ad ſententiam diffinitiuam in cauſa appellationis, vt hic, & ita etiam intelligit hic Bal. & hoc mihi clarum uidetur, quia etiam ſententia lata in cauſa principali non valet, & ideo non poteſt porrigere effectum ad cauſam appellationis, cum ille proceſſus ſit nullus, & hoc clare probatur hic.

13 Quartus, & vltimus caſus eſt, quando vterque eſt † contumax tam appellans, quam appellatus, & hoc caſu non poteſt procedi per iudicem ad quem etiam ad petitionem tertii comparẽtis pro ſuo intereſſe, & cuius etiam intereſt cauſam expediri. hoc fuit ſingulare dictum Innoc. in c j. de elec. in ſexto in tertia columna quem refert, & ſequitur Ang. in dicto §. illud quod tene menti ad limitationem ca. ſuper eo. de offi dele hoc tamen intellige, niſi eſſet talis cauſa in qua ageretur de intereſſe publico, quia tunc etiam utraque parte abſente poſſet iudex cauſam diffinire, vt eſt tex. in ca. præcedenti. ver ſuperior quoque.

14 Et ex his poteſt inferri, an requiratur libellus † in appellatione ab interlocutoria, & diffinitiua, & ſenſit do. Abb quod in his caſibus in quibus non eſt lis conteſtanda, etiam libellus non eſt offerendus, ſed tu dic clarius diſcurrendo per caſus.

Primus eſt, quando appellatio eſt extraiudicialis, & in iſta requiritur libellus, cum ſit quædam prouocatio ad cauſam, ut in ca. cum ſit Romana, ver. nec ſolent, ſupra eo. & hoc tenet Spec. in quarta parte ſui operis. in titu. de appellationibus § nunc dicendum. circa ver. ſed nunc quid.

Secundus caſus eſt, quãdo appellatio extraiudicialis interponitur ab interlocutoria, & hoc caſu non eſt neceſſarius libellus, ſed ſufficit producere appellationem, & petere ſuper illa procedi, & pronunciari, & hoc tenet Specu ubi ſupra, & Ioan. And. in addi ibi. ſed contrarium tenet Ioan. And. in c. Raynaldus. ſupra de teſta vt ſupra dixi, quia tenet, quod utraque parte præſente in appellatione ab interlocutoria debet offerri libellus, & lis conteſtari, ſed Ioan. de Imo hic, in 4. colum in prin dicit, quod opi Io. And. forte uera eſt de iure, quia pro ea videtur tex in ca interpoſita, in § fi. vbi dicam dicit tamen, quod alia opinio ſeruatur in practica, & iſtam opinio. etiam ſequitur Bald. in addi Spec eodem titu. ver. li. iudicium inchoari, & iſtam opin. etiam tenuit dom. Abb. Siculus, ſicut ſupra dixi.

Tertius caſus eſt, quando interponitur appellatio a diffinitiua ſententia, & in hoc caſu diſtingue, quia aut prima cauſa eſt talis naturæ in qua non requiritur libellus, nec lit. conteſt. ut patet in clem diſpendioſam de iudi. & in clem. ſæpe de verbor. ſignifi & eodem modo non requiritur libellus, vel lit. conte. l. in cauſa appellationis, quia eiuſdem naturæ, & qualitatis cenſetur cauſa appellationis, cuius eſt ipſa cauſa principalis de hoc eſt text nota. in l. j. ff. an per ali. cau appel. & idem dicit ibi Ang. & Bald in addi. Spec. in loco pręal. & Ioan. de Imo. in l. j § libelli, in antepenult. colum. ff. eo. tit. aut in prima cauſa requirebatur libellus, & in hoc ſunt opi. quia Spec ubi ſ. tenet, quod in cauſa appellationis neceſſario requiratur nouus libellus, & idem dicit Ioan. de Imo in 3. colum quia eſt diuerſa inſtantia, & quia in cauſa requiritur nouum iuramentum cal. ut in c. ij. de iur. calum in vj. unde eadem ratione uidetur, quod requiratur nouus libellus pręſentem, cum appellans debeat de nouo petere ſententiam infirmari, & Butr. hoc ſequitur hic dicens, quod in omni caſu in quo in cauſa appellationis neceſſaria eſt noua lit. conteſt. & eſt neceſſarius nouus libellus, alias ſecus ſed Inno. in c. cũ contingat, ſ. de offi deleg dicit, quod in hoc caſu non requiritur nouus libellus, & idem ſequitur in d. § libelli. dicens, quod ſatis eſt producere appellationem, & petere ſuper illa procedi, & pronunciari per id, quod habetur in Auth. de his qui ingrediuntur ad appellandum, § 1 & ſi idem ſequitur Bal in l. ſi quis libellos. C eo. ti. dic tamen, quod non ſufficit ſimpliciter producere appellationem coram iudice ad quem, niſi petatur ſuper ea procedi, & pronunciari, & idem in effectu tenet Ang. in l. j ff. eo. & ſequitur et Bal in addi. Spec. eo. ti. in 2. char. ver. ſed an eſt neceſſe. dicit tamen communiter practicam ſeruare, ut offeratur libellus ſuper quo fundetur proceſſus cauſæ, & forte opiniones poſſent ſic cõcordari, ut prima opin. ſ. Spc. & aliorum procedat, quando proceditur in præſentia partium, quia ſicut tunc requiritur litis conteſtatio, ita nouus libellus Secunda vero opi. ſ. Inno. Bart. & Ang. procedit, ubi non eſt neceſſaria li conteſta. quia tunc, nec ẽt nouus libellus requiritur, & ita ſequitur hic d. Abb. in 2. col. & Io. de Imo. in d. § libelli in pen. col. in prin. & iſta concordia mihi placet, quia ubi requiritur noua lit. conteſt. ita etiã uidetur requiri nouus libellus ſuper quo fiat lit. conteſt.

15 Qualiter autem ſit concipiendus † libellus in cauſa appellationis eo caſu, in quo eſt neceſſarius offerendus. dic vt in Spe. in d. § nunc dicendum, & per Bar. & Io. de Imo. in d § libellus. & ex hoc habes expeditum iſtum articulum, ſ. an lit. conteſt vel libellus requiratur in cauſa appellationis.

In ca gl ibi, illa regula locum habet cum ambo ſunt præſentes & c. idem no. gl. in c. prout. de do. & contu & 3. q 9. decernimus. ſed do. Abb diſtinguit, quod aut actor recepit omnes dilationes legitimas & nihil probauit, & tunc habet locum illa regula, actore non probante, reus debet abſolui, quia videtur defeciſſe in probationibus.

Aut nõ habuit omnes dilationes, quia fecit ſe à principio

16 † contumacem, & tunc non habet locum illa regula, quia nõ videtur defeciſſe in probationibus, ſed probare noluiſſe. ita dicit Bar. in l properandum. § & ſi quidem C. de iudic. de quo etiam per eum in l admonendi. ff. de iureiur. ſed do Ab. remittit ad d. c prout. ſed vide etiam ipſum in ca fi ſ. de iureiur. & quæ poſt eum ſcripſi.

In tertia parte gl tene vltimam opin. quam ponit gl. quæ ſm do. Abb eſt magis communis. nam ex quo iudex poteſt procedere cõ abſentem in cauſa appellationis debet ſupplere defectum ipſius inquirendo, ideo ſi reperit ſententiam iuſtã debet eam confirmare, & ſi reperit eam iniuſtam debet eam reuocare, de quo vide bo. tex. & Bar in l. ampliorem C. de ap. & l. properandum § ſin autem C. de iud & Bar. in d. l ampliorem. vbi dicit, quod non eſt ſpeciale in cauſa appellationis,

17 ſed regulariter procedit vbicunque † iudex procedit contra abſentem, quia poteſt ſupplere ex officio inducẽdo pro eo teſtes, & inſtrumenta. ad idem eſt tex nota. in auth. qui ſemel C. quomodo, & quando iudex ibi perquiſita veritate, &c & ibi etiam per Bar. & latius per eum in l 4 §. hoc iudicium. ff. de dam infec. de quo do. Abb. ſe remittit ad c. bonæ, el j de poſtu prælat. Et ex his dicit do Abb non eſſe multum tutum appellato proſequi appellationem appellante nõ proſequẽte, quia ſententia non poſſet retractari, quæ alias tranſiſſet in rem iud per deſertionem appellationis, ſed reſpectu cõdemnationis expenſarum, quando proceditur contra abſentem remittit ſe ad plene no. in c calumniam. de pœ & in c. a. finem litibus. de do & contu.

18 Extra gl quæro, cui incumbat onus † probandi in cauſa appellationis, ſ. an appellanti, an appellato de quo articulo tractat Bar. in l hi qui ad ciuilia. C. de app. & per Ioan An. & But. & Io de Imo in c. in præſentia. ſ. de renun. & per Bu. in c. coram, in 3 de offi dele. & per Io de Imo in c. ſignificauerũt. de teſti. & in Spe. eod ti. §. reſtat, & §. de officio, ver penul do. Abb. etiam examinat. diſcurro per caſus, vt clarius intelligatur.

Primus eſt, quando eſt quæſtio, an appellans legitimo tẽpore, & loco appellauerit & an apoſtolos petierit, & hoc caſu dicit Bar in loco præall. quod ipſe appellans debet probare. allegat l. litigatoribus, & l. quoniam, & l. eos, in princ. & §. pen C eo. iſtam opi. etiam ſecutus fuit Spe. eo. ti § de officio, & § penul. vbi dicit, quod niſi negatur appellantem appellaſſe j. decem dies ipſe appellans debet probare ſe debito tẽpore appellaſſe. allegat c. ſignificauerunt de teſti. & c. Romana §. ſi uero, de app. in ſexto idem dicit Hoſt. in c. j ſupra eo.

19 vbi dicit, quod licet conſtet de appellatione interpoſita † nõ præſumitur interpoſita infra decem dies, niſi probetur ab ipſo appellante. plus dicit Spec. in d §. de officio, in fi. quod ſi per teſtes. vel confeſſionem aduerſarii probo me appellaſſe nõ ſufficit, niſi probem, quod infra x. dies appellauerim, & iſtã opi. ſequitur etiam Io. de Imo. in c. ſignificauerunt, in prin ſ. de teſti ſed Dom. de Rota deci ſua 316. quæ incipit, item ſi poſſeſſor. determinant, quod in dubio ſemper præſumitur fore appellatum infra x dies a die notitiæ, niſi contrarium probetur, quia tempus x. dierum eſt utile a principio, & non currit ignoranti, vt dicit glo. in ca. concertationi, in verbo, ſciuerit, eod. tit in vj. vnde in dubio præſumitur † ignorantia, ni-

20 ſi probetur ſcientia ff. de probat. in l. verius, & in regula, præſumitur, in 6. immo plus, etiam ſi fuerit ille, cõtra quem lata ſententia, citatus ad domum, & ſic præſumatur in dubio citationem deueniſſe ad notitiam ſuam, iuxta nota. per gl in l. & ſi legibus. C. de epi aud. & per Bar. in l. quidam decedens. in fi. ff. de adminiſt. tuto & Bal. in l ſcire oportet. ff. de excuſatio tuto. facit l. quinquaginta, eodem titulo. tamen iſta præſumpta notitia non excludit ab appellatione in qua requiritur vera notitia ad hoc. ut tempus incipiat currere. vnde Domini de Rota deciſio. 364. quæ incipit, item cum iura. tenent, quod citatus per edictum non præſumatur habere notitiam ſententiæ, & ſic, quod ſibi non currat tempus ad appellandum, niſi habita uera notitia. facit optime, quod notat clem. cauſam. in uerbo, plena & certa, de elec & Bal. in l. contra maiores. C. de inof. teſt plus dicit Ang. in l. a ſola. § j. ff. de app. quod citatus perſonaliter ad audiendam ſnĩam nõ præſumitur habuiſſe notitiam ſnīæ. ſed Raph. Cumanus, & Io. de Imo. ibi tenent cõtrariũ, quia perſonaliter citatus in dubio præ-

mitur verus contumax, ideo excluditur ab appellando l. ex conſenſu § fi.ff eodem. & in clem prima, de dolo, & contu. ſed tu dic, quod dictum Ange poteſt ſaluari in caſu, in quo ſubeſſet aliqua iuſta cauſa quæ excuſaret eum a cōtumacia. iuxta nota per glo. & Doct. in dicta clem. vnica. & Barto. in l. finali. ff de reſtitutione in integrum, & per hoc conclude, quod aut quæritur, an quis præſumatur habere notitiam citationis, quando fuit citatus ad domum, vel perſonaliter: dicendū eſt, quod ſic. Aut quæritur, an præſumatur habere notitiam ſententiæ: dicendū eſt, quod non, quia potuit ſententia non ferri in termino citationis, quia quandoque iudices diſſerūt ferre ſententiam altera ex partibus non comparente, ut in capitu. conſuluit. de officio delegati. vnde ſi ſententia fuiſſet intimata ad domum, præſumeretur habuiſſe notitiam ſententiæ. hoc tenet Bal. in dicta l ſcire oportet. § oportet. ff. de

21 excuſa. tuto vbi dicit, quod ſi ſententia † eſt intimata ad domum, præſumitur tranſire in notitiam, ita quod poſt decē dies vlterius non auditur appellans, & idem dicit Ang in authen. hodie. C de app. cōcurrit enim duplex præſumptio vna ex citatione facta ad domum, ad audiendam ſententiam Secunda ex notificatione facta poſtea ad domum de ipſa ſententia, & ſic tunc inducitur ſufficiens notitia ex duplicata præſumptione. arg cap. primi. de treuga & pace, & auth. itaque. C. communia de ſucceſſionibus. vnde in iſto articulo diſtingue concordando opiniones, quod aut ſententia eſt lata contra præſentem, & tunc ipſe appellans tenetur probare ſe infra decem dies appellaſſe, alias non præſumitur appellaſſe infra decē dies, niſi probet, & hoc modo procedit opi. Hoſt Spec Bar & ſequa. poterit autem de facili conſtare ex die latæ ſententiæ, & ex die interpoſitæ appellationis & hoc modo debet intelligi tex in capi. Romana. §. ſi uero, eodem titulo, in ſexto & in cap. ſignificauerunt, ſupra de teſti. vbi videtur probari, quod appellans debet probare ſe infra debitū tempus appellaſſe. Aut ſententia eſt lata contra abſentem citatum ad domum, vel per edictum in caſu in quo poteſt fieri citatio per edictum, vel contra citatum perſonaliter in caſu in quo excuſatur a contumacia, & tunc præſumi debet debito tempore appellationem fuiſſe interpoſitam, cum tēpus appellandi non currat ignoranti, ſed a die ſcientiæ, & hoc modo procedit opi. Dom. de Rota, & ſequa. quod tamen debet intelligi, niſi ſententia fuiſſet intimata ad domū quia tunc præſumitur deuenire in notitiam, & incipiunt currere decem dies qui dantur ad appellationem interponendam, ut dicit Bal in dicto §. oportet, & Ang. in dicta authen. hodie. C. eodem item hoc intellige, niſi aliter probaretur appellantem habuiſſe notitiam appellationis. & ex hoc ſum expeditus de primo caſu magis dubitabili.

Secundus caſus eſt, quando ſumus in his quæ concernūt legitimationem perſonarum, vel præparatoria proceſſus appellationis, & hoc etiam caſu appellans in cauſa appellationis eſt actor, licet in principali fuerit reus. vnde procurator

22 † rei in cauſa appellationis tenetur probare mandatum, vel cauere de rato, licet in principali fuerit admiſſus abſque mādato cum cautione de iudicato ſoluendo, vt dicit notabiliter Bar. in cap. coram de officio delegati in 3. col. & in ca. in præſentia. de renun. quod tene menti.

Tertius caſus eſt, quando agitur de probat. facienda, circa cauſam principalem, & altera pars eſt contumax, & tunc pars præſens, quæ proſequitur appellationem, debet probare iuſtitiam, uel iniuſtitiam ſententiæ, vt in l. ampliorem. C. eo. & in Auth de his qui ingrediuntur ad appellandum §. illud quoque. ita dicit Bar. in l. hi qui ad ciuilia. C. eodem. ſed Ioan. And. in ca. in præſentia, & dom. Abb. hic dicunt, quod actor reo abſoluto probare debet aliquid fuiſſe probatum propter quod iudex debebat eum condemnare, & non abſoluere, reus uero condemnatus probabit iniuſtitiam ſentētiæ ex actis, ut in capit. cum ad ſedem. de reſtitutio. ſpol. dicit tamen Dom. Abb. quod poteſt etiam fieri probatio de nouo, iuxta nota. in cap. cum Ioannes. de fide inſtrumen. & in l. per hanc. C. de temp. app.

Quartus caſus eſt, quando utraque pars eſt præſens, & agitur de probatione fienda per modum abnegationis, ut quia dixit reus ſe non fuiſſe citatum, uel ſententiam fuiſſe latam ſine cauſæ cognitione, vel quod non fuit ſtatutus terminus ad probandum, & tunc is qui appellat habet probare, & probabit indirecte per inſpectionem actorum: iudex enim inſpiciet acta, ut in l. is apud quem. C. de edendo. ita dicit Bart. in d. l. hi qui ad ciuilia, & dom. Abb. hic.

Quintus caſus eſt, quando agitur de probatione directa facienda in cauſa principali per teſtes, uel inſtrumenta, & tūc ille debet probare, cui incumbebat onus probandi in prima cauſa. ita dicit Bart. ubi ſupra. & ſequitur domi. Abb. qui dicit ſic limitandum Ioan. And. in dicto cap. in præſentia, & ſubdit, quod debet probare modo prædicto. ſcilicet aut inducendo probationes de nouo, aut producēdo acta primæ cauſæ, ſi putat per illa ſufficienter probatum.

Et ex his eſt expeditus iſte articulus, quem tene menti, quia quotidie eſt in practica.

Vlterius But. & dom. Abb. hic examinant, an in cauſa nullitaris ſententiæ † ſit lis conteſtanda. de quo articulo vide per

23 Bar. & moderniores in l. cum quærebatur ff. de re iudic. & in Spec. de lit conteſta. §. quando autem. verſi. quid de cauſa, & in titu. de ſententia §. iuſta. uerſi. ſed ſi cauſa, & per Dom. de Ro. in deciſ. no. deci. 65. & 67. & 68. & iſta ſufficiant. ſequitur cur debitus.

SVMMARIVM.

1 *Appellans tenetur cauſam exprimere rationalem, nec exceptio quæ non conſtet admittitur.*

2 *Dictio vt, ponitur cauſatiuè, licèt propriè modaliter.*

3 *Superior debet prouidere ne partes laborent, & expendant.*

4 *Appellatio interpoſita ante ſententiam requirit expreſſionem cauſæ rationalis ſpecificæ.*

5 *Grauamen vt reuocetur, appellatio interponenda eſt.*

6 *Exceptio de primis literis non pōt opponi, niſi primæ fuerint præſentatæ.*

7 *Iuriſdictio delegati poteſt per ordinarium præueniri, dummodo literæ non fuerint delegato præſentatæ.*

8 *Iuriſdictio ordinaria eſt magis fauorabilis, quàm delegati, quæ eſt extraordinaria, & odioſa.*

9 *Iudex ad quem ſuccedit in loco iudicis à quo.*

10 *Iudex deferendo appellationi etiam nullæ abdicat à ſe iuriſdictionem.*

11 *Appellatio licèt iniuſta legitima ſit, tamen deuoluit iuriſdictionem pronunciandi appellationem legitimam, vel non, & condemnandi in expenſis.*

12 *Litigare quis non compellitur in maioribus cauſis, coram iudice inferiore.*

13 *Cauſæ maiores quæ dicantur.*

14 *Appellatio ab interlocutoria, an ſit porrigenda in ſcriptis.*

15 *Appellatur uel incontinenti, vel ex interuallo, vel viua voce, vel in ſcriptis.*

16 *Appellans an requiratur quod dicat, appello in his ſcriptis.*

17 *Scriptura appellationis deperdita, an ſufficiat eam probare per vnum teſtem.*

18 *Ius ciuile, an procedat in appellatione, prout procedit ius canonicum, vel differat.*

19 *Appellatio an valeat, quæ cum ab initio nullam expreſſiſſet cauſam poſt quatuor vel ſex dies cauſa expreſſa fuit.*

20 *Onus publicum in qualibet dignitate verſatur.*

21 *Iudex appellationis debet quantum poteſt conſeruare honorem iudicis à quo, quando reformat uel informat ſententiam.*

22 *Citatio non legitima nunquid inducat perpetuationem iuriſdictionis.*

23 *Clauſula, appellatione remota, an aliquid operetur.*

24 *Nuntij miſſio, an hodie ſit correcta, & quos effectus faciat nuntij miſſio, & an ſint correcti.*

25 *Delegatus non habet iuriſdictionem, nec in actu, nec in habitu ante præſentationem literarum.*

26 *Iuriſdictio Papæ poteſt præueniri per inferiorem ordinarium.*

27 *Reſcriptum non ualet etiam de iure ciuili lite pendente coram ordinario iudice.*

28 *Cautela pro fugienda ordinarij iuriſdictione.*

29 *Impetrans iudicem delegatum, an habeat facultatem literas præſentandi vſque ad litis conteſtationem.*

30 *Iuriſdictio præuenitur per citationem.*

31 *Contumax non poteſt opponere exceptionem de præſentatione literarum ad excludendam iuriſdictionem ordinarij.*

32 *Incompetentia iudicis poteſt ſemper opponi eſſe latam ſententiam.*

33 *Error iuris, vel facti impedit iuriſdictionis prorogationem.*

34 *Delegato dato de conſenſu partium, ſi pars poſtea ad ordinarium acceſſerit repelli poterit per exceptionem.*

35 *Conſentire uidetur in iudicem qui in præſentia patitur tacendo aliquid in dicem facere.*

36 *Iure ſuo quis non debet priuari abſque culpa.*

37 *Idoneus dicitur ille qui nulla exceptione repelli poteſt.*

38 *Nullum quaſi habetur, quod exceptione repelli poteſt.*

39 *Iudicis eſt inquirere quanta fides ſit teſti adhibenda.*

40 *Lex generalis non debet referri ad negocia ſpāliter per alias leges deciſa.*

41 *Correctio iuris nō eſt inducēda per ſubauditiones, vel tacitas repetitiones.*

42 *Reſcriptum ſpeciale derogat generali quo ad iuriſdictionem, niſi præueniatur per citationem.*

43 *Abſolutio ab excommunicatione tanquam acceſſoria comprehenditur in delegatione.*

44 *Ordinarius iudex eſt inferior ipſo delegato.*

45 *Præſentatio ſola reſcripti abſque citatione, an inducat prorogationem iuriſdictionis.*

46 Per.

46 Perſonæ quatuor concurrunt in cauſa appellationis.
47 Iudex a quo in cauſa appellationis quid agere debet.
48 Iudicis ad quem officium in cauſa appellationis.
49 Iudex, quando dubitat, debet conſulere iuriſperitos.
50 Iudex non coarctatur cauſam committere ſapienti, quia poteſt interpretari legem, vel canonem pro decidenda cauſa.
51 Iudex, an teneatur ad petitionem partium committere cauſam conſilio ſapientis.
52 Iudex non tenetur conſilium ſapientis ſequi.
53 Recuſatio iudicis, ob cauſam propriam, ſeu culpam recuſantis, ſuſpectum illum non facit.
54 Pœna calumnioſe appellantis traditur de iure ciuili, & canonico.
55 Opinio communis ſemper eſt amplectenda, tam in conſulendo, quam in iudicando, quamuis iudex poſſit contra eam aliquando iudicare.
56 Delegatus, an poſſit procedere in cauſa principali, ſi delegatur cauſa appellationis cum negotio principali, nec appellatio eſt iuſtificata.
57 Reſcripta debent intelligi ſecundum ius commune.
58 Reſcriptum non poteſt intelligi contra ius commune, niſi conſtet de certa ſcientia principis.
59 Delegatus in cauſa appellationis ab interlocutoria a Papa, vtrum poſſit iuſtificata appellatione cognoſcere de cauſa principali.
60 Appellatio commiſſa cum dictione taxatiua, puta dumtaxat, ſolum, tantum, & ſimili, excludit omnem aliam cognitionem.
61 Appellatione delegata, ſeu commiſſa, cenſetur etiam comprehenſa nullitatis cauſa.
62 Iudex ad quem, an poſſit cognoſcere de cauſa principali omiſſo articulo appellationis. vide quatuor caſus.
63 Contumax non poteſt allegare litis pendentiam, nec etiam mentionem iuriſdictionis.
64 Grauamen prius reuocari debet, quam de cauſa principali cognoſcatur.
65 Delegatus iudex tenetur ſeruare formam mandati.
66 Cauſa ubi pendet, vel cępta eſt, ibi debet finiri.
67 Iudex qui non poteſt adiri per uiam querelæ, an poſſit cognoſcere de cauſa principali omiſſo articulo appellationis.
68 Laici poſſunt prorogare iuriſdictionem iudicis abſque conſenſu proprij iudicis, ſecundum Bart.
69 Iudex ad quem, nunquid teneatur remittere uerbaliter partes ad iudicē a quo, poſtquam ſuper appellatione pronunciauit eam dicendo non legitimam.
70 Cauſæ omnes quæ ſunt Papæ reſeruata, dicuntur maiores.

C A P. LIX.

VT debitus. Hæc decretalis eſt famoſa, & utiliſſima ponens multa noua dicta vtrumque ius limitantia, & hoc dicit in
2 ſumma: † Appellans ante ſententiam tenetur exprimere cauſam rationabilem coram iudice a quo, nec admittitur exceptio, quod prius miſerit nuncium ad ſe. apoſt. vel quod literas impetrauerit, quæ nondum ſunt iudici præſentatæ. hoc dicit. diuiditur in tres partes.

In prima ponitur conſtitutionis duplex cauſa.

In ſecunda ponitur conſtitutio.

In tertia proteſtatio. Secunda ibi, ſtatuimus. Tertia ibi, ſaluis.

a Nota primo, quod dictio, ut, † aliquando ponitur cauſatiue, prout accipitur hic, licet ſecundum propriam ſignificationem accipiatur modaliter, ſeu importet modum de quo vide bo. glo. in c. ucrum. in glo ij infra de cond. app & de hac dictione dic ut in l cum tale. §. Titius ff de condit. & demonſtra. & plene per Bart. in l qui abſenti. § i. ff. de acq. poſſ.

3 Secundo nota, quod ſuperior debet prouidere partibus ex officio, vt euitent labores, & expenſas. concordat ca. finē litibus, de dolo & contu.

Tertio nota regulam nouam, & menti tenendam in materia appellationis ante ſententiam, quod non valet appella
4 tio † interpoſita ante ſententiam, niſi expreſſa cauſa rationabili, quæ ſi eſſet probata, debet legitima reputari, & requiritur, quod talis cauſa exprimatur ſpecifice, alias appellatio eſſet nulla. hoc clare probatur in clem. appellanti, eodem ti. vbi tex dicit, quod cauſa appellationis ab interlocutoria, vel grauamine, debet exprimi nominatim, & ſic non ſufficit, ꝙ ſit expreſſa in genere, & hoc tenet hic Ioan. de Imo. dicens, quod non ſufficit dicere, appello ab iniqua interlocutoria, quia me grauaſtis, & idem dicunt Dom. de Rota deci. 7.

Quarto nota ibi, coram eodē iudice, quod ad hoc, ut gra
5 uamen † reuocetur, neceſſarium eſt, quod appellatio interponatur, quia nullus alius actus habet uim appellationis, & de hoc uide tex. inſ. a eodem, dilecto. in fi. vbi patet, quod nō ſufficit grauamen interueniſſe, niſi propter illud grauamen fuerit appellatum, & idem probatur in clem. appellanti, eodem titulo, & pondera tex. dum dicit, coram eodem iudice, & c quia videtur probare, quod non ualet appellatio, niſi ſit interpoſita appellatio in præſentia iudicis a quo, de quo plene dixi ſupra eod. ſuggeſtum.

Quinto nota ex tex aliam regulam nouam, & ſingularē in materia reſcriptorum, quod licet per antiqua iura ſecundæ literæ non facientes mentionem de primis tollant primas, ut in capit. cæterum. de reſcriptis, & in capit. ij. de dolo & contuma. & in capitu. ex literis. de officio delegati. tamen
6 de ipſis literis non poteſt † excipi, vel opponi, niſi primæ literæ fuerint iudici delegato præſentatę.

Ex quo nota, quod attenditur tempus præſentationis, an per ſecundas literas derogetur primis, vel econtra, de quo articulo dicetur latius per glo 4 in fi. & in glo. v.

Et ex regula prædicta nota regulam ſemper menti tenen
7 dam, quod † iuriſdictio delegati poteſt præueniri per ordinarium, dummodo literæ non fuerint iudici delegato præſentatæ.

Ex quo infertur, quod ſi citatus coram ordinario exciperet, quod Papa, vel princeps primo cauſam alteri cōmiſit, non eſt audiēdus, quia impetrans debet ſibi imputare, quod prius non præſentauerit literas iudici delegato, ut dicit iſte
8 tex. aperte, & ſequuntur Doctor. ratio eſt, quia ordinaria † iuriſdictio eſt fauorabilis, & largo modo adiuuanda, & interpretanda. Sed iuriſdictio delegata eſt extraordinaria, vt in c. de cætero, ſupra de tranſact. & in capit quoniam contra falſam. in gl. ij. de proba. item iuriſdictio delegata eſt odioſa, & reſtringenda. iuriſdictio uero ordinaria fauorabilis, & ampliãda, ut dicit glo. in clem. ſecunda. in uerbo, volumus. de offic. ord. & in c. j. in uerbo, proceſſus. de reſcript. in vj. & hoc procedit etiam ſi impetrans fuiſſet impeditus, quia tex. indiſtincte loquitur. ita dicit Vinc. & iſta opi. communiter tenetur per Docto. ut dicit hic dom. Abb hoc tamen intellige, niſi impetrans fuiſſet impeditus per aduerſarium cōtra quem impetrauit, vt ſic ſi ipſe aduerſarius præueniret impetrantē coram ordinario. nam dolus non debet ſibi prodeſſe, ut in c. ex tenore, ſ. de reſcriptis. pro quo eſt optimus tex. in l. quãuis. ff. de bo auth. iudi. poſ tamen an hoc procedat, quando impetrans eſſet impeditus, infra dicam.

Sexto nota aliam regulam, quod iuſtificata appellatione
9 ab interlocutoria † iudex ad quem, ſuccedit loco iudicis a quo, & deuoluitur ad eum cognitio, & diffinitio cauſæ principalis, quam ipſe habet cognoſcere & differre, ſicut habebat iudex a quo eſt appellatum, ut eſt tex. hic. unde Spec. eo. tit. § de offi iudi. ſi autem peremptorie. dicit, quod quicquid debuit facere iudex a quo, debet facere iudex appellationis. idem voluit But. in c. olim, in fi. de except. & Doct. in c. exhibita de iudi. & ſequitur hic dom Abb. & iſte eſt effectus iuſtificatæ appellationis ab interlocutoria. dicitur autem iuſtificari appellatio, quando probatur veritas ipſius cauſæ expreſſe in appellatione, & iudex declarat appellationem eſſe legitimam. effectus uero non iuſtificatæ appelationis eſt, quando iudex appellationis inuenit illam non eſſe rationabilem uel non ueram, & ſic non probatam. unde debet tunc remittere appellantem ad iudicem a quo appellauit, & eum in expenſis condemnare, & de hoc eſt tex. hic nota. hoc tamē intellige, quando iudex a quo nō detulit appellationi, ſi enim detuliſſet appellationi abdicaſſet a ſe iuriſdictionem, & deuoluta eſſet ad iudicem ad quem etiam ſi eſſet appellatum abſque expreſſione alicuius cauſæ, vel ex cauſa non rationa
10 bili, uel ſine ſcriptis, vel abſque petitione apoſtolorum, † & ſic in omnibus caſibus, in quib. appellatio eſt nulla, ſi iudex deferret appellationi abdicat a ſe iuriſdictionem, & deuoluitur ad iudicem ad quem, vt in c. cum appellationib. eo. tit. in vj & ita tenet Io. An. & Do. Do in c. j. § poſt hæc, eod. tit. in vj. & Io. And. in c. Romana in prin. eod. titu in vj. & Dom. de Rota deci. 375 quæ incipit, item ſi appellatur.

Septimo nota, quod appellatio minus legitima deuoluit ad iudicem ad quem poteſtatem condemnandi appellantē
11 in expenſis ad iudicem ad quem. Ex quo infertur, ꝙ licet † appellatio minus legitima, non deuoluat iudici ad quem iuriſdictionem ſuper principali, deuoluit tamen ſuper incidenti, ut pronunciet appellationem non legitimam, & ut condemnet appellantem in expenſis, ſicut in ſimili dicitur de iudice delegato per literas ſubreptitias: nam habet iuriſdictionem cognoſcendi. an ſua ſit iuriſdictio, ut in c. ſuper literis. de reſcrip. & licet pronunciet ſe iudicem incompetentē, & literas ſubreptitias, tamen poteſt ſuccumbentem in expēſis condemnare, ut eſt tex. cum gl. in verbo, in expenſis. in c. fi. ſ. de reſcr. & eſt melior text. qui in iure reperiat̃ in cle. j. de reſcr. vbi patet, ꝙ licet reſcriptum ſubreptitiū pp ſubreptionē ſit ipſo iure nullū, nihilominus p̃t iudex ꝯdēnare in expē. rōne uexationis. idem eſt de iudice qui pronunciat appellationē deſertam, quia poteſt partem condemnare in expenſis, ut eſt tex. nota in ca ex parte, S. ſupra de reſcriptis.

12 Vltimo nota in verſi.ſaluis, quod in maioribus † cauſis
quis non compellitur litigare coram iudice inferiore, quia
illæ ex natura ipſarum ſunt deferendæ ad ſe apoſtol. & hoc
notabile colligitur, ſecundum vnum intellectum referendo
verbum ſaluis, ad iſtud, quod ſupradictum fuit in principio,
ſcilicet, vt coram iudice inferiore proſequatur quis cauſam
vſque ad finem, ſed ſecundum alium intellectum, ſecũdum
quem illud verbum ſaluis, refertur ad id, quod ſupradictum
fuit, ſ. quod abſque cauſa rationabili expreſſa non poteſt ap
pellari. Et nota, quod in cauſis maiorib. poteſt appellari ad
Papam, etiam cauſa non expreſſa: nam ipſa maioritas cau-
ſæ eſt ſufficiens referendi cauſam ad Papam, & dom. Abba.
dicit, quod vterque intellectus eſt bon. ſed quod primus eſt
melior. ſed tu dic, quod immo ſecundus eſt uerior, quia rela-
tio eſt facienda ad proxima.

13 Quæ autem dicantur maiores cauſæ † dic, vt in c. maio-
res. de baptiſ. & in capit. quamuis. vbi bona glo. de electio. in
ſexto. & in cap quod translationem, ſupra de offic delegati.
vbi glo enumerat cauſas reſeruatas ſe. apoſtol nam illę om-
nes poſſunt dici maiores cauſæ.

Quarto antequam veniam ad glo. de aliquibus, & primo
14 nunquid † appellatio ab interlocutoria ſit porrigẽda in ſcri
ptis. & dic, quod ſic, ut in capit. primo, eodem titulo, in ſex-
to. & licet ille text. loquatur de appellatione interpoſita ad
Papã, tamen etiam hoc habet locum in appellatione inter
poſita ad inferiores iudices, & ita tenet glo. in dicto capitu.
primo. in verbo, interlocutoria, & idem ſenſit glo hic, in uer
bo, ex rationabili cauſa, in fi. & ſequuntur communiter Do-
cto. facit capit. appellatio, eodem titulo, & libro. glo. tamen
in l. ſecunda ff. eodem, dicit, quod de iure ciuili non eſt appel
landum in ſcriptis ab interlocutoria, tamen de conſuetudi-
ne ſeruatur contrarium, quia etiam in foro ciuili appella-
tur in ſcriptis, & ita dicunt Docto. ff. eodem, in l. ſecunda, &
ſequitur Barto. in l. eius qui ff. de app. reci. vnde Spec. eodem
titu. § qualiter autem. in princ ſigulariter dixit, quod vbi ap
pellatur ab interlocutoria, vel grauamine, ſiue appelletur
15 † ex interuallo, ſiue incontinenti apud acta in iudicio etiam
iudice ſedente pro tribunali requiritur, quod appelletur in
ſcriptis, & hoc eſt de mente glo. in dicto capit. primo, in uer-
bo, interlocutoria, eodem titu in ſexto. & dic quod non ſuf-
ficeret, quod appelletur viua uoce coram iudice, licet incon
tinenti faceret per notarium redigi in ſcriptis appellationẽ
coram iudice a quo cum expreſſione grauaminis. ita dicit
Ang. in l. ſententia. in fine ff. eodem, & ſequitur ibi Ioan. de
Imo. & idem tenet Baldus in capitu. ſuper quæſtionum. in
fi ſupra de officio delegati, & pro hoc eſt bo tex. in capit. ap
pellatio, iuncta gloſ. fina. eodem titulo, in ſexto. vbi paret,
quod appellatio in ſcriptis eſt porrigenda iudici. non ergo
ſufficit appellare uiua voce, cum cauſæ expreſſione, licet ſit
redacta in ſcriptis coram iudice per notariũ facit, quod no-
tat glo & Bar. in l. ſacris, in fin. C. de proximis ſacro. ſcrinio-
rum, libro duodecimo. vbi dicit, quod ſi aliquis vadit coram
iudice, & dicit notario actorum, ſcribe, quod ego peto
à Titio decem: per hoc non dicitur offerri libellus in ſcri-
ptis, licet notarius apud acta hoc ſcribat. hoc etiam tenet
formaliter Bal. in addi. Specu. eodem titulo, in tertia charta.
in fi. uerſicu. dubium fuit, an ſi dico, appello, & tu notarie
ſcribe, ubi concludit, quod non ualet talis appellatio, nec di
a citur porrecta in ſcriptis. [a]

16 Nunquid autem requiratur, quod † appellans dicat appel
lo in his ſcriptis. Ang in dicta l. a ſententia. § finali ff. eod. te-
net, quod ſic, & dicit, quod alias non ualet appellatio. idem
uidetur ſentire Specu. eodem titulo. §. primo. verſi. & notan.
in quarta parte Specu. ſed tu dic, quod hoc non eſt uerum:
ſatis enim eſt, quod porrigat appellationem in ſcriptis, etiã
ſi iſta uerba non adiciantur. hoc tenet glo. in capit. ſi in uer
bo, illuſtrium, in fi. de re iudic. in ſexto. & idem tenet Ioan.
de Imola. in dicta l. a ſententia. §. finali. & circa hoc ulterius
me non extendo, ſed me remitto ad Specu. in dicto § primo.
verſicu. & notandum, & ad Dom. de Rota deci. 49 quæ inci-
pit, item fuit dubitatum utrum ſententia diffinitiua, & per
Dom. Domin. in dicto capit. primo, eodem titulo, in ſexto.

17 Et an ſi ſcriptura † appellationis ſit deperdita, ſufficiat p-
bare per unum teſtem appellationem eſſe porrectam in ſcri
ptis. vide per Pau. & alios in clem. conſtitutionem, ſuper ver
bo, fiat fides. de elect. & per Domi. de Rota, vbi ſupra, & per
Dom. Dom. in d. c. appellatio.

18 Vlterius quæro, an de † iure ciuili habeat locum diſpoſi-
tio huius textus. & glo. in l. tertia §. fina ff. eodem. dicit quod
non, & idem ibi ſentit Iaco. de Har. qui dicit non eſſe a prin
cipio exprimendam cauſam coram iudice a quo, & idem
ſequitur Bal in l. eos. § ſi autem. C. eodem. vbi dicit, quod in
hoc differt ius canonicum a iure ciuili, quia de iure canoni-
co requiritur expreſſio cauſæ in appellatione, de iure ciuili
non, & idem ſequitur Rayner. in dicta l. tertia. §. fina. ſed Bar
to. in l. a prætor §. permittitur. & in l. intra utile. ff. de mino.
dicit, quod etiam de iure in caſibus, in quibus poteſt appella
ri ab interlocutoria, eſt appellandum in ſcriptis, & expreſſa
cauſa, & iſtam opinio. etiam ſequitur Ang in l. minoribus. C.
de his quibus, ut indignis, & idem uidetur ſentire in l. ſecun-
da, ad fi. C. de epiſcopali aud. & idem conſuluit ſuo conſilio
193. quod incipit, in cauſa accuſationis, in ſecunda colu. in
fi. Ex quibus conclude, quod diſpoſitio huius cap. habet etiã
locum de iure ciuili, in caſibus in quibus poteſt appellari de
iure ciuili ab interlocutoria, iuxta ea quæ dixi in c. ſuper eo.
el ſecondo, in princ ſupra eodem, quo ad omnem effectum.

Primo, ut ex requirat cauſa grauaminis in appellatione.

Secundo, quod appelletur in ſcriptis.

Tertio, quod appellatio iuſtificetur ex cauſa expreſſa in
appellatione, & de his eſt notabilis tex. in l. a prætor. §. per-
mittitur. ff. de mino.

Quarto, quod iuſtificata cauſa appellationis ab interlocu
toria deuoluatur tota cauſa, & negotium principale ad iu-
dicem ad quem, nam diſpoſitio huius text. habet locum de
iure ciuili, & ſeruanda eſt in omni foro, & in terris imperij, &
hoc tenet Butr. in cap. eum olim, ſupra de except. ſuper glo.
ſecunda, & ſequuntur alii Doct. & hoc tene menti pro decla
ratione huius capitu.

Vlterius quæro, qd ſi in appellatione ab interlocutoria,
vel grauamine nulla cauſa fuit expreſſa, deinde infra tres, vel
quatuor dies additur, & exprimitur alia cauſa, an hæc appel
19 latio † ualeat. Bal. & Ang. in l. ſecunda, circa fi. C. de epiſcop.
aud. dicunt, quod ſic, dummodo infra decem dies a die gra-
uaminis fuit expreſſa, nam quandiu ſupereſt de tempore de-
cem dierum põt cauſa exprimi, & addi, & accumulari, & per-
inde habetur ac ſi a principio tempore appellationis fuerit
expreſſa, pro quo facit glo. ordinaria, in capi. ſi is cui, in uer-
bo, durante circa medium, de offic. delega. in ſexto. ſed hoc
mihi non placet, licet auctoritas iſtorum Doctorum ſit ma-
gna, quia appellatio eſt porrigenda in ſcriptis expreſſa cau-
ſa rationabili, ut hic. dato ergo, quod poſtea addatur cau-
ſa, non dicitur appellatio porrecta in ſcriptis expreſſa cau-
ſa rationabili. item quando appellatio porrigitur cauſa
non expreſſa, perinde habetur ac ſi appellatio non fuiſſet
interpoſita, cum ſit nulla ipſo iure, & ideo neceſſarium eſt
aliam porrigi quæ ſit legitima appellatio, & iſta opinio eſt
tutior.

In glo. j. no. gl. iuncto tex. in prin. quod iudicare eſt honor.
ad idem eſt text. no. in l. cui muneris. ff. de muneri. & hon. vbi
dicitur, quod ſi conceditur alicui uacatio publici muneris,
non uidetur conceſſum ne fiat magiſtratus, quia pertinet po
tius ad honorem, quam ad munera publica. alibi tamen di-
citur, quod eſt onus, ut in capit paſtoralis, ſupra de offic. dele
ga. ibi, ne malitioſe ſe exoneret ad illum, l. munerum. §. iudi
candæ. ff. de mune & hono. ſed uide glo no. in capi. ſi contra
vnum. verbo, probare de offic. deleg in ſexto. quæ dicit, quod
eſt honor, & onus, & per hoc infert, quod iudex non eſt ſu-
ſpectus in cognoſcẽdo, an ſua ſit iuriſdictio, quia ſicut digni-
tas, & officium iudicandi eſt honor, ita eſt etiam onus. & di-
cit dom. Abb. quod in qualibet dignitate principaliter uer-
20 ſatur † onus publicum, ut in cap qui epiſcoparum, 8. quæſtio.
j. ſed tu adde not. alium notabilem tex. in capit. nerui. 13. di-
ſtinct. ubi dicitur, quod omne, quod eminet, plus mœroribus
afficitur, quam honoribus gaudeat. ſed ratione ſubditorum
quibus præeſt debetur ſibi honor, & ita intelligit do. Abb.
iſtum textum, & alia iura quæ uidentur innuere honorem
eſſe habere prælaturam, uel officium iudicandi, & remittit
ad Archidia. 7. quæſtio. j. in dicto capit. qui epiſcopatum. hinc
eſt, quod lex præſumit, quod pro his quæ ſunt geſta per iudi
cem, ut in cap. in præſentia de renuncia. & in cap. cum inter,
& in capit. ſicut de re iudic. immo etiam præſumitur pro iu-
dice in his quæ committuntur arbitrio iudicis, vt in capit. de
cauſis de offi. deleg. & ita dicit ſingulariter Innoc. in ca. ij. de
eo qui fur. ord. rece. quod dictum ſingulariter notat Bald. in
auth. ſi quis in aliquo. C. de edendo. in 7. colum. & ideo quan
21 do † iudex appellationis reformat, vel infirmat ſententiam
iudicis a quo, debet ſemper ſaluare quantumcunque poteſt
honor. in eius declarãdo, ꝙ infirmat, vel reformat eius ſen-
tentiam ex nouiter deductis, & probatis coram ipſo, vt dicit
lex in

ADDITIO.

a ¶Contrarium tenet Archid. in c. j. eo. ti. in vj. in ij. col. vbi dicit ſufficere ap-
pellari uiua voce, apud acta, modo poſtea redigatur appellatio i ſcriptis.
& quod tenet hic do. Alex. tenet Ang. Inſti. de empt. & uen. ij. colum. ver. ex
quo infertur. pro hoc eſt opt. tex. in cle. cauſam. j. reſpõ. iuncto § intima-
tio. de elec. ubi patet, quod porrigi debeat appellatio in ſcriptis, aliter nõ
ualet.

tex.in ca.cum Ioannes,in ſi de fide inſtrum.

In gloſ.ſecunda.nota glo.quod litis conteſtatio, uel alius actus per quem poteſt fieri interlocutio,ſi eſt factus coram iudice incompetenti non ſit interruptio,& ſic actus iudiciarius non rite geſtus, non interrumpit præſcriptionem. concordat glo.in capi. ex tuarum.de pur ca.& in c.illud de præſcrip. vbi dixi.tangitur etiam hic per Butr.& dom. Abb. ſed quia ibi dixi,non repeto.

22 Nunquid autem citatio † non legitima induceat perpetuationem iuriſdictionis.dic quod non,de quo vide bo glo.in c. cum plures,in glo.magna.de offic deleg in vi.

In gl in verbo,ante ſententiam,licet hæc gl.effundat mul
23 ta verba,tamen in effectu concludit, quod clauſula † appellatione re.hodie nihil operatur adeo.ut de ſtylo curiæ ſeruetur opinio huius glo ſcilicet ut iſta clauſula nihil operetur, & quod ſolum referatur ad appellationes fruſtratorias, & ita notat Hoſt.In ſumma,eodem ti.§.quod ſit eius officium. ſed ipſe Hoſt.& Ioan.And & communiter Doct.tenent cõtrarium,ſcilicet,quod etiam hodie clauſula ap.re. operetur, quia quando dicta clauſula eſt appoſita in reſcripto,nõ poteſt appellari,niſi in caſibus in iure expreſſis,vt eſt tex. in capit.paſtoralis.in princ ſupra eodem.& quod reſpectu appellationis a diffinitiua operetur effectum,ut ſentẽtia poſſit mitti executioni non obſtante appellatione.probatur in ca paſtoralis § præterea de offi. deleg. & ratio quam aſſignat glo. ſcilicet, quod noua lex non pertinet ad eas ſpecies, quibus ſpecialiter per antiquam legem eſt prouiſum, facit contra glo.nam cap paſtoralis. ſupra eodem,ſpecialiter loquitur,ſ. quãdo clauſula, appellatione re.apponitur in reſcripto. Iſte uero tex.loquitur generaliter,ſ.quando appellatur ab interlocutoria, ergo non debet referri ad caſum ſpecialem, ſcilicet,quando clauſula,appellatione re eſt in reſcripto præſertim,ut euitetur iurium correctio,vt in ca.cum expediat, de electio.in ſexto nam ubi una conſtitutio loquitur in ſpecie, & alia in genere ſpeciei per genus nõ derogatur, ſed potius econtra, ſiue ſpecies ſequatur,ſiue præcedat, ut notatur in regula,generi per ſpeciem, in ſexto. ſed iſta cõſtitutio loquitur in genere non faciendo mentionem, quando ſpecifice in reſcripto eſt remota appellatio,& ca paſtoralis, loquitur ſolum in ſpecie,ſcilicet,quando eſt remota appellatio, ergo hoc ca.non debet derogare illi maxime,quia tenendo opin. glo.corrigerentur multa iura loquentia de remotione appellationis.nam corrigeretur cap.a. requiris,ſupra eod. & capi. primo,ſupra de reſcriptis,& capitu.paſtoralis.§.præterea.de offic deleg.& cap.ſuper quæſtionum.§.ſi vero duo. de offic. deleg.& cap.inquiſitioni,infra eodem,cum multis ſimili. & pro iſta parte multum vrget dictũ ca.inquiſitioni,cum emanauerit poſt iſtam conſtitutionem, nam fruſtra emanaſſet ſi uirtus huius clauſulæ protius fuiſſet ſublate per iſtud cap. item illud cap non fuiſſet poſitum in hac compilatione, qa reſecata ſunt ſuperflua, vt dicitur in procemio, & pro hac opin allegat dom.Abb.Barto.in extraua. ad reprimendum, in uerbo.legibus.vbi dicit,quod ſi in lege noua non apponitur clauſula generalis,non obſtante quacunque lege,non p hoc derogatur legi ſpeciali,ſed ipſa lex noua habebit locum in alijs caſibus non prouiſis in ſpecie,& hoc dicit eſſe uerũ, niſi diceretur,non obſtante quacunque lege quæ in toto,vel in parte huic legi poſſit eſſe contraria, ſecundum Barto. ibi, & per hoc dicit Barto. l.ſciendum ff. qui ſatiſda.cogan.non eſſe correctam per authent. offeratur. C.de lit. conteſtatio. & ut hoc intelligas ſcias, quod de iure antiquo poſſeſſor rerum immobilium non tenebatur ſatiſdare de iudicio ſiſti poſtea fuit prouiſum per auth.offeratur. C. de lit. conteſtat. quod uocatus ad iudicium debet dare fideiuſſores de iudicio ſiſti,& glo.ibi intelligit illam auth ſecundum l.antiquã, ſcilicet ſi non poſſidet immobilia, & ſic lex noua loquens generaliter, non derogat conſtitutioni antiquæ loquẽti ſpecialiter,& nota bene uerba Bar.in loco præall.ex quibus infertur, quod ſtatuta generaliter loquentia in caſu ſpeciali, nec etiam leges,vel canones loquentes in caſu ſpeciali eoã ſi apponatur generalis clauſula, non obſtante quacunque lege,vel ſtatuto in contrarium faciente, niſi edantur uerba quæ poſſunt eſſe contraria in toto, uel in parte. & aduerte, quia dom.Abb.hic ponit decem effectus huius clauſulæ,appellatione remota, ſed ego ipſos, & multos alios collegi in capit.paſtoralis,§.eo.unde non repeto.

In glo. in verbo, ſi dicat.diuide iſtam gloſſam in quatuor partes.

In prima glo.tractat,an iura loquentia de miſſione nuncij,ſint correcta.

In ſecunda parte, an iudex delegatus ante præſentationem literarum,recipiat iuriſdictionem.

In tertia,an iuriſdictio delegata poſſit præueniri per ordinariam.

In quarta an cap.plerunque.& cap.ſit autem, ſupra de reſcriptis,ſint correcta.Secunda ibi,nec prodeſt literas, remo. denegare.Tertia ibi,præterea.Quarta eſt circa finem ibi,per hoc corrigitur.

In prima parte gloſ.iſta glo.in effectu uult, quod iura lo-
24 quentia de † miſſione nuntij,ſint hodie correcta & Doctor. in hoc multum inſtant,& maxime Innocent. ſed dominus Abbas concludit, quod miſſio nuncij operabatur tres effectus.

Primus eſt in ſuſpendendo iuriſdictionem iudicis, vt non inchoaret proceſſum contra eum,qui miſit nũcium ad principem,donec rediret nuncius informaturus iudicem, de intentione principis.& in hoc antiqua iura ſunt correcta per iſtum textum.& in hoc caſu procedit opinio glo.

Secundus effectus eſt,quia miſſio nuncij quandoque operabatur appellationem,ut in cap.meminimus,& in cap dilectis,ſupra eodem.& iſte effectus non eſt correctus, quia ſi in miſſione nuncij exprimitur cã rationabilis talis, miſſio nũcij habet uim appellationis,licet non ſit expreſſum verbum appello,quia plus eſt facto,quam uerbo appellare, ut in ca. dilecti,& in capitu.ad audientiam,ſupra eodem, vbi patet, quod nõ eſt neceſſarium exprimere verbum appello, & hoc habet locum,ſiue nuncius mittatur ante litem cœptam,ſiue poſt,cum & extra iudicium poſſit interponi appellatio, ut in capit.bonæ,& in capit.cum ſit Romana, ſupra eodem, & hoc tenet hic Ioan de Imo.& Lappus, allegatio. trigeſimanona,in ſecunda columna,licet Innocen.Hoſtien & But.dicant,quod arreptio itineris non habet uim appellationis, ante lit.cœptam, licet arripiens iter in propria perſona habeat priuilegium,de quo in capit.primo, infra titulo proximo, & intellige ipſos non interueniente grauamine, ſecus vbi interueniſſet grauamen,uel ex veriſimili cauſa timuiſſet grauari,quia tunc arreptio itineris haberet uim appellationis expreſſa cauſa rationabili, ſecũdum hæc quæ dicta ſunt in dicto capitu meminimus,& in dicto capitu dilecti, & debet quoque talis arreptio intimari iudici,& aduerſario,quã do in abſentia iudicis,& aduerſarij coram honeſtis perſonis eſſet expreſſa cauſa miſſionis nuncij, vel arreptionis itineris,ſecundum Butr.& Ioann.de Imola ſed dic, ut dixi in appellatione,ſupra eod.ſuggeſtum.

Tertius effectus colligitur ex capitulo unico, infra titulo primo,nam accedẽs ad Papã ex probabili cauſa eſt ſub eius protectione,ut interim cauſa non moueatur in partibus cõtra eum, & iſte effectus etiam hodie remanet,nec eſt correctus in hoc.tamen intelligit Innocent. quando quis arripit iter in propria perſona, ſecus ſi mittat nuncium, quia licet nuncius ipſe ſit ſub protectione apoſtolica, ut interim ſilere debeat oĩs proceſſus contra eum inchoandus in partibus, non tamen ipſe mittens,& hoc modo procedit tex. in dicto capitu. vnico, infra titulo proximo. ſed contra hoc facit l. ignorare. C. de reſtit. milit. vbi habetur, quod etiam contra abſentem cauſa reipubl.poteſt procedi ad miſſionem in poſſeſſionem, ſi non eſt qui defendat eam. ergo fortius poteſt procedi contra iſtum itinerando ad principem non dimittendo procuratorem.vnde dominus Abb. dicit, quod poteſt procedi contra iſtum, qui peregrinatur ad Papã, ad miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto, ſed alius proceſſus præiudicatiuus contra ipſum debet ſilere, & fortius ſi de facto ſpoliaretur,quia poſſet obtinere reſtitutionem cõdictione illius capituli) & in hoc habet maius priuilegium intentando condictionem illius capituli, quam agendo interdicto unde vi, ſicut in ſimili dicitur in capitulo bonæ, ſupra eodem, & per gloſſ primam, in clementina ſecunda, vt lite penden. & iſte tertius effectus etiam hodie remanet, nec eſt correctus per iſtum textum:ſed ego non puto, quicquid dicat dominus Abb. quod contra itinerantem ad Papã ex cauſa probabili poſſit procedi ad miſſionem ex primo decreto per tex. in dicto capitulo vnico, vbi habetur, quod tales ſunt cum reb. ſuis ſub protectione apoſtolica,ita quod ſuper eis non poſſunt moleſtari,& caſſatur quicquid fuit attentatum poſt iter arreptum, & per hoc ego non credo, q dicta l.ignorare. debeat ſeruari in foro canonico contra itinerantem ad Papam ex probabili cauſa, & de hoc latius dicam in dicto capit.unico,infra titulo j.

Aduerte tamen, quod vbi aliquis itinerat ex cauſa non probabili, non haberet priuilegium.

Ex quo infertur, quod poſſet procedi contra eum, quia poſſet citari ad domum, ſecundum ea quæ habentur in capitulo finali, de eo qui mitt. in poſſeſſionem, & per Barto. in lege quarta. §. prætor ait. ff. de damno infecto, & ſic Alex.de Neuo ij. in ſecundum Decret.

intereſſe reſpectu ſubditorum: intererat enim epiſcopi aterdictum non poni etiam reſpectu ſubditorum, quia curare debet, ne populus incurrat defectum in diuinis, & vt roboretur in fide, ne ſanguis ſubditorum requiratur de manibus prælatorum, vt in capit. irrefragabili, de officio ordin. & in cap fina. de regularib. alias regulariter non appellat quis
54 pro alio in ciuilibus: nam regulare eſt in † appellatione, vt appellare non poſſit is, cuius non intereſt, vt in l. non ſolent. ff. de appellat. recip canonizata. 2. q vj non ſolent. & in cap. cum inter R. ſeniorem. de elect. & de hoc etiam dixi in præced. notab.

Septimo nota ibi, Metropolitanus, vt omnes, quod appellans poteſt ſe, & ſua ſupponere iuriſdictioni iudicis ad quem appellauit, concordat capitulum vnicum, infra titu.
55 proximo. & dicit Bald quod etiam Papa † ſubmittit ſe con-
a feſſori [a], & quod ſi confeſſor ſentit eum dubitare de Papatu, quod poteſt ei mandare, quod cedat Papatui, ſi non poteſt conſcientiam ſuam aliter ſaluare. Et dic, quod hoc facit Sacerdos in virtute, & poteſtate clarium, quæ eſt maior poteſtas, quam poteſtas Papæ, quando eſt in diuerſo ſubiecto, quia Papa, qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Ioan. 8. & ad Roma. 6. C. de ſenten. paſſ. l. fina. & nota bene hoc dictum Bal.

56 Ex quo habes, quod † confeſſor Papæ in actu confeſſionis eſt maior ipſo Papa, quod poteſt ei iniungere pœnitentiam, & ei mandare, quod renunciet Papatui, ſi non poteſt aliter ſaluare ſuam conſcientiam. idem dicit ibi de quocunque confeſſore, quia quilibet confeſſor in actu confeſſionis eſt maior ipſo Papa ad eo, quod non debet reuelari etiam Papa hoc mandante ſibi, vt dicit Hoſt. & Doct. in c dilectus. de exceſſ prælat. & ibi etiam hoc dictum Bal. adde ad ea quæ dixi in c. ſi Sacerdos de offic. ordin.

Octauo nota ex iſto tex aliud pulcherrimum dictum, & ſingulare, ſecundum domi. Abb. quod ſi appellans extra iudicium, & appellatus habeant diuerſos iudices, poteſt ap-
57 pellatus † ſe ſubiicere protectioni ſui iudicis, & ad illum appellare, & talis appellatio tuebitur ipſum appellantem, vt hic. hic enim Epiſcopus habebat Archiepiſcopum in iudicem ordinarium, ſed Archiepiſcopus non erat iudex decani, quia Metropolitanus non eſt iudex ſubditorum ſuffraganei ſui, vt in capit paſtoralis de offic ordin. ſed ſi Epiſcopus vult conuenire ſubditum, ſunt eligendi arbitri. 11. quæſt. 1. ſi clericus. & no. in capit irrefragabili § cæterum in glo. penul. de offic. ordin. Et ſi diceres, quod per appellationem Archiepiſcopus efficitur iudex ſubditorum epiſcopi, vt in dicto capit. paſtoralis reſponderi poteſt, quod iſtud procedit, quia appellatur ab ipſo Epiſcopo, quia tunc Archiepiſcopus tanquam ſuperior habet corrigere factum epiſcopi, ſed hic non fuit appellatum ab epiſcopo, ſed ipſe epiſcopus appellauit ſubditum ſuum ad Archiepiſcopum, & appellatio iudicialis eſt quædam prouocatio, ſeu cõuentio, vt in cap. cum ſit Romana. verſic. nec ſolent. ſupra eod. & ſic videtur, quod non potuerit epiſcopus appellare ad Archiepiſcopũ, ſed debuerũt eligi arbitri, ex quo appellatio extraiudicialis habet vim cuiuſdam conuentionis, vt in dicto cap. ſi clericus. & iſtud contrarium eſt difficile, ſecundum dom. Abb. vnde pro ſolutione diſtinguit, quod aut epiſcopus, ſeu alius appellans extra iudicium, vult trahere appellatum ad iudicem proprium ipſius appellantis, vt faciat ſibi iuſtitiam de appellato, & non poteſt, ſed debet tunc appellare ad iudicem appellati, cum talis appellatio ſit quædam conuentio, vt ſupra dixi, & actor debeat ſequi forum rei, vt in dicto ca. cum ſit generale. de foro compet. & hoc caſu habet locum contrarium, ſecundum eum. & hoc caſu dic, quod ſi epiſcopus appellaret tanquam actor, deberent eligi arbitri, vt dicto capi. ſi clericus. niſi appellaſſet ad Papam, vel ad legatum, quia etiam legatus poteſt adiri per viam querelæ, vt in capit. 1. de officio lega. Aut appellans appellat, vt non turbetur in iure ſuo, ita quod in veritate eſt reus, & tunc poteſt ſe ſubmittere iuriſdictioni ſui iudicis, & ad eam appellare extra iudicium, vt hic eſt caſus valde notabilis. Ratio eſt, quia cum ſit reus originaliter re ipſa poteſt illam deducere ad iudicem ſuum ſicut facit reus qui vult conuenire actorem ſuper exceptione ſibi competenti, tiam trahit actorem ad iudicem ſuum, vt potius inſpiciatur natura cauſæ, quam actus prouocationis ad iudicium. & de hoc remittit ſe dominus Abb. ad cap. ſi quis contra clericum. de foro compet. vbi in primo notabili allegat multas concordantias ad hoc.

Et ex his dicit domi. Abb. quod poſſet ſumi noua inſtructio ad quem ſit appellandum extra iudicium, quãdo actor, & reus ſunt diuerſi fori, nam eſt appellandum ad eum, coram quo poteſt aduerſarius conueniri, vel ad eum qui poteſt adiri per viam querelæ, ſi appellans eſt actor, ſed ſi eſt reus, poteſt appellare ad iudicem ſuum, vt hic. In iudicio vero ſemper eſt appellandum ad ſuperiorem Tribunalis a quo appellatur, vt in capit. Romana. § debet eodem tit. in ſexto. Et iſta eſt vna pulchra differentia inter appellationem iudicialem, & extraiudicialem. de qua etiam dixi poſt do. Abb. in c. dilecti. ſupra eod.

Nono no. ibi epiſcopo in ciuitate manente, quod interdictum poteſt ferri ſub certo modo, ita vt eo exiſtente habeat interdictum vires ſuas, & eo ceſſante ceſſet effectus interdicti, vnde iſte decanus ſubiecit eccleſiam interdicto, quamdiu epiſcopus eſſet præſens in ciuitate, & ſic epiſcopo præſente habebit effectum, vt eo abſente ſuſpendatur effectus interdicti, vnde iſte decanus ſubiecit eccleſiam interdicto. & idem eſt in ſententia ſuſpenſionis, vt dictum eſt ſupra eo. ad hæc quoniam ſecus eſt in ſententia excõmunicationis, quia ſemel excommunicatus nunquam deſinit eſſe excommunicatus, etiam deficiente modo, ſeu conditione, niſi prius abſoluatur, vt dicit glo. not. in clem. j. in verbo, donec. de deci. & Innoc. in c. cum bonæ. de ęta & qualit.

Decimo no. vnum aliud dictum, quod ita bene non probatur alibi, vt dicit dom. Abb. quod quamuis quis non detu-
58 lerit appellationi, † nihilominus ſi ipſe poſtmodum appellet in alio articulo eius appellationi eſt deferendum: nam decanus non detulit legitimę appellationi epiſcopi, & tamen appellatio ſua poſtmodum interpoſita in alio articulo, eiuſdẽ cauſæ, nedum defendit appellãtem reſpectu officialis a quo fuit appellatum per decanum, & quod detulit appellationi ſuæ, ſed etiam reſpectu epiſcopi, qui appellationem decani non approbauit. & intantum valuit appellatio decani, vt impediret validitatem excommunicationis latæ per epiſcopum. & ſic epiſcopus tenebatur deferre appellationi decani interpoſitæ in alio articulo, licet decanus non detuliſſet prius appellationi epiſcopi. & ſubdit do. Abb. hoc eſſe ſemper notandum. & hoc facit contra opin. Io. And. & Butr. in c. an ſit deferendum. vbi dixi.

59 Vndecimo no. in verſic. non obſtante, quod ſententia † interdicti poteſt ſuſpendi per iudicem interdicentem, & quod appellatio tempore ſuſpenſionis interpoſita, operatur ſuſpẽſionem ipſius interdicti in euentũ appellationis, & dicit do. Abb. ꝙ hic eſt caſus expreſſus pro opin. Io. And. in c. ad hæc quoniam, ſupra eod de quo ibi dixi. & aliquid dicetur ſuper glo in verbo, ſuſpendendum.

Duodecimo no. in verbo, officialis iſto tex. ibi, duntaxat
60 deferendum, quod † iudex ſemel deferens appellationi, non poteſt amplius pœnitere, & reaſſumere in ſe cauſam, quia iuriſdictio eſt tranſlata in ſuperiorem, ad hoc c. cum appellationibus. eod. tit. lib. vj. vnde non valet proceſſus etiam alias legitime factus per illum iudicem qui detulit appellationi. Et amplius probat iſte tex. quod etiam ſi appellatio ſit manifeſte friuola, prout erat appellatio decani, nihilominus iudex a quo non poteſt procedere, quia caret iuriſdictione, nã hic Papa declarat ſententiam interdicti eſſe nullam. & ita etiam declarauit officialis, & tamen quia detulit appellationi, non valuit officialis declaratio. & ita etiam intelligit iſtũ tex. Bal. per quem dicit, quod etiam ſi delictum ſit notoriũ, poteſt iuriſdictio declinari, & quod reus debet relaxari cõſtito de incompetentia, quod no. nam hic cõſtabat appellationem epi eſſe legitimam, & appellationem decani eſſe friuolam, ſed quia officialis detulit appellationi, ſe priuauit iuriſdictione, vnde nõ valuit eius declaratio, quia per delationẽ deſinit eſſe iudex, vt in c. cum appellationibus, eod. titu. in vj.
61 Vtrum autem † iudex poſſit reuocare delationem de conſenſu partium, dicam infra eod. cum ceſſante.

Et aduerte ad tex. quia tex. dicit, ꝙ iſte officialis detulit appellationi apoſtolos concedendo. & ſic videtur innuere, ꝙ per conceſſionem apoſtolorum cenſetur iudex deferre appellationi. vnde hic eſt tex. not. quod iudex in dubio intelli-
62 gitur concedere apoſtolos † reuerentiales. & ita intelligit Bal. iſtum tex.

Ex quo infertur, quod niſi iudex expreſſe dicat ſe tradere apoſtolos refutatorios, intelligitur tradere apoſtolos reuerentiales: & per conſequens deferre appellationi, quod tene menti pro declaratione c. j. eod. tit.

Subdit tamẽ Bal. quod ſi iudex a quo nollet declarare quales apoſtolos det, ſed diceret, do tibi pro apoſtolis acta cauſę, tunc ſecũdum eum tales intelligitur dediſſe apoſtolos, quales ex actis poſſunt colligi. facit ꝙ not. glo. & Bart. in l. ſi quis ad exhibendum. ff. de excep. rei iudi. & in l. Iulianus. ff. de condic. indeb. & hæc verba Bal. tene menti.

Decimo-

ADDITIO.

a ¶ Papa ſubmittit ſe confeſſori. Vide gloſ. in capitulo, ſane ſecundo, de officio deleg.

23 Decimotertio nota ibi, uideretur diuinum officium perturbare, quod eſt iuſta cauſa excommunicationis, quando quis turbat diuinum officiũ, pro quo optime facit c. veniẽs, infra de ſent excommu. vbi excuſatur ab excommunicatione expellens de eccleſia violenter monialem turbantem diuinum officium.

24 Decimoquarto nota, ſecundum dom. Abb. quod ubi † appellatio extra iudicialis interponitur ex probabili, & ueriſimili cauſa, omnia attentata poſt appellationem reuocãtur, licet aliter non probetur veritas cauſæ appellationis, nã Papa non mandauit hic prius inquiri, an iſte presbyter ſpectaret ad iuriſdictionem decani, vel epiſcopi, ſed immediate pronunciauit interdictum nullum latum poſt appellationem legitimam ſed poteſt dici iſtum textum procedere in ſententia ... & eodem modo debet intelligi ca. dilecti, ſupra eodem. nam eſt ſpeciale in ſententia cẽſuræ, ut lata poſt appellationem legitimam non teneat, & ita notat hic Ioã. de Imo in ꝯ. colum iſtum textum, & idem tenet Lap. in ſecunda allegatione, circa princip. de quo plene dixi in dicto capi. dilecti.

Decimoquinto nota, ſecundum dom. Abb. vnum aliud pulchrum dictum ex hoc tex. ſ. quod attentatum poſt appellationem extraiudicialem, eſt nullum non ſolum. quando appellatur extra iudicium ab aliquo, ut a iudice. ſed etiã
25 quando † appellatur a parte, nam epiſcopus iſte appellauit a decano tanquam a parte.

Decimoſexto nota ibi, non ſolum principale negotium, ſed acceſſorie &c. quod appellatio non ſolum ſuſpendit negotium principale, ſed etiam omnia acceſſoria, & eius conſecutiua, & ſic non licet aliquid attentare, nec in acceſſoriis vel conſecutiuis, alias caſſantur omnia attentata per iudicẽ a quo, tam in principali, quam in acceſſoriis, & ita allegatur iſte tex. quod tene menti hoc tamẽ intellige, quando acceſſoria, ſeu conſecutiua ſunt connexa articulo appellationis, ut ſupra in cap præcedenti, poſt prin. de quo vide per Dom. de Rota deci. 163. quæ incipit, ex hoc inſurrexit.

26 Vltimo nota, in fi. ca. quod denunciationi ſuperioris † denunciantis aliquem excommunicatum euitandum nõ eſt obtemperandum, ſi probabiliter conſtat ueritatem eſſe in contrarium, ut puta, quia fuit excommunicatus poſt appellationem legitimam.

Et ex hoc inferuntur duo.

Primum, quod excommunicatus poſt appellationem legitimam non eſt vitandus. de quo vide bo. tex. in c. ſolet, in fi. de ſent excom in vi.

Secundo infertur, quod per literas denunciantis aliquem eſſe excommunicatum, non probatur excommunicatio, & hoc tenet glo. in ca pia. in verbo, nomen. de except. in ſexto, & in c. lice., in glo. antepenult. de ſentent. excommunicatio. eod libro.

In glo. j. diuide ipſam in duas partes. In prima tacite opponit, & ſoluit. In ſecunda quærit, & reſpondet. Secunda ibi, ſed nunquid.

In prima parte glo Bald ſoluit aliter dicens, quod iuriſdictio generalis tuetur epiſcopum, quod non incidat in excõmunicationem, etiam ſi clericus incarceratus ſit exemptus, allegat c. ſi clericos, de ſentent. excom in ſexto, & hoc dictũ nota ſed hoc puto verum eſſe, quando non conſtat epiſcopo talem clericum eſſe exemptum, vel eſſe de iuriſdictione alterius. quia probabilis ignorantia ipſum excuſat, ut in ca. apoſtolicæ, de cler. excomm. min. ſecus putarem ſi conſtaret epiſcopo talem clericum eſſe exemptum, uel de iuriſdictione alterius, & ſic etiam intelligo gloſ.

In ſecunda parte glo dic, ut dixi in primo notabili.

In ſecunda glo. nota iſtam gl. ex qua habes, quod ratione cõſuetudinis poteſt competere inferiori prælato iuriſdictio
27 † interdicendi non ſolum eccleſiam cathedralem, uerum etiam totam ciuitatem. facit c. irreſtagabili. §. exceſſus. ſupra de offic ord. Hoſt. autem hic tenet contrarium reſpectu ciuitatis adducit nota. in c. cum contingat. de foro compet. ubi habetur, an ea quæ ſunt meri imperii, & ſupremæ poteſtatis poſſint præſcribi per inferiorem & quia Hoſt. ibi tenet, ꝙ non, ideo hic poſuit iſtam opin. contrariam, ſed communis opi. legiſtarum, & canoniſtarum eſt in contrarium, & idem tenet Ioan. And & Dom. Dom. in ca. cum epiſcopus de offi. ord. in ſexto, & ideo etiam Doc. hic ſequuntur iſtam gl. licet Hoſt. dicat contrarium. Alij uero intelligunt iſtum textum, quod loquatur in ceſſatione a diuinis, nam differentia eſt inter ceſſationem a diuinis, & ſententiam interdicti, quia ceſſatio a diuinis eſt quid facti: ſolum enim organa miniſtrorum ſuſpenduntur. ut ibi, non celebrent: ſententia uero interdicti eſt quid iuris, quia ipſe locus ſupponitur interdicto, ita quod
28 ibi celebrans quantumcunque ſurculis incurrit † irregularitatem, quia celebrat in loco interdicto, vt in c. is, qui. de ſentent. excommun in ſexto. ſecus autem, quando clerici deliberarent indicere ceſſationem a diuinis, quia tunc ibi celebrans non incurreret irregularitatem. ita dicunt Doct. in c. irreſtagabili. de offi ordin. ſed dubium remanet, quid ſi ceſſatio a diuinis eſt generalis, puta reſpectu totius ciuitatis, nunquid ibi celebrans ſit irregularis. Io. And. tenet, quod ſic in c. ſi canonici. de offi ord. in ſexto. ratio eſt ſecũdum eum, quia ceſſatio generalis æquiparatur interdicto, ut in cle. j. de ſent. excommun. ſed Bur. hic ſub dubio forte dicit, quod iſta æquiparatio non procedit ex toto, & irregularitas non inducitur niſi in caſibus in iure expreſſis, ut in c. is, qui. de ſent. excom. in ſexto & opi. Bur. ſequitur hic Ioan de Imo. & etiam dom. Abb firmantes, quod celebrans in loco ubi eſt indicta generalis ceſſatio a diuinis, non incurrit irregularitatem. Nec obſtat clem j. de ſent. excomm. quia facit æquiparationem tantum in illo caſu. Pœnæ uero non debent extendi, ut in regula, odia, & in regula, in pœnis, in ſexto. ſubdit tamen do. Abb quod ſibi placet, quod hoc cap. loquatur de interdicto per iſtum textum, in ver. quia vero. vbi ponuntur uerba Papæ, qui appellat ipſam ſententiam interdicti. Item ceſſatio a diuinis eſt, quid facti, ideo non cadit in ca. proprie illud uerbum poſitum in tex. irritum, & inane, &c nihil allegat, ſed ego allego glo. ſingularem in clem j. in uerbo, irritum. de regula, quæ dicit, quod illa quæ non ſunt retractabilia, & quę conſiſtunt in facto, non poſſunt irritari per clauſulam decreti, quia nequeunt non fuiſſe, ut eſt prędicare, baptizare, & eucharistiam dare. item dicit dom. Abb. quod appellatio hic habuit ſuſpẽdere interdictum, quod non faceret in ceſſatione a diuinis, cum ſit quid facti, & ea quæ in facto conſiſtunt non ſuſpendantur per appellationem, ſed opus ſit contrario facto, ut in regula, nil tam naturale. ff. de reg. iur.

In gl. iij. in fi. Doct. communiter reprobant iſtam glo. quia loquitur contra tex. nam ſi uerum eſſet dictum glo. appellatio epiſcopi non fuiſſet legitima, cuius contrarium dicitur in tex. ſed ſaluando glo. dic, quod voluit ponere rationem, ꝙ mouit iſtum decanum ad non deferẽdum appellationi epiſcopi, & adhuc tenebat presbyterum in vinculis. ſed ratio decidendi in contrarium ſumitur ex gl. in uerbo, diuerſos modos. nam licet eſſet notorium, epiſcopum detinere presbyterum in carcere, non tamen erat notorium, quod iniuſte detineret. immo ius commune faciebat pro epiſcopo, quia epiſcopus de iure communi fundat intentionem ſuam, quo ad totam diœceſim, ut in ca. omnes baſilicæ. 16. quæſt. 7. & in c. cum epiſcopus de officio ordi. in vj.

In glo. in verbo ſuſpendendum. hæc glo. multum ſe inuoluit, ſed in effectu tenet, quod ſententia interdicti poſſit ſuſpendi. no. tamen ex glo. quatuor dicta.

Primum eſt, quod ſententia interdicti ſimpliciter lata poteſt ſuſpendi ad tempus ab epiſcopo interdicente.

Secundo nota ex glo. quod ſi durante ſuſpenſione appelletur interim ab interdicto, ſuſpenditur interdictum uirtute appellationis etiam poſt tempus ſuſpenſionis quouſque pẽdet appellatio, & de hoc eſt tex hic notabilis. in verſic. non obſtante. vbi ſunt verba Papę, & hoc etiam ſequuntur Doc. hic. facit ca. præterea requiſiti, ſupra eodem, & de utroque dicto plene dictum fuit in c. ad hæc quoniam, ſupra eo.

29 Tertio nota ex gl. quod ſententia † excommunicationis poſtquam eſt lata poteſt ſuſpendi ab ipſo excommunicante, uel alio quocũque inferiore a Papa, quia excommunicatio non poteſt tolli, niſi per abſolutionem, vt dicit gl. hic, & eſt bo. glo in clem. j. in verbo, donec. de deci. Subdit tamen hic Io. no. quod denunciatio excommunicationis poſſet ex iſta cauſa ſuſpendi, & durante hac ſuſpenſione ſi interim appellatur ſuſpenderetur etiam ultra tempus ſuſpenſionis quouſque pendet appellatio, ar. huius text. & ita etiam tranſit hic Ioan de Imo. ſed uide ea quæ dixi in c. paſtoralis. §. uerum. ſ. eodem. vbi enumeraui aliquos caſus, in quibus denunciatio excommunicationis poteſt ſuſpendi ego tamẽ credo, quod denunciator non poſſit ſuſpendere denũciationem, niſi antequam ſit facta, ſed poſtquam eſt facta denunciatio nõ poteſt eam ſuſpendere, quia facta pro infectis haberi non poſſunt, & ſic non poſſet facere, quod denũciatio iam facta ſtaret in ſuſpenſo. maxime quia denũciatio excommunicationis non ligat, ſed declarat excommunicatum eſſe uitãdum, ut in d. § verum.

30 Quarto nota ex glo. quod † Papa poteſt ſuſpendere ſententiam excommunicationis ad tempus. ſed do. Abb dicit hoc eſſe verum, quo ad ea quæ concernunt eccleſiam militantẽ non autem quantum ad eccleſiam triumphantem, hoc eſt quantum ad Deum, ut in ca. a nobis. de ſent. excomm facit quod notat glo. in ſimili, in ca. non eſt, infra de uoto, & adducit dom. Abb glo. ſingularem. 24. q. j. quæcunque in gl. ij quæ

a cu,

dicit, quod iudex eccleſiaſticus nullam vim poteſtatis exer-
cet ferendo ſententiam cẽſuræ, quo ad eccleſiam triumphã
tem, quia ſi quis delinquit, immediate eſt excommunicatus
coram Deo, ſi non delinquit, nõ poteſt ſeparari a gratia Dei
per ſententiam iudicis, ut in c. j de re iud. in vj & per hoc di-
cit. quod quantum ad eccleſiam triumphantem eccleſiæ, ſ.
prælati eccleſiaſtici non ſoluit, nec ligat, ſed tantum oſten-
dit ligatum eſſe, vel ſolutum, ſed quo ad eccleſiam mili tan-
tem tantum habet poteſtatem, & pro iſta diſtinctione opti-
me facit præd. c. a nobis de ſent. excom. & hæc notabis.

In glo. in verbo, exequendum, in fi. dic, etiã ſi appellatio-
r ab interlocutoria, niſi præceſſit inhibitio iudicis ad quem
ut in c. non ſolum § 1. de app. in vi & dicit Io. de lino. notan-
dam eſſe iſtam gl ſingulariter, quod appellatio extraiudicia-
lis æquiparatur appellationi a diffinitiua, quoad reuocatio
nem attentatorum, de quo dixi in c. dilecti ſupra eo.

In gl in uerbo, perturbare in fi dic, quod ſecundum leges
31 turbare diuinum † officium eſt pœna capitalis, ut in l. ſi qu
in hoc genus C. de epiſco. & cle. hic vero non conſtabat, an
iſte decanus potuiſſet, vel non potuiſſet ponere hoc interdi
ctum. vnde quia appellauit ad Papam, non potuit poſt ap-
pelationem excommunicari ab epiſcopo, ut hic in tex & in
d. c. cum appellationibus. Sed iſtud vltimum mihi nõ placet,
quia immo conſtabat appellationem epiſcopi eſſe legitimã,
& per conſequens conſtabat appellationem decani eſſe fru-
ſtratoriã, ſed quia officialis detulit appellationi, interim de-
bebat ſeruari interdictum quia cognitio erat deuoluta ad iu
dicem ad quem, ſ. ad Papã ut d. c. cum appellationibus.

In glo in verbo, principale ſuper iſta glo quidam examinãt
an appellatio ſit intimanda parti, vel iudici, de quo plene in
ca ſuggeſtum, ſ. eo.

In glo in verbo, deferendum Doct dicunt. quod gl male
refert factum, quia immo prius officialis detulit appellatio-
ni, & poſtea pronunciauit interdicti ſententiam non valere,
quod facere non potuit, cum per delationem eſſet ab eo ab
dicata iuriſdictio, ut in d. c. cum appellationibus

In glo. pen. lo. And. & But & communiter Doct ſequun-
tur iſtam gl dicentes, quod licet appellatio decani fuiſſet mi
nus legitima, tamen ex quo iudex detulit appellationi, non
debebat procedi contra ipſum per d cap. cum appellationi-
bus. ſed hæc ratio non placet, neque dnm Abb neque Ioan.
de Imo quia licet appellatio decani minus legitima habuiſ-
ſet ligare manus iudicis deferentis, non tamen habuit ligare
manus epiſcopi qui non detulit vnde dicit, quod ſi appella-
tio decani fuiſſet minus legitima, valuiſſet appellatio lata p
epiſcopum, ut in c. ſi uer. de ſent. excom in vj ideo dicit dom.
Abb quod ſibi placet dictum glo ſ quod appellatio decani
fuerit alias legitima, quia ſecundum illa tempora quælibet
appellatio deferebat cauſam ad ſuperiorem, ex quo nõ erat
manifeſte friuola, ut nota. in c. paſtoralis, ſ. eod Tu autem te
ne communem opi. ſ. quod appellatio decani erat manifeſte
friuola tamen, quia iſte officialis ſibi detulit, talis delatio ha
buit ligare, tam manus ipſius iudicis deferentis, quam ipſius
epiſcopi, licet ipſe epiſcopus non detulerit appellationi Mo
ueor per dictũ cap. cum appellationibus. ubi dicitur, quod
32 ſi iudex † defert appellationi, fruſtratorie abdicatur ab eo iu
riſdictio. & transfunditur ad iudicem ad quem. nec ibi requi
ritur, quod ſit neceſſe, quod interueniat cõſenſus partis, ſed
ſolum fit mentio de ipſo iudice deferente Fateor tamen, qđ
iſte epiſcopus potuiſſet appellare ab ipſa delatione facta per
iſtum officialem quia deferendo appellationi, videtur pro-
nunciare ſe iudicem incompetentem ſed ubi iudex pronun
ciat, poteſt ab eo appellari etiam de iure ciuili, ut dicit gl no.
in auth. habita C. ne filius pro pa. & idem ſequitur Bar in l. a.
ff. de ap reci. ſed vbi non interponitur appellatio, deſinit eſſe
iudex in totum, ut in c. ſignificantibus. de offi deleg.

In glo. fi. dic, quod excommunicatus poſt appellationem
legitimam nõ eſt uitandus in extraiudicialibus, vt eſt hodie
expreſſum in c. ſolet, in fi de ſententia excommu. in vj. ideo
canonici potuerũt extra iudicium communicare huic de-
cano ubi autem eſſet dubium, an quis eſſet excommunica-
tus ante, uel poſt appellationem, procederet dictum gl. quia
in dubio eſſet vitandus, ar ca illud. allegato per glo ſed vide
plenius in c. cum tu. ſ. de teſti vbi habetur. an in dubio quis
debeat reputari excommunicatus, vel non. Item no. ex hac
33 glo iuncto tex quod quando eſt appellatum, † non præſumi
tur pro ſententia excommunicationis, & idem ſenſit glo. fi.
in c. ad reprimendam de offi ord & idem not. Innoc in c bo
na el primo. ſ. de elect. vbi autem non eſt appellatum, tunc
ſemper præſumitur pro ſententia, ut in ca in præſentia, ſ. de
renun. & in c. cum inter. in fi & in c ſicut, ſupra de re iud. & in
l. Hæredes meos § Cum ita ff. de con & hoc etiam tenet gl. nota in
l. 9 C. ſi aduer. cred & hoc procedit etiam in ſententia excõ-
municationis, vt dicit gl. fi in d. c. ad reprimendam de offi or.
& Innoc. in d. c. bonæ ſ. de elect. Extra glo. quæro, quia tex di
cit, quod iſte decanus monuit epiſcopum, ut ſibi redderet p-
34 sbyterum. qualis debeat eſſe talis monitio. † & reſpondet Io.
And quod debet eſſe humilis requiſitio, quia monitio impe
rioſa ſpectat proprie ad ſuperiorem, ut in c. j de ſup. neg. præ
la. & ideo exponit tex. monuiſſet, i. requiſiſſet, & dicit, quod
conſuetudo non poteſt dare poteſtatem inferiori, ut poſſit
præcipere, vel animaduertere in ſuperiorem, ut in c. cum in-
ferior de maio. & obed. & nota hic prædicta uerba Io. And.
eum dicit, inferior non debet monere ſuperiorem, ſed debet
eum humiliter requirere, & quod conſuetudo non poteſt da
re iuriſdictionem inferiori, quod præcipiat, uel puniat ſupe-
riorem, quod tene menti. Vide San. Tho. ſecunda ſecundæ,
quæſt 33. art. 4. ubi dicit, quod quando ſubditi corrigunt præ
latos, nõ debẽt corrigere cum proteruia, & duritia, ſed cum
manſuetudine, & reuerẽtia, & allegat apoſtolum primo, ad
Timotheum quinto cap vbi dicit. ſeniorem ne increpaue-
ris, ſed obſecra, ut patrem, & hæc ſufficiant in iſto cap. ſequi-
tur c. ut noſtrum.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus factus in cauſa, quam Papa ad ſe reuocauit, poſt reuocationem non valet.*
2 *Facta quomodo haberi poſſint pro infectis, uide.*
3 *Officio ſigilli non utitur, cui ſigillum aufertur.*
4 *Signo ſublato, cenſetur & ſignatum ablatum, ut officio uti amplius non poſſit.*
5 *Papa reuocans cauſam pendentem coram inferiore ligat manus illius in illa cauſa, ne quid agere poſſit.*
6 *Epiſcopus aduocans ad ſe negotium a ſuo vicario, non poteſt vicarius vlterius procedere.*
7 *Inferioris iudicis manus, tunc ligantur, quando eius iuriſdictio pendet ab eo ſuperiore, alias non.*
8 *Marchio quando poſſit omnes iudices qui ſunt in Marchia prohibere, ne iudicent, ſecundum Bal.*
9 *Legatus de latere cauſas ab ordinario ad ſe reuocare non poteſt.*
10 *Præuentioni locus datur inter iudicem ordinarium, & legatum de latere.*
11 *Proceſſus poſt reuocationem cauſæ ab inferiore facta, tunc infirmatur, cũ iuriſdictio eius pendet a ſuperiore.*
12 *Magis operatur aduocatio in cauſa, quam appellatio.*
13 *Appellatio conſiſtit in iure.*
14 *Reuocatio cauſa conſiſtit in facto, & extinguit funditus iuriſdictionem inferioris iudicis.*
15 *Papa non cenſetur cauſam ad ſe reuocaſſe ob citationem partium, coram ſe factam ſimpliciter.*
16 *Cauſa cognitione capta coram Papa, proceſſus alibi agitatum infirmus redditur.*
17 *Reuocatio facta expreſſe ab inferiore iudice per Papam, etiam tertium impedit agitare alibi proceſſum.*
18 *Appellatio non ſuſpendit poſſeſſionis traditionem.*
19 *Denunciatio ſuſpenditur per appellationem ſi non conſtat de excommunicatione.*
20 *Papa aduocans ad ſe negocium, non videtur velle impedire actum conſecutiuum ignorans. quod actum eſt per inferiorem.*
21 *Appellatio non impedit actum acceſſorium ad actum de præterito, reuocatio autem impedit.*
22 *Proceſſus de conſenſu partium, an ualeat poſt reuocationem negocij a Papa ad ſe factam.*
23 *Ordinarius, an poſſit ſe intromittere in cauſa, quam Papa aduocauit ad ſe, & delegauit delegato mortuo.*
24 *Cauſa ſemel ingreſſa curiã Romanam, nunquam exit, niſi princeps deleget, uel remittat.*
25 *Inferior nullus poteſt ſe intromittere, vbi Papa manum ſuam appoſuit.*
26 *Beneficium ſemel reſeruatum, ſeu affectum ſemper affectum remanet, niſi per Papam reſtituatur.*
27 *Ordinarius poteſt conferre beneficium, ſi reſcriptum ſubreptitium ſit, in quo reſeruatio facta uidetur.*

C A P. LVI.

VT noſtrum. Hæc decr. uariis modis legi-
tur, ſed ut cuilibet lecturæ ſa
tisfiat, ita generaliter ſummatur. Poſtquam Papa
1 † aliquam cauſam ad ſe reuocat, non ualet pro-
ceſſus poſtea per inferiorem iudicem factus, ſicut etiam non
ualeret ſi ab eo fuiſſet legitime appellatum. hoc dicit Io. pri-
ma ponit dictum. In ſecunda eius rationem. Secunda ibi,
cum plus.

Nota

Nota primo, quod licet quæ ſunt facti non poſſint tolli,
quod non ſint facta, ut l in bello. §. factæ. ff de capti & in l. de
nique. ff. ex quib. cau ma & 32 quæſt 5. ſi Paulus, tamen quo
2 ad iuris effectum poteſt induci, † vt facta habeantur pro nõ
factis, vt hic: nam licet traditio ſigilli quatenus eſt facti, & in
facto conſiſtit, non poſſit haberi pro non facta, tamen quo
ad iuris effectũ habet pro non facta, quia poteſtas ſigillandi
non cõpetit ex ipſa traditione ſigilli, & literæ ſigillatæ tali ſi
gillo non habebunt vigorem ad idem eſt op tex. cum glo. in
clem j in verbo, ipſo iure de hæreti. vbi carcer, & tortura red
duntur nulla ipſo iure quo ad iuris effectum, licet de facto
non poſſint annullari, quia tortus, vel incarceratus non po-
teſt non fuiſſe tortus, vel incarceratus. facit etiam text. cum
glo. notabili, in clem j de immun eccl. in verbo, pro infectis.
vbi excommunicatus habetur pro nõ excommunicato, ita
quod non indiget aliqua abſolutione, & ſic excommunica-
tio ibi habetur pro infecta quantum ad iuris effectum adeo
vt etiam quo ad effectus retro cauſatos cenſeatur non fuiſ-
ſe excommunicatus.

Secundo nota, quod ille cui auſertur ſigillum non poteſt
3 ſigillari, ſeu non poteſt uti officio † ſigilli. & ex hoc infert
Bal. quod ſi notario adimitur ſigillum, quo utitur in chartis
non põt deinceps uti officio tabellionatus. idem dicit ſi mili-
ti Sancti Ioannis auſertur de pectore ſignum crucis, vel mi-
liti enſis: vel calcaria, quia cui auſertur ſignum, auſertur & ſi
gnatum. dicit tamen, quod iſte text. loquitur, quando alicui
auſertur ſigillum tanquam attentatum. & ſubdit, quod id
quod dixit procederet quando per ſententiam diffinitiuam
auferetur ſignum vel ſigillũ allegat l 11 §. ignominiæ. ff. de his,
qui not. infam. Et ex his uerbis Bal. no. quod ſigillum, vel ſi-
gnum eſt attentatum lite, vel appellatione pendente, & tũc
reuocandum in uiam attentati, vt hic. Aut aliquis ratione
dignitatis. vel officii legitime eſt conſecutus ſignum, vel ſi
gillum, & tunc nõ debet ei auferri, niſi ſeruato ordine iuris,
& interueniente ſententia diffinitiua, ut § ignominiæ.

Et ex prædictis cõclude, quod ille cui auſertur ſignum, au-
4 fertur etiam ſignatum, † quia non poterit amplius uti offi-
cio in quo utebatur illo ſigno, quod tene menti.

5 Tertio nota, quod quando † Papa reuocat cauſam pen-
dentem coram inferiore ad ſe, ligatæ ſunt manus illius iudi-
cis inferioris in illa cauſa, ita quod proceſſus per eum poſtea
agitatus ipſo iure eſt nullus, & idem dicunt Doct. eſſe in alio
ſuperiore aduocante cauſam ad ſe, & hoc tenuit Inno. in c.
cum M. de conſtit. & hoc ſequuntur etiam hic Io. de Imo &
6 dom Abb. quia ex hoc infert, ꝙ ſi † epiſcopus aduocat ad ſe
aliquod negocium attentatum coram ſuo vicario non ua-
let poſtmodum, quod facit ſuus vicarius in illa cauſa: poteſt
enim epiſcopus interdicere ſuo vicario, ne de aliquo nego-
tio ſe intromittat, ut notat Inn in c Romana, eodem titu in
ſexto Item cum epiſcopus poſſit ex toto reuocare vicarium
ad ſui libitum, vt in clem & ſi principalis. iuncta glo in uer-
bo, electionem, de reſcriptis fortius poterit ei interdicere co
gnitionem certi negotii, ar c paſtoralis §. item, cum totum.
s. de offi del. & l quæ de tota. ff de rei ven. idem tenet Dom.
Dom. in c. j. de officio vic libro ſexto, & dicit idem eſſe in ui-
cario poteſtatis, vel alterius, & idem ſequitur Bal in l ſolet.
§. ſicut. ff de officio proconſul. & lega. dic tamen, quod acta
prius geſta remanent firma. & idem tenet Innoc. infra eod.
7 intimaſti. hoc tamen intellige, quando † inferior habet iu-
riſdictionem ab illo ſuperiore, ut dixi in epiſcopo, & vicario.
ſecus ſi non haberet iuriſdictionem a prohibente. unde non
poteſt poteſtas prohibere rectorem artis lanæ, uel alterius
artis ne cognoſcant de cauſis vertentibus inter ſuos artifi-
ces, & hoc etiam tenet Bal. in l i C. de offi. præfec. præto qui
8 dicit ſic intelligendum Cyn. ibi dum dicit, quod † Marchio
poteſt prohibere omnibus iudicibus, qui ſunt in Marchia, ne
utantur iuriſdictione. nam Bal dicit hoc eſſe verum, quando
ſunt deputati iudices ab eo, alias ſecus, licet ſint minores iu
dices. idem tenet Spe. in tit. de legato § nunc oſtendendum,
9 uer. præmiſſa, & uer. legatus. ubi dicit, quod legatus † [a] de la-
a tere non poteſt ad ſe reuocare cauſam pendentem coram
alio ordinario, quia cõcurrit in iuriſdictione cum quolibet
ordinario ſuæ prouinciæ, qualiſcunque ſit, ſiue ſit Archiepi-
10 ſcopus, uel epiſcopus, uel inferior. vnde tunc locus † eſt præ-
uentioni inter eos facit ca. ſi a ſede de præben. in vj. & quod
notat glo infra eodem, ut debitus. ſi ergo cauſa eſt cœpta co-
ram ordinario, & præoccupatur iuriſdictio, non poteſt lega
tus de latere illam cauſam ad ſe aduocare, & cõpellere par-
tes ad litigandum coram ſe, & de hoc eſt tex. in c. peruenit.
xj. quæſt j. hoc etiam ſequitur dom. Abb. in c. j. ſupra de offi.
legati, & Dom Dom. in ca j de foro compet. in vj.

Et ex his conclude, quod ſi inferior recipit iuriſdictionem
11 a ſuperiore qui cauſam ad ſe aduocat, quod tunc † proceſſus
factus poſt reuocationem ipſo iure non tenet, ſed ſi non re-
cipit iuriſdictionem a tali ſuperiore, ſed ab alio, & tunc licet
ſit inferior, locus eſt præoccupationi. unde ſi inferior præoc
cupauerit iuriſdictionem, non poteſt reuocari per ſuperio-
rem, & de hoc pone exemplum in epiſcopo, & prælato infe-
riore, uel in legato de latere, & in alio inferiore: tales enim, li
cet ſint minores, non poſſunt reuocari per tales ſuperiores,
& per conſequens inferior poteſt in cauſa procedere nõ ob-
ſtante reuocatione ſuperioris, ut patet ex nota. in c paſtora-
lis ſupra de offi. ordi & in c. ſi a ſede, de præb. in ſexto & hoc
tenent Doct. ſupradicti. ergo reſtringe iſtum tex quando in-
ferior recipit iuriſdictionem a ſuperiore, ita quod ſuperior
poteſt eum reuocare. Et ad prædicta vide optimam gl. in ſi-
mili, in clem. i in verbo, inhibentes de iure patro.

12 Vltimo nota, quod magis † operatur aduocare cauſam ad
13 ſe, quam operetur appellatio. ratio eſt, quia appellatio † con
ſiſtit in iure, nec ſuſpendit iuriſdictionem iudicis a quo, niſi
ſit legitima, ut in c. non ſolum § j. & c. cum appellationibus,
14 eodem titu in vj ſed reuocatio † conſiſtit in facto, & ſiue ſit
iuſta, ſiue iniuſta extinguit funditus iuriſdictionem iudicis
inferioris, ut hic. facit l. iudicium ſoluitur. ff. de iudi. dicit ta-
15 men hic Innoc. & Bal. quod † Papa nunquam cenſetur uel-
le cauſam ad ſe aduocare, niſi hoc exprimat, & ideo ſi Papa
citat partes coram ſe, non cenſetur per hoc negociũ. ſeu cau
ſam ad ſe aduocare, immo potius hoc mandatum debet in-
telligi, ſecundum naturam cauſæ. & ſic non ſecundum ple-
nitudinem poteſtatis. vnde ſi citat in cauſa appellationis, po
terit appellans uti iure ſuo quia citatio intelligitur ſecundũ
naturam illius cauſæ: ergo poterit uti iure proprio, quod non
poſſet ſi ſuperior aduocaret ad ſe illud negocium. oportet
ergo, quod conſtet, quod ſuperior cauſam ad ſe aduocaue-
16 rit dic tamen, quod ſi Papa inciperet cognoſcere de † cauſa
non valeret proceſſus poſt agitatus coram inferiore in illa
cauſa, licet cauſam aliter ad ſe non aduocaſſet, & hoc te-
net ſingulariter Innoc in ca cum M in vltima glo ſupra de
conſtit. facit optime c licet. de offi lega. & in cap quamuis de
elect in ſexto. dicit tamen Inn. hoc eſſe verum, quo ad ipſas
partes litigantes ſecus quo ad tertium vnde valeret iudiciũ
inter unum ex litigantibus, & alium tertium coram Inferio-
re ſuper eadem re agitatum, licet Papa inter ipſas partes, de
iſta cauſa cognoſcere incœperit, quia talis cognitio non dẽt
extendi, quo ad tertium, ar c. Romana. § in alium, eodem ti.
in ſexto. & ita debet limitari, & intelligi d. c. licet, & dictũ ca.
quamuis, ſecundum Inno in dicto cap. cum M. vbi etiam di
17 cit, ſecus eſſe ſi Papa expreſſe cauſam ad ſe † reuocaſſet, quia
tunc tam quo ad partes, quam quo ad tertium, & ſic quo
ad omnes, intelligitur facta reuocatio ita dicit Innoc. in d.
capit. cum M & ibi ſequitur Io de Imo. in 9. charta. & ex his
habes, quod ſi Papa incipit cognoſcere de cauſa, non valet
proceſſus agitatus coram inferiore inter eaſdem perſonas,
ſed bene ualet proceſſus agitatus per alterum ex litigantib.
cum tertio, reuocatio uero intelligitur facta, quo ad omnes, &
ſic etiam non valet proceſſus agitatus per tertium, & ſic no
ta, quod plus ualet expreſſe reuocatio ad ſe, quam quod ſu
perior incœperit de cauſa cognoſcere, & hoc nota pro decla
ratione illius tex.

Antequam ueniam ad glo. opponitur contra tex. de cap.
conſtitutus. s. eod. vbi patet, quod poſt appellationem poteſt
18 tradi poſſeſſio, & ſic † appellatio non ſuſpendit traditionem
poſſeſſionis tanquam executiuam collationis factæ ante ap
pellationem, & de hoc etiam eſt tex. & glo. in ſimili, in ca ſi
eo tempore. de elect. in ſexto. ad idem ſupra eod. paſtoralis.
§. verum. vbi patet, quod poſt appellationem poteſt quis de-
nunciari excommunicatus. vnde uidetur, quod etiã hic non
debuerit impediri traditio ſigilli, quod non ſuſpendebatur
per hanc reuocationem negotii ad curiam. huius timore cõ
trarii iſti text. habent multos intellectus, ſed dom. Abb. ſolũ
recitat tres qui videntur veriores.

Primus eſt, quod in contrariis conſtabat de electione, &
confirmatione, ſeu de excõmunicatione, ſed in caſu noſtro
non conſtabat de collatione prius facta, licet allegaretur ꝑ
illum Archiepiſcopum, vt colligitur in cap j. vt eccleſiaſtica
beneficia, & hæc ſo placet multum dom. Abb pro quo indu
cit in argumentum c peruenit, s. eod vbi patet, quod ſi non
19 conſtat de excommunicatione ſuſpenditur ipſius † denũcia-
tio per appellationem, quantumcunque excommunicatio
per aduerſam partem allegetur. ex quo enim non cõſtat de

prin-

A D D I T I O.

a ¶. Nota ꝙ legatus non poteſt ad ſe cauſam coram alio ordinario pen ſen-
tem aduocare. idem tenet Alex. ne in c. vt debitus, ſ eualt. col. ſupra eod. &
in c. j. de offic. lega vbi uide apoſtillam meam.

principali, nõ põt dici valere acceſſorium attentatum in præiudicium reuocationis, cum hoc acceſſorium non habeat per ſe ſubſiſtentiam ſine principali, ideo non debuit attentari poſt reuocationem negocii. & ex hoc dicit poſſe limitari iura allegata in contrarium, quæ loquuntur, quando conſtat de principali, ſecus quando non conſtat de principali, ut hic. & iſte intellectus eſt uerus in ſe, ſed tamen non congruit literæ quæ litera ſe fundat ſolum in reuocatione cauſæ.

Secundus intellectus eſt, quod traditio ſigilli hic habebat aliquid iuris annexum, quia per hanc traditionem transferebatur poteſtas exercendi officium cancellariæ, ſed in contrariis illud erat executiuum puri facti, ſed iſte intellectus non
20 placet dnni Abb. ſ. ſi † Papa aduocat ad ſe aliquod negociũ ignorans illud, quod eſt actum per inferiorem, non videtur velle impedire actum conſecutiuum, etiam ſi talis actus habeat ius annexum ut dixit glo nota menti tenenda in c. ſi eo tempore, in verbo, cathedralis. de elec. in ſexto, quæ dicit, ꝙ ſi Papa reſeruat prouiſionem alicuius abbatiæ, & ante reſeruationem reperiatur Abbas electus, vel cõfirmatus, non videtur Papa velle impedire, & reſeruare ſibi benedictionem Abbatis, cum benedictio veniat acceſſorie ad actũ celebratum per inferiorem ante reſeruationem Papæ niſi ex coniecturis aliud conſtaret de intentione Papæ vnde poſſet dici, quod hic conſtabat ex coniecturis Papã uoluiſſe negocium omnimodo reuocare ad ſe propter ſuſpitionem, quam conceperat contra inferiorem, ex collatione clam facta, & ex varia reſponſione inferioris, ut colligitur ex decretali j. infra ut eccleſia. beneficia vbi gl. ſentit iſtum intellectum. & dicit dom Abb illam glo multum notandam, quia non ſolet allegari ad hoc, & illa gl. ponit caſum tam in illa deci quam in illa.

Tertius Intellectus eſt eiuſdem Inno. qui etiam ponit præcedẽtes, qui dicit, quod hoc eſt ſpeciale in reuocatione facta per Papã ex certa ſcientia ex quo ad ſe aduocat certum negocium, non ualet quicquid poſtmodum attentatur per inferiorem reſpectu actus conſecutiui ad actum de pterito, & ideo litera hic dicit, quod plus operatur aduocatio apoſtolica, quam appellatio & dom. Abb dicit hanc ſolutionem eſſe notandam, quia multum limitat cõtraria, ſupra allegata. nam iſte text facit differentiam inter appellationem, & expreſſam reuocationem dicens, quod plus operatur expreſſa
21 reuocatio, quam appellatio. quia appellatio † non impedit actum acceſſorium, ſeu conſecutiuum ad actũ de pterito, ſed bene expreſſa reuocatio & hoc modo reſpondetur ad c. conſtitutus, & ad c. paſtoralis § 1 ſ. eodem, quæ loquuntur in appellatione, ſed illud c. loquitur in expreſſa reuocatione. non obſtat etiam glo in dicto ca ſi eo tempore in uerbo, cathedralis de elect. quæ loquitur in reſeruatione. ſed iſte tex. loquitur, quando Papa ad ſe negocium aduocauit, unde intelligitur reuocaſſe quicquid tangit dictum negotium idem in ſimili notat Bart. in l. ſolẽt ff de ali. & cib leg. prope ſi uer. & hoc aduerte in diſpoſitionibus ſtatutorum ex quibus habes, ꝙ plus operatur aduocatio negotii ad ſe ex certa ſcientia, quam appellatio vel reſeruatio, vel quam, quod Papa cœperit de cauſa cognoſcere.

In glo. ij. nota iſtam glo. quia ſentit illud, quod dixi in ultimo intellectu.

In glo. iii. ibi, ergo multo fortius poſtquam ſuperior ad ſe negotium reuocat, inferior nil facere poteſt. illa glo. etiam ſentit, quod ſupradixi in ultimo intellectu.

22 Extra glo. quæro, an valeat † proceſſus de conſenſu partium poſtquam Papa ad ſe reuocauit negotium. & videtur quod ſic, quia ambæ partes poſſunt renunciare appellationi vt in c. accepta ſ. eo. & infra eodem interpoſita. § ij. & videtur de hoc eſſe tex in ſimili in l. ad principem. ff. eodem vbi patet, quod valet proceſſus de conſenſu partium pendente relatione coram ſuperiore, & ibi dicit Barto. per illum textum, quod ſi iudex commiſit cauſam conſulendam ad principem poteſt commiſſionem reuocare, & ipſe pronunciare. & quod ſententia lata pendente relatione non eſt nulla. ſed in contrarium facit capi. licet, ſ. de offi lega. & c. bonæ, uel. nec nocebat, ſupra de poſtula. præla. vbi partes non poſſunt variare poſtquam electio, uel poſtulatio eſt præſentata ſuperiori, & hoc tenet Ioan. de Imo. in dicto capi. licet, & eſt etiam de mente Abbatis ibi & dicit ibi Ioã. de Imo. quod ſi Papa aduocauit ad ſe cauſam, non ualet proceſſus factus coram inferiore etiam de conſenſu partium, ne ſic partes uideantur illudere ſuperiori in dicto capit. bonæ. & eſt ratio in promptu, ſ. ex quo ſuperior aduocauit ad ſe cauſam, inferior deſinit eſſe iudex, quo ad illam cauſam vnde partes nõ poſſunt ei dare iuriſdictionem non obſtat l. ad principem ff eo. & quod notat ibi Barto quia debet intelligi, quando relatio nondum eſt præſentata ſuperiori, ſed ſi eſſet præſentata

non poſſet inferior cauſam reaſſumere etiam de conſenſu partium, vt dicit dom. Abb. in dicto capitu licet, & uide quę dicam infra eo. in ſimili.

Vltimo quæro pone, quod Papa cauſam ad ſe aduocauit,
23 & alteri delegauit, & delegatus eſt mortuus, an † ordinarius poſſit ſe intromittere de illa cauſa. Bal. & Saly. in dicta l. ſi vt propoſuis C. quomodo. & quando iudex la prima, dixerunt, quod non quia licet delegatus ſit mortuus, & per cõſequẽs delegatio ſit conſumpta, tamen ſolus Papa habet de illa cognoſcere, & diſponere, & allegat Bal. ad hoc Archid 35. q. 9.
24 §. is ita. vbi dicit in quadam apoſtilla ſua, quod † cauſa quæ ſemel intrat in curia Romana, nunquam exit de curia, niſi princeps deleget alteri, uel remittat cauſam ad ipſum ordinarium, quod eſt notabile, ſecundum Bal. qui adducit ibi illum textum. ubi patet, quod ſi delegatus a præſide nulliter ſententiauit, cauſa non redit ad ordinarium, ſed ad ipſum pſidentem qui cauſam iterum delegabit, & idem ſentit Ioan. de Imo in l. ſi expreſſim. in prin. ult. col. ff. de ap pro quo uidetur tex. in c. paſtoralis §. j de offi ordin vbi dicitur, quod ſi delegatus Papę propter contumaciam partis miſit actorem in poſſeſſ. uel excommunicauit reum, licet poſtea delegatus moriatur, non poteſt tamen ordinarius de illa cauſa cognoſcere, ſeu intromittere, neque poterit abſoluere excommunicatum, neque ei reſtituere poſſeſ amiſſam. quia ex quo Papa ſemel illam cauſam delegauit, vlterius non redit ad ordinarium, ut ibi eſt tex nota Salic tamen in d l. ſi ut proponis. dicit dictum Bal. procedere quando delegatus deceſſit re nõ integra, aliàs ſi re integra deceſſiſſet poteſtas rediret ad ordinarium per id quod habetur in d l. ſi ut proponis, & in hoc Saly bene dicit, quia litteræ impetratæ non impediunt ordinarium procedere, antequam litteræ ſint præſentatæ iudicĩ delegato. ut infra eod ut debitus vbi uidebimus. ſed Ioan de Imo in dicta l ſi expreſſim. in fi dicit in hoc obſeruandum ſtilum curiæ, quando de illo conſtaret ut in ca quam grãui de cri. fal & in cap ex literis. de conſtitu. ſed ceſſante ſtilo curiæ tene id quod dixi.

Ex prædictis nota, quod vbi Papa manum appoſuit non
25 poteſt aliquis inferior † ſe intromittere, etiam ſi actus in quo Papa manum appoſuit non eſſet perfectus. neque poſſet effectum conſequi. pro quo vide Dom. de Ro. in deci no deci. 377. ſub rubrica, de beneficiis reſeruatis collectorum, vel ſubcollectorum, vbi dicunt quod poſtquam per reſeruationem eſt ſemel ablata poteſtas ordinario, nunquam reuertitur ad eum niſi reſtituatur, & tollatur impedimentum, &
26 per hoc dicunt, quod † beneficium ſemel reſeruatum ſeu affectum ſemper remanet affectum, & reſeruatum, donec conferatur per Papam, uel reſtituatur poteſtas conferendi ordinario, & p hoc dicunt, quod ſi Papa mandat ordinario pruidere de aliquo beneficio certo modo vacãte, uel vacaturo, & ex aliqua cauſa huiuſmodi prouiſio non poſſit ſortiri effectum, nihilominus beneficium remanet reſeruatũ ita quod ordinarius non poteſt ſe de eo intromittere. uide etiam Do. de Ro. in antiquis deci 54 & 57. vbi dicunt, quod ſi Papa prouidet de beneficio ex falſa cauſa, non tollitur poteſtas conferendi ordinario, niſi appareat, quod Papa fuiſſet reſeruaturus, etiam ſi ſciuiſſet cauſam fuiſſe falſam.

Et ex hoc infertur, quando reſcriptum in quo eſſet facta
27 reſeruatio eſt ſubreptitium, ordinarius † poteſt illud conferre. de hoc tamen vide nota. per Inn & per Ioan. And. in cap. inter dilectos. de exceſ. præla. & per glo. & Doct. in c. ſi eo tempore. de elect. in vj. Aliqui autem hic examinant, nunquid ſi Papa aduocet ad ſe iuriſdictionem, ſeu aliquam cauſam, iudice inferiore hoc ignorãte, teneat proceſſus iudicis inferioris ignorantis iuriſdictionem ſuam reuocatam, de quo articulo uide dom. Abb in c. audita de reſti. ſpol & doct. in c. cæterum. ſupra de reſcriptis. & hæc ſufficiant. ſequitur capitu. oblatæ.

S V M M A R I V M.

1 *Præuentio partis per literas facta tacito termino ad proſequendam appellationem ſtatuto nullas reddit literas.*
2 *Terminus iuris poteſt a parte præueniri, dummodo nimium non præcurrat.*
3 *Nomen iudicis non uidetur neceſſario ponendum in reſcripto appellationis, ſed ſufficit in genere proferre.*
4 *Termini præfixio per iud. cẽ a quo, non infert appellationi delatum fuiſſe.*
5 *Delatio appellationis non infertur ex eo, quia in actis dicitur iudex benigne recepit appellationem.*
6 *Appellans, & appellatus in cauſa appellationis proſequendæ poſſunt iudicem impetrare.*

7 Terminus

7 *Terminus iuris a ſolo appellante, uel iudice a quo poteſt reſtringi, vel præfigi.*
8 *Terminus ſtatutus ab homine ad proſequendam appellationem non poteſt præueniri per partes, tacito termino.*
9 *Iudex datus in curia ad partis impetrationem, quando ualeat.*
10 *Appellans compellitur proſequi appellationem coram iudice impetrato per appellatum.*
11 *Literæ impetratæ ſuper confirmatione ſententiæ ad eius infamationem etiam extenduntur.*
12 *Appellante non proſequente, appellatus poteſt appellationem ipſam proſequi.*
13 *Iudex ad quem poteſt abbreuiare terminum iuris, & compellere partes ad proſequendam appellationem.*
14 *Iudex in beneficialibus debet ex officio ſupplere.*
15 *Iudex poteſt partes compellere, & inuitis partibus procedere, vbi verſatur publica utilitas.*
16 *Literæ ſecundæ ualent ubi primæ non ualuerint, & fuerint ſurreptitiæ, licet de ſurreptitijs non fiat mentio.*
17 *Terminus ſtatutus ab homine, an poſſit præueniri.*
18 *Terminus iuris, ſ. anni, uel biennij ad proſequendam appellationem, an poſſit præueniri.*
19 *Appellatus, an poſſit compellere appellantem a proſequendam appellationem.*
20 *Cauſa quantumcunque ardua infra menſem expediri poteſt.*
21 *Beneficium a iure indultum non eſt alicui auferendum.*
22 *Præcurrere terminum quis nimis dicatur, arbitrio iudicis relinquitur.*
23 *Literæ impetratæ ſuper executione, vel confirmatione ſententiæ, uel ſuper alio actu, ſi non faciunt mentionem de appellatione primo interpoſita ſunt ſurreptitiæ.*
24 *Reſcriptum, an debeat continere mentionem termini aſsignati ab homine in proſequenda appellatione, vt ualeat.*
25 *Terminus ab homine conſtitutus æquiparat appellantem appellato.*

C A P. LVII.

a OBlatæ. [a] Si terminũ appellationis proſequen
1 dæ ſtatutum ab homine altera pars
† præuenit eo tacito literas impetrando non ua
2 lent literæ. [b] Terminũ † uero iuris etiam pars ap
b pellata præuenire poteſt, dummodo nimium non præcur
rat, & ubi ex dilatione imminet periculum, poteſt iudex ad
quem neutra parte proſequente compellere ipſas ad proſe
cutionem appellationis. hoc dicit. Communis diuiſio. Secũ
da ibi, licet igitur. quæ diſtinguit quatuor membra. Secundũ
membrum eſt in uerſic. ſi uero. Tertium eſt in ver. ſuperior.
Quartum eſt in uer. ex his igitur.

Nota primo ex tex. ibi, cum quidam iudices &c. quod in
impetratione reſcripti ſuper appellatione non eſt neceſſe fa
3 cere mentionem de nomine † iudicis qui tulit ſententiam a
qua eſt appellatum, ſed ſatis eſt dicere in genere, quod quidã
iudex, uel quidam iudices tulerunt ſententiam &c. & hanc
opi tenuit. Vbertus de Bobio antiquus Doctor, ut hic refert
Ioan. And & ita etiam reſidet Spec eod. titu. §. de officio uer.
antepenult. iudex autem ad quem bene debet eſſe certus, ut
in l. j § libelli. ff. eo. de quo per gl in cap is cui, de offic. del in
c ſexto. & dixi in rubrica huius tituli. [c]

Secundo nota ibi, nec delatum appellationi fuiſſe, nec ad
proſecutionem ipſius terminus a iudicibus partibus aſſigna
4 tur, quod ex præfixione † termini facta per iudicem a quo,
non videtur fuiſſe delatum appellationi, nam iſta ponũtur,
ut diuerſa, & hoc tenet gl in c. cum appellationibus, in ver.
remittenda, eod. tit. in vj per iſtum tex.

Quid autem ſi in actis appareat ſcriptum, quod iudex a
quo benigne recepit appellationem, an per hoc videatur de
5 tuliſſe † appellationi. & Spec. eod. titu. §. nunc breuiter in fi.
concludit, quod non refert tamen, quod alii tenent contra
rium, & iſtam opin ſequitur dom. Abb hic per tex. in c. ſæpe,
ſ. eo. ubi patet, quod iudex videtur deferre appellationi ſi di
cit ſe recipere appellationem, de quo uide latius Io. Andr. in
cap. cum appellationibus, eod. titu. in 6. debet ergo eſſe cau
tus iudex in reſpondendo.

6 Tertio nota. quod non † ſolum appellans. ſed etiam appel
latus poteſt impetrare iudicem ſuper cauſa appellationis pro
ſequendæ.

Et nota practicam impetrandi literas inter appellatum,
& appellantem, quia appellans debet impetrare iudicem ſu
per infirmationem ſententiæ. Appellatus uero ſuper confir
mationẽ ſententiæ: debet tamen facere mẽtionem de appel
latione, ut dicit hic glo. in fi.

7 Quarto nota in ver. ſi uero, optimum text. quod † termi
nus iuris non poteſt reſtringi per appellatum, ſed dumtaxat
per appellantem, uel iudicem a quo: nam iſte tex. ſolum di
cit, quod iudex a quo, uel ipſe appellans poteſt terminum p̃
figere, & ſic appellatus non poteſt præfigere terminum ap
pellanti ad proſequendam appellationem, & ita notant Do
cto. ſuper tex. & hoc ſequitur dom. Abb. & Spec eodem tit.
§ qualiter, ver. hoc autem, & Dom. de Rota deci. 203. quæ in
cipit, item quod appellatus, de quo dictum eſt ſ. eod. ſæpe, &
c. perſonas.

Quinto nota plures notabiles regulas ex hoc tex. in mate
ria appellationis.

8 Prima regula eſt, quod ubi ſtatutus eſt † terminus ab ho
mine, ideſt ab appellante, aut a iudice a quo ad proſequen
dam appellationem, neutra partium poteſt præuenire talẽ
terminũ impetrando literas ſuper appellatione, niſi fiat mẽ
tio de ipſo termino. nam tunc ualet impetratio, ut probat
iſte tex. in uerbo, eo tacito, a contrario ſenſu, & hoc tenent
etiam Doc. Limita tamen iſtum tex quia debet intelligi, ubi
iudex impetratur extra curiam, ſecus ſi impetraretur in cu
ria ad quam eſt appellatum, quia tunc valet impetratio, &
commiſſio nulla facta mentione de termino aſſignato, &
hoc tenet Io. Mo. in Rubrica, de reſcriptis, in ſexto. dicens
iſtum textum ita eſſe intelligendum. & ratio differentiæ eſt,
quia in curia datur iudex ex officio, & non ad impetrationẽ
partis, vnde non infertur præiudicium alteri parti. ſed quan
do iudex impetratur extra curiã, datur ad petitionẽ partis,
& poſſet inferri præiudicium alteri parti, ideo tunc ſecus eſt,
& idem dicunt Dom. de Rota deci. 104. quæ incipit, item q̃
capitulum, oblatæ, & ſequitur Ioan de Imo. hic. nota tamen
rationem ſupradictam, quia ex ea infertur, quod ſi in curia
9 daretur † iudex ad petitionem partis non ualerent tales li
teræ impetratæ ante terminum non facta mentione de ter
mino, quia tunc remanet firma ratio huius tex. cum coga
tur altera pars litigare coram illo iudice, & hanc limitatio
nem tene mẽti, quia per eam ſingulariter limitatur, & decla
ratur iſte tex. Item intellige iſtum textum. quando impetra
tio fit ante terminum hominis lapſum. ſecus ſi fieret poſt la
pſum termini, quia tunc valeret impetratio non facta men
tione de termino, & hoc eſt ſatis de mẽte iſtius tex. & melius
probatur in c. ſæpe. in fi. a contrario ſenſu, ſ. eod. & hoc tenet
Fed de Sen. conſil. 3. circa fin.

Secunda regula eſt, quod ubi terminus non eſt præfixus
ab homine ad proſequendam appellationem, poteſt appel
lans quandocunque proſequi appellationem, dummodo
ſit infra terminum iuris, nec fuerit legitime præuentus per
appellatum, ut hic. ſed ipſe appellatus non poteſt quando
cunque proſequi, quia non poteſt nimium præuenire, & ſup
plantare appellantem, vt hic in tex. de quo infra dicetur.

Tertia regula eſt, quod licet appellans non impetrauerit
iudicem, ſed fuerit impetratus per appellatum, nihilominus
10 † compellitur appellãs proſequi appellationem coram iſto
iudice impetrato. intellige elapſis xj. menſibus, vt infra in 5.
col. eo. c. niſi poſſet ipſum ex iuſta cauſa recuſare.

11 Ex quo infertur, quod literæ † impetratæ ſuper confirma
tione ſententiæ extenduntur etiam ad infirmationem ſenten
tiæ, ſi iudex uidet illam infirmandam, nam appellans proſe
quendo appellationem petit ſententiam reuocari, ergo ſi po
teſt proſequi appellationem coram iudice impetrato per ap
pellatum ſuper confirmatione ſentẽtiæ, ergo poterit iudex
ſententiam reuocare ſi viderit eam reuocandam, & melius
probatur in fi. huius cap ubi expreſſe dicitur, quod iudex im
petratus per appellatum ſuper confirmatione ſententiæ po
teſt confirmare, uel infirmare, & in hoc tene menti iſtũ text.
& idem tenet Bar. in l. ſi expreſſim, in fi ff eod ſimile, in iudi
ce delegato ſuper nullitate, quia poteſt ſententiam cõfirma
re ſi uiderit eam eſſe confirmandam, ut in l. 3. C. de accuſ. de
quo plene dicetur j. eod. dilecto.

12 Quarta regula eſt, quod † appellante non proſequente po
teſt ipſe appellatus proſequi appellationem. concordat au
then. ei qui. C. de temp. app. canonizata ij. quæſtio. ſexta. ap
pellatore.

13 Quinta, & ultima regula eſt, quod † iudex ad quem poteſt
abbreuiare terminum iuris, & compellere partes ad proſe
quendum appellationem, quando ex dilatione imminet pe
riculum

ADDITIONES.

a ¶Hoc c. oblatæ. non habet locum in curia Romana Fely. in c. ex parte. S. 3. colum. de reſcriptis. vide ibi.

b Idem tenet do. Alex. infra de confir. uti. uel inuti. bonæ. in 2. col. in fi.

c ¶Secus in aduocatione, quia debent exprimi nomina iudicum, a quibus cauſa aduocatur Ro. in nouis. j. colum. 4. uerſic. item ſi impetratur tua, & Fely. in c. cæterum. de reſcript. 4. col. ver. 4. reſtrictio Alex. Ne. in cap. inter Monaſteriũ, 2. col. de re iud. uide quæ notaui ad Do. Abb. in j. nota. hic, & Alex. in addi. ad Bar. in l. diuus. uer. in ea. lege. videte dñ. ff. de cuſto. re. dicit, quod ſufficit dicere nomen ſine cognomine.

riculum reipu.hoc eſt,quando cauſa deſiderat celeritatem, & in ea uerſatur publicum intereſſe, uel imminet periculū animarum propter uacationem eccleſiæ, vel ex alia cauſa ſimili,vt eſt hic tex valde notabilis ratio eſt, quia in benefi-
14 cialib † iudex debet ex officio ſupplere, vt in c. cum nobis olim de elect. & idem dicendum eſt in omni cauſa, in qua iudex uiderit ex dilatione periculum imminere,ut in matrimonio carnali.ſecundum hc & Docto.& idem in omnibus alijs cauſis deſiderantibus celeritatem,ut in l j.ff. de dam.in fecto,& in l.j §.ſed excipiuntur ff.de feriis Sed But.& Ioan.de
15 Imo.hic.hoc intelligunt,quando uerſatur † publica utilitas quia tūc poteſt iudex procedere etiam inuitis ambabus partibus,vt eſt tex.hic notabilis ſecundum Bal.ſecus ſi uerſatur ſolum utilitas priuata,quia tunc nō poſſet iudex inuitis ambabus partibus procedere, dato ꝙ cauſa deſideraret celeritatem, ſed poſſet altera parte petente,& altera recuſante,ut in l.j.§ excipiuntur.ff.de ferijs,& hoc videtur uelle etiam do. Abb.in fi.argum.c. licet. ſupra de ferijs,& c.ſi ſupra de iudic.

Sexto nota a cōtrario ſenſu,quod vbi verſatur ſolum priuata utilitas, & priuatum intereſſe,non poteſt iudex ad quē moderare terminum ad proſequendam appellationem, ſed bene poteſt ipſum terminum moderari iudex a quo,vt dicitur hic,& §.eo perſonas,& c cum ſit Romana ratio differenti eſt, ſecundum dom.Abb.quia fit præiudiciū iudici a quo cum eius iuriſdictio ſuſpendatur per appellationem,& ſæpe fiant appellationes fruſtratoriç cauſa differendi negocium, merito poteſt appellantibus præfigere terminum, vt fraudibus obuietur,ut dicit glo.ma in fi.in dicto cap.cum ſit Romana,ſupra eod ſecus in iudice ad quem,vbi non fit præiudicium, ideo niſi cauſa deſideraret celeritatem, non poteſt abbreuiare terminum iuris,vt hic, arg regulæ, indultum,in 6.de quo infra dicetur.

Glo.tamen penult in c.olim,§.de do.& contum ſentit cōtra ſ quod etiam iudex ad quem poſſit arctare tempus ad ꝓſequendam appellationem,ſed illa glo communiter reprobatur, & eam reprobat ibi dom. Abb. in penultima colum. Nec obſtat ille tex quia loquitur,quando loquitur in cauſis beneficialibus,& communem opi tenet Cyn. & etiam Bal. in auth ei qui C.de temp app qui tamen dicit, quod ſi iudici appellationis liqueat de cauſa, poteſt quandocūque præſentibus partibus ferre ſententiam per nota.in l ſi is a quo.ff. ut in poſſeſſ leg.& in l.vnica C quomodo, & quando.

Vltimo nota in fi cap.ibi legitime impetrans,a contrario
16 ſenſu,quod ſi primæ † literæ [a] impetratç non valent tenent
a ſecundæ literæ impetratæ, licet non faciant mentionem de prioribus literis Ex quo no.quod de literis ſubreptitijs non eſt de neceſſitate facienda mentio,de quo vide bo glo.in ca. ex tenore,in fi magnæ glo de reſcriptis,& in ca cum noſtris. in glo.4.infra de conceſſ præben.& in c.ſuggeſtum,in glo penult.infra de iurepatr.& hoc procedit etiam in beneficialib. quod eſt multum notandum in practica.ut dicit hic d. Abb.

Et ex hoc infert,quod ſi appellatus nimium præcurriſſet impetrando priores literas,ualerent poſteriores literæ impetratæ per appellantem licet de prioribus non facerent mentionem,ex quo priores non fuerunt legitimæ impetratæ,& hoc probat iſte tex.a cōtrario ſenſu, quod eſt in iure fortiſſimum ut in ca.cum apoſtolica.de his quæ fi.a præla.& 25.di. qualis,& in l.prima.§.huius rei ff.de offic. eius, cui mandata eſt iuriſdict.

In glo.in uerbo,appellatus.hæc glo.uoluit tacite opponere contra tex.quia tex dicit, quod ubi præfixus eſt terminus ab homine, & quod appellatus non poteſt eum præuenire in impetrando iudicem,& ſic a cōtrario ſenſu videtur inferre.quod appellans poſſit eum præuenire,ſed hoc videtur eſſe contra tex in cap ſępe,ſupra eodem,in fi.& in c ex inſinuatione,ſupra eo. in quibus patet, quod etiam appellans non poteſt præuenire terminum appellationi præfixum. huius timore glo.dicit,quod iſte tex.debet ſuppleri per illos, quia quemadmodum appellatus non poteſt terminum hominis præuenire,ita nec appellans.

In glo.in verbo,pars appellata.ordinando iſtam gl iſta gl. in effectu tangit tria.

Primo,an terminus ſtatutus ab homine poſſit præueniri. Secundo, an tempus ſtatutum a iure poſſit præueniri.

Tertio,an terminus anni,vel biennij qui datur ad proſequendam,& finiendam appellationem poſſit prorogari. & de iſto ultimo dictum eſt in c ex ratione ſupra eod. vnde ſo-
17 lum examino duos primos caſus, ſ. an † terminus ſtatutus ab homine,uel a iure poſſit præueniri.& circa primum,ſcilicet quando terminus eſt ſtatutus ab homine ad proſequendam appellationem glo.dicit,quod neutra pars,ſ nec appellans,nec appellatus poteſt præuenire ante terminum impetrando hoc intellige, niſi fiat mentio de termino.hoc ꝓbat tex.a contrario ſenſu.item hoc intellige,niſi lapſus eſſet terminus vt probat tex infra eod ſæpe in fi a contrario ſenſu. Item lapſo dicto termino,licet appellans poſſit quandocūque impetrare iudicem etiam nulla facta mentione de ipſo termino iam lapſo,ipſe tamen appellatus non poteſt incontinenti lapſo termino impetrare iudicem,quia non debet nimium præcurrere,ut dicit text. elapſo enim termino hominis remanet terminus iuris, quem appellatus non debet nimium præcurrere in impetrādo,& hoc modo intellige illū tex.& hoc tenet Fed de Se.conſilio ſuo 103.circa fi. & ex hoc ſum expeditus de primo caſu.

18 Venio ad ſecundum,† quando nullus terminus eſt ſtatutus ab homine,& ſic ſumus in termino iuris, & in hoc facit glo.differentiam inter appellantem,& appellatum, dicens, quod appellans poteſt quandocunque vult impetrare, quia talis terminus ibi conceſſus in fauore eius eſt, vt in c. bonæ. infra de confirmati vel inuti pars uero appellata non pōt nimium præcurrere in impetrando iudicem, ſed debet expectare appellationem,ſecundum quod hic dicitur, & ij. q. vj. appellatore.Sed aduerte,quia in dicto c.appellatore, eſt canonizata auth ei qui.C.de temp.app.ubi dicitur,quod appellatus debet expectare vſque ad ultimum mēſem biennij, & ſic glo.dum allegat c appellatore.videtur ſentire, quod appellatus dēt expectare appellantem uſque ad ultimum menſem Iſta autem uidetur eſſe communis opi.ſ quod aut quæritur,quando poſſit appellatus impetrare iudicem,& hoc caſu non dēt nimium præcurrere. quantum autem ad tēpus dēt expectare ad hoc,ut nō dicatur nimium præcurrere cōmunis opin eſt,quod relinquatur arbitrio iudicis, licet Bal. in addi.Spec eod tit in 8.charta in uer in culpa,uideatur dicere, quod debet expectare per ſex menſes, & ſic ꝙ labatur medius annus.pro quo facit l.nemo.C.de tempo.app. ubi dicitur. quod eſt in culpa qui eſt paſſus labi dimidiam partem termini.ſed ut dixi opinio communis.tenet,quod relinquatur arbitrio iudicis,quando dicatur nimium pręcurrere pro quo facit c.de cauſis de effi deleg.& l.prima.ff.de iure delib. & l.j §.expilatores.ff de extrao & expila.

19 Aut quæritur,an poſſit † appellatus compellere appellantem,vt proſequatur appellationem,& hoc caſu Doct communiter tenent, quod licet appellans poſſit quandocunque vult proſequi, tñ appellatus non poteſt compellere appellātem proſequi,nec ēt ipſe appellationem proſequi, niſi prope finem termini,& hoc eſt in ultimo menſe,& ſic dēt appellatus expectare appellātem per xj.mēſes anteq̄ poſſit procedere in appellatione.& quamquam d auth.ei qui,& d.ca.appellatore,loquantur de ultimo mēſe biēnij,dēt intelligi,qñ appellans fuit impeditus in primo anno,ꝓpter quod habuit biēnium,alioquin poſt xj mēſem poteſt appellatus in appellatione procedere.& ita intelligit Inn.in ca.ex ratione,§. eo. & iſtā opi. ſ.quod appellatus debet expectare vſque ad ultimum mēſem, tenet Inn. Ioan.And But & Ioan.de Imo.qui tamen dicit Doct debere intelligi,quando appellans non ꝓſequitur appellationem, alias ipſo appellante proſequente poterit appellatus inſtare,& petere, quod ſententia cōfirmetur,& hoc tenet Ioan de Imo.in d c ex ratione.in 16 colum. ſupra eo & hoc modo intellige Bal.in dicta auth ei dum dicit,quod ſi iudici appellationis liqueat de cauſa,poteſt quādocūque præſentibus partibus ferre ſententiam diffinitiuā: nam Bal.loquitur,quando tam appellans, quam appellatus proſecuti fuerint appellationem quo caſu poteſt ferri ſentētiam quandocunque etiam ſi non ſit prope finem termini, qui datur a iure ad proſequendam,& finiendam appellationem,& hoc nota pro limitatione d ca. appellatore ij quæſt. ſexta & dicta auth.ei qui.Bar tamē ibi dicit,quod aut appellatus uult facere citari appellantem in loco ſui domicilij, & tunc poteſt incontinenti proſequi appellationem,ut in l fi. § illud.C.de temp. app. Aut uult proſequi in curia iudicis ad quem non faciendo citari alibi ipſum appellantem, & tunc debet expectare uſque ad ultimum menſem, quia ius arbi-
20 tratur quamlibet cauſam † quantumcunque arduam poſſe expediri infra menſem ex parte appellan, cum ipſe non expectet,niſi confirmationem ſententiæ.& hanc opin tan-
b dem ſequitur do.Abb hic prope fi.communem. [b] Sed Ang in

dicta

ADDITIONES.

a ¶An ſecundæ literæ ualeant non facientes mentionem de prioribus inualidis,limita tamen,ut per dom Alex. infra de confirmat.uti uel inuti. bonæ.

b ¶Adde dom.Alexan.ſupra eodem,c.ex ratione. 30.colum. Dic tamen ꝙ terminus ad proſequendam appellationem non incipit,niſi a die citationis iudicis dati ſuper appellatione,ut tenet Lanfran.in repeti.ca. quoniam contra.in uerbo,appellationis.ultima colum.de prob.quod eſt ualde notandum.

dicta anth. ei qui reprobat, opi. Bar. & dicit, quod neſcit, quis ſibi reuelauerit vnde tenet communem opi. ſ. quod appellatus teneatur expectare vſque ad vltimum menſem, quam et ſequitur Spec. eod. tit. § nunc breuiter. ver. licet autem, & Fe. de Sen conſilio ſuo 163. quod incipit, in cauſa huſpitalis, vnde tenendo iſtam opi. dic quod l. fi. §. illud C. de tempo. app. eſt correcta per dictã auth. ei qui & pro illa opin. facit, quia
21 † beneficium a iure indultum nõ eſt alicui auferendũ, ut in regula, indultum, in ſexto. Item quia pendẽte hac dilatione officium iudicis, & partis debent conquieſcere, ut in l. ſiue pars C. de dilat. & infra eod ſignificante Item appellans poteſt nouas probationes inducere in cauſa appellationis, iuxta illud, nõ probatum probabo, nec deductum deducam, non allegatum allegabo, ut in c. cum Ioannes, de fi. inſtrum. & in l per hanc C de temp. ap. vnde forte appellaus non habet illas in promptu, uel forte non eſt adhuc potens ad expenſas unde iniquum eſſet, quod appellatus poſſet quandocunque cogere appellantem ad proſequendum, & finiendũ appellationem: ſic enim eſſet ſupplantare appellantem cõtra rationem huius text. Dominus tamen Abb adducit alias rationes pro opi Bar. ad quas facilis eſt reſponſio, & iõ concludo, quod aut appellaus vult impetrare iudicem, uel delegatum ſuper cauſa appellationis, & tunc non debet nimium præcurrere, ut hic dicitur.
22 Quando autem dicatur nimium † præcurrere, relinquitur arbitrio iudicis, vt dicunt hic Doct. Aut quæritur, an poſſit cogere appellantem ad proſequendum appellationem, uel ipſemet proſequi appellationem, & tũc dic, quod debet expectare vſque ad vltimum menſem, niſi ipſe appellans eſſet præſens, & paratus proſequi appellationem, quia tunc non tenetur expectare finem termini ſed poteſt in cauſa procedere, & petere, quod ſua ſententia confirmetur.

Et ex hoc infertur, quod etiam ſi appellaus impetraſſet iudicem nimium non præcurrendo, non poſſet compellere appellantem proſequi appellationem coram tali iudice. niſi prope finem terminũ, & hoc modo intellige illum tex. & ita etiam ſequuntur Doct. & ex his habes ueram cõcluſionem huius articuli reſecatis multis opinionibus Spec. hic in tit. §. nunc breuiter, verſ. item pone, & ſequen dicit comprobari hoc, quod hic dicitur, & adde Rotam in nou. de ap. in antiquis. in 91. quæ incip. ſi appellatus & in nouis, fol. 41. 4. col. in princ. eod. tit. Idem tenet do. Abb in c. ex parte x. 3. colum. de reſcriptis, qui dicit, quod non poteſt appellatus proſequi ap. niſi poſt finitum primum annum.
23 In glo. fi. nota ex glo. iuncto tex. quod † literæ impetratæ ſuper executione, uel confirmatione ſententiæ, uel ſuper alio actu ſunt ſubreptitiæ ſi non faciunt mentionem de appellatione primo interpoſita ut hic. & in cap. bonæ de confirma. uti. uel inuti. & in c. a. ex parte, ſupra de reſcriptis. circa quod me non extendo, ſed me remitto ad ea quæ dicam in ca bonæ, infra.
24 Aduerte tamen, quia etiam † de termino aſſignato ab homine eſt facienda mentio,[a] alias impetratio ante terminum eſſet ſubreptitia, quoniam neutra partiũ, ſcilicet appellans, uel appellatus poteſt in impetrando præuenire terminum datum ab homine non ſacta mentione de ipſo termino, ut hic, & ſupra eod ſæpe, in fi & per gl. hic, in uerbo, pars appellata, & ſupra eo. perſonas, in glo. ij.
25 Et ex hoc nota, quod in † termino hominis non eſt differentia inter appellantẽ, & appellatum, quia neutra pars poteſt eum præuenire in impetrando non facta mentione de termino, ſed in termino iuris eſt differentia, quia appellans poteſt quandocũque impetrare, & proſequi, nec tenetur facere aliquam mentionem de termino iuris. Sed appellatus non poteſt quandocunque impetrare in termino iuris, ſed debet nimium non præcurrere, ne ſupplantet appellantem in impetratione item lapſo termino hominis eſt differẽtia, quia eo elapſo appellans poteſt ſtatim impetrare, ſed non appellatus, ne nimium præcurrat appellãtem in impetratione, ut ſupra dixi, & allegaui Fed. de Sen. conſilio ſuo 103. circa finem. ſequitur c. per tuas.[b]

ADDITIONES.

a ¶An in reſcripto ſit facienda mentio de termino aſſignato per iudicem? adde do. Alex. in c. bonæ. 2. col. in fi. infra de confir. uti. uel inuti. vide Ho. in ti. de reſcrip. in antiquis, incip. vtrum ſi fuerit ibi.

b ¶Adde ad materiam huius ca. quod appellatus utitur commiſſione impetrata nomine appellantis, etiam ſine mandato impetrato, Rota incipit deciſiones dubitatum & per me. in ti. de app. in nouis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex appellationis parte contumaciter abſente poteſt negocium expedire ſi appellatum fuerit poſt litis conteſtationem.*
2 *Litis conteſtatio facta in prima inſtantia prima cauſa non tollitur per ſententiam diffinitiuam.*
3 *Exceptiones dilatoriæ, quæ non poſſunt opponi in cauſa principali, non poſſunt etiam opponi in cauſa appellationis.*
4 *Appellatio reponit appellantem in priſtinum ſtatum.*
5 *Ratio legis, legem amplificat, non reſtringit.*
6 *Ratio legis eſt anima legis.*
7 *Litis conteſtatio debet fieri in cauſa appellationis vtraque parte præſente.*
8 *Lis debet eſſe conteſtata coram iudice in cauſa principali, vt poſſit procedi ad ſententiam diffinitiuam.*
9 *Litis conteſtatio an ſit neceſſaria in ſententia interlocutoria.*
10 *Litis conteſtatio an ſit neceſſaria in appellatione a diffinitiua.*
11 *Conteſtatio litis debet fieri parte vtraque præſente.*
12 *Proceſſus valet de conſenſu partium lite non conteſtata.*
13 *Contumacia appellantis, & appellati impedit proceſſum etiam quo ad tertium comparentem.*
14 *Libellus an requiratur in appellatione ob interlocutoria, & diffinitiua, vbi diſcurritur per caſus.*
15 *Libellus qualiter ſit concipiendus in cauſa appellationis.*
16 *Contumax non dicitur deficere in probationibus, ſed nolle probare.*
17 *Iudex procedendo contra abſentem poteſt ſupplere ex officio inducendo pro eo teſtes.*
18 *Probandi onus an incumbat appellanti, vel appellato. & per caſus diſcurritur.*
19 *Appellatio an præſumatur interpoſita infra decem dies, niſi probetur.*
20 *Ignorantia præſumitur in dubio, niſi ſcientia probetur.*
21 *Sententia intimata ad domum, præſumitur tranſire ad notitiam.*
22 *Procurator rei in cauſa appellationis tenetur probare mandatum, vel cauere de rato, licet in principali admiſſus abſque mandato fuerit.*
23 *Lis conteſtanda an ſit in cauſa nullitatis ſententiæ.*

CAP. LVIII.

1 PErtuas: Altera parte contumaciter abſente poteſt iudex † appellationis & principale negocium diffinire, ſi poſt li. conteſta. fuerit appellatum. hoc dicit. Communis diuiſio. Secunda ibi, nos igitur.

Nota primo ex iſto tex. quod per ſententiam diffinitiuam non tollitur effectus lit. conteſtationis factæ in prima inſtã-
2 tia, ſeu in prima cauſa, & ideo † lit. conteſtatio facta in cauſa principali, non extinguitur per ſententiam diffinitiuam, uel per appellationem, ut eſt tex hic notabilis. idem nota in
3 l. fi. §. illud. C. de temp app. hinc eſt, quod † exceptiones dilatoriæ, quæ non poſſunt opponi poſt lit. conteſt. in cauſa principali, non poſſunt opponi in cauſa appellationis, ut in l. ita demum C de procur. & habet locum diſpoſitio huius legis in omnibus cauſis, tam temporalibus, quam ſpiritualibus, & eõam beneficialibus. vnde exceptio dilatoria, ſeu declinatoria in cauſa principali, non poteſt opponi in cauſa appellationis. vnde exceptio ſurreptionis contra literas ad lites omiſſa in cauſa principali non poteſt opponi in cauſa appellationis, & hoc tenet glo. nota in ca. ad audientiam, el ſecũdo, ſupra de reſcriptis, & do. Abb. ibi in 3. colum. & hoc mo-
4 do limitat leges dicentes, quod † appellatio reponit appellãtem in priſtinum ſtatum ut in l furti in prin ff. de his qui no. infa cum ſimilibus. nam debet intelligi, quod reponit in priſtinum ſtatum, ſcilicet qui erat li. conteſtat. non autem qui erat ante li. conteſtatam, ut hic, & in dicta l. ita demum. per hoc etiam limitatur cap. cum Ioannes de fide inſtrumen. & l. per hanc. C. de temp. app in quibus dicitur, quod non deductum, vel omiſſum in cauſa principali poteſt deduci in cauſa appellationis. nam debet intelligi in his, quæ poſſunt deduci poſt lit. conteſt. ut in l. ita non autem in his, quæ nõ poterant deduci ante lit. conteſt ut in l. ita demum. hoc tamen intellige, quando exceptio dilatoria, ſeu declinatoria fuerat ſcienter omiſſa ante lit. conteſt. ſecus ſi ignoranter, quia tũc poſſet opponi etiam in cauſa appellationis, ut dicit gl. & do. Abb in dicto ca. ad audientiam. Ex quo enim talis exceptio poterat in cauſa principali poſt lit. cont. opponi, ex quo fuit omiſſa per ignorantiam, ut in ca. paſtoralis, ſupra de excepr. & notat glo. iij. q. vj. exceptio. poterit etiam opponi in cauſa appellationis, quicquid poteſt opponi poſt lit. conteſt. in cauſa principali, poteſt etiam opponi in cauſa appellationis, ut in dicta l. ita demum, & ibi per Bar. & dom. Abb. in d. c. ad audientiam. Intellige tamen, quod debet opponi poſtquam venerit ad notitiam ante primum actum, qui non debet fieri, niſi li. con. eſt. quia talis actus habetur pro lit. conteſt. & ſic non poſſet poſtea opponi in cauſa appellationis, de quo vide bo. gl. in c. j in uerbo, abſentia de elect. in vj. & per Innoc. & Doct. in ca. cum M. de conſtit. & hoc modo declara nota. per Bar. in d. l. ita demum.

Secundo

Secundo nota ibi, coram iudicibus, nam ex ratione literę infertur, quod diſpoſitio huius ca. vendicat ſibi locum, quando fuit appellatum poſt li. conteſt. nō ſolum poſt depoſitiones teſtium, ſed etiam quandocunque, ex quo lis erat cont.
5 coram primis iudicibus. † ratio enim legis non reſtringitur per exemplum poſitum in lege, immo ampliatur, ideſt ad omnem caſum in quo ſibi uendicat locum ratio legis: exempla enim non ſunt poſita, ut reſtringant legem, vt in c. j. ne cleri. uel mon. & in cap. fi. de reg. iur. in vj. ſed ratio bene reſtringit, & ampliat legem, ut in l. cum pater § dulciſſimis. ff. de leg. ij.
6 & in l quod dictum. ff. de pact. vnde alibi dicitur, quod † ra-
a tio legis * eſt anima legis, quia per eam regitur diſpoſitio legis, ſicut per animam regitur corpus, ut in l. a dignitate. § ſi quis ff. de iure patro.

Tertio nota a contrario ſenſu ibi, per contumaciam ſe
7 abſentantis, quod ſi utraque pars eſt præſens, debet fieri † li. conteſtatio in cauſa appellationis, dato quod lis fuerit conteſtata in cauſa principali pro hoc. dom Abb. allegat text. in cap Raynaldus in uer. dilectus. infra de teſta ubi bo. gl. infra dicetur latius.

Vltimo, quod in cauſa appellationis, ad hoc ut poſſit ferri ſententia li non conteſt. reus debet citari, & in contumaciam conſtitui, & hoc tenet glo antepenult. in c. præcedenti hoc tamen limita, niſi fuiſſet ſtatutus terminus ad proſequendam appellationem a iudice, uel ab appellante: tunc enim habet uim peremptorii, nec alia citatio requiritur, vt in c ſæpe, ſupra eod. & ibi plene dictum fuit.

Antequam ueniam ad gl opponitur contra tex. de c. interpoſita § fi. j. e. vbi probatur, quod poteſt procedi in cauſa appellationis ab interlocutoria et lite non conteſ. in cauſa principali, quia in tali appellatione principaliter arguit iniquitas iudicis a quo fuit appellatum. huius timore contrarii dic, licet Doct non declarent, quod inquantum iſte tex. loquitur de appellatione a diffinitiua, indiſtincte procedit, quia in cā appellationis a diffinitiua procedi poteſt lite non conte parte contumace. Ex quo fuit lis conteſt. in cauſa principali, & idem probatur in l. fi § illud. C. de temp. app. inquantum uero loquitur de appellatione ab interlocutoria, debet intelligi, quod lit. conteſtatio requiratur quantum ad hoc, ut iuſtificata appellatione, iudex poſſit procedere ad diffinitiuam ſententiam parte exiſtente contumace. nam iuſtificata appellatione iudex ad quem cognoſcit de cauſa principali, vt in cap ſequenti, & ideo quantum ad hoc, ut poſſit procedi ad diffinitiuam ſententiam in cauſa principali requiritur, quod
8 † lis ſit conteſtata coram iudice a quo, & hoc modo loquitur iſte tex. dum dicit, quod ſi de cauſa liquet poteſt negotiū ſibi commiſſum terminare, quia cauſa principalis intelligitur commiſſa iuſtificata appellatione, ut in c. ſeq. ſed quantum ad procedendum ſuper ipſo appellationis articulo, nō eſt neceſſarium, quod lis fuerit conteſt. coram iudice a quo, ut eſt tex. in dicto §. interpoſita § fi. de quo tamen latius dicā ſuper glo.

In gl. j iſtam glo diuide in tres partes.

In prima parte tractat, qualiter iudex poſſit procedere cō tra reum abſente actore inſtante.

In ſecunda qualiter poſſit procedere, quando reus eſt pręſens, & actor eſt abſens.

In tertia parte format unam quæſtionem. Secunda ibi, itē ſi poſſeſſor eſt præſens. Tertia ibi, ſed pone.

In prima, & ſecunda parte gl dom. Abb. dicit, quod gl. obſcure loquitur immiſcendo proceſſum fiendum, tam ſuper appellatione, quam ſuper principali iuſtificata appellatione & ideo diſtinguit, ut habeatur mens gl. & cōcluſio materiæ. Et diſtinguit duos caſus principales.

Primus eſt, quando fuit appellatum ab interlocutoria.

Secundus, quando fuit appellatum a diffinitiua.

In primo caſu dicit, quod quantum ad finiendum articulum appellationis, ſan iuſte, uel iniuſte fuerit appellatū, nec eſt neceſſaria li. cont. etiam in prima inſtantia, non fuerit lis
9 cōteſtata, quia agitur hoc caſu de iniquitate iudicis, & de hoc eſt tex. in c. interpoſita § fi. nec eſt neceſſe, quod liqueat, uel non liqueat de meritis cauſæ principalis, nec hoc caſu datur poſſeſſio contra abſentem, cum adhuc non ſit fundata iuriſdictio iudicis ad quem ſuper principali, ergo data abſentia unius partis non impeditur diffinitio articuli appellationis ab interlocutoria, ſiue fuerit lis conte. ſiue non. ſed ſi iudex ad quem pronunciat appellationem eſſe legitimam, tunc non ſuccedit loco primi iudicis ſuper principali cā diffinienda, ut in c. vt debitus. in fi. j eo. procedatur ergo contra abſentem contumaciter ſuper principali, ſecundum quod diſtinguitur in prima parte gl & in hoc caſu intellige gl. & vide gl. pleniorem de modo procedendi contra abſentem in c prout de do. & contu & in l. cō ſentaneum C. quō, & quando iudex, & hoc de primo caſu.

Venio nunc ad ſecundum caſum principalē, ſcilicet quādo fuit appellatū a diffinitiua, & in hoc gl. vr̄ ſimpliciter dicere, quod iudex ad quē debet procedere ad confirmandam. vel infirmandam ſententiam, ſed non aperit vtrum litis conteſtatio ſit facienda, vel non, ſed diſcutit per aliquos caſus.

Primus eſt, quādo ambæ partes ſunt præſentes, & in hoc caſu Doc. videntur concludere, quod debeat fieri litis conteſtatio, & hoc probatur hic a contrario ſenſu, & in d. l. fi. § illud, C. de temp. appell. & hoc etiam tenet Cyn. & Bar. in l. j. C. ne lic. in vna ea que cauſa ter. prouoc & in l. ab hoſtibus. §. ſecundum quod ſimpliciter. ff. ex quibus cau. maior. licet lo. And. in c. Rainaldus. j. de teſtam. voluerit, quod in appella-
10 tione a diffinitiua, non ſit neceſſaria † litis conteſta. etiam vtraq; parte præſente, & quod in appellatione ab interlocutoria, eſt neceſſaria lit conteſt. utraque parte præſente, aſſignat rationem diuerſitatis, quia appellatio ab interlocutoria eſt nouus articulus, ideo vtraque parte præſente requiritur libellus, & litis conteſtatio, ſed appellatio a diffinitiua tantum replicat id, quod geſtum eſt. ſed dom. Abb. dicit, quod hoc dictum eſt contra tex. in d. ca. Rainaldus. in ver. dilectus. vbi facta fuit litis conteſtatio in appellatione a diffinitiua. Item dicit, quod ratio ſua nō procedit, quia licet appellatio ab interlocutoria ſit nouus articulus, tamen eſt incidens, vel emergens, ſed in exceptione non ſit litis conteſtatio, vt in c. prudentiam §. ſexta de offic deleg.

Et ex his verbis ſentit dom. Abb. quod in appellatione ab interlocutoria non debet lis conteſtari vtraque parte præſente, de quo dicam in c. interpoſita § fi. infra eod.

In appellatione autem a diffinitiua dicit dom. Abb. quod non replicatur pure illud, quod actum fuit, quia in illa inſtātia petebatur res, & vt perſona condemnaretur, ſed in cauſa appellationis diſputatur de validitate ſententiæ. pro quo vide glo. in d c. Raynaldus in verbo, conteſtata, quæ incipit, & ita videtur. Item illa quæ nouiter accedunt, poſſunt addi in cauſa appellationis, dummodo poſſint includi in prima inſtantia, vt in d c. cum Ioannes. de fi. inſtrum. ergo in præſentia vtriuſque partis debet offerri libellus, & lis conteſtari. Altera autem parte contumaciter abſente, poteſt procedi lite non conte. vt hic, quia largo modo conteſtatio prius facta poteſt referri ad articulum, de quo nūc agitur. & ideo
11 tene, quod vtraque parte præſente debeat fieri † litis conteſtatio, quæ opinio communiter tenetur, & probatur hic, & in l. fi. §. illud. C. de temp. appell. a contrario ſenſu, & in d. c. Rainaldus. ver. dilectus. infra de teſtam. vnde ponderatur, quod lis fuerit legitime conteſtata, & hoc tenet gloſ. ibi, in verbo, conteſtata. quæ incipit, & ita videtur. ſed tamen Docto. non aperiunt, an ſi omittatur litis conteſtatio vtraque parte præſente proceſſus ſit nullus. ſed dom. Abb in ca. Rainaldus. j. de teſtam. tenet, quod proceſſus ſit nullus, & hoc videtur probari hic a contrario ſenſu, & in d. l. fin. § illud C. de temp appell & tenent Do. de Ro. deciſ. 8. dicit tamen Bal.
12 in l. j. in fi. C. ne lic. tertio prouoc quod ſi partes † concorditer proceſſerint in cauſa appellationis li non conteſt. valebit proceſſus, ſeu iudicium quaſi tacito conſenſu partium rigor iuris poterit mitigari, ar. in c. interpoſita. §. fi j. e. & hāc partem ſequitur Innoc. in d c. Rainaldus. in verbo, conteſtata. Ego tamen non puto illam limitationem, quam ponit Bal. & Imo. eſſe veram. ex quo enim requiritur litis conteſtatio vtraque parte præſente non debet proceſſus valere non facta litis conteſtatio. pro quo optime facit quod no. glo in c. per venerabilem. in verbo, non ſeruatum. j. qui fil. ſint legit. Et puto quod hoc dependeat ab alio articulo, vtrum partes poſſint conſentire, quod omittatur litis conteſtatio, vel alia ſolemnitas ordinis iudiciarii de quo habetur in c. j. de lib. obl. & in auth offeratur. C. de lit conteſt. & per gloſ in clem. ſæpe. in verbo, neceſſario de verbor. ſigni. & per Doct. ſuper ea. & per glo. in c. fi. in verbo, illuſtrium. de re iudica. in vj & per Dom. Dom ſuper ea.

Secundus caſus eſt, quando altera pars eſt abſens per cōtumaciam, & in prima cauſa eſt facta litis conteſtatio, & nō requiritur litis conteſtatio, vt probat iſte tex. a contrario, & in l fi. in §. illud. C. de temp. appell.

Tertius caſus eſt, quando lis non eſt conteſtata in prima cauſa, & in cauſa appellationis altera pars per cōtumaciam abeſt, & hoc caſu non poteſt procedi in cauſa appellationis, vt hic. Non obſtat l. fi. §. illud. C. de temp appell. vbi dr̄, quod eſt ſpeciale priuilegium cauſæ appellationis, quod poſſit procedi lite nō conteſt. altera parte abſente. nam hoc debet intelligi, quando lis fuit conteſta. in prima cauſa, alias non poſſet procedi

A D D I T I O.

a ¶ Ratio legis eſt anima legis. Idem dicit dom. Abb. in c. ult. in ſecunda colum. de reſcrip.

procedi ad ſententiam diffinitiuam in cauſa appellationis, vt hic, & ita etiam intelligit hic Bal. & hoc mihi clarum uidetur, quia etiam ſententia lata in cauſa principali non valet, & ideo non poteſt porrigere effectum ad cauſam appellationis, cum ille proceſſus ſit nullus, & hoc clare probatur hic.

13 Quartus, & vltimus caſus eſt, quando vterque eſt † contumax tam appellans, quam appellatus, & hoc caſu non poteſt procedi per iudicem ad quem etiam ad petitionem tertii comparẽtis pro ſuo intereſſe, & cuius etiam intereſt cauſam expediri. hoc fuit ſingulare dictum Innoc. in c. j. de elec. in ſexto in tertia columna quem refert, & ſequitur Ang. in dicto §. illud quod tene menti ad limitationem in ca. ſuper eo. de offi dele hoc tamen intellige, niſi eſſet talis cauſa in qua ageretur de intereſſe publico, quia tunc etiam utraque parte abſente poſſet iudex cauſam diffinire, vt eſt tex. in ca. præcedenti, ver ſuperior quoque.

14 Et ex his poteſt inferri, an requiratur libellus † in appellatione ab interlocutoria. & diffinitiua, & ſentit do. Abb quod in his caſibus in quibus non eſt lis conteſtanda, etiam libellus non eſt offerendus, ſed tu dic clarius diſcurrendo per caſus.

Primus eſt, quando appellatio eſt extraiudicialis, & in iſta requiritur libellus, cum ſit quædam prouocatio ad cauſam, ut in ca. cum ſit Romana, ver. nec ſolent, ſupra eo. & hoc tenet Spec in quarta parte ſui operis in titu. de appellationibus. § nunc dicendum circa ver. ſed nunc quid.

Secundus caſus eſt, quãdo appellatio extraiudicialis interponitur ab interlocutoria, & hoc caſu non eſt neceſſarius libellus, ſed ſufficit producere appellationem, & petere ſuper illa procedi, & pronunciari, & hoc tenet Specu ubi ſupra, & Ioan. And. in addi ibi. ſed contrarium tenet Ioan. And. in c. Raynaldus. ſupra de teſta vt ſupra dixi, quia tenet, quod utraque parte præſenti ein appellatione ab interlocutoria debet offerri libellus, & lis conteſtari, ſed Ioan. de Imo hic, in 4 colum in prin dicit, quod opi. Io. And. forte uera eſt de iure, quia pro ea videtur tex in ca interpoſita. in § ſi. vbi dicam dicit tamen, quod alia opinio ſeruatur in practica, & iſtam opinio. etiam ſequitur Bald. in addi. Spec eodem titu. verſi. iudicium inchoari, & iſtam opin. etiam tenuit dom. Abb. Siculus, ſicut ſupra dixi.

Tertius caſus eſt, quando interponitur appellatio a diffinitiua ſententia, & in hoc caſu diſtingue, quia aut prima cauſa eſt talis naturæ in qua non requiritur libellus, nec lit. conteſt. ut patet in clem diſpendioſam de iudi. & in clem. ſæpe. de verbor. ſignifi & eodem modo non requiritur libellus, vel lit. conteſt. in cauſa appellationis, quia eiuſdem naturæ, & qualitatis cenſetur cauſa appellationis, cuius eſt ipſa cauſa principalis de hoc eſt text nota. in l. j. ff. an per ali. cau appel & idem dicit ibi Ang. & Bald in addi. Spec. in loco prẹal. & Ioan. de Imo. in l. j § libelli, in antepenult colum. ff. eo. tit. aut in prima cauſa requirebatur libellus, & in hoc ſunt opi. quia Spec ubi ſ. tenet, quod in cauſa appellationis neceſſario requiratur nouus libellus, & idem dicit Ioan. de Imo. in 3. colum quia eſt diuerſa inſtantia, & quia in cauſa requiritur nouum iuramentum cal. ut in c. ij. de iur. calum in vj. unde eadem ratione uidetur, quod requiratur nouus libellus ꝓ ſertum, cum appellans debeat de nouo petere ſententiam infirmari, & Butr. hoc ſequitur hic dicens, quod in omni caſu in quo in cauſa appellationis neceſſaria eſt noua lit. conteſt. & eſt neceſſarius nouus libellus, alias ſecus ſed Inno. in c. cũ contingat, ſ. de offi deleg dicit, quod in hoc caſu non requiritur nouus libellus, & idem ſequitur in d. § libelli. dicens, ꝙ ſatis eſt producere appellationem, & petere ſuper illa procedi, & pronunciari per id, quod habetur in Auth. de his qui ingrediuntur ad appellandum, § j & ſi. idem ſequitur Bal. in l. ſi quis libellos. C. eo. ti. dic tamen, quod non ſufficit ſimpliciter producere appellationem coram iudice ad quem, niſi petatur ſuper ea procedi, & pronunciari, & idem in effectu tenet Ang. in l. j ff. eo. & ſequitur & Bal in addi. Spec. eo. ti. in 2. char. ver. ſed an eſt neceſſe. dicit tamen communiter practicam ſeruare, ut offeratur libellus ſuper quo fundetur proceſſus cauſæ, & forte opiniones poſſent ſic cõcordari, ut prima opin. ſ. Spc. & aliorum procedat, quando proceditur in præſentia partium. quia ſicut tunc requiritur litis conteſtatio, ita nouus libellus Secunda vero opi. ſ. Inno. Bart. & Ang. procedit, ubi non eſt neceſſaria li. conteſta. quia tunc, nec ẽt nouus libellus requiritur, & ita ſequitur hic d. Abb. in 2. col. & Io. de Imo in d. § libelli in pen. col. in prin. & iſta concordia mihi placet, quia ubi requiritur noua lit. conteſt. ita etiã uidetur requiri nouus libellus ſuper quo fiat lit. conteſt.

15 Qualiter autem ſit concipiendus † libellus in cauſa appellationis eo caſu, in quo eſt neceſſarius offerendus. dic vt in Spe. in d. § nunc dicendum, & per Bar. & Io. de Imo. in d. § libellus. & ex hoc habes expeditum iſtum articulum, ſ. an lit. conteſt. vel libellus requiratur in cauſa appellationis.

In ea gl. ibi, illa regula locum habet cum ambo ſunt præſentes & c. idem no. gl. in c. prout. de do. & contu & 3. q. 9. decernimus. ſed do. Abb diſtinguit, quod aut actor recepit omnes dilationes legitimas & nihil probauit, & tunc habet locum illa regula, actore non probante, reus debet abſolui, q̃a videtur defeciſſe in probationibus.

16 Aut nõ habuit omnes dilationes, quia fecit ſe à principio † contumacem, & tunc non habet locum illa regula, quia nõ videtur defeciſſe in probationibus, ſed probare noluiſſe. ita dicit Bar in l properandum. § & ſi quidem C. de iudic de quo etiam per eum in l admonendi. ff. de iureiur. ſed do. Ab. remittit ad d. c. prout. ſed vide etiam ipſum in c. a ſi ſ. de iureiur. & quæ poſt eum ſcripſi.

In tertia parte gl. tene vltimam opin. quam ponit gl. quæ ſm do. Abb eſt magis communis. nam ex quo iudex poteſt procedere cõ abſentem in cauſa appellationis debet ſupplere defectum ipſius inquirendo, ideo ſi reperit ſententiam iuſtã debet eam confirmare, & ſi reperit eam iniuſtam debet eam reuocare, de quo vide bo. tex. & Bar in l. ampliorem. C. de ap. & l. properandum § ſin autem C. de iud & Bar. in d. l. ampliorem. vbi dicit, quod non eſt ſpeciale in cauſa appellationis,

17 ſed regulariter procedit vbicunque † iudex procedit contra abſentem, quia poteſt ſupplere ex officio inducẽdo pro eo teſtes, & inſtrumenta. ad idem eſt tex nota. in auth. qui ſemel C. quomodo, & quando iudex ibi perquiſita veritate, &c & ibi etiam per Bar. & latius per eum in l 4 §. hoc iudicium. ff. de dam infec de quo do. Abb. ſe remittit ad c. bonæ, el j de poſtu prẹla Et ex his dicit do Abb non eſſe multum tutum appellato proſequi appellationem appellante nõ proſequẽte, quia ſententia non poſſet retractari, quæ alias tranſiſſet in rem iud per deſertionem appellationis, ſed reſpectu cõdemnationis expenſarum, quando proceditur contra abſentem remittit ſe ad plene no. in c calumniam. de pę. & in c. a finem litibus. de do & contu.

18 Extra gl quæro, cui incumbat onus † probandi in cauſa appellationis, ſ. an appellanti, an appellato de quo articulo tractat Bar. in l hi qui ad curia. C. de app. & per Ioan An. & But. & Io. de Imo in c. in præſentia. ſ. de renun. & per Bu. in c. coram, in 3 de offi dele. & per Io de Imo in c. ſignificauerũt. de teſti. & in Spe. eod ti. §. reſtat, & § de officio, ver penul do. Abb. etiam examinat. diſcurro per caſus, vt clarius intelligaẽ.

Primus eſt, quando eſt quæſtio, an appellans legitimo tẽpore, & loco appellauerit & an apoſtolos petierit, & hoc caſu dicit Bar in loco præall quod ipſe appellans debet probare. allegat l. litigatoribus, & l. quoniam, & l. eos. in princ. & §. pen C eo iſtam opi. etiam ſecutus fuit Spe. eo. in § de officio, & § penul. vbi dicit, quod niſi negatur appellantem appellaſſe j decem dies ipſe appellans debet probare ſe debito tẽpore appellaſſe. allegat c. ſignificauerunt de teſti. & c. Romana §. ſi uero, de app in ſexto. idem dicit Hoſt. in c. j. ſupra eo.

19 vbi dicit, quod licet conſtet de appellatione interpoſita † nõ præſumitur interpoſita infra decem dies. niſi probetur ab ipſo appellante. plus dicit Spec. in d §. de officio, in fi quod ſi ꝑ teſtes, vel confeſſionem aduerſarii probo me appellaſſe nõ ſufficit. niſi probem, quod infra x. dies appellauerim, & iſtã opi ſequitur etiam Io. de Imo in c. ſignificauerunt, in prin ſ. de teſti ſed Dom. de Rota deci ſua 316. quæ incipit, item ſi poſſeſſor. determinant, quod in dubio ſemper præſumitur fore appellatum infra x dies a die notitiæ, niſi contrarium probetur, quia tempus x. dierum eſt utile a principio, & non currit ignoranti, vt dicit glo. in ca. concertationi, in verbo, ſciuerit, eod. tit in vj. vnde in dubio præſumitur † ignorantia, niſi probetur ſcientia ff. de probat. in l. verius, & in regula, præſumitur, in 6 immo plus, etiam ſi fuerit ille, cõtra quem lata ſententia, citatus ad domum, & ſic præſumatur in dubio citationem deueniſſe ad notitiam ſuam, iuxta nota. per gl. in l. & ſi legibus. C. de epi aud. & per Bar in l. quidam decedens. in fi. ff. de adminiſt. tuto. & Bal. in l ſcire oportet. ff de excuſatio. tuto. facit l. quinquaginta, eodem titulo. tamen iſta præſumpta notitia non excludit ab appellatione in qua requiritur vera notitia ad hoc, ut tempus incipiat currere. vnde Domini de Rota deciſio. 364. quæ incipit, item cum iura. tenent, quod citatus per edictum non præſumatur habere notitiam ſententiæ, & ſic, quod ſibi non currat tempus ad appellandum, niſi habita uera notitia. facit optime, quod no tat clem. cauſam in uerbo, plena & certa, de elec. & Bal. in l. contra maiores. C. de inoſ. teſt plus dicit Ang. in l. a ſnĩa. § j. ff. de app. ꝙ citatus perſonaliter ad audiendam ſnĩam nõ ꝓſumitur habuiſſe notitiam ſnĩæ. ſed Raph. Cumanus, & Io. de Imo. ibi tenent cõtrariũ, q̃a perſonaliter citatus in dubio ꝓſu-

Alex. de Neuo ij. in ſecundum Decret.

nitur verus contumax,ideo excluditur ab appellando l.ex conſenſu § fi.ff eodem.& in clem prima,de dolo, & contu. ſed tu dic,quod dictum Ange.poteſt ſaluari in caſu, in quo ſubeſſet aliqua iuſta cauſa quæ excuſaret eum a cõtumacia. iuxta nota per glo.& Doct.in dicta clem.vnica.& Barto.in l. finali.ff de reſtitutione in integrum,& per hoc conclude,q aut quæritur,an quis præſumatur habere notitiam citationis,quando fuit citatus ad domum,vel perſonaliter:dicendũ eſt,quod ſic Aut quæritur,an præſumatur habere notitiam ſententiæ:dicendũ eſt,quod non,quia potuit ſententia non ferri in termino citationis,quia quandoque iudices differũt ferre ſententiam altera ex partibus non comparente, ut in capitu. conſuluit. de officio delegati.vnde ſi ſententia fuiſſet intimata ad domum, præſumeretur habuiſſe notitiam ſententiæ.hoc tenet Bal.in dicta l ſcire oportet. § oportet. ff.de

21 excuſa.tuto vbi dicit,quod ſi ſententia † eſt intimata ad domum, præſumitur tranſire in notitiam, ita quod poſt decẽ dies vlterius non auditur appellans, & idem dicit Ang in authen.hodie.C de app.cõcurrit enim duplex præſumptio vna ex citatione facta ad domum, ad audiendam ſententiam Secunda ex notificatione facta poſtea ad domum de ipſa ſententia, & ſic tunc inducitur ſufficiens notitia ex duplicata præſumptione.arg.cap.primi. de treuga & pace,& auth.itaque.C.communia de ſucceſſionibus.vnde in iſto articulo diſtingue concordando opiniones,quod aut ſententia eſt lata contra præſentem , & tunc ipſe appellans tenetur probare ſe infra decem dies appellaſſe , alias non præſumitur appellaſſe infra decẽ dies, niſi probet, & hoc modo procedit opi. Hoſt Spec Bar. & ſequa. poterit autem de facili conſtare ex die latæ ſententiæ,& ex die interpoſitæ appellationis & hoc modo debet intelligi tex in capi.Romana.§. ſi uero,eodem titulo,in ſexto & in cap.ſignificauerunt,ſupra de teſti.vbi videtur probari,quod appellans debet probare ſe infra debitũ tempus appellaſſe. Aut ſententia eſt lata contra abſentem citatum ad domum , vel per edictum in caſu in quo poteſt fieri citatio per edictum, vel contra citatum perſonaliter in caſu in quo excuſatur a contumacia,& tunc præſumi debet debito tempore appellationem fuiſſe interpoſitam,cum tẽpus appellandi non currat ignoranti , ſed a die ſcientiæ , & hoc modo procedit opin.Dom.de Rota, & ſequa.quod tamen debet intelligi,niſi ſententia fuiſſet intimata ad domũ quia tunc præſumitur deuenire in notitiam,& incipiunt currere decem dies qui dantur ad appellationem interponendam,ut dicit Bal in dicto §.oportet,& Ang. in dicta authen. hodie.C.eodem.item hoc intellige.niſi aliter probaretur appellantem habuiſſe notitiam appellationis. & ex hoc ſum expeditus de primo caſu magis dubitabili.

Secundus caſus eſt,quando ſumus in his quæ concernũt legitimationem perſonarum,vel præparatoria proceſſus appellationis,& hoc etiam caſu appellans in cauſa appellationis eſt actor,licet in principali fuerit reus. vnde procurator

22 † rei in cauſa appellationis tenetur probare mandatum,vel cauere de rato,licet in principali fuerit admiſſus abſque mãdato cum cautione de iudicato ſoluendo, vt dicit notabiliter Bar.in cap.coram.de officio delegati.in 3 .col. & in ca. in præſentia.de renun.quod tene menti.

Tertius caſus eſt,quando agitur de probat.facienda , circa cauſam principalem,& altera pars eſt contumax,,& tunc pars præſens , quæ proſequitur appellationem, debet probare iuſtitiam,uel iniuſtitiam ſententiæ,vt in l. ampliorem. C.eo. & in Auth de his qui ingrediuntur ad appellandum §. illud quoque.ita dicit Bar.in l.hi qui ad ciuilia.C. eodem.ſed Ioan.And.in ca in præſentia,& dom.Abb.hic dicunt,quod actor reo abſoluto probare debet aliquid fuiſſe probatum propter quod iudex debebat eum condemnare , & non abſoluere, reus uero condemnatus probabit iniuſtitiam ſentẽtiæ ex actis,ut in capit.cum ad ſedem.de reſtitutio.ſpol.dicit tamen Dom.Abb. quod poteſt etiam fieri probatio de nouo, iuxta nota.in cap.cum Ioannes.de fide inſtrumen. & in l.per hanc.C.de temp.app.

Quartus caſus eſt,quando utraque pars eſt præſens, & agitur de probatione fienda per modum abnegationis,ut quia dixit reus ſe non fuiſſe citatum,uel ſententiam fuiſſe latam ſine cauſæ cognitione, vel quod non fuit ſtatutus terminus ad probandum,& tunc is qui appellat habet probare,& ꝓbabit indirecte per inſpectionem actorum:iudex enim inſpiciet acta,ut in l.is apud quem.C.de edendo. ita dicit Bart. in d.l.hi qui ad ciuilia,& dom. Abb.hic.

Quintus caſus eſt,quando agitur de probatione directa faciendi in cauſa principali per teſtes,uel inſtrumenta, & tũc ille debet probare,cui incumbebat onus probandi in prima cauſa.ita dicit Bart.ubi ſupra. & ſequitur domi.Abb.qui dicit ſic limitandum Ioan.And.in dicto cap.in præſentia, & ſubdit,quod debet probare modo prædicto ,ſcilicet aut inducendo probationes de nouo, aut producendo acta primæ cauſæ,ſi putat per illa ſufficienter probatum .

Et ex his eſt expeditus iſte articulus,quem tene menti,q quotidie eſt in practica .

Vlterius But.& dom. Abb.hic examinant,an in cauſa nul-

23 litatis ſentẽtiæ † ſit lis conteſtanda. de quo articulo vide per Bar.& moderniores in l.cum quærebatur ff.de re iudic.& in Spec.de lit conteſta.§.quando autem.verſi.quid de cauſa,& in titu.de ſententia §.iuſta.uerſi.ſed ſi cauſa,,& per Dom.de Ro. in deciſ.no.deci.65.& 67. & 68.& iſta ſufficiant. ſequitur cut debitus.

S V M M A R I V M.

1 *Appellans tenetur cauſam exprimere rationalem, nec exceptio quæ non conſtet admittitur .*
2 *Dictio vt,ponitur cauſatiuè, licèt propriè modaliter .*
3 *Superior debet prouidere ne partes laborent, & expendant .*
4 *Appellatio interpoſita ante ſententiam requirit expreſſionem cauſæ rationalis ſpecificæ .*
5 *Grauamen vt reuocetur , appellatio interponenda eſt .*
6 *Exceptio de primis literis non pôt opponi , niſi primæ fuerint præſentatæ.*
7 *Iuriſdictio delegati poteſt per ordinarium præueniri ,,dummodo literæ non fuerint delegato præſentatæ.*
8 *Iuriſdictio ordinaria eſt magis fauorabilis, quàm delegati,quæ eſt extraordinaria , & odioſa .*
9 *Iudex ad quem ſuccedit in loco iudicis à quo .*
10 *Iudex deferendo appellationi etiam nullæ abdicat à ſe iuriſdictionem .*
11 *Appellatio licèt minus legitima ſit, tamen deuoluit iuriſdictionem pronunciandi appellationem legitimam, vel non , & condemnandi in expenſis .*
12 *Litigare quis non compellitur in maioribus cauſis , coram iudice inferiore .*
13 *Cauſæ maiores quæ dicantur .*
14 *Appellatio ob interlocutoria , an ſit porrigenda in ſcriptis .*
15 *Appellatur uel incontinenti , vel ex interuallo , vel viua voce , vel in ſcriptis .*
16 *Appellans an requiratur quod dicat,appello in his ſcriptis .*
17 *Scriptura appellationis deperdita , an ſufficiat eam probare per vnum teſtem .*
18 *Ius ciuile , an procedat in appellatione , prout procedit ius canonicum, vel differat .*
19 *Appellatio an valeat , quæ cum ab initio nullam expreſſiſſet cauſam poſt quatuor vel ſex dies cauſa expreſſa fuit .*
20 *Onus publicum in qualibet dignitate verſatur .*
21 *Iudex appellationis debet quantum poteſt conſeruare honorem iudicis à quo , quando reformat uel informat ſententiam .*
22 *Citatio non legitima nunquid inducat perpetuationem iuriſdictionis .*
23 *Clauſula,appellatione remota , an aliquid operetur .*
24 *Nuntij miſſio , an hodie ſit correcta , & quos effectus faciat nuntij miſſio , & an ſint correcti.*
25 *Delegatus non habet iuriſdictionem,nec in actu , nec in habitu ante præſentationem literarum .*
26 *Iuriſdictio Papæ poteſt præueniri per inferiorem ordinarium .*
27 *Reſcriptum non ualet etiam de iure ciuili lite pendente coram ordinario iudice .*
28 *Cautela pro fugienda ordinarij iuriſdictione .*
29 *Impetrans iudicem delegatum , an habeat facultatem literas præſentandi vſque ad litis conteſtationem .*
30 *Iuriſdictio præuenitur per citationem .*
31 *Contumax non poteſt opponere exceptionem de præſentatione literarum ad excludendam iuriſdictionem ordinarij .*
32 *Incompetentia iudicis poteſt ſemper opponi eſſe latam ſententiam .*
33 *Error iuris, vel facti impedit iuriſdictionis prorogationem .*
34 *Delegato data de conſenſu partium, ſi pars poſtea ad ordinarium acceſſerit repelli poterit per exceptionem .*
35 *Conſentire uidetur in iudicem qui in præſentia patitur tacendo aliquid iudicem facere.*
36 *Iure ſuo quis non debet priuari abſque culpa.*
37 *Idoneus dicitur ille qui nulla exceptione repelli poteſt.*
38 *Nullum quaſi habetur, quod exceptione repelli poteſt .*
39 *Iudicis eſt inquirere quanta fides ſit teſti adhibenda.*
40 *Lex generalis non debet referri ad negocia ſpẽaliter per alias leges deciſa.*
41 *Correctio iuris nõ eſt inducẽda per ſubauditiones, vel tacitas repetitiones.*
42 *Reſcriptum ſpeciale derogat generali quo ad iuriſdictionem, niſi præueniatur per citationem.*
43 *Abſolutio ab excommunicatione tanquam acceſſoria comprehenditur in delegatione.*
44 *Ordinarius iudex eſt inferior ipſo delegato.*
45 *Præſentatio ſola reſcripti abſque citatione , an inducat prorogationem iuriſdictionis.*

46 Per.

45 *Perſonæ quatuor concurrunt in cauſa appellationis.*
47 *Iudex a quo in cauſa appellationis quid agere debet.*
48 *Iudicis ad quem officium in cauſa appellationis.*
49 *Iudex, quando dubitat, debet conſulere iuriſperitos.*
50 *Iudex non coarctatur cauſam committere ſapienti, quia poteſt interpretari legem, vel canonem pro decidenda cauſa.*
51 *Iudex, an teneatur ad petitionem partium committere cauſam conſilio ſapientis.*
52 *Iudex non teneatur conſilium ſapientis ſequi.*
53 *Recuſatio iudicis, ob cauſam propriam, ſeu culpam recuſantis, ſuſpectum illum non facit.*
54 *Pœna calumnioſe appellantis traditur de iure ciuili, & canonico.*
55 *Opinio communis ſemper eſt amplectenda, tam in conſulendo, quam in iudicando, quamuis iudex poſſit contra eam aliquando iudicare.*
56 *Delegatus, an poſſit procedere in cauſa principali, ſi delegatur cauſa appellationis cum negotio principali, nec appellatio eſt iuſtificata.*
57 *Reſcripta debent intelligi ſecundum ius commune.*
58 *Reſcriptum non poteſt intelligi contra ius commune, niſi conſtet de certa ſcientia principis.*
59 *Delegatus in cauſa appellationis ab interlocutoria a Papa, vtrum poſſit iuſtificata appellatione cognoſcere de cauſa principali.*
60 *Appellatio commiſſa cum dictione taxatiua, puta duntaxat, ſolum, tantum, & ſimili, excludit omnem aliam cognitionem.*
61 *Appellatione delegata, ſeu commiſſa, cenſetur etiam comprehenſa nullitatis cauſa.*
62 *Iudex ad quem, an poſſit cognoſcere de cauſa principali omiſſo articulo appellationis. vide quatuor caſus.*
63 *Contumax non poteſt allegare litis pendentiam, nec etiam mentionem iuriſdictionis.*
64 *Grauamen prius reuocari debet, quam de cauſa principali cognoſcatur.*
65 *Delegatus iudex tenetur ſeruare formam mandati.*
66 *Cauſa ubi pendet, vel cœpta eſt, ibi debet finiri.*
67 *Iudex qui non poteſt adiri per viam querelæ, an poſſit cognoſcere de cauſa principali omiſſo articulo appellationis.*
68 *Laici poſſunt prorogare iuriſdictionem iudicis abſque conſenſu proprij iudicis, ſecundum Bart.*
69 *Iudex ad quem, nunquid teneatur remittere uerbaliter partes ad iudicē a quo, poſtquam ſuper appellatione pronunciauit eam dicendo non legitimam.*
70 *Cauſæ omnes quæ ſunt Papæ reſeruatæ, dicuntur maiores.*

CAP. LIX.

VT debitus. Hæc decretalis eſt famoſa, & utiliſſima ponens multa nota dicta vtrumque ius limitantia, & hoc dicit in
1 ſumma: † Appellans ante ſententiam tenetur exprimere cauſam rationabilem coram iudice a quo, nec admittitur exceptio, quod prius miſerit nuncium ad ſe. apoſt. vel quod literas impetrauerit, quæ nondum ſunt iudici præſentatæ. hoc dicit. diuiditur in tres partes.
In prima ponitur conſtitutionis duplex cauſa.
In ſecunda ponitur conſtitutio.
In tertia proteſtatio. Secunda ibi, ſtatuimus. Tertia ibi, ſaluis.
2 Nota primo, quod dictio, ut, † aliquando ponitur cauſatiue, prout accipitur hic, licet ſecundum propriam ſignificationem accipiatur modaliter, ſeu importet modum de quo vide bo. glo in c. uerum, in glo ij infra de cond. app & de hac dictione dic ut in l cum tale. §. Titius ff de condit. & demonſtra. & plene per Bart. in l qui abſenti. §. j. ff. de acq. poſſ.
3 Secundo nota, quod ſuperior debet prouidere partibus ex officio, vt euitent labores, & expenſas. concordat ca. finē litibus, de dolo & contu.
Tertio nota regulam nouam, & menti tenendam in materia appellationis ante ſententiam, quod non valet appella
4 tio † interpoſita ante ſententiam, niſi expreſſa cauſa rationabili, quæ ſi eſſet probata, debet legitima reputari, & requiritur, quod talis cauſa exprimatur ſpecifice, alias appellatio eſſet nulla hoc clare probatur in clem. appellanti, eodem ti. vbi tex dicit, quod cauſa appellationis ab interlocutoria, vel grauamine, debet exprimi nominatim, & ſic non ſufficit, ꝙ ſit expreſſa in genere, & hoc tenet hic Ioan. de Imo. dicens, quod non ſufficit dicere, appello ab iniqua interlocutoria, quia me grauaſtis, & idem dicunt Dom. de Rota dec. 7.
Quarto nota ibi, coram eodē iudice, quod ad hoc, ut gra
5 uamen † reuocetur, neceſſarium eſt, quod appellatio interponatur, quia nullus alius actus habet uim appellationis, & de hoc uide tex. infra eodem. dilecto. in fi. vbi patet, quod nō ſufficit grauamen interueniſſe, niſi propter illud grauamen fuerit appellatum, & idem probatur in clem. appellanti, eodem titulo, & pondera tex. dum dicit, coram eodem iudice, & c quia videtur probare, quod non ualet appellatio, niſi ſit interpoſita appellatio in præſentia iudicis a quo, de quo plene dixi ſupra eod. ſuggeſtum.
Quinto nota ex tex. aliam regulam nouam, & ſingularē in materia reſcriptorum, quod licet per antiqua iura ſecundæ literæ non facientes mentionem de primis tollant primas, ut in capit. cæterum. de reſcriptis, & in capit ij de dolo & contuma. & in capit. ex literis de officio delegan. tamen
6 de ipſis literis non poteſt † excipi, vel opponi, niſi primæ literæ fuerint iudici delegato præſentatæ.
Ex quo nota, quod attenditur tempus præſentationis, an per ſecundas literas derogetur primis, vel econtra, de quo articulo dicetur latius per glo 4 in fi. & in glo. v.
Et ex regula prædicta nota regulam ſemper menti tenen
7 dam, quod † iuriſdictio delegati poteſt præueniri per ordinarium, dummodo literæ non fuerint iudici delegato præſentatæ.
Ex quo infertur, quod ſi citatus coram ordinario exciperet, quod Papa, vel princeps primo cauſam alteri cōmiſit, non eſt audiēdus, quia impetrans debet ſibi imputare, quod prius non præſentauerit literas iudici delegato, ut dicit iſte
8 tex. aperte, & ſequuntur Doctor. ratio eſt, quia ordinaria † iuriſdictio eſt fauorabilis, & largo modo adiuuanda, & interpretanda. Sed iuriſdictio delegata eſt extraordinaria, vt in c. de cætero, ſupra de tranſact. & in capit quoniam contra falſam. in gl. ij de proba. item iuriſdictio delegata eſt odioſa, & reſtringenda, iuriſdictio uero ordinaria fauorabilis, & ampliãda, ut dicit glo. in clem. ſecunda, in uerbo, volumus de offic. ord. & in c. j. in uerbo, proceſſus. de reſcrip. in vj. & hoc procedit etiam ſi impetrans fuiſſet impeditus, quia tex. indiſtincte loquitur. ita dicit Vinc. & iſta opi. communiter tenetur per Docto. ut dicit hic dom. Abb hoc tamen intellige, niſi impetrans fuiſſet impeditus per aduerſarium cōtra quem impetrauit, vt ſic ſi ipſe aduerſarius præueniret impetrantē coram ordinario. nam dolus non debet ſibi prodeſſe, ut in c. ex tenore, ſ. de reſcriptis. pro quo eſt optimus tex. in l. quãuis. ff. de bo auth. iudi. poſ. tamen an hoc procedat, quando impetrans eſſet impeditus, infra dicam.
Sexto nota aliam regulam, quod iuſtificata appellatione
9 ab interlocutoria † iudex ad quem, ſuccedit loco iudicis a quo, & deuoluitur ad eum cognitio, & diffinitio cauſæ principalis, quam ipſe habet cognoſcere & differre, ſicut habebat iudex a quo eſt appellatum, ut eſt tex. hic. unde Spec. eo. tit. § de offi. iter. ſi autem peremptorie. dicit, quod quicquid debuit facere iudex a quo, debet facere iudex appellationis. idem voluit But. in c. olim, in fi. de except. & Doct. in c. exhibita de iudi. & ſequitur hic dom. Abb. & iſte eſt effectus iuſtificatæ appellationis ab interlocutoria. dicitur autem iuſtificari appellatio, quando probatur veritas ipſius cauſæ expreſſe in appellatione, & iudex declarat appellationem eſſe legitimam. effectus uero non iuſtificatæ appellationis eſt, quando iudex appellationis inuenit illam non eſſe rationabilem uel non ueram, & ſic non probatam. unde debet tunc remittere appellantem ad iudicem a quo appellauit, & eum in expenſis condemnare, & de hoc eſt tex. hic nota. hoc tamē intellige, quando iudex a quo nō detulit appellationi, ſi enim detuliſſet appellationi abdicaſſet a ſe iuriſdictionem, & deuoluta eſſet ad iudicem ad quem etiam ſi eſſet appellatum abſque expreſſione alicuius cauſæ, vel ex cauſa non rationa
10 bili, uel ſine ſcriptis, vel abſque petitione apoſtolorum, † & ſic in omnibus caſibus, in quib. appellatio eſt nulla, ſi iudex deferret appellationi abdicat a ſe iuriſdictionem, & deuoluitur ad iudicem ad quem, vt in c. cum appellationib. eo. tit. in vj & ita tenet Io. An. & Do. Do in c. j. §. poſt hæc, eod. tit. in vj. & Io. And. in c. Romana in prin. eod. titu in vj. & Dom. de Rota deci. 375. quæ incipit, item ſi appellatur.
Septimo nota, quod appellatio minus legitima deuoluit ad iudicem ad quem poteſtatem condemnandi appellantē
11 in expenſis ad iudicem ad quem. Ex quo infertur, ꝙ licet † appellatio minus legitima, non deuoluat iudici ad quem iuriſdictionem ſuper principali, deuoluit tamen ſuper incidenti, ut pronunciet appellationem non legitimam, & ut condemnet appellantem in expenſis, ſicut in ſimili dicitur de iudice delegato per literas ſubreptitias: nam habet iuriſdictionem cognoſcendi, an ſua ſit iuriſdictio, ut in c. ſuper literis. de reſcrip. & licet pronunciet ſe iudicem incompetentē, & literas ſubreptitias, tamen poteſt ſuccumbentem in expēſis condemnare, ut eſt tex. cum gl. in verbo, in expenſis. in c. fi. ſ. de reſcr. & eſt melior text. qui in iure reperiat in cle. j. de reſcr. vbi patet, ꝙ licet reſcriptum ſubreptitiū ꝑ ſubreptionē ſit ipſo iure nullū, nihilominus pt iudex ꝯdēnare in expē. rōne uexationis. idem eſt de iudice qui pronunciat appellationē deſertam, quia poteſt partem condemnare in expenſis, ut eſt tex. nota in ca ex parte, S. ſupra de reſcriptis.

tex.in ca.cum Ioannes.in fi de fide inſtrum.

In gloſ.ſecunda,nota glo.quod litis conteſtatio', uel alius actus per quem poteſt fieri interlocutio,ſi eſt factus coram iudice incompetenti non ſit interruptio,& ſic actus iudiciarius non rite geſtus, non interrumpit præſcriptionem. concordat glo.in capi. ex tuarum.de pur ca.& in c.illud de præſcrip. vbi dixi.tangitur etiam hic per Butr.& dom. Abb. ſed quia ibi dixi,non repeto.

22 Nunquid autem citatio† non legitima inducat perpetuationem iuriſdictionis.dic quod non,de quo vide bo glo.in c. cum plures,in glo.magna.de offic deleg in vi.

In gl in verbo,ante ſententiam,licet hæc gl.effundat mul
23 ta verba,tamen in effectu concludit, quod clauſula † appellatione re.hodie nihil operatur adeo,ut de ſtylo curiæ ſeruetur opinio huius glo.ſcilicet ut iſta clauſula nihil operetur, & quod ſolum referatur ad appellationes fruſtratorias, & ita notat Hoſt.in ſumma,eodem ti.§.quod ſit eius officium. ſed ipſe Hoſt.& Ioan.And & communiter Doct.tenent contrarium,ſcilicet,quod etiam hodie clauſula ap.re. operetur, quia quando dicta clauſula eſt appoſita in reſcripto,nō poteſt appellari,niſi in caſibus in iure expreſſis,vt eſt tex. in capit paſtoralis.in princ ſupra eodem.& quod reſpectu appellationis a diffinitiua operetur effectum,ut ſentētia poſſit mitti executioni non obſtante appellatione,probatur in ca paſtoralis § præterea de offi. deleg. & ratio quam aſſignat glo. ſcilicet, quod noua lex non pertinet ad eas ſpecies, quibus ſpecialiter per antiquam legem eſt prouiſum, facit contra glo.nam cap paſtoralis, ſupra eodem,ſpecialiter loquitur,ſ. quādo clauſula, appellatione re.apponitur in reſcripto. iſte uero tex.loquitur generaliter.ſ.quando appellatur ab interlocutoria, ergo non debet referri ad caſum ſpecialem, ſcilicet,quando clauſula,appellatione re eſt in reſcripto præſertim,ut euitetur iurium correctio,vt in ca cum expediat, de electio.in ſexto nam ubi una conſtitutio loquitur in ſpecie, & alia in genere ſpeciei per genus nō derogatur, ſed potius econtra, ſiue ſpecies ſequatur,ſiue præcedat, ut notatur in regula,generi per ſpeciem, in ſexto. ſed iſta cōſtitutio loquitur in genere non faciendo mentionem, quando ſpecifice in reſcripto eſt remota appellatio.& ca paſtoralis, loquitur ſolum in ſpecie,ſcilicet,quando eſt remota appellatio, ergo hoc ca.non debet derogare illi maxime,quia tenendo opin. glo.corrigerentur multa iura loquentia de remotione appellationis.nam corrigeretur cap.2. requiris,ſupra eod.& capi. primo,ſupra de reſcriptis,& capitu.paſtoralis.§.præterea.de offic deleg.& cap.ſuper quæſtionum.§.ſi vero duo. de offic deleg.& cap.inquiſitioni,infra eodem,cum multis ſimili. & pro iſta parte multum vrget dictū ca.inquiſitioni,cum emanauerit poſt iſtam conſtitutionem, nam fruſtra emanaſſet ſi uirtus huius clauſulæ prorſus fuiſſet ſublata per iſtud cap. item illud cap.non fuiſſet poſitum in hac compilatione, quia reſecata ſunt ſuperflua, vt dicitur in procemio, & pro hac opin.allegat dom.Abb.Barto.in extraua. ad reprimendum, in uerbo.legibus.vbi dicit,quod ſi in lege noua non apponitur clauſula generalis,non obſtante quacunque lege,non per hoc derogatur legi ſpeciali,ſed ipſa lex noua habebit locum in alijs caſibus non prouiſis in ſpecie,& hoc dicit eſſe uerū, niſi diceretur,non obſtante quacunque lege quæ in toto,vel in parte huic legi poſſit eſſe contraria, ſecundum Barto. ibi, & per hoc dicit Barto. l.ſciendum ff. qui ſatiſda.cogan.non eſſe correctam per authent. offeratur. C. de lit. conteſtatio. & ut hoc intelligas ſcias, quod de iure antiquo poſſeſſor rerum immobilium non tenebatur ſatiſdare de iudicio ſiſti poſtea fuit prouiſum per auth.offeratur. C. de lit. conteſtat. quod uocatus ad iudicium debet dare fideiuſſores de iudicio ſiſti,& glo.ibi intelligit illam auth ſecundum l.antiquā, ſcilicet ſi non poſſidet immobilia, & ſic lex noua loquens generaliter, non derogat conſtitutioni antiquæ loquēti ſpecialiter,& nota bene uerba Bar.in loco præall. ex quibus infertur, quod ſtatuta generaliter loquentia in caſu ſpeciali, nec etiam leges,vel canones loquentes in caſu ſpeciali etiā ſi apponatur generalis clauſula, non obſtante quacunque lege,vel ſtatuto in contrarium faciente, niſi edantur uerba quæ poſſunt eſſe contraria in toto, uel in parte. & aduerte, quia dom.Abb.hic ponit decem effectus huius clauſulæ, appellatione remota, ſed ego ipſos, & multos alios collegi in capit.paſtoralis,ſ.eo unde non repeto.

In glo. in verbo, ſi dicat.diuide iſtam gloſſam in quatuor partes.

In prima glo.tractat,an iura loquentia de miſſione nuntij,ſint correcta.

In ſecunda parte, an iudex delegatus ante præſentationem literarum,recipiat iuriſdictionem.

In tertia,an iuriſdictio delegata poſſit præueniri per ordinariam.

In quarta an cap.plerunque.& cap,ſin autem, ſupra de reſcriptis,ſint correcta.Secunda ibi,nec prodeſt literas, temo. denegare.Tertia ibi,præterea.Quarta eſt circa finem ibi,per hoc corrigitur.

In prima parte gloſſa glo.in effectu uult, quod iura lo-
24 quentia de † miſſione nuntij,ſint hodie correcta. & Doctor. in hoc multum inſtant,& maxime Innocent. ſed dominus Abbas concludit, quod miſſio nuncij operabatur tres effectus.

Primus eſt in ſuſpendendo iuriſdictionem iudicis, vt non inchoaret proceſſum contra eum,qui miſit nūcium ad principem,donec rediret nuncius informaturus iudicem, de intentione principis,& in hoc antiqua iura ſunt correcta per iſtum textum,& in hoc caſu procedit opinio glo.

Secundus effectus eſt,quia miſſio nuncii quandoque operabatur appellationem,ut in cap.meminimus,& in cap.dilectis,ſupra eodem & iſte effectus non eſt correctus, quia ſi in miſſione nuncij exprimitur cā rationabilis talis, miſſio nūcij habet uim appellationis,licet non ſit expreſſum verbum appello,quia plus eſt facto,quam uerbo appellare, ut in ca. dilecti,& in capitu.ad audientiam,ſupra eodem, vbi patet, quod nō eſt neceſſarium exprimere verbum appello, & hoc habet locum ſiue nuncius initatur ante litem cœptam,ſiue poſt,cum & extra iudicium poſſit interponi appellatio, ut in capit.bonæ,& in capit.cum ſit Romana, ſupra eodem, & hoc tenet hic Ioan de Imo.& Lappus, allegatio. trigeſimanona,in ſecunda columna,licet Innocen.Hoſtien & But.dicant,quod arreptio itineris non habet uim appellationis, ante lit.cœptam, licet arripiens iter in propria perſona habeat priuilegium,de quo in capit.primo, infra titulo proximo, & intellige ipſos non interueniente grauamine, ſecus vbi interueniſſet grauamen,uel ex veriſimili cauſa timuiſſet grauari,quia tunc arreptio itineris haberet uim appellationis expreſſa cauſa rationabili, ſecūdum hæc quæ dicta ſunt in dicto capitu meminimus,& in dicto capitu dilecti, & debet quoque talis arreptio intimari iudici,& aduerſario,quādo in abſentia iudicis,& aduerſarii coram honeſtis perſonis eſſet expreſſa cauſa miſſionis nuncij, vel arreptionis itineris,ſecundum Butr.& Ioann.de Imola.ſed dic, ut dixi in appellatione,ſupra eod.ſuggeſtum.

Tertius effectus colligitur ex capitulo unico, infra titulo primo,nam accedēs ad Papā ex probabili cauſa eſt ſub eius protectione,ut interim cauſa non moueatur in partibus cōtra eum, & iſte effectus etiam hodie remanet,nec eſt correctus in hoc.tamen intelligit Innocent. quando quis arripit iter in propria perſona, ſecus ſi mittat nuncium, quia licet nuncius ipſe ſit ſub protectione apoſtolica, ut interim ſilere debeat oīs proceſſus contra eum inchoandus in partibus, non tamen ipſe mittens,& hoc modo procedit tex. in dicto capitu. vnico, infra titulo proximo. ſed contra hoc facit l. ignorare. C. de reſtit. milit. vbi habetur, quod etiam contra abſentem cauſa reipubl.poteſt procedi ad miſſionem in poſſeſſionem, ſi non eſt qui defendat eam. ergo fortius poteſt procedi contra iſtum itinerando ad principem non dimittendo procuratorem vnde dominus Abb. dicit, quod poteſt procedi contra iſtum, qui peregrinatur ad Papā, ad miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto, ſed alius proceſſus præiudicariuus contra ipſum debet ſilere, & fortius ſi de facto ſpoliaretur,quia poſſet obtinere reſtitutionem cōdictione illius capituli j. & in hoc habet maius priuilegium intentando condictionem illius capituli, quam agendo interdicto unde vi, ſicut in ſimili dicitur in capitulo bonæ, ſupra eodem, & per gloſſ primam, in clementina ſecunda, vt lite penden. & iſte tertius effectus etiam hodie remanet, nec eſt correctus per iſtum textum: ſed ego non puto, quicquid dicat dominus Abb. quod contra itinerantem ad Papā ex cauſa probabili poſſit procedi ad miſſionem ex primo decreto per tex. in dicto capitulo vnico, vbi habetur, quod tales ſunt cum reb. ſuis ſub protectione apoſtolica,ita quod ſuper eis non poſſunt moleſtari,& caſſatur quicquid fuit attentatum poſt iter arreptum, & per hoc ego non credo, quod dicta l.ignorare. debeat ſeruari in foro canonico contra itinerantem ad Papam ex probabili cauſa, & de hoc latius dicam in dicto capit.unico,infra titulo j.

Aduerte tamen, quod vbi aliquis itinerat ex cauſa non probabili, non haberet priuilegium.

Ex quo infertur, quod poſſet procedi contra eum, quia poſſet citari ad domum, ſecundum ea quæ habentur in capitulo finali, de eo qui mitt. in poſſeſſionem, & per Barto. in lege quarta. §. prætor ait. ff. de damno infecto, & ſic

poſſet procedi contra eum ad ſententiam diffinitiuam,ſi ſta
tus cauſæ pateretur,de quo tamen plenius dicetur in dicto
capit vnico.infra tit.primo , & ca his ſum expeditus de pri-
ma parte.
25 In ſecunda parte glo.nota glo quod † delegatus non ha-
bet iuriſdictionem,nec in habitu,nec in actu ante præſenta-
tionem literarum.facit c.audita de reſtit.ſpol.
Ex quo infertur,quod non valeret proceſſus factus per de
legatum, uel executorē ante præſentationem literarum. ex
quo ignorat fundamentum ſuæ iuriſdictionis, ut per Bat.in
l.multum.ff.de condi & demonſtra. & hanc concluſionem
per multa iura firmant Dom.de Rota deci.456 quæ incipit,
circa tertium,in ultima columna . & de hoc plenius dixi in
ca ſuper eo,el ij §.ſ.ſ.eod.
26 In tertia parte glo nota ea glo.quod † iuriſdictio Papę po
teſt præueniri per inferiorem ordinarium : nam ſi reſcriptū
non facit mentionem de lite cępta coram ordinario, etiam
per ſolam citationem eſſet ſubreptitium,vt eſt glo hic,quia
vbi cęptum eſt iudicium,ibi finiri debet l.vbi cœptum. ff de
iudic.& in capit penultimo.de foro compet.facit capi. inter
monaſterium de re iudic. vbi habetur,quod ſecundæ literæ
non ſolum debent facere mentionem de prioribus literis,
ſed etiam de litis pendentia, & proceſſu agitato coram pri-
mis iudicibus. ſi ergo cauſa eſt cępta coram ordinario, non
valeret impetratio reſcripti a principe , vel a Papa etiam in-
ter clericos,ea quo iuriſdictio Papę poteſt præueniri hoc ta
men intellige,niſi in reſcripto fieret mentio de litis penden
tia,vt in dicto cap inter monaſterium,& hic in gloſ Papa e-
nim poteſt ad ſe aduocare cauſam pendentem coram ordi
nario,vel delegato,ut in cap.vt noſtrum,ſupra eodem,& φ
ibi dixi,& inquantum, quod iuriſdictio Papę poteſt præueni
ti per ordinarium.dic idem eſſe in beneficialibus,vt eſt teat.
in ca.ſi.de præben.in ſexto.ubi paret, quod ſi ordinarius con
tulit beneficium prius quam Papa.vel legatus,præualet col-
latio ipſius ordinarii. limita tamen iſtam glo.inquantum di
cit, quod valet reſcriptum etiam lite cœpta corā ordinario
facta mentione de ipſa litis pendenna, & idem dicit gloſ.in
cle ſecunda,in verbo,innouari,ut lite pendente: nam hoc ꝓ
27 cedit de iure canonico,quia de iure ciuili,non valet † reſcri
ptum principis lite pendente coram ordinario, niſi iudex re
quiſitus negauerit facere iuſtitiam,vt in Auth.vt differentes
iudices § ſi uero contigerit,& ita dicit Bal.in l.ij in fi.C. ut li.
pend.& ſic in hoc eſt differentia inter ius canonicum,& ciui
le.iſte tamen caſus reſeruatur ſoli Papæ , de iure canonico ,
quia nullus alius inferior etiam legatus de latere poſſet cau
ſam cęptam coram ordinario ad ſe aduocare , vel alteri cō-
mittere,ut dicit Specu.in titu.de legato.§ nunc oſtendendū,
verſi.præmiſſa.& verſ.legatus.de quo eſt tex.vndecima,quæ-
ſtione prima,peruenit,& hoc etiam tenet dom.Abb. in cap.
pomo,ſupra de offi lega.& dixi in cap.vt noſtrum,ſupra eo.
ſed quantum ad principalem quæſtionem glo.ſcilicet,an iu
riſdictio delegata poſſit præueniri per ordinarium.glo.in ef-
fectu concludit,quod ſic, cum qua concordat Innoc.& Ho-
ſtien.quantum ad ordinarium.ſed Goſt.hic potuit alium in-
tellectū dicens quod iſte tex.intelligitur,quando impetrans
citatus coram ordinario nondum præſentauit litteras ſuas
delegato,ſed ſi incontinenti poſt citationem ordinarii præ-
ſentat literas delegato , & deinde comparet coram ordina-
rio,& de illis excipit,auditur ſua exceptio, & ita intelligitur
iſte teat. ibi , priuſquam litteræ delegato fuerint aſſignatæ.
& cum hoc intellectu Goffr.reſidet hic Ioan.Andr. & Butr.
& dom.Abb.& idem tenet dom.Abb.in cap.1.de reſcript.in
28 ſexta colum.& Bal hic.circa finem.† debet ergo eſſe cautus
ille qui impetrauerit literas,quando citatur ab ordinario,vt
incontinenti antequam compareat coram ipſo ordinario,
præſentet literas delegato,& deinde compareat coram or-
dinatio,& excipiat de literis impetratis,quas iam præſentat
offerens ſe velle proſequi cauſam coram delegato: nam tūc
excluditur iuriſdictio ordinarii.ſed aduerte, quia ſubeſt pro
29 babile dubium,an iſte qui † impetrauerit delegatum habuit
facultatem præſentandi literas delegato,vſque ad lit conte.
coram ordinatio,ſquia exceptio declinatoria poteſt opponi
vſque ad li.conteſta.vt in cap inter monaſterium. de re iudi.
& per glo.in c primo,de lit conteſt.in ſexto,& Goff.Io.And.
Butr.& dom.Abb videntur velle, quod incontinenti poſt ci
tationem antequam compareat coram ordinario debeat ꝓ
ſentare literas delegato,& idem uidetur velle gl in præcedē
ti parte,dum dicit,quod iſte citatus præuenitur,ſicut ille qui
poſt citationem tranſtulerit ad alium locum domicilium ,
vt in ca.penul.de foro compet.& iſtam opi.puto veriſſimā,
quia † iuriſdictio præuenitur per citationem, ut in dicto c.
30 propoſuiſti,de foro compet.& ideo cum ordinarius habeat
iuriſdictionem, nec ſit ab ea remota, niſi poſt præſentatio-
nem literarum factam delegato,ut in cap.ſuper eo,el ſecū-
do,in fi.ſupra eodem,& in c.audita de reſtitu.ſpolia.nam
princeps delegando cauſam uidetur reſcribere conditiona-
liter, ſi impetrās velit uti literis,& eas præſentare delegato.
Ita dicit Inno in cap.cum contingat,ſupra de officio deleg.
& in cap.primo,de conceſſ.præben in ſexto. cum ergo iuriſ-
dictio non ſit abdicata ab ordinario , niſi poſt præſentatio-
nem literarum factam delegato , ſi citatus comparuit corā
eo ante præſentationem literarum,non poterit poſtea utili
teris , quia iuriſdictio delegata eſt iam præuenta per ordina-
riū,vlterius intellige,quod iſte qui impetrauit literas ab ordi
nario debet præſentare literas delegato antequam ſit contu
31 max in comparendo coram ordinario,nam ſi eſſet † contu
max non poſſet poſtea præſentare literas delegato ad exclu-
dendam iuriſdictionem ordinariam,quia contumax compa
rens poſt terminum in quo ſi fuiſſet præſens, & comparuiſ-
ſet,non poſſet opponere exceptiones declinatorias. ita etiā
non poterit opponere poſt contumaciam, quia ubi excludi
tur præſens,& comparens,eodem modo excluditur abſens
per contumaciam , ne ſit melioris conditionis contumax
quam obediens.ita dicit ſingulariter Inno.in cap.ad petitio-
nem.infra de accuſa.& glo.nota.in capitu primo , in uerbo,
abſentia.de elect.in ſexto,& de hoc eſt tex.ſecundum vnum
intellectum in l.ſi qui ex conſenſu. C.de epiſcop.audien. vbi
idem dicit Bal.ex quo nota,quod licet contumax non videa
tur velle unquam prorogare iuriſdictionem non ſui iudicis,
ut dicit ſingulariter Innoc in ca.ſecundo, de eo qui fur.ord.
rece & Bald.in dicta l.ſi qui ea conſenſu,& in l.geſta,in fi. C.
de re iud.tamen per contumaciam impeditur opponere ex-
ceptiones declinatorias,quod tene menti. & ratio differen-
32 tiæ eſt , quia † exceptio iudicis incompetentis ſemper poteſt
opponi etiam poſt latam ſententiam,vt in capit.at ſi clerici.
de iudi.& in clem prima.iuncta glo.fi.de ſequeſt.poſſ.& fruc.
quod tamen intelligas, niſi iudex pronunciaſſet ſe compe-
tentem,vt dicunt Doctor.in capit.ſuper literis . de reſcriptis,
& in cap primo de reſcriptis,in ſexto.& per Barto. in l.ij. ff. ſi
quis in ius voc non ierit.vbi dicit expreſſe,quod ſi iudex pro
nunciauit ſe competentem, non audiatur etiam ille qui fuit
contumax,dato quod omnino in illa cauſa non eſſet iudex
ſicut etiam ille qui non fuit contumax,non auditur poſt ta-
lem pronunciationem ſi non appellauit, ut dicunt Doctor.
in dicto cap.ſuper literis,& in capitu. primo. de reſcriptis,in
ſexto. ubi autem iudex habet iuriſdictionem mero iure , li-
cet poſſit declinari iuriſdictio, tenet proceſſus, ſi non oppo-
nitur exceptio declinatoria ante li.conteſta.unde talis iudex
appellatur competens,& dicitur habere iuriſdictionem cū
exercitio,licet poſſit elidi per exceptionem, ſiue exceptio cō
cernat perſonam,ut quia ſuſpectus,ſiue iuriſdictionem , ut
quia reſcriptum ſit ſubreptitium,ut dicit gloſ nota.in clem.
ſecunda,in uerbo,competente,ut lite pendente.& plus dicit
Innocen.in capit ad petitionem.de accuſa. quod ſi quis liti-
gat coram tali iudice per errorem facti , uel iuris,quod hoc
non obſtante proceſſus eſt ualidus , licet quando quis non
33 eſt ſuus iudex † error iuris, vel facti impediat prorogationē
iuriſdictionis,ut in l.ſi per errorem ff de iuriſdict. omnium
iudicum, quæ ſic eſt ſingulariter limitanda per illud dictum
Innocen.in dicto capit.ad petitionem,& idem dicit l.ſecun-
da,§ ſed ſi dubitetur.ff.de iudi.
Et ex his conclude,quod ſi ille qui impetrauit literas cita
tur coram ordinario,& comparet ante præſentationem li-
terarum,quod ſibi nihil prodeſt præſentare poſt literas de-
legato.idem ſi fuiſſet contumax in termino citationis, quia
etiam tunc non prodeſſet præſentare literas delegato , ne
contumax ſit melioris conditionis, quam obediens.& com-
parens,limita tamen iſtum textum,tribus modis.
Primus eſt , quando reſcriptum eſt impetratum de con-
ſenſu partium:nam tunc non licet alteri partium adire iudi
cem ordinarium, arg.capit cæterum. de reſcriptis per quem
text.iuncta glo.domi.Cardinal.refert ſe conſuluiſſe, quod ſi
34 dato † delegato de communi conſenſu partium altera pars
poſtea vadit ad ordinarium poterit per exceptionem repel-
li, & ibi ſequitur Ioann de Imo in fine. & idem ſequitur hic
Butr. dicens, idem eſſe ſi literæ eſſent impetratæ ſciente , &
præſente aduerſario, vel eius procuratore, quod dictum te-
nementi , & ſatis mihi placet, quia ex quo aduerſarius po-
tuit contradicere , & impedire ne daretur iudex ille qui fuit
nominatus per aduerſarium tacendo & patiendo videtur
conſentire iudex l.Cams.cum ibi no.ff.de pig act.ad idem φ
no Batt in l j.C.de rei at ubi dicit,quod ſi iudex aliquid facit
35 præſente parte,pars tacite † videtur conſentire ſi non cōtra
dicit,& ideo ex quo ſuperior dedit iudicem delegatū præſen
te,&

te,& tacente aduerſario,eius aduerſarius cenſetur conſentiſſe,& ſic cenſetur datus de communi conſenſu partiũ,quod tene menti.

Secunda limitatio eſt,quia iſte tex.debet intelligi,quando ille qui impetrauit delegatum, fuit negligens in præſentando literas, ſecus ſi fuiſſet impeditus ceſſante negligentia, facit regula,qui tacet,in ſexto.& hoc tenet hic Ioan.de Imola,in decima colum.& in c.j.in quinta colum. de reſcriptis. dicẽs iſtum intellectum communiter approbari a Doctoribus,& idem tenet Dom.Cardin.& eſt de mente glo.ibi, pro
36 quo facit,quia abſurdum eſſet impeditum priuare† iure ſuo abſque culpa 56.diſ.ſatis peruerſum,cum ſimil.ſed Vin.hic tenet contrarium,& dom.Abb dicens hoc dictum communiter a Doctoribus reprobari.pro quo facit,quia iſte tex loquitur indiſtincte,& iuriſdictio ordinaria eſt fauorabilis, & late interpretanda in clem.ij.in verſic. volumus.de offi. ordin.& pro hoc facit,quia non eſt magnum damnum perdere exceptionem declinatoriam.vnde dicit Innoc.in cap.coram.de reſtitut.in integrum,quod ſi minor,uel eccleſia omiſit opponere exceptiones declinatorias, non datur propter hoc reſtitutio,quia non dicitur eccleſia enormiter lædi, & forte poſſent ſic concordari opiniones,quod aut loquimur in ordinario,& tunc ſit uera opinio Vinc.quam ſequuntur hic communiter Doct.& etiam dom.Abb.aut loquimur in delegato, verbi gratia, quia ille qui impetrauit ſecundas literas conuenitur coram delegato impetrato per primas, vel pone, quod ſecundæ literæ non faciant mentionem de primis.& impetrans primas literas, conuenitur coram delegato impetrato per ſecundas, & hoc caſu, quia non perdit beneficium literarum,niſi per negligentiam,vt in c. plerunque,& c.ſi autem.de reſcriptis,procedit opi.Ioan.de Imo.& ſequacium,& iſtud tenet glo.in dicto cap.plerunque,in glo.ſi.in fi.dummodo præceſſerit proteſtatio,quod copiam iudicis habere non poterat.hoc tamen procedit tenendo,quod iſte tex.habeat locum in delegato,de quo dicam in ſequenti particula glo.

Tertia limitatio eſt,quando delegata eſſet inquiſitio in cauſa criminali,quia committitur in fauorem publicum, ut in ca.j.ſupra de offi.ord & in l.congruit.ff.de offi.præſi. & iſtam limitationem in diſcuſſu huius cap.ſenſit hic dom.Abb.per capit. ad petitionem,ꝧ. de accuſa.ſed ille tex. probat contrarium,quia ille proceſſus nõ fuit nullus ex defectu iuriſdictionis,ſed propter ordinem iudiciarium non ſeruatum, ut ibi dicitur,vel quia fuit factus pendẽte appellatione, & ideo Bu. ibi,& dom.Abb.intelligunt illum textum, quod impetrans fuit præuentus a legato,& ſic ab ordinario.

In quarta parte glo.vult ergo hic gloſ.quod c.plerunque, & ca.ſi autem,ſupra de reſcriptis,corrigatur per iſtud,& idẽ dixit glo.in cap capitulum,ſupra de reſcriptis, & in pluribus aliis locis,& hanc opin.hic tenet Innoc.& in c. cæterum. de reſcrip.& Ioan.de Imo hic,& ibi,& dom.Card in c.j.in 3. colum in fi ꝧ.de reſcri dicit tamen Ioan de Imo.quod iſtud debet intelligi cum duabus prædictis limitationibus,quas proxime poſui in ordinario,ſ. quando iudex eſt impetratus de communi conſenſu partium, vel impetrans fuit impeditus præſentare literas.ſed contra hanc opi.ſ.quod iſte tex.nõ habeat locum,quando quis citatur coram delegato,tenet Ho. Goſt.Ioan.And.& Bu.& dom. Abb. qui pro iſta parte allegant plures rationes.prima,quia tex.loquitur de iudice idoneo,ſed iudex impetratus per ſecundas literas ſubreptitias,
37 non poteſt dici idoneus,nam ille eſt † idoneus qui nulla exceptione poteſt repelli in c j.in verbo,idonei, ſupra de teſti. vbi dicit gl.quod ille teſtis dicitur idoneus, qui non poteſt aliqua exceptione repelli. ad idem ca j.iuncta glo in uerbo, maiores ꝧ.de conſang.& affin quæ dicit illos teſtes eſſe maiores omni exceptione, qui poſſunt repelli aliqua exceptione.allegat etiam dom. Abb.tex.in l ſi dari ſtipuler.ff.de verb.
38 oblig vbi dicitur,quod illud,quod repelli poteſt † exceptione habetur quaſi pro nullo.ſed dom. Abb.non fuit recordatus de gl in cle.ij.in verbo,competente,ꝫ.alleg.quæ dicit iudicem eſſe competentem,licet per exceptionem poſſit repelli & eodem modo ſentit,quod dicatur iudex idoneus,qui allegat iſtud c.quod loquitur de iudice idoneo.Nec obſtãt allegata per dom.Abb.quia licet pars non repellat teſtem,nihi
39 lominus † iudex habet inquirere quanta fides ſit habẽda teſtibus,vt in l.3.ver.tu magis ſcire poteſt ff. de teſti. & de hoc bo glo.in ca.quærendum,& in c.alieni,ij q 7.quæ dicit,quod iudex debet inquirere de conditione teſtis, dato quod pars non oppoſuerit,non ſic in iudice,quia ſi iudex poteſt repelli per exceptionem,ſi nõ opponitur exceptio,ualet proceſſus, & ſententia. Non obſtat l.ſi dari ſtipuler.ff.de uerbo obligat. quia licet quo ad effectum non videatur obligatus ille qui habet legitimam exceptionem,tamen actio competit actori,& agere poteſt, niſi opponatur exceptio, vt in l.ſi vnus §. pactus,ne peteret ff de pact.

40 Secunda ratio,quia conſtitutio generalis † non debet referri ad illa negotia quibus ſpecialiter eſt per alias leges prouiſum.vt in l. ſanctio legum. ff.de pœnis. ſed multa iura ſpecifice loquuntur ſuper validitate primi reſcripti contra ſecundum,vt in c.cæterum de reſcriptis,cũ multis ſi.pro hoc allegat dictum Bart. in uerbo, legibus,in extrauag.ad reprimendam,quod induxi ſuper præcedente gl. cum ergo iſtud c.non faciat mentionem de delegato impetrato per literas ſubreptitias, ſed loquatur generaliter de iudice idoneo, debet ita intelligi, quod non corrigantur iura ſpecifice diſponentia de ſecundo delegato obtento per ſubreptionem, & pro hoc facit,quod notat glo in cap.cupientes.in verbo,petere,& in verbo,priuatos.in §.quod ſi per 20. de elect. in ſexto,quæ dicit,quod per ſubauditiones, & tacitas repetitiones non eſt inducenda iurium correctio.

41 Tertio inducit,quod iura ita ſunt interpretãda, & reſtringẽda,ne quis priuetur iure ſuo ſine legitima cauſa, vt in l.vt gradatim ff.de muner.& hono. & in l.ſecunda.C.de noxa.& eſt theorica Barto in l omnes populi.ff. de iuſtitia & iure, & adde glo & Bar.& Bal & Pau.de Caſt in l.fin.§. in computatione.C.de iure delib.ſed ſi iſte tex.intelligeretur de ſecundo delegato, impetrato per literas ſubreptitias priuaretur primus impetrans ſine cauſa legitima iure ſuo, & ſecũdus impetrans de improbitate ſua,& ſubreptio conſequeretur cõmodum,quod non eſt dicendum.

Vltimo inducit iſtum text in ver. ſaluis, ſecundum quod inducit Hoſt.& iſte tex.faceret pro iſta opi.ſecundum primũ intellectum,ſcilicet,quod ille verſi.referatur ad illud, quod dicit tex.quod non audiatur excipiens,ſi dicit ſe miſiſſe nuncium ad curiam, vel literas impetraſſe, quæ nondum ſunt præſentatæ delegato,quia hoc fallit in maioribus cauſis deferendis ad ſe.apoſto.vult dicere,quando Papa delegat cauſam alteri,videtur aduocare primo cauſam ad ſe,deinde delegare,ut in ca paſtoralis §.præterea,ſupra de offi deleg. vnde cum iſta cauſa fuerit delegata ad ſe.apoſtol.ex quo Papa eam delegauit, nõ poteſt excipi coram inferiore.ſed iſte tex. cum reuerentia,nihil facit, quia ſi hoc eſſet verum etiã poſſet excipi coram ordinario de litteris impetratis, quod tamen eſt falſum,ut hic dicitur,nec cauſa dicitur eſſe in curia, licet ſit appellatum ad Papam, niſi ſint cauſæ beneficiales, de quibus in capit.primo,& in cap.ut circa,& in ca. cupientes.de elect in ſexto.& in clem.cauſam.de elect.vnde in aliis cauſis propter appellationem non dicitur cauſam eſſe deuolutam ad curiã,vt ibi tractetur, niſi appellatio ſit approbata a iudice,vel a parte,ut dictum eſt ſupra eod ſæpe,& eſt tex.cum glo infra eodem,Nicolao,& in cap. interpoſita §.j. iſta tamen opinio, quam firmat hic dom. Abb.mihi placet ex quo enim poteſt euitari correctio eſt euitanda.cum ergo reſtringendo iſtum textum,ut intelligatur loqui de ordinario tantum, euitatur correctio illius capi.plerunque,& cap. cæterum,& multorum aliorum,ergo iſte text eſt intelligendus in ordinario tantum. multi tamen Doct. ſequuntur opinio.glo.vnde iſte articulus eſt dubitabilis. Sed tenendo opi. glo.dubitatur,an diſpoſitio huius text. habeat locum,quando concurrunt reſcriptum generale, & ſpeciale.exemplum in capit.paſtoralis,§.primo,ſupra de reſcriptis, & gloſ.ibi, in verbo, eneruatur,intelligit,quod ita demum reſcriptum ſpe
45 ciale † derogat generali, ut ibi dicitur, niſi iudex impetratus per reſcriptum generale præuenerit in citando delegatum impetratum in reſcripto ſpeciali,& cum illa gloſ.tranſit ibi Ioann.And.ſed Butr.tenet contrarium, quia literæ generales ſunt ſublatæ per ſpeciales,quo ad caſum ſpecialem, vt in regula,generi per ſpeciem,libro ſexto,cum ſimilib. ſed dominus Abbas ibi,in ſecunda columna dicit,quod tenendo opinio.huius gloſ. illa gloſ. ſimiliter eſt tenenda,quia ſicut primæ literæ tolluntur per negligentiam primi impetrantis,& ſollicitudinem ſecundi,primo præſentantis, ita etiam literæ ſpecialiter impetratæ poſſunt tolli per ipſius impetrantis negligentiam, & per ſolicitudinem illius qui impetrauit literas generales,& eodem modo poteſt dici, quod ſicut ille qui impetrauit primas literas impetratis ſecundis ſubreptitiis perdit ipſas primas literas, & ſecundæ quæ erãt ſubreptitiæ efficiuntur ualidæ, quando primus impetrans dolo,vel negligentia ipſis non utitur infra annum, ut dicto capitu.plerunque.ita etiam ſi impetrans literas ſpeciales,nõ vtitur illis per annum dolo, vel negligentia perdat beneficium illarum literarum, & eis derogabunt literæ generales maxime ſi negligentia non poteſt imputari illi qui impetrauit literas generales.

In gloſ. in uerbo, fuerunt ibi, poteſt dici, quod in hoc locum habeat decretalis illa, plerunque, & c. ubi dicere gloſ. quod ſi ille qui impetrauerit literas primas, poſtquam iudices per eum impetrati cœperunt procedere, ſi impetrans negligit cauſam proſequi per annum conualeſcunt ſecundæ literæ, & poterunt iudices impetrati per ſecundas literas in cauſa procedere ſi iudices eſſent impediti procedere ex iuſta cauſa. ſed tu dic, quod etiam ſi primi iudices nolent procedere, dummodo non poſſit imputari culpa, vel dolus impetranti, non poterunt iudices impetrati per ſecundas literas in cauſa procedere, & hoc probatur in dicto capi. plerunque. vbi patet, quod requiritur, quod ipſe impetrans fuerit in dolo, uel negligentia, & ibi hoc tenet glo. ſi. & nota bene iſtam gl. quia extendit illud c. plerunque. etiam, quando datur negligentia poſt iudicium cœptum coram primis iudicibus. vnde tene mentem in hoc iſtam gl. Sed in quantum gl. dicit, quod ſi primi iudices ſint negligentes, etiam ante lapſum anni. quod poſſunt moneri per ordinarium, uel delegatum per ſecundas literas impetratum, gl. non bene dicit, quia non perdit beneficium literarum, niſi per lapſum anni, ut in d. c. plerunq; unde nec ordinarius, nec delegatus per ſecundas literas poteſt auferre illud beneficium, ut in regu. la, indultum libro vj Nec obſtat ca. ſignificauit. ſupra de offi. ordi. quia ibi eſt cauſa ſpecialis, nec ibi ordinarius præfigit terminum delegatis. ſed reducit excommunicatum in eandem excommunicationem. vnde ille tex non facit ad propoſitum. ſimiliter ca. prudentiam. in ſi. de offi. dele. loquitur in caſu diuerſo nam loquitur, quando exceptio excommunicationis opponitur contra agentem coram delegato, & excommunicatus petit ſe abſolui ab excommunicatore, & ipſe excommunicator malitioſe differt abſoluere, tunc delegatus
43 poteſt abſoluere excommunicatum, quia iſta † abſolutio tanquam acceſſoria comprehenditur in delegatione. ita loquitur tex in dicto ca. prudentiam. in ſi. de offi dele. Non obſtat cap. licet, & c. ex tenore. de foro compe. quia ſimiliter loquuntur in diuerſo caſu. nam loquuntur, quando iudex ſecularis eſt negligens, quo caſu deuoluitur iuriſdictio ad eccleſiaſticum, tanquam ad ſuperiorem, iuxta no. per glo 9. q. j. in ſumma, ſed ſi iudex delegatus eſt negligens, non deuoluitur iu-
44 riſdictio ad † ordinarium, qui eſt inferior ipſo delegato, ut in c. ſane de offi. deleg. facit optime c. paſtoralis. §. præterea. de offic. ord. ubi patet, quod ſi delegatus aliquem excommunicauit, vel miſit aduerſarium ſuum propter eius contumaciã in poſſeſſionem bonorum, & deinde mortuus fuit delegatus, uel alio modo fuit finitum eius officium nõ poteſt alius quam Papa eum abſoluere, uel reſtituere poſſeſ. amiſſam, & rationem aſſignat ibi tex. quia delegatus eſt maior ordinario, ſed delegatus impetratus per literas ſubreptitias non eſt maior delegato per primas literas. vnde non poteſt eum cõpellere. ut in cauſa procedat, quia par in parem non habet imperium, ut in c. innotuit. de elect. cum ſimilibus debet ergo expectare lapſum anni, iuxta d. c. plerunque.

45 In glo in uerbo, aſſignatæ, no iſtam gl. quod ex ſola † præſentatione reſcripti non inducitur prorogatio iuriſdictionis. niſi ſequatur citatio, & idem tenet Innoc. dicens, quod in caſu huius ca. non ſufficit ſolam præſentationem literarum fieri delegato, niſi ſequatur citatio, ſed Hoſt. hic tenet contrarium per illum tex. non cauillando, uel ſupplendo ipſum. idem videntur dicere Goff. Ioan. Andr. & no. Abb. dum cõſulunt, quod citatus per ordinarium præſentet literas incontinẽti delegato, & deinde compareat, & excipiat, quod impetrauit literas, quas præſentauit delegato, & quod eſt paratus proſequi iuſtitiam ſuam coram eo, nec requirunt aliquam citationem fieri. iſtam opi. ſcilicet, quod ſufficiat præſentatio, & quod non requiratur citatio, firmat etiam hic Io. de Imo. dicens, quod eſt de iure verior. dicit tamen, quod opin. glo. & Innoc. ſeruaretur in practica, ſed ego non puto, quia communiter Doctor. tenent contra iſtam gl oſ. vnde ſi eſſem iudex, uel conſultor, non ſequerer opinionem. huius gloſ.

In gloſ. in uerbo, cauſa. diuide iſtam gloſſam in quinque partes, prout de quinque quærit. Secunda ibi, ſed poteſt quæri. Tertia ibi, ſententiabit enim iudex. Quarta ibi, ſi uero videtur dubius. Quinta ibi, quicunque enim appellat.

In ſecunda parte glo quia prima eſt clara. dicit dom. Abb.
46 quod in cauſa appellationis concurrunt quatuor † perſonæ, ſcilicet appellatus, iudex a quo, & iudex ad quem, & quilibet iſtorum, ſecundum quod tangit eum habet iudicare, ſeu diſcernere, an appellatio ſua ſit probabilis, uel non. Appellans enim hoc habet probare, ut dixi ſupra eodem, per tuas, & probatur in clemen. appellanti, eodem tit. appellatus etiam diſcutiet, an debeat recipere appellationem, uel non, ſupra eodem, ſæpe, & in cap interpoſita. infra eodem iu-
47 dex † a quo habet cognoſcere ad effectum, ut ſciat, an debeat deferre, uel non appellationi: nam ſi non deferat legitimæ appellationi eſt puniendus. ut ſ. cod. de pnote, & in l. quoniam iudices. C. eodem, & ſi deferret appellationi manifeſte friuolæ, eodem modo debet puniri. ut ſecunda, quæſtio ne ſexta ſunt quorum. verſi ſed ſi quis. unde glo. in cap. cum appellationibus in uerbo, deferens. eodem titulo, in ſexto, dicit, quod iudex deferens appellationi friuolæ committit reatum, propter quem meretur excludi ab honore iudicandi:
48 † iudex uero ad quem habet iudicialiter diſcernere, & ſententiare, an appellatio ſit legitima, uel non, & ſi minus bene pronunciauit poterit ab eo ſecundo appellari, ut in capitu. ſua nobis, ſupra eodem, & de hoc uide Specu. eodem titu. §. nunc dicamus. verſi. ſi quis iudicabit. Sed quæro iuxta prædicta, quid ſi iudex a quo, declarat appellationem non eſſe legitimam, puta, quia dicit non deferimus tali appellationi, quia non eſt legitima, uel quia eſt ex cauſis friuolis interpoſita, nunquid impediat vires appellationis. tex. uidetur, quod non, in capit cum ſuper Abbatia, de officio delegati, & idem dicit Specul. eodem titulo. §. nunc dicamus. poſt me. uerſic. Vincentius dixit, & uerſic. item appellatione pendente, & ſi ſubdit, quod iudex a quo poſt appellationem proferret ſententiam diffinitiuam uenit reuocanda per iudicem appellationis. ita tenet Specul. eodem titulo, § nouiſſime, in ſecunda colum. verſic. illud autem certum eſt. circa finem, quia ad iudicem ad quem ſpectat cognoſcere, & diffinire, an cauſa appellationis ſit legitima, uel non, ut in capit. dilectus filius. l. Saracenus, in fine de teſtamentis, & ff. de adminiſtratio. tuto. in l. chyrographis § primo, & ibi per Barto dic tamen, quod quando iudex a quo, dicit ſe non deferre appellationi tanquam non legitimè interpoſitæ, uel tanquam friuolæ, quod appellans debet appellare a tali declaratione, alias noceret ſibi talis declaratio, ut ſenſit glo. in clem ſi ante. de dolo, & contumacia. in uerbo, manifeſte, & hoc etiam tenet Innoc. in capit. paſtoralis. in gl. ſua, quæ incipit, mirum, & ita etiam conſuluit Ioan. Cald. in quæſtione facti, & idem ſequitur domin. Cardin. in dicta clemen. in quarta quæſt. & dixi in ca. de priore, ſupra eod.

49 In tertia parte glo. nota glo. quod † iudex in dubio debet conferre cum iuris peritis, & ſic quando iudex a quo dubitat, an teneatur, uel non teneatur deferre appellationi, debet conferre cum peritis, & Specula. eodem titulo, §. nunc dicamus, uerſic primo dicit, quod ſi pars petat, quod iudex committat cõſilio Sapientis, an teneatur deferre appellationi, tenetur hoc facere, alias poteſt appellari, & hanc opinionem ſequitur hic Butr. & Ioan de Imola, ſupra eodem, ſæpe. Specul. tamen in dicto § nunc dicamus, refert opi. Vincen. dicentis contrarium. & hæc opi. placet dom. Abb. quia non reperitur iure cautum. quod iudex arctetur ad committendam cauſam conſilio Sapientis, immo potius iura innuunt contrarium, ut patet in l. qualem. ff. de arbitris, & in capit. ad noſtram, ſupra de conſuetu. facit quod notat. Innocen. in capit. cum ſpeciali, infra eodem. ubi dicit quemlibet iudicem poſ-
50 ſe † interpretari legem, uel canonem, quo ad cauſam decidẽdam, & allegat ſingulare dictum Ioan. Andr. in capit. primo. de conſtitut. vbi Ioan. Andr. dicit, quod iudex poteſt iudicare contra opin. communem, quando notorie eſt falſa, uel probabilibus rationibus poteſt cõuinci, quod iudex acutiſſimi ingenii exiſtimabit. ſed tu dic, quod aut quæritur, an iudex poſſit committere cauſam conſilio Sapientis. Secundo, an teneatur. & ad primum dic, quod ſi uult poteſt etiam inuitis partibus cauſam committere conſilio Sapientis, & ita tenet Ang. in l. prima. C. de relatio. per gloſſa nota in l. prima. C. de ſentent. ex pet. recip. Pro quo etiam facit gloſ. hic, dum dicit, quod iudex poteſt habere conſilium cum peritis, & iſtud etiam eſt de mente Barto in l. ſi poſtulauerat. ff. de adult. & hoc quo ad primum, ſ. an iudex poſſit committere cauſam conſilio Sapientis.

51 Quo ad ſecundum, ſcilicet, an † teneatur committere cauſam cõſilio Sapiẽtis ad petit. partium. in hoc ſunt opi. ſed vera eſt opi. d Abb. quod nõ, per tex. no. in l. ad principem. ff. eo. ti. ubi patet, quod iudex poteſt reuocare commiſſionẽ, quã fecerat de cõſulẽdo principe etiam inuita altera parte. vnde per illum text. dicit ibi Ange. quod iudex poteſt reuocare commiſſionem, quam fecit de cauſa cõmittenda cõſilio Sapiẽtis & iudicare nõ expectato cõſilio. pro quo facit optime, quod no. gl. no. in l. j. C. de relat. ubi Ang. idem tenet, & idem tenet Bald. in l ex illo. C. de relat. ratio eſt, quia etiam ſi conſilium
52 habuiſſet † non teneretur illud ſequi, ut in l. Titium, & Mæuium, & ibi per Barto. ff. de adminiſtratione tuto. facit cap. ſi. cum olim, ſupra de arbi. & cap. cum in ueteri, ſupra de elect.

& idem

& idem dicit Bart.in l.ſi cum venerit.ff.de re iudic. Intellige tamen prædicta de iure communi, ſecus ſi ex forma ſtatuti teneretur iudex committere cauſam cõſilio Sapientis: nam tunc cum commiſſio ſit neceſſaria ex forma ſta uti, iudex non ſolum teneretur committere cauſam conſilio Sapientis, ſed etiam deberet expectare conſilium. & ſi ferret ſententiam non expectato conſilio, ſententia eſſet nulla, vt dicit Bal.in dicta l ex illo ſed Bart.in dicta l.j. C.de relat. ſent. quod neceſſaria ſit appellatio, ſed in hoc conſideranda ſunt verba ſtatuti, & circa illud vltimum me non extendo, ſed remitto me ad Bar.& Legiſtas in dicta l ſi conuenerit.ff.de re iudic.& per Io.de Imo.in l.j § quæſitum. ff de appell.& Doc. in c ſi pro debilitate de offic.deleg

In quarta parte glo no glo quod vbi dubitatur, an appellatio ſit legitima, vel non, in dubio iudex debet deferre appellationi idem voluit Ioan.Andr.in cap.ſi a iudice.eod.tit. in vj.& idem tenuit Inno.in cap.dilectus filius.I.Sarac ſupra de reſcrip.& dom.Abb & Doct.hic. de quo dixi ſupra eo. de priore hinc eſt quod licet iudex a quo veniat puniendus, ſi non defert iuſtæ appellationi, vt dicto cap de priore non tamen venit puniendus, ſi defert appellationi vbi non erat deferendum, ſecundum Archid in cap.j.in verbo, delatum.eo. tit.in vj.& Ioan de Imo.hic. Ratio eſt, quod in dubio ſemper eſt appellationi deferẽdum per iudicem, & ideo ſemper excuſatur iudex, quando caſus eſt dubitabilis, licet debuerit non deferre. Vbi vero appellatio eſſet manifeſte friuola, tunc bene puniretur iudex a quo deferens tali appellationi, vt ſupra dixi in ſecunda parte glo.

In quinta parte glo. no.glo relatam ad text. quia videtur velle, quod appellans ante ſententiam ad quemcunque ſuperiorem etiam citra Papam, tenetur hodie appellare in ſcriptis, per cap.primum, eodem tit.in vj & ſic ſentit, quod illud capit.non ponit in hoc ſpecialitatem in Papa. & iſtud communiter tenetur, & ſupra dixi poſt notabilia ante expeditionem glo.

In glo.in verbo, rationabiliter. diuide ipſam in duas partes.ſecunda ibi,ſed qualiter.

In prima parte dic, vt in capit.interpoſita. infra allegato in glo.

In ſecunda parte glo.no. glo quod ille qui habet iudicem
33 ſuſpectum ex culpa ſua, non poteſt eum † recuſare. facit quod notat Bart.in l cum in talibus § j ff.de his quibus vt indign. vbi dicit, quod ſi teſtator contrahat inimicitiam cum legatario ex propria culpa, non per hoc reuocatur legatum. & pro hoc limitat ſingulariter.l.4 § fin. ff.de adimen.lega. vbi dicitur, quod cenſetur reuocatum legatum, quando legator cõtraxit graues inimicitias cum legatario: nam hoc eſt verum, niſi ipſe teſtator fuerit cauſa inimicitiæ, vt dic.l cum in talibus § j. facit l ſi inimicitiæ.eod.titu.ad idem quod not. Bal.in l.j. in fi. commenti. C.de his quæ pœ nomine. vbi dicit, quod ſi teſtator legauit eccleſiæ ſancti Petri centum pro ſepultura, & deinde moriatur in excommunicatione, & ſic non poſſit ſepeliri in cimiterio eccleſiæ, nihilominus conſequitur legatum, quia iſtud, quod non poſſit ſepeliri in cimiterio, procedit ex culpa ſua. ſed tamen dic, quod opinio gloſ. non eſt vera, quia ad hoc vt iudex poſſit recuſari tanquam ſuſpectus, non eſt inſpiciendum, an pars quæ recuſat iudicem habeat eum ſuſpectum ea culpa ſua: hoc enim nõ conſideratur, ſed ſolum an ſit ſuſpectus, & hoc tenet hic Bart.& dom.Abb.pro hoc facit quod notat Innoc in capit. cum I.& A. de re iudic.vbi dicit, quod eccleſiaſtici qui coniurauerunt cõtra epiſcopum ex iuſta cauſa propter culpam ipſius epiſcopi non admittuntur ad teſtimonium contra ipſum epiſcopum. & idem ſenſit Bart.in l.prima.§ ſi ſeruus. & §.cum quis ſit de quæſtionibus.& idem dicit domi.Abb.in c. repellantur. infra de accuſat. Et ad hoc poſſem multa allegare. ſed ista ſit concluſio, quod vbi conſtat de ſuſpitione iudicis, pars poteſt eum recuſare, licet fuerit cauſa ſuſpitionis, ſeu inimicitiæ, ſed ex hoc ſolo quod appellauerit, non poteſt eum recuſare, ex quo apparet non legitima. vt hic, & in cap. cum ſit Romana. ſupra eod. nam non eſt veriſimile, quod propter appellationem ab eo interpoſitam, iudex moueatur ad faciendam iniuſtitiam, ſed ſi poſſet probari iudicem fuiſſe commotum appellanti, tunc ſatis poſſet recuſari tanquam ſuſpectus, vt in c.ſeq & hoc no.

In glo in verbo, in expenſis. Io.And dicit, ſequens Docto.
34 antiquos, quod † calumnioſe appellans vltra condemnationem expenſarum, condemnatur in quinquaginta libris auri, vt in l.ab executore. C.quorum appel non recip.& hoc in cauſa ciuili, in cauſa vero criminali perdit litem, & notatur infamia, vt in l.a proconſulibus.C.eod.tit.& ſic ſentiunt Docto quod pœnæ legales habeant locum contra calumnioſe appellantes etiam de iure canonico. & iſtud fuit de mente gloſ.a.quæſt.in.vj.ad Romanam ſed glo iuris ciuilis tenet contrarium in l.1.ff.a quibus appel.non licet.vbi dicit, quod pœnæ legales non habent locum de æquitate canonica contra calumnioſe appellantes. & idem ſentit Cyn in l. eos. C. eod & Specu eod.titu.§ nunc dicamus, verſic.j. facit optime cap reprehenſibilis, & in cap.ij ſupra eod.in quibus patet, quod temere appellans condemnatur ſolum in expenſis & dom. Abb allegat in ſimili bon glo.& Innoc.in cap j. in glo.mag. de reb eccleſ non alien in vj. qui dicunt, quod iura ciuilia diſponentia ſuper alienatione rei eccleſiaſticæ non ſeruãtur de iure canonico, quia ius canonicum introduxit aliam formam non ita difficilem, ſicut ius ciuile, vt patet 12.quæſt. 2. ſine exceptione. vnde ſtandum eſt iuri canonico, & non ciuili, nec ſuppletur ius canonicum per ius ciuile, vnde dom. Abbas dicit ita dicendum in propoſito, de quo plenius per eum in cap ij ſupra eod.

Conclude ergo, quod de iure canonico calumnioſe, vel temere appellans condemnatur ſolum in expenſis. Sed tu dic, quod etiam condemnandus eſt in damnis, ſeu in intereſſe. pro quo eſt bo.tex.in cap.fina in fi de reſcrip. vbi dicit, quod eſt condemnandus in expenſis, & damnis, & in clem.j. de reſcrip.vbi dicit, quod eſt condemnandus in expenſis, & intereſſe, & dic. quod non ſolum debet condemnari in expenſis factis per appellatum in loco iudicij, ſed etiam in expenſis pro ueniendo, & redeundo, vt dicit glo in cap.in noſtra, infra de iniur.& glo.ij quæſt.j.in primis. & Innoc.in cap. finem litibus.ſupra de do.& contumac. vbi plene habetur de materia expenſarum. ſed Ioan.Andr poſt Per.limitat iſtum tex.inquantum dicit, quod appellans debet condemnari in expenſis, ſi ſuccumbit in cauſa appellationis. hoc eſt verum ſecundum eos, niſi opinio alicuius Doct.faceret pro ipſo appellante. & ita etiam videtur reſidere Specu. in tit.de expen. § nunc videndum. & ſequitur hic Bar.& Bal.in cap.veniens. el primo, ſupra de teſtib.vbi talis opinio contineret certum, & expreſſum errorẽ idem tenet hic Io.de Imo. niſi talis opinio eſſet communiter reprobata: nam in conſulendo, & iu
35 dicando nunquam eſt recedendum a communi † opinione Doc.vt eſt tex.ſingularis.19.diſt.in canonicis.& tenet glo. in l.omnis diffinitio. ff de reg iur.& Innoc.in cap.ne innitaris. ſupra de conſtit.& Hoſtien.& Ioan.Andr.in cap.j eod.tit. & Bart in l.2.C.de pœna iud. qui male iudic. dic tamen, quod poteſt iudicari contra communem opinionem, vt dicit Io. Andr.in prælleg.cap.j.ſupra de conſti.& per Doct.maxime dom.Abb.in cap finem litibus, de do & contumac.vbi habetur plene de materia condemnationis expẽſarum, & ibi do. Abb.concludit, quod ſi opinio ſingularis Doct.eſt probabilis, & iudex qui eum ſecutus eſt, eſt magnæ reputationis, quod tunc excuſat a condemnatione expenſarum. & hoc modo intellige Petr. & Ioan.Andr. & Specul.& Bald. in dicto cap. veniens.

In glo pen.hæc gloſ.bene dicit, & eam no. ſed quæro pro declaratione de aliquibus.

Et primo, quid ſi delegatur cauſa appellationis cum negocio principali. an ſi appellatio non eſt iuſtificata, poſſit
36 † delegatus procedere in cauſa principali. & videtur quod ſic, quia alias talis commiſſio nihil operaretur, ſed verba debent aliquid operari, vt in cap.ſi Papa, de priuileg in 6. cum ſimilibus. ergo debet intelligi commiſſum negocium principale etiam appellatione non iuſtificata: in contrarium fa-
37 cit, quia † reſcripta debent intelligi ſecundum ius commune, vt in cap. cauſam de reſcript. & ibi per Innoc. & Docto. Ergo illa verba, quod cognoſcat de articulo appellationis, & de negocio principali, debent intelligi conditionaliter ſ. ſi appellatio fuerit iuſtificata & iſtud vltimum ſentiunt Domi.de Rota.deci 11 quæ incipit, item fuit dubitatum, vtrum auditor. circa medium. vbi dicunt, quod ſi cauſa appellationis ab interlocutoria committitur in curia, vna cum negocio principali, non fit amplius remiſſio ad partes. cum cauſa ſit ſemel in curia, & ita dicunt ſeruari de ſtylo curiæ ſed dicunt de iure forraſſe eſſe cõtrarium per iſtum tex. & ſic ſentiunt, quod ſi committerentur extra curiam appellatio ab interlocutoria, vna cum negocio principali, non poſſet delegatus cognoſcere de negocio principali, niſi iuſtificata appellatione. & iſta opi.mihi placet, cum reſcripta ad lites ſint odioſa, & ſtricte interpretanda, qui derogant iuriſdictioni ordinariæ, vt in cap.P.& G.de offic.deleg.facit optime cap. ſuper eod.titu.& cap.2.de relig.dom.& cap.paſtoralis de priuil. Nec obſtat, quod illa verba, cum negocio principali, &c. nihil operentur, quia verba, reſcripti ad litem ſunt reducenda ad ius commune, vt dicto cap cauſam.de reſcrip. ne aliquid inducant contra ius commune, quia tunc non eſſet reſcriptum, ſed priuilegium, vt dicit glo not.in cap.j in verbo, noſcatur.de conſti.in vj. quæ etiam dicit, quod ad hoc vt in-

telligatur

58 telligatur † reſcriptum contra Ius commune, debet conſta-
re de certa ſcientia principis, ſed hic non conſtat de certa
ſcientia principis, ex quo verba poſſunt intelligi ſecundum
ius commune, hoc inquam potius eſt cõſiderandum, quàm
quod verba reſcripti aliquid operentur. facit l. 2. C. de ooxa.
& l fin §. in computatione. C. de iure deliber. Præterea illa
verba ſatis operantur, quia tollitur dubitatio, ſcilicet an ſi
committatur cauſa appellationis, ſimpliciter intelligitur
commiſſum negocium principale iuſtificata appellatione,
a quod eſt magis dubium, vt ſtatim dicetur. [a] vnde ſatis illa
verba operantur, quia tollunt illam dubitationem.

59 Secundo quæro, nunquid ſi Papa committit † delegato
cauſam appellationis ab interlocutoria, nunquid iuſtifica-
ta appellatione poſſit cognoſcere de cauſa principali. & gl.
ij. quæſt. vj. in fi. tenet quod ſic. idem tenet Innoc. & Hoſtië.
hic allegat cap. Rainnutius. infra de teſtam. ſed Vincen. tenet
contrarium, niſi aliud habeat formam reſcripti. Ioan. And.
autem dicit, quod ſunt attendenda verba reſcripti, & ali-
ter non declarat, ſed pro opin. Vinc. conſuluit Feder. de Sen.
conſilio ſuo 186. quæ incipit, cap. vt debitus pro iſta opi. facit
glo. 3. in clem. j. de cau poſſ. & propriet. & opi Vincen etiam
Dom. Dom. ſecutus fuit in cap. Romana. in princ. eodem tit.
in vj. Buit. autem diſtinguit, ex cuius diſtinctione facias tres
caſus.

Primus eſt, quando committitur cauſa appellationis cum
dictione taxatiua tantum, vel duntaxat, vel ſolum: puta ſi
60 in reſcripto dicitur, ſolum tibi committimus cauſam † ap-
pellationis, vel duntaxat, ſeu tãtum committimus tibi cau
ſam appellationis. & hoc caſu delegatus non poterit cogno
ſcere de cauſa principali, dato quod appellatio fuerit iuſtifi
cata, quia dictio taxatiua eſt excluſiua, vt in l. ob æs. C. de præ
diis minor.

Secundus caſus eſt, quando committitur cauſa appella-
tionis cum omnibus ſuis dependentibus, & ad ipſam facië-
tibus, & hoc caſu abſque dubio poteſt cognoſcere de cauſa
principali, quia cognitio cauſæ principalis dependet ab ar-
ticulo appellationis, vt hic. facit clem diſpendioſam. de iu-
dic. & hoc tenent Domi. de Ro. deciſ. 189. quæ incipit, item
quod iudex datus.

Tertius caſus eſt, quãdo Papa ſimpliciter committit cau-
ſam appellationis, & hic caſus eſt dubitabilis, tamen Buir.
ſequitur opin. Innoc. & Hoſtië. & glo. præalleg. iſtam opinio
nem etiam ſequitur dom. Abb. ſuper iſta glo. mouetur, quia
cauſa principalis venit acceſſorie ad cauſam appellationis,
arg. huius tex. ergo commiſſo principali, videtur etiam com
miſſum conſecutiuum, maxime ne partes habeant ire per
diuerſos iudices, & bene facit, ſecundum dnm. Abb. & But.
cap. prudentiam. in fi. de offic. deleg. & dicit Ioan. de Imo. ꝙ
hæc opinio ſeruaretur in practica propter auctoritatem gl.
& Innoc. & Hoſtien. & Doct. ſequentium iſtam opinionem.
Sed in puncto iuris iſta ſecunda opinio videtur ſibi verior,
quia delegationes ſunt ſtricte interpretandæ, vt ſupra dixi.
vnde cauſa appellationis ab interlocutoria bene poteſt ex-
pediri abſque cognitione cauſæ principalis certo reſpectu
poteſt cenſeri pars ipſius appellationis, ex quo per ipſam de
uoluitur negocium principale, ſi pronunciatur, bene appel
latum, vt hic in tex. ideo cum ſit de conſecutiuis, includitur
in ipſa conditione, ideo cum ſit de ipſa commiſſione cauſæ
appellationis, vt in dicto cap. prudentiam. de offic. deleg. &
ſic Ioan de Imo. tandem ſequitur opin glo. & Innoc. & Ho-
ſtien. quem etiam ſequitur Burr. & dom. Abb. & iſta pars eſt
verior. facit in ſimili, quia ſi alicui delegatur ſimpliciter cau
61 ſa appellationis, † cenſetur etiam commiſſa cauſa nullita-
tis, & poterit delegatus ſuper ea pronunciare, ex quo eſt de
pertinentibus ad cauſam appellationis, vt in l. quædam mu
lier. ff. famil. ercisc. & in l. ſi expreſſim. ff eod. titu. & hoc tenet
Hoſtien. Innoc. & Io. Andr. & Dom. Dom in cap. i eod. titu.
in 6. & Io. de Imo. in dicta l. ſi expreſſim. in ſi. Similiter dele
gatus ad cauſam appellationis, poteſt cognoſcere ſuper eius
deſertione, ex quo eſt de pertinentibus ad ipſam cauſam ap
pellationis. & ita tenent Do. de Ro. deciſ. 154. vnde conclu-
de, quod eodem modo delegatus ad cauſam appellationis
ab interlocutoria, poteſt cognoſcere de cauſa principali in-
ſtificata appellatione. & iſtam opin. etiam ſenſit glo. in c. ex
tenore in glo ſi. ſupra de fo. compet.

Tertio quæro de notabili quæſtione, quam ponit hic do-
62 mi. Abb. nunquid iudex † ad quem poſſit cognoſcere de cau
ſa principali omiſſo articulo appellationis. Et primus erit
caſus in Papa. Secundus in delegato Papæ. Tertius in lega-
to. Quartus in Archiepiſcopo.

In primo caſu, ſcilicet quando appellatur ad Papam, in
hoc videtur tex. expreſſus in cap. j. eo. tit. in vj vbi patet, quod
ſi omittatur articulus appellationis de voluntate partium,
poteſt Papa cognoſcere de cauſa principali. Sed dubitatur,
an requiratur conſenſus vtriuſque partis, an vero ſufficiat ſo
lus conſenſus appellan. & dom. Abb. hic allegat Compoſt.
in ca. j. de electio in vj. qui dicit, quod appellatus poteſt hoc
petere etiam inuito appellante, quia non habet ipſe appel-
lans de quo cõqueratur, quia per appellationem expectat,
vt iudex ad quem cognoſcat de cauſa principali: vnde poteſt
ei dici, quod quæris, intus habes, vt not. in c. ſuper quæſtio-
num. §. porro. de offic. deleg.

Nec poteſt allegare, quod appellatione non iuſtificata
cauſa ſit remittenda ad iudicem a quo, cum ipſe appellan-
do etiam iuriſdictionem declinet, vt in cap. ſi a iudice eo. tit.
in vj. vnde quo ad iudicem a quo reputatur contumax, vt in
cap. ij. eod. tit. in vj.

63 Contumax † autem nunquam poteſt allegare litis pen-
dentiam, vel quod iudex coram quo fuit contumax, præue-
nerit iuriſdictionem, vt dicit Bar. in l quamuis. ff. de dam. in-
fec. & in l. ſepulchri violati. ff. de ſepulc. vio. & idem dicit do
mi. Abb. in cap penult. ſupra de foro compet. Item ille qui ſe
procurat conueniri coram aliquo iudice, nunquam poteſt
opponere de litis pendentia coram alio, vt dicit notabiliter
Bal. in l. j. in princ vlt. colum. C. comm. de leg. per tex. in l 2. in
ſi. C. de aſſer. tollen. cum ergo appellans proſecutus erit, quod
cauſa ſit coram Iudice ad quem, non poteſt opponere de li-
tis pendẽtia coram iudice a quo, immo neque iudex poteſt
hoc opponere, nec ſupplere, etiam ſi ſibi conſtaret ex actis,
vt in cap. cum M. & ibi hoc notat Innoc. & domi. Abb. in ſi.
ſupra de conſtit. & idem dicit Bal. in l. nulli. in ſi C. de iudi ꝙ
go non poteſt appellans contradicere appellato volenti, ꝙ
cauſa principalis tractetur coram iudice ad quem omiſſo ar
ticulo appellationis, & hoc tenet etiam Innoc. & Io. Andr.
in cap j. eod. titu. in vj. ſed Dom. Dom. tenet ibi contrarium
per illum tex. quia ibi requiritur voluntas partium. ſed Do-
ctor. dicunt, quod debet ſuppleri, vel partis appellantis. ſed
potes ſaluare illum tex. & opin. Dom. Dom. quod aut appel
latus vult, quod omiſſo articulo appellationis cognoſcatur
de cauſa principali, non reuocato aliter grauamine, & tunc
requiritur conſenſus appellantis, & appellati, quia prius de-
64 bet reuocari † grauamen, antequam cognoſcatur de cauſa
principali, & hoc modo loquitur tex in dicto cap. j eod tit.
in vj. & ſic intellige Dom. Dom. Aut appellatus eſt conten-
tus, quod iudex ad quem reuocet grauamen omiſſa cogni-
tione articuli appellationis. & hoc caſu quia appellans non
habet, vnde conqueratur, poteſt hoc petere etiam appellã-
te ipſo contradicente, & hoc modo procedit opi Compo-
ſtel. quam ſequitur Innoc. & Ioan. And. in dicto cap j & do-
mi. Abb. hic, in antepenult. colum. & Ioan de Imo. hic ſimi-
liter in antepenult. Et ex hoc ſum expeditus de primo caſu.

Venio ad ſecundum, ſcilicet an diſpoſitio d. c. i. procedat
in delegato, videlicet nunquid ſi Papa committit delegato
cauſam appellationis, ipſe delegatus poſſit cognoſcere de
cauſa principali, omiſſo articulo appellationis. & Innoc. &
Ioan. Andr. tenent quod ſic, in dicto cap. j. eod. tit. in 6. quia
delegatus in cauſa ſibi delegata repræſentat vices Papæ. vt in
cap ſane. el ſecondo, ſupra de offic deleg. vnde poteſt eius iu
riſdictio prorogari, ut in cap. P. & G. de offic. deleg. & dic. ꝙ
hoc caſu ſufficeret conſenſus ſolius appellati diſtinguẽ-
do, prout dixi in præcedenti caſu, & hoc tene perpetuo mẽ
ti, quia ſæpe delegatur cauſa appellationis, & quandoque
partes ambæ, vel ſolus appellatus conſentiat, ꝙ omiſſo arti-
culo appellationis delegatus procedat in cauſa principali,
& multi dubitant, an delegatus poſſit hoc facere, quia tene
65 tur † ſeruare formam mandati, vt in cap. cum dilecta. ſupra
de reſcri. & c. Piſanis. de reſtit. ſpoliat. & habes, quod delega-
tus hoc poteſt, nec dicitur facere contra formam mandati,
quia commiſſio intelligitur facta ſecundum formam iuris,
vt in capit. cauſam. de reſcrip. ſed partes, vel appellatus po-
teſt conſentire, quod omiſſo articulo appellationis cogno
ſcatur de cauſa principali, ergo &c. Et ex his expeditus ſum
de ſecundo.

Venio ad tertium, ſcilicet nunquid ſi appellatur ad lega-
tum, poſſit ipſe omiſſo articulo appellationis cognoſcere
de cauſa principali, & glo. ſingularis in c. Romana. in princ.
in verbo, curiam. videtur ſentire quod ſic, quia legatus po-
teſt adiri per uiam querelæ ſicut Papa, vt in cap. j de offic le
ga. & ita tenet Archid. & Ioan Andr. in dicto cap. Romana.
& ſequitur hic dom. Abb. ſed dom. Cardin hic. & Domi Do
mi. tenet contrarium in dicto cap. j eod. ti. in vj dicens, quod
excepto Papa nullus abſens poterit cognoſcere de cauſa
præ-

ADDITIO.

a ¶ Idem tenet Felin. in cap. cauſam, in gloſ. ſua, interpretatio reſcripti v. ſt.
colum. verſic. & dicit Ro. de reſcriptis.

66 principali, omiſſo articulo appellationis, quia vbi † cauſa pẽdet, vel vbi cauſa eſt cępta, debet ſeruari, vt in l. vbi cęptum. ff. de iudic. & in cap. penult. de foro compet. notat Ioan. An. in cap. paſtoralis. in j. glo. ſupra de offic. ordin. Item legatus de latere non poteſt ſe intromittere, vel cognoſcere de cauſa pẽdente coram ordinario, quia eius iuriſdictio potuit prę uenire, vnde licet legatus potuiſſet primo adiri per viã querelæ, tamen ex quo cauſa eſt cępta coram alio, non poteſt ſe intromittere, niſi primo conſtet cauſam appellationis fore legitimã, vt hic in tex. & dicta l. vbi cęptum. vnde Do. Dom. vbi ſupra concludit, quod etiam de conſenſu partium legatus non poſſit cognoſcere de cauſa principali omiſſo articulo appellationis. ſed Ioan. de Imo. & do. Abb. hic ſequuntur opin. Archid. & Ioan. Andr. & ad l. vbi cęptum ff. de iudi. do. Abb. reſpondet, quod illud habet locum parte contradicente, ſed ſi ambæ partes volunt proſequi cauſam coram alio, non poſſunt per iudicem coram quo eſt cauſa cœpta compelli ad proſequendum, ex quo cauſa eſt priuata, argu. in clem. quamdiu eod. tit. & ſupra eod. de lata. ad fin. verſic. ſuperior. & in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. & in cap. ad noſtram, el ſecondo, & ibi per Innoc. ſupra de iureiur. ſolum enim debet intendere iudex, vt partes concordent, vt in l. j. §. & poſt operis. ff. de oper. noui nun. non poteſt ergo iudex excipere, quod cauſa prius fuerit cœpta coram eo, & hæc reſponſio ſoluit v. runque motiuum dom. Cardi. & Dom. Dom. Et no. bene iſta verba, ex quibus habes, quod legatus de latere non poſſit cauſam cęptam coram ordinario ad ſe aduocare, nec impedire ordinarium procedere, vt in cap. j. & ibi per dom. Abb. ſupra de officio lega. & idem teneo ſupra eodem. in capit. vt noſtrum. ij colum. tamen de conſenſu partium poteſt de cauſa cœpta coram ordinario cognoſcere, quod nota & hæc opin. videtur mihi verior, ex quo enim legatus poteſt adiri per viam querelæ, poteſt eodem modo cognoſcere de cauſa principali omiſſo articulo appellationis. Et ex his ſum expeditus de tertio.

Venio ad quartum, ſcilicet an Archiepiſcopus, vel alius
67 † Iudex, qui non poteſt adiri per viam querelæ poſſit cognoſcere de cauſa principali omiſſo articulo appellationis. & hoc tenet glo. in dicto cap. j. in verbo, omiſſo, eod. titu. in vj. ſed hoc recipit tres limitationes.

Prima eſt, quando pronunciaſſet iuriſdictionem ad ſe deuolutam per legitimam appellationem: nam tunc abſque dubio poterit cognoſcere de cauſa principali, quia talis ſentẽtia facit ius, & ſatis dicitur expeditus articulus appellationis per ipſam pronunciationem. & hoc tenuit Innoc. & Io. And. in d. cap. j de quo plenius per Fed. de Sen. conſilio 187. maxime circa fin.

Secunda limitatio eſt, quando Iudex detuliſſet appellationi: nam tunc indiſtincte iudex ad quem poteſt cognoſcere de cauſa principali omiſſo articulo appellationis, quia per delationem totalis iuriſdictio fuit deuoluta ad iudicem ad quem. & hoc tenet Innoc. & Io. And. & Do. Do. in d. c. j. & ſequitur hic Io. de Imo & do. Abb.

Tertia limitatio eſt, quando litigantes eſſent laici, quia
68 laici † poſſunt prorogare iuriſdictionem abſque conſenſu proprij iudicis, vt notat Bartol. in l. j. §. & poſt operis ff. de operis noui nunciat. & per Bar. & dom. Abb. in cap. ſignificaſti. de fo. compet. Et ex his ſum expeditus de iſto articulo, quem tene menti.

Quarto quæro, an iuſtificata appellatione ab interlocutoria, poſſit iudex ad quem remittere appellantem ad iudicem a quo, ipſo inuito. dicendum eſt, quod non, quia eſt ſibi ſuſpectus, ex quo eum ſemel grauauit, vt in cap. ad hęc ſi in vna. ſupra eod. & per glo. & Doct. in l. eos. in princ. C. eod. fallit in caſu cap. ſignificauerunt. ſupra de exceptio. de quo ibi dixi.

69 Vltimo quæro, nunquid iudex ad quem † teneantur verbaliter remittere ad iudicem a quo, poſtquam pronunciauit appellationem non eſſe legitimam. Et in hoc diſtingue, quia aut iudex a quo detulit appellationi, & tunc eſt neceſſaria verbalis remiſſio, nec ſufficeret, quod pronunciaſſet male appellatum, & bene iudicatum, vt in cap. cum appellationibus & ibi no. glo. in verbo, refutari. & in verbo, remittendas, eod. titu. in vj. Aut iudex a quo non detulit appellationi, & tunc non requiritur verbalis remiſſio, ſed ſatis eſt, quod pronunciet male appellatum, & bene iudicatum. imo idem dicendum eſt, etiam ſi iudex ad quem inhibuiſſet iudici a quo, ne in cauſa procederet, ſi poſtquam eſt pronunciatum male appellatum, & bene iudicatum inhibitoria extinguitur, & iudex a quo poterit incontinenti in cauſa procedere, ſecundum Ioan. Andr. hic. & hæc ſunt notanda ad intellectum cap. non ſolum. §. illa. eod. titu. in vj. & ita etiam ſequitur hic Io. de Imo.

70 In vlti. glo. nota iſtam gloſ. quod omnes † cauſæ quæ ſunt reſeruatę Papæ, dicũtur cauſę maiores. Quę autem ſint, dic. vt per glo. & Doct. in d. c. poſt translationem. ſ. de offic. lega. & per glo. in d. cap. quamuis. de elect. in vj. & hæc ſufficiant. Sequitur cap. cum ceſſante.

SVMMARIVM.

1 *Iudex à quo appellatum eſt, ſi grauamen reuocat, poteſt in cauſa principali procedere non obſtante appellatione.*
2 *Grauamen eſt immediata cauſa appellationis, & per eius reuocationem ceſſat eius effectus.*
3 *Cauſa impulſiua ceſſante, non ceſſat eius effectus.*
4 *Cauſa finalis, & impulſiua, quæ præſumatur.*
5 *Cauſa poſita in teſtamentis, in dubio præſumitur impulſiua.*
6 *Interlocutoriam ſuam non ſolum iudex ordinarius, ſed etiam delegatus reuocare poteſt, etiam ſi fuerit appellatum.*
7 *Appellatio poteſt fieri a comminatione iniuſte facta, licet de præſenti grauamen non intulerit.*
8 *Iudex reuocans errorem ſuum, potius laudandus, quam damnandus venit.*
9 *Grauamen reuocari debet de facto, non verbo tantum.*
10 *Interlocutaria reuocatio non requirit citationem partis.*
11 *Actus nullus a iudice fieri debet, niſi ſit ad petitionem partium.*
12 *Iudex debet citare, ne proceſſus ipſius cauſa retardetur ex friuolis exceptionibus.*
13 *Appellari an poſſit a comminatione iudicis.*
14 *Comminationis quatuor caſus vide.*
15 *Comminatio iudicis conſideratur, aut facta iudicialiter, aut extraiudicialiter.*
16 *Grauamen quando eſt irreparabile, habet appellationem.*
17 *Peremptorium continens breue peremptorium, habet appellationem.*
18 *Comminationes iudicis habent appellationem etiam poſt decem dies, cum non tranſeant in rem iudicatam.*
19 *Præcepta iudicis nunquam tranſeunt in rem iudicatam.*
20 *Iudex an reuocando interlocutoriam, poſſit condemnare in expenſis.*
21 *Emendare non dicitur, qui expenſas non refundit.*
22 *Sententia diffinitiua non poteſt reuocari per eum qui tulit eam, nec corrigere poteſt, ſeu mutare regulariter.*
23 *Sententia quando reuocari poteſt ab eo, qui tulit eam, & vide ſex caſus.*
24 *Officium iudicis nobile durat etiam poſt ſententiam.*
25 *Sententia reuocatur per viam reſtitutionis.*
26 *Iudex qui tulit ſententiam interlocutoriam, illam reuocare poteſt, vbi plures limitationes vide.*
27 *Interlocutaria ſententia, quando reuocari non poſſit.*
28 *Appellatio bis facta, tollit interlocutoriæ reuocationem.*
29 *Iudex qui detulit appellationi, an interlocutoriam reuocare poſſit.*
30 *Delegatus iudex re integra poſſit de conſenſu partium reuocare interlocutoriam, ſi detulit appellationi.*
31 *Actus finiens iuriſdictionem, impedit iudicem reuocare interlocutoriam ſuam.*
32 *Inhibitio facta per iudicem ad quem, impedit iudicem a quo reuocare interlocutoriam ſuam.*
33 *Inhibitio tendit, ne appellans grauetur, non autem vt grauamen non poſſit reuocari.*
34 *Poſtulatio non poteſt reuocari, poſtquam Papæ eſt præſentata.*
35 *Litis conteſtatio coram iudice ad quem, impedit interlocutoriæ reuocationem fieri a iudice a quo.*
36 *Interlocutoria mandata executioni non poteſt reuocari, vide tria exempla.*
37 *Procurator approbatus per interlocutoriam, an reuocari poſſit.*
38 *Interlocutoria de fideiuſſore dando, eo dato non poteſt reuocari.*
39 *Teſtes in interlocutoria publicati, reuocari non poſſunt.*
40 *Executio interlocutoriæ an reuocari poſſit.*
41 *Executio facta de interlocutoria nulla reuocari poteſt.*
42 *Interlocutoria quæ eſt parui præiudicij, facile reuocari poteſt.*
43 *Iudex non poteſt reuocare executionem factam per ipſam partem, niſi de eius conſenſu.*
44 *Sententia ſecundi decreti, an poſſit reuocari, cum habeat vim diffinitiuã.*
45 *Subrogatum debet ſapere naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*
46 *Interlocutoria lata ſuper verbi ambigui interpretatione, tam in ſententia, quam in contractu non reuocatur.*
47 *Interpretatio dubij non poteſt fieri niſi ſemel à parte.*
48 *Interlocutoria tertio reuocari non poteſt.*
49 *Interlocutoria tranſitas in contractum, non reuocatur.*
50 *Condemnatio expenſarum taxatarum, non reuocatur.*
51 *Interlocutoria vſque ad quantum tempus poſſit a iudice reuocari.*
52 *Cauſa cognitio an requiratur in reuocatione ſententiæ interlocutoriæ.*

53 *Interlocutoria eo modo quo lata fuit, eodem & reuocari poteſt.*
54 *Geſtum de facto, de facto quoque reuocari debet.*
55 *Iudex a quo non poteſt recuſari, ſi grauamen reuocat, nec ab eo appellari poteſt.*
56 *Iudex in reuocando grauamine debet uti verbis duplicibus pro ſaluando honore ſuo, & dicere ſe non credere grauaſſe, &c.*
57 *Corrigere licitum eſt, quod minus recte factum eſt.*

C A P. L X.

1 CVm ceſſante. Si iudex a quo eſt † appellatum a grauamine
illud reuocat, poteſt in cauſa principali procede
re nō obſtante appellatione. hoc dicit, diuiditur
in duas partes, quia in prima parte ponitur duplex huius
conſtitutionis ratio. in ſecunda ponitur ipſa conſtitutio. ſe-
cunda ibi, ſtatuimus.
Nota primo illum tex ad illud, ad quod quotidie allega-
2 tur, ſcilicet quod † grauamen eſt immediata cauſa appella-
tionis, & quod ceſſante grauamine, per eius reuocationem
ceſſat eius effectus. ſed limita iſtam regulam: nam procedit
quando ceſſat cauſa finalis, ſecus ſi eſſet cauſa impulſiua,
3 quia ceſſante cauſa † impulſiua, non ceſſat eius effectus, vt
in l j § ſextum. ff de poſtul & in cap ex parte de conuer. con-
iug. & in l. ſi mulier. & ibi per gloſ. C. de iu. dot de quo etiam
per glo & Doct in cap poſt translationem. ſupra de renuoc.
& per Bart & alios in l. ij. § ſi ff de donat.
Secundo limita, quia prædicta regula debet intelligi, quā
do cauſa finalis eſſet vnica: ſecus autem ſi cōcurrerent duæ
cauſæ finales, quarum quælibet per ſe ſufficeret ad effectū
inducendum, tunc licet vna cauſa ceſſaret, non tamen per
hoc ceſſaret eius effectus. ſufficit enim, quod altera cauſa
maneat, vt in §. affinitatis. Inſtit de nupt. & 10 l liberorum.
§. notatur. & ibi per Bar. ff. de his, qui no inſa. Secus autē eſſet,
quando quælibet cauſa de per ſe non ſufficeret ad illum ef-
fectum producendum, ſed ambæ ſimul coniunctæ require-
rentur, quia tunc ceſſante vna cauſa ceſſaret effectus, licet
altera cauſa remaneret. pro quo eſt bo. tex. in cap quoniam
frequenter in § porro. iuncto § ſi autem, ſupra vt li. non con
teſ. nam in § porro. proceditur contra abſentem li. non con
teſt ex duabus cauſis.
Prima in fauorem alterius coniugis expectantis, de cuius
fornicatione timetur.
Secunda in odium contumacis, & ſi ceſſat altera cauſa
tantum: puta contumacia, & alia remanet, ceſſat diſpoſitio,
vt dicto § ſi autem. & hoc dicit dom. Abb notandum, quia
multum limitatur ille §. affinitatis. & idem dicit dom. Abb.
in d §. ſi autem. in fi. quod tene menti.
4 Quæ autem † cauſa præſumatur impulſiua, & quæ finalis
dic, quod ſi cauſa inſeritur ab homine. puta in cōtractibus,
& tunc cauſa nunquam præſumitur finalis, ſed potius im-
pulſiua, vt dicit glo ſingularis in l. ij in fi. ff. de donatio. facit
quod habetur in l. cum T. C. de pact. inter empto. & vendit.
5 & idem poteſt dici in teſtamentis, quia cauſa † poſita in te-
ſtamentis in dubio præſumitur impulſiua, & non finalis, vt
in l cum tale § legato falſam ff. de condit & demonſtr. & in
l j C. de falſa cau. adiec. lega. & Inſtit. de lega § huic proxima.
ſed ſi cauſa apponatur in iure, vel ſtatuto, in narratione, vel
in proœmio, in dubio præſumitur finalis, & non impulſiua.
hoc tenet glo. ſingul. in dicto §. legato falſam. & ſequitur ibi
Bal. hoc tamen vltimum dictum limita, niſi conſtitutio lar
gius poſtea loqueretur in diſpoſitione, quam expreſſum fue
rit in narratione: quia præſumitur potius impulſiua, ex quo
ipſa conſtitutio poſtea largius diſponit, & hoc fuit ſingula-
re dictum Ioan. Andr. & Dom. Dom in cap penult. ſupra de
immun. eccl. & iſtud adde ad ea quæ dixi in c. ſecundo requi
ris, in princ. ſupra eod.
Secundo no. ibi, ſiue delegatus, quod non ſolum ordina-
6 rius, ſed etiam delegatus poteſt reuocare ſuam † interlocu-
toriam, vnde iſte tex. eſt notabilis, quia ampliat l quod iuſ-
ſit. ff de re iud illa enim l. loquitur in ordinario, ſed hæc con-
ſtitutio diſponit, vt procedat etiam in delegato.
Tertio nota aliam extenſionem ad d. l quod iuſſit. quia iu
dex poteſt ſuam interlocutoriam reuocare, etiam ſi ab eo
fuerit appellatum, & in hoc concordat cap. ſi a iudice, eod.
tit. in vj.
Quarto nota aliud dictum notabile, quod alibi non ita
bene probatur, ſecundum do. Abb. quod non ſolum a gra-
7 uamine illato poteſt in iudicio appellari, ſed † etiam a com
minatione facta iniuſte per iudicem, licet de præſenti non
intulerit grauamen, ſed timeatur inferri ex præcedenti com
minatione.
Et ex hoc infert domi. Abb. quod a verbali grauamine de
præſenti, & a reali de futuro poteſt appellari in iudicio: ſe-
cus vbi grauamen re, & ſpe eſſet de futuro, quia tunc non
poſſet appellari in iudicio, ſed extra iudicium ſic, iuxta no.
in clem. ſicut. eod. tit. in vj. & ſupra eo bonæ. & infra eo. dile-
cto. & de hoc infra latius dicetur cum glo.
Quinto no. ibi, ſano vſus conſilio, quod non debet nota
8 ri de inconſtantia. quia † reuocat errorem ſuum. Immo po
tius eſt commendandus de ſapientia. vnde dicitur, quod ſa-
pientis eſt mutare propoſitum in melius, & alibi dicit tex.
magnæ ſapientiæ eſt hominem reuocare, quod male locu-
tus eſt 22. quæſt. 4. magnæ. & infra de accuſ. qualiter & quan
do, el primo.
Sexto nota ibi, comminationis effectus deſtiterit, quali-
ter grauamen debet reuocari per iudicem: nam ſi proceſſus
eſt factus, debet ipſum factum reuocare, & ſi proceſſum eſt
ad actum verbi, debet reuocari per contrariam interlocuto
riam, ſecundum Innoc. qui dicit, quod non ſufficeret, ſi iu-
9 dex diceret ſe paratum reuocare † grauamen, ſed requiritur,
quod de facto ipſum reuocet, quod eſt notādum, ſecundum
Hoſtien pro quo eſt bo. tex. in cap ſi a iudice. & ibi glo. in ver
bo, cum effectu, eod. tit. in vj. quæ etiam dicit, quod ſi graua-
men eſt reale, requiritur reuocatio realis, & ſi eſt verbale, re
quiritur reuocatio verbalis.
Septimo nota tex. ſingularem in verbo, libere. iuncto ca.
licet epiſcopus de præben in vj. & iuncta glo. in cle. dudum.
de ſepul. in verbo, libere. quæ dicit, quod ille dicitur poſſe
libere actum gerere. quando alium non tenetur requirere,
10 quod quando iudex reuocat † interlocutoriam ſuam a qua
eſt appellatum, nō tenetur citare partes: nam poterit etiam
contradicentibus partibus ſuam interlocutoriam reuoca-
re. hoc probat tex. hic in verbo, libere. & hoc tenet Bal. in
l. j. C. ſent. reſcin. non poſ & domi. Abb. hic. & hoc no. quia
11 regulariter iudex nullum † actum debet facere niſi ad peti-
tionem partis, vt in l. ad peremptorium. ff. de iud. not. Inno.
in cap. ad noſtram el ſecundo, ſupra de iureiur. nam hoc fal
lit, quando iudex vult reuocare errorem ſuum, & ſic interlo
cutoriam ſuam.
12 Vltimo nota, quod iudex debet † citare, ne proceſſus ip-
ſius cauſæ retardetur ex friuolis exceptionibus. l. non igno-
rat. C. de fruct. & lit. expen.
Hic eſt vnica glo. quam diuido in quinque partes. In pri-
ma, & ſecunda opponit & ſoluit. in tertia, & quarta quæ-
rit. in quinta, & vltima colligit arg ſecunda ibi, qualiter. ter
tia ibi, ſed nunquid iudex. quarta ibi, aduertat tamen. quin
ta ibi, item eſt hic argumentum.
13 In prima parte glo. hæc glo in effectu tenet, quod a † com
minatione iudicis non poſſit appellari. ſed loquitur contra
tex qui præſupponit appellationem interpoſitam a commi
natione iudicis, vnde Inno. ponit duas opin.
Prima eſt, vt tex. intelligatur in comminatione executiua
grauaminis iam illati exemplum, iudex præcepit, quod reus
aliquid daret, vel faceret actor, & præcepit ſub pœna excom
municationis, quod illud det, vel faciat infra certum termi-
num: nam poteſt appellari propter grauamen iam inflictū,
& propter comminationem excommunicationis, ſecus au
tem vbi iudex ſimpliciter comminaretur ſe partem læſurū,
quia talis metus eſt vanus, cum non inſtet de præſenti. l. me-
tum ff quod met. cau.
Secunda opinio eſt contraria primæ, ſcilicet quod etiam
a ſimplici comminatione poſſit appellari, ſi iudex com-
minatur in his, quæ ſpectant ad iuriſdictionem ſuam. &
dicit, quod contrarium intelligitur in his potentibus, qui
nullam iuriſdictionem obtinent. Hoſt. vero tenet primam
opin Innoc. latius tamen diſtinguit, dicens, quod ſi iudex
lædit partem, vel metum illi infert extra iudicium, & tunc
non poteſt ab eo appellari, ſed locus eſt recuſationi, quia
iſta ſolent cauſare inimicitiam. 3 quæſt. 5. quia ſuſpectus. &
dom. Abb. ad hoc allegat glo. in cap. cum ſuper Abbatia. de
offic. deleg & glo. 63. diſt. cum ordinarius. in glo 3. quę dicit,
quod ex eo, quod quis non vult alium ſalutare, præſumitur
inimicus. ſed dom. Abb. in cap repellantur. infra de accuſat.
illam glo. intelligit, quando conſueuerat eum ſalutare. vn-
de dicit dom. Abb. quod ſi ille qui non vult ſalutari, poteſt
recuſari tanquam ſuſpectus, multo fortius ſi fuit commina-
tus ſe partē læſurum iniuſte poteſt ab eo appellari. Nec ob-
ſtat l. in peremptorio. ff. de iudic. alleg. in glo. quia loquitur,
quando iudex citat peremptorie, & comminatur ſe proceſ
ſurum in cauſa citato non comparente: nam talis commi-
natio fit iuridice, nec eſt iniuſta. & ex his dicit dom. Abb. q
quia ex comminatione grauamen eſt de præſenti, reſpectu
ſpei, poteſt ab eo appellari. quia non poteſt dici, quod hoc
grauamē omnino ſit de futuro, & dicit, quod ita tenet Pau.
in

in clem. ſicut, eod. tit. & vt clarius habeas iſtum articulum,
14 conſidera † quatuor caſus.

Primus eſt, quando iudicis comminatio eſt executiua grauaminis iam illati, vt in exemplo poſito per Inno. & in hoc caſu ſecundum omnes poteſt appellari.

Secundus caſus eſt, quando comminatio habet in ſe grauamen annexum: puta ſi iudex comminetur parti, niſi tale quid fecerit, excommunicabit eam, vel imponet ei pœnam decem librarum, & ſimiliter a tali comminatione poteſt appellari, ſecundum Innoc. & communiter Docto. & hoc etiam ſequitur hic Io. de Imo. facit quod not. in c. præterea requiſiſti ſupra eod.

Tertius caſus eſt, quando iudex ſimpliciter comminatur parti, quod ipſam lædet, vel ꝙ contra eam proferet ſententiam, & hoc etiam caſu voluit Innoc. quod poſſit appellari quando comminatur in his, quæ pertinent ad ſuam iuriſdictionem. ſed Ioan. And. poſt Hoſtien. diſtinguit, quod aut iu-
15 dex † comminatur extra iudicium, & tunc non poteſt ab eo appellari, licet poſſit recuſari tanquam ſuſpectus, vt in cap. cum ſuper iuncta glo. ſupra de offic. deleg. aut comminatur in iudicio, & poteſt appellari, & in hoc reſidet hic do. Abb. ſed Ioan de Imo. dicit, quod hoc intelligit, niſi iudex ſit cõſuetus mandare executioni ſuas comminationes, quia poſſerit appellari ab eo, ſi vult extraiudicialiter procedere, allegat no. per Bart. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. ff. de oper. noui nuncia. ſecus dicit, ſi vellet iudicialiter procedere: quia tunc non poterit appellari, niſi ſecuto grauamine, vt infra eod. dilecto.

Sed aduerte, quia non eſt dubium, quod poſſit appellari extraiudicialiter a futuro grauamine comminato, vt dictũ eſt ſupra eod. bonæ. ſimiliter etiam poteſt appellari a futuro grauamine a iudice procedente extraiudicialiter, vt ſupra eod. dilecto. & cap. dilectus filius. & de hoc plene dictum eſt in dicto cap. bonæ. aut iudex comminatur in iudicio, vt puta quia dicit ſe laturum ſententiam contra partem. & hoc caſu licet Innoc. teneat, quod poſſit appellari, tamen Hoſt. Ioan. Andr. & Ioan de Imo dicunt, quod non poteſt appellari niſi ſecuto grauamine. ſed dom. Abb. tenet, quod poſſit appellari, per iſtum tex. cum ſaltem dicatur grauamen illatum de præſenti reſpectu ſpei, & dicit, quod ita tenet Paul. in clemen. ſicut, eodem titu. Et iſta opinio mihi videtur verior. Et iſte eſt vnus caſus, in quo poteſt appellari a futuro grauamine, ſcilicet quando eſt comminatum, quia comminatio quæ fit de præſenti, eſt ſatis iuſta cauſa grauaminis.
16 Secundus caſus in quo poteſt appellari eſt, quando † gra-
a uamen [a] eſt irreparabile per appellationem ſubſequentem: puta ſi appelletur a tortura futura, vel a captura quæ timetur fieri, ſeu ab aliquo grauamine irreparabili. facit l. ſi quis prouocatione. C. eodem. & quod notat Bart. in l. ſecunda. ff. de appell. recip.

Tertius caſus eſt, quando futurum grauamen habet originem a grauamine de præſenti iam illato, dummodo tale quid exprimatur, ex quo inſurgat grauamen de præſenti, vt in cap. 1. ſupra de dilat. vbi hoc tenet Ioan. Andr. & do. Abb. puta ſi dicatur ſciens me grauatum ex tali cauſa, ſeu ex tali actu, ideo appello ab omni grauamine, quod mihi inferri poteſt in hac cauſa. Et de iſto vltimo prædixi in cap. conſuluit. el ſecondo, ſupra eod. Et ex hoc ſum expeditus de tertio caſu.

Quartus caſus eſt, quando iudex iuſte comminatur: puta quia in peremptorio comminatur de procedendo ad vlteriora, ſi pars non comparuit eius contumacia non obſtante, vt in l. peremptorio. ff. de iud. & hoc caſu ſentit glo. quod non poſſit appellari, & hoc tenet apertius Innoc. & Docto. ſed hoc intellige, quod non poſſit appellari ab ipſa comminatione de procedendo abſente amplius non citato, ſed bene poteſt appellari ab ipſo peremptorio: puta ſi appellatus
17 dicat, quod † peremptorium contineat peremptorium vnũ breuem, vt in cap. 1. ſupra de dilat. plus dicit hic Butr. quod quando grauamen habet cauſam ſucceſſiuam: puta quia quis petit reuocari ſententiam excommunicationis: tunc enim quamdiu non reuocatur ipſa excommunicatio etiam poſt decem dies poſt ipſam petitionem poterit appellari. & ita tranſit hic Ioan. de Imo. ſed circa hoc vide quæ dixi in c. ex parte ſupra eod. & refert hic Ioan. de Imo. aliud ſingula-
b re [b] dictum Pau. in clem. cauſam. de elect. in verbo, ab inter-
18 poſitione vbi dicit, quod ab iſtis † comminationibus, ex quo non habent vim ſententiæ, & non tranſeunt in rem iudicatam, poteſt appellari etiam poſt decem dies, quod dictum eſt ſingulariter menti tenendum, ſecundum Ioan. de Imo. hic. facit quod not. in cap. ad aures. de tempor. ordi. & per Spec. in tit. de appellationibus. §. in quibus verſic. 34. per Innoc. & Doct. in cap. 1. de teſtit. in integ. vbi dicitur, quod a
19 † præceptis quæ fiunt a iudice abſque cauſæ cognitione, poteſt appellari quandocunque etiam poſt decem dies, quia non tranſeunt in rem iudicatam. & idem dicit Bal. in l. ex ſtipulatione. C. de ſenten. & interloc. omn. iudi. vbi dicit, quod ſententia interlocutoria lata abſque cauſæ cognitione, nunquam tranſit in rem iudicatam, etiam quo ad partes, & hoc tene menti. In contrarium tamen facit cap. concertationi. eod. tit. in vj. vbi patet, quod actus extraiudicialis non poteſt retractari per viam appellationis, niſi appelletur infra decem dies, licet poſſit retractari quandocunque per viam querelæ. vnde idem videtur eſſe dicẽdum in iſtis præceptis, vel comminationibus, quæ fiunt ſine cauſæ cognitione, ꝙ poſt decem dies non poſſit appellari, ſed poſſit peti reuocatio quandocunque ipſius grauaminis, vel præcepti, & ſi iudex non vult reuocare, quod tunc poſſit ab eo appellari, ex eo quod non vult reuocari comminationem, vel præceptũ. & hoc modo procederet opinio Doc. quod tene menti, quia multum declarat iſtum text. inquantum permittit, quod a comminationibus futuri grauaminis poſſit appellari: nam iſte tex. debet intelligi ſecundum prædicta. ſcilicet quod debet appellari infra decem dies, & ſi non appellatur infra decem dies, comminatio non tranſit in rem iudicatam, ſed poteſt peti eius reuocatio, & ſi iudex non vult reuocare, tunc poteſt ab eo interponi appellatio, quod tene menti.

In ſecunda parte glo. hæc glo. in effectu duo dicit.

Primo, quod iudex poteſt reuocare ſententiam interlocutoriam, ſicut appellans poteſt renunciare appellationi, vt in c. ſi quis libellos. ij. q. vj.

Secundo dicit, quod ſi appellatus feciſſet ſumptus, nõ poſſet iudex a quo reuocare grauamen, non refectis expenſis, per l. ſi pecuniam. in princ. ff. de condic. ob cau. & in c. interpoſita §. ille denique, infra eod.

Quo ad primum ratio glo. communiter reprobatur, quia non reſpondit ad contrarium, quia multiplicare inconueniens non eſt ſoluere. Sed tu dic, quod etiam ratio glo. non eſt vera in ſe: non enim eſt bona conſequentia, appellans poteſt renunciare appellationi, ergo iudex qui tulit ſententiam interlocutoriam, poteſt eam reuocare, nam appellãs a diffinitiua, poteſt renunciare appellationi, vt dicto cap. ſi quis libellos. & C. de appell. l. ſi quis libellos. & tamen iudex qui tulit ſententiam, non poteſt eam reuocare, cum ſit functus officio ſuo, vt l. iudex poſtquam ff. de re iudic. & cap. ex literis. de offic. deleg. & ideo dom. Abb. reſpondet ad contrarium dupliciter.

Prima reſponſio, quod iudex hoc facit beneficio huius conſtitutionis, quæ hoc prouidit ex duabus cauſis.

Prima ponitur in principio, quia ceſſante cauſa grauaminis, ceſſat effectus appellationis.

Secunda ratio ponitur in fi. ſ. ne proceſſus retardetur ex friuolis occaſionibus.

Secundo reſpondet dom. Abb. quod ideo iudex poteſt reuocare ſententiam interlocutoriam, quia non tractatur de aliquo præiudicio appellantis, cum conſequatur intentio-
c nem ſuam ex reuocatione [c] grauaminis.

Circa ſecundum dictum glo. ſcilicet quod non ſufficit re-
20 uocare grauamen, niſi etiam † appellatus condemnetur in expenſis, ſi appellans fecerit expenſas propter appellationẽ. iſtam opinionem etiam ſequitur hic Innoc. ſed Ioan. Andr. ſuper iſta glo. in verbo, interpoſita. poſt Hoſtien. videtur tenere contrarium, quia talis reuocatio non fit in iniuriã, nec in præiudicium appellantis, ſed potius in eius fauorem, & in faciliorem expeditionem, vt hic, in tex. ergo non debent refici expenſæ. ita etiam hic reſidet But. & Lap. & Dom. Do. in cap. ſi a iudice. eod. tit. in vj. idem tenet dom. Cardin. in clement.

ADDITIONES.

a ¶Grauamen eſt irreparabile. exemplum pone in clem. j. in verbo, ipſo iure. de hæret.

b ¶Singulare. Idem tenet Feli. in c. ſi quando. §. dictum. per iſtum tex. circa fi. de reſcrip. verſ. dum Abbas.

¶Item mandatum Papæ factum ſine cauſæ cognitione, in quo requiritur cognitio, non valet. dom. Abb. in cap. cum ex literis. ſuper glo. ij. de in integ. reſtit.

¶Item præceptum interlocutorium obtẽtum per falſas allegationes, vel cauſas, non tranſit in rem iudicatam, ſed ipſo iure nullum eſt. Ro. in tit. de re iudic. in antiquis. incipit, licet ſententia, fo. 57. quarta colum.

¶Idem tenet Innoc. in cap. cum venissent. tertia colum. ſuper verbo, inhiberi. de in integ. reſtit. qui dicit, quod mandata quæ non fiunt cum cauſæ cognitione, ſed ex abrupto, vel vltra fines mandati, non habẽt vim ſententiæ, nec tranſeunt in rem iudicatam, etiam ſi non appelletur, quod dictum dom. Abb. ibid. 6. col. refert & ſequitur.

¶Item tale præceptum eſt funditus nullum. Ange. in §. curare. in fine. Inſtit. de act.

c ¶An in reuocatione interlocutoriæ debeat fieri condemnatio expenſarum. Phil. hic, verſic. duodecimo, tenet quod ſic.

ment. lj.§.j.in qnarta quæſt.eodem tit.ſed mihi magis placet
opin.glo.& Innoc per l.ſi pecuniam ff de condict.ob cauſ.al-
lega.in glo.vbi patet, quod pars non poteſt agere pœniten-
tiam de contractu, ſi altera fecerit præparamenta. & hanc
opinionem ſequitur hic Ioann.de Imo.in penult.colum. in
princ.adducit in ſimili in cap.interpoſua. § ille denique. iu-
fra eod vbi patet, quod licet appellans poſſit renunciare ap-
pellationi, quia tendit in commodum appellaui, debet ta-
men primo reficere expenſas factas. idem dicit hic Bal.in 5.
col.vbi dicit, quod iudex non dicitur reuocare perfectegra-
uamen illatum appellanti, niſi ei faciat reſtitui expenſas fa-
21 ctas in cauſa appellationis, quia non dicitur † emendare,
qui expenſas non refundit, allegat no.in l edicta C. de eden.
& hæc opinio etiam eſt de mente Dom.de Ro.deci.ſua 363.
a circa princ.

In tertia parte glo no.bene iſtam glo quia quotidie alle-
gatur, ſcilicet quod interlocutoria per lapſum decem die-
rum non tranſit in rem iudicatam quo ad iudicem.ſed bene
quo ad partem, & ſic iudex poteſt quandocunque reuoca-
re interlocutoriam ex officio ſuo, ſed ad petitionem partis
non poteſt niſi infra decem dies, qui dantur ad appellatio-
nem interponendam.hoc tamen limita, vt dixi in prima par
te glo.in vltimo caſu. ſed dom.Abb.reducit iſtam materiam
ad tria membra.

Primum eſt, nunquid Iudex poſſit ſuam interlocutoriam
reuocare.

Secundum eſt, vſque ad quod tempus poteſt eam reuo-
care.

Tertium eſt, vtrum debeat adhibere cauſæ cognitionem
in ipſa reuocatione facienda.

Quo ad primum dic, quod aut loquimur in ſententia dif
finitiua. & in illa facienda eſt regula negatiua, ſcilicet quod
22 nō poſſit † reuocari per iudicem qui eam tulit, neque etiam
mutari, vel corrigi, vt in l iudex poſtquam ff.de re iudic.& in
cap.in literis. ſupra de offic.dele. vnde non poteſt iudex mu
tare, vel corrigere ſententiam diffinitiuam etiam infra de-
cem dies, qui dantur ad appellandum, & quod plus eſt etiā
de conſenſu partium nō poteſt eam mutare, vel corrigere,
vt dicit glo.ſing.in l.ſi diuerſa.in glo.mag. verſic item quare
ſecus. C.de tranſact.& hoc ſequitur Bal.in l.j C.ſenten.reſci.
non poſ.

23 Sed limita hanc † regulam ſex modis.

Primus eſt, quando notorie conſtaret de iniuſtitia ſentē-
tiæ diffinitiuæ per confeſſionem partis, vt ſingulariter vult
Innoc.vi in c.quia plerique.de immu.eccl.

Secundus eſt, quando ille qui obtinuit ſententiam in fa-
uorem ſuum partem.ſ.quā eſt lata ſententia, probare con-
tra ipſam ſentētiam, ex quo enim aſſumpſit diſputationem
ſuper ſententia, ſi ex probationibus conſtat ſententiam non
eſſe bene latam, iudex debet eam reuocare, vt dicit Innoc.
in cap cum dilecta ſupra de reſcrip & in c.cum Bertholdus.
ſupra de re iudi.

Tertius caſus eſt, quando lata eſt ſententia in cauſa, quæ
non tranſit in rem iudicatam, vt in cauſa matrimoniali, &
in alia cauſa, in qua agitur de periculo animæ, vt in c.lator.
& in c.conſanguinei.ſupra de re iudic.

Quartus caſus eſt, quando ſententia diffinitiua fertur in
his, quæ explicantur officio iudicis nobili: tale enim offi-
24 cium † durat etiam poſt ſententiam, vt per Bart.in l.j.in fi.
ff de prætor ſtipul.& in l.iudex poſtquam & in l.quod iuſſit.
ff de re iudic & per Bal.in l.j.C ſen.re.non poſ

25 Quintus caſus eſt, quando fit † reuocatio ſententię diffi-
nitiuæ per viam reſtitutionis in integrum, vt in l.diuus. ff.de
re iudic.& in cap licet cauſam.de probat.& in c.j.de reſtit.in
integ in vj.

Sextus caſus eſt, quando ſententia fertur prætextu proba
tionis priuilegiatæ, vt ſenſit Innoc.in cap tua. de cohab.cle
ric. & mulier. & per Bald. in l.j. C.ſi a non compet iud. Im-
mo quotiens fertur ſententia prætextu teſtium deponen-
tium de credulitate, & ſic de iudicio peritorum, poteſt ta-
lis ſententia reuocari, quando apparent teſtes peritiores de-
ponentes contrarium: puta ſi medici atteſtarunt, quod vul
nus non erat mortale, vel ſi matronæ aliquam mulierem
virginem eſſe, vel prægnantem, vt in l.j.ff.de vent. inſpic. ſi
enim poſt ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam.appa
rent peritiores, reuocanda eſt ſententia, & ita dicit ſingula-
riter Ioan.Andr. in Spec.de homic.§.4.verſic.ſed pone.idem
dicit But.& communiter Doct.in cap.propoſuiſti. ſupra de
probat facit tex.not in l.ſi qui adulterij. C.de adulte vbi ſen-
tentia lata ex præſumptionibus debet reuocari apparenti ve
ritate in contrarium, de quo ibi per Ange.facit quod not.in
cap ij de purgat. vulga.tamen dnmi.Abb in cap propoſuiſti.
ſupra d. probat. tenet contrarium, ſcilicet quod ſententia
lata ad dictum peritorum, non poſſit reuocari peritioribus
in contrarium apparentibus, de quo dic vt ibi. plures tamē
caſus poſui, in quibus ſententia diffinitiua poteſt reuocari,
in c.fraternitatis.ſuper glo in verbo, fornicatio infra de frig.
& hoc quo ad diffinitiuam. Sed ſi quæritur quid de interlo-
cutoria.facienda eſt regula affirmatiua, ſcilicet quod inter-
26 locutoria poſſit reuocari per † iudicem, qui eam tulit vt hic,
& in cap.ſi a iudice.eod.tit.in vj.concernat ordinatoria iudi
cij, vt in l.diem proferre.ff.de arbit.ſiue concernat deciſionē
cauſæ, vt hic, & in l.quod iuſſit. ff.de re iudic. facit cap fin.de
appell.in vj. & quod iſte tex. procedat in qualibet Interlocu-
toria, tenet Innoc.in cap.ſacro infra de ſent.excomm.

Sed dom.Abb.hic ponit nouem limitationes ad iſtam re
gulam.

Prima eſt, quando iudex pronunciauit ſe non eſſe iudicē
competentem, quia non poteſt talem interlocutoriam re-
uocare, cum per ipſam deſiuerit eſſe iudex, & ſic functus of
ficio ſuo. hoc tamen limitat, niſi fuerit appellatum, quia
tunc poteſt iudex eum reuocare, quia per talē reuocationē
non eſt functus officio ſuo, cum ipſa reuocatio ſit ſuſpenſa
per appellationem, hoc tenent Dom.de Ro.ſua deciſio.293.
ſub Rubrica de pronunciatione iudicis. vbi concludunt, quod
ſi iudex pronunciat appellationem eſſe deſertam, quod non
poteſt iudex eum reuocare, quia per talem pronunciationē
deſinit eſſe iudex, ſed ſi eſt appellatum, tunc poteſt eam re-
uocare.& idem dicunt, quando iudex pronunciat ſe incom
petentem, quia ſi appellatur a tali interlocutoria, poterit
eum reuocare, & ſic cap.ſignificantibus, non habet locum,
quando nō interponitur appellatio a iudice, qui pronuncia-
uit ſe eſſe Incompetentem.

Aliam limitationem ad dictum ca.ſignificantibus. ponit
Bal.in l.ſi præſes. C.quomodo, & quando iudex. nam dicit,
quod illud c.ſignificantibus.procedit in delegato, ſecus in or
dinario.quia dato quod ordinatius pronunciet ſe eſſe iudicē
incompetentem, etiam ſi non ſit appellatum, poteſt talem
interlocutoriam reuocare. & idem ſenſit Bart.in l.penult ad
fin. C.de pact.& Paul de Caſt.in l.ij.in fi. ff. ſi quis in ius voc.
non ier.pro hoc facit lex, legatus, in ratione ſui. ff.de offic.
pręſid.& quod habetur in l.ſi vt proponis.la prima.C.quom.
& quando iudex, vbi ſit differentia inter delegatum, & ordi-
narium.& ita etiam tenent Dom.de Ro.decu.363. quæ inci
pit, ex hoc inſurrexit.

Tertio limito illud c.ſignificantibus quia procedit, quan-
do iudex pronunciat ſe incompetentem ſuper incidentibus
& emergentibus, vel ſuper alijs, quam ſuper negocio princi-
pali, quia tunc poteſt talem interlocutoriam reuocare, quia
remanet iudex in principali negocio. ad hoc c.dilectus.3.in-
fra de pręben.quem tex.intellexit Pau.de Heli.vt refert Salic.
in l.poſt ſententiam.C.de ſent. & interloc.omn.iudic.& hoc
modo limita iſtam primam limitationem. ſ. quando iudex
pronunciat ſe eſſe iudicem incompetentem.

Secunda limitatio eſt, quando iudex pronunciat non eſſe
procedendum ad vlteriora obſtantibus exceptionibus, vel
quando abſoluit partem ab obſeruatione iudicij, vel pronū
ciat appellationem eſſe deſertam: nam in caſibus nō poteſt
ſententiam interlocutoriam reuocare, vt dicit hic Bald in
princ.idem dicit Bal.in l.j.C.de confeſſ in 29 colum & idem
dicit Ang in l.j. C.ſenten.reſci non poſ.re ſerena Innoc. in c.
conſuluit.de offic.deleg & ſubdit quod Inno.in loco præal-
leg tenet, quod ſi iudex pronunciat exceptiones perempto-
rias non obſtare, quod talem interlocutoriam poterit reuo
care, quia nō deſinit eſſe iudex, ſed ego de hoc dubito, quia
talis interlocutoria habet vim diffinitiuæ, vt dicit glo in cle.
ſi.eod.tit.& infra dicam. an interlocutoria habens vim diffi-
nitiuæ, poſſit reuocari per iudicem.

27 Et pro hoc facias regulam, † quod omnis interlocutoria
per quam expirat officium iudicis, vel non expectat aliam
ſententiam poſt ſe, non poteſt reuocari. iſtam theoricam po
nit Bart.in l.quod iuſſit.ff.eod & But.& Ioan de Imo & do.
Abb.hoc tamen intelligas, prout ſuperius dixi in præceden
ti limitatione, niſi fuerit appellatum, vel niſi eſſet ordinarius
ille qui tuliſſet talem ſententiam, vt voluit Bal in l ſi præſes.
C.quomodo, & quando iudex, & dixi in pręcedenti limi-
tatione.

28 Tertia limitatio eſt, quando ab interlocutoria fuit bis † ap-
pellatum etiam ſemper fuit confirmata, vt dicit glo.not. in
clem.

ADDITIONES.

a ¶ Præpoſitus hic xv.columna, verſicu.decimoſextò falli, tenet oppoſitum,
quando index a quo poterit poſtea condemnare appellatum in ulterio-
ri poceſſu.

b ¶ Idem dicit Philippus, & Præpoſitus hic. Vide apoſtillam ad Abba-
tem hic.

clem.fin.in verbo,ſuper ea eod.tit.ratio eſt, quia ex quo ſententia fuit bis confirmata, habet auctoritatem a ſuperiore eius qui tulit ſententiam interlocutoriam,& oritur actio ex confirmante, & non ex ſententia confirmata, vt in l.ſi quis priore ff ad Trebell. vnde iudex a quo,qui eſt inferior iudice ad quem,non poteſt reuocare ſententiam habentem auctoritatem a ſuperiore, vt in cap paſtoralis § j.de offic ordi. & in c.cum inferior.de maior. & obed.& iſtam limitationem ſequitur Pau.in d.clem fi.& dom Abb.hic.

Quarta limitatio eſt, quando ſentẽtia interlocutoria fuit lata de conſenſu partium, quia non poteſt reuocari, niſi de conſenſu partium, ſeu interueniente iuſta cauſa,vt dicit glo. in capitulo, ſignificante. in verbo, præuenire. infra eodem. & idem dicit Bal in addit.in titu de ſent.in 1.colum & idem ſentit in l.3 ad finem. C.ſententiam reſcin. non poſ. melius in l.ij.3 colum. C.eodem tit. & ſequitur etiam hic dom Abb.
a & Io.de Imo. a

29 Quinta limitatio, ſi Iudex detulit † appellationi ab interlocutoria. quia tunc non poteſt eam reuocare, cum iuriſdictio ſit translata totaliter in iudicem ad quem, vt in ca cum appellationibus.eod.tit.in vi.& hoc tenet Ioan.Andr.hic,& Io.Imo & Ioan.Andr in cap.4.§.in quibus.eod.tit.in vi & Bal. & Butr & Ioan de Hiſer.& do.Abb hic adeo quod non poteſt reuocare delationem etiam re integra ſecundum Ioan. Andr in dicto cap.cum appellationibus.& in cap.conſtitutus.el ſecondo, ſupra eod.in verbo,confirmauit.& Io de Hiſer.hic in fi.in 4.colum.

Sed hãc limitationem intellige in delegato, & in arbitro, non autem in iudice ordinario, & hoc dixerunt notanter Domi de Ro decis.ſua 363. in fi. pro quo facit quod notat Bal.in l.ſi præſes. C.quomodo,& quando iudex.& quod dixi ſupra in prima limitatione. Ego tamen ſatis dubito de declaratione Dom de Ro.nam ſiue ordinarius, ſiue delegatus deferat appellationi, tota iuriſdictio deuoluitur ad iudicem ad quem, vt dicto cap.cum appellationibus,ergo deſinit eſſe iudex in illa cauſa, & per conſequens non debet poſſe reuocare interlocutoriam, cum illa cauſa ſit exempta a iuriſdictione ſua.

30 Vlterius circa iſtam limitationem dubitatur, † an iudex delegatus qui detulit appellationi,poſſit re integra reuocare interlocutoriam de conſenſu partium. & Dom.de Rota, decis.70.quę incipit, Item ſi iudex. dicunt,quod etiam de expreſſo conſenſu partium non poteſt reaſſumere iuriſdictionem, niſi cauſa ſibi remittatur per iudicem appellationis. amplius dicunt Ioan de Imo.& Ioan.Aod.in cap j §.in quibus.eod.tit. in vj. quod poſt conceſſionẽ apoſtolorum non poteſt iudex a quo reuocare grauamẽ & idem ſequitur domi.Cardin in clem 2.§ 1.eod.tit.ſed Hoſtien & Ioan.Andr. in cap licet,ſupra de offic.deleg.tenet contrarium: mouentur, quia partes poſſunt renunciare appellationi etiam poſt delationem iudicis a quo, ſicut etiam poſt denegationem apoſtolorum, vt in cap.vt ſuper eod.tit in vj & ſi poſſunt renunciare appellationi, ergo cauſa redit ad iudicem a quo, etiam ſi appellationi detuliſſet, vt in c.vt ſuper.& in c.ab eo. eod.tit.in vj. & hoc etiam tenet Archid. & Dom.Dom in c. cum appellationibus eo.tit.in 6.dicens, quod delatio appellationis non priuat iudicem habitu iuriſdictionis,poterit delegatus de conſenſu partium cauſam reaſſumere. facit capi. paſtoralis §.i.de reſcrip.vbi patet,quod iuriſdictio,quę eſt in habitu tantum poteſt exerceri de conſenſu partium.& hoc tenet glo.& Bar.in l.3 ff.de iudic.

Et ex hoc ſequitur concluſio, quod etiam ſi delegatus detulerit appellationi,poſſit reuocare interlocutoriam de cõſenſu partium, immo de conſenſu ſolius appellantis, vt dicit Petr.de Anchara & Dom.Dom.in dicto cap.vt ſuper. ratio eſt, quia delatio appellationis non operatur contra appellantem, cum poſſit redire re integra ad iudicem, qui detulit appellationi, & renunciare ſuæ appellationi etiam inuito appellato, vt in cap interpoſita.§ ille quoque. infra eo. & hoc etiam tenet Ioan.Mo.& Ioan.Aud.in dicto cap.cum appellationibus. & hoc tene, quicquid dicunt Dom.de Ro. & alij Doct.ſupra alleg.in contrarium.

31 Sexta limitatio eſt, quando actus † finit iuriſdictionem iudicis, ſeu deuoluit iuriſdictionem in alium iudicem, vt ſi iudex requiſitus noluerit tradere apoſtolos, vt in cap. vt ſuper.& in cap.ab eo.eod.tit in 6.& hoc tenuit Pet.de Ancha. & Dom.Dom in dicto cap.vt ſuper.& Dom.Cardi.in clem. 2.eod.tit.ſed dom.Abb.hic dicit, ꝙ iſte caſus eſt ſibi indubitabilis, ſed non allegat rationem, quare ſit ſibi dubitabilis: ſed ego puto, quod motus fuerit, quia quando iudex reuocat grauamen, ſatisfacit appellãti, & ſua non intereſt, quod apoſtoli non fuerint ſibi dati. Nec obſtat dict.cap vt ſuper. & dictum c.ab eo. inquantum dicunt, quod proceſſus iudicis a quo eſt nullus, niſi appellans renunciet appellationi: nam hoc debet intelligi ſtãte grauamine, ſed ſi iudex a quo reuocat grauamen, tunc poterit procedere in cauſa, maxime quia iſtud cap.& capit.ſi a iudice loquuntur indiſtinctè, ergo debent intelligi, ſi iudex denegauerit tandem apoſtolos, ex quo non reperitur in iure expreſſum contrarium, ſcilicet quod non poſſit reuocare grauamen, poſtquam denegauit tandem apoſtolos. & iſtam opinionem puto veriſſimam, licet in practica forte non eſſet recedendum ab opin. dom.Cardi.& Pet.de Anchar.& Dom.Dom.propter eorum auctoritatem

Septima limitatio eſt, ſi iudex ad quem recepta appella-
32 tione inhibeat † iudici a quo, ne in cauſa procedat. nã tunc non poteſt iudex a quo reuocare interlocutoriam.ſecundũ Hoſtien.& Ioan.Andr hic per tex.in cap. Romana § ſi vero. eod.tit.in 6. nam poſt inhibitionem canonice factam, abdicata eſt iuriſdictio a iudice a quo, vt in capit.non ſolum §.1. eod.tit.in vj.& iſtam opinionem ſequitur hic But.& Ioan.de Imo.& Feder.de Sen.conſilio ſuo 237 quod incipit, ſi a ſententia, & fortius hoc eſſet dicendum, quando iam proceſſum eſſet ad citationem partis hoc tamen intellige, quando interlocutoria eſt valida, ſecus ſi eſſet nulla, quia tunc etiam poſt factam inhibitionem de conſenſu appellati poteſt reuocari, quia non intereſt appellantis proſequi appellationem, ex quo iudex reuocat grauamen: habet enim, ꝙ quærebat, cum vellet ſententiam declarari nullam, vt hic, & in dicto cap.ſi a iudice.& hoc tenet But hic & Ioan.de Hiſer & Feder.de Sen conſil.ſuo præalleg ſed dom.Abb. indiſtincte dicit ſe dubitare de opin.Doct.inquantum dicunt, ꝙ iudex a quo non poteſt reuocare grauamen poſt inhibitionem iudicis ad quem,quia licet iudex ſtante inhibitione nõ poſſit procedere in cauſa principali,non tamen ſequitur,ꝙ
33 non poſſit reuocare grauamen illatũ: nam † inhibitio principaliter tendit, ne appellans grauetur, non autem vt grauamen non poſſit reuocari. Addunt ſimile,quia appellatio legitima ſuſpendit iuriſdictionem iudicis in cauſa principali, vt in cap.ſi a iudice eod.tit.lib.6. non tamen ſuſpendit reſpectu reuocationis grauaminis, vt dicto capit.ſi a iudice.& hic,niſi ſecundum eum ſaluando opin Doct. dicatur, quod ideo tunc non poteſt reuocare grauamen, ne illudatur iudi-
34 ci ad quem, ſicut in ſimili dicitur de † poſtulatione,quæ nõ poteſt reuocari, poſtquam eſt præſentata Papæ,vt in capit. bonæ.el ſecondo verſic.nec nocebit.ſupra de poſtula pręla. ſed ille tex.non facit ad propoſitum, quia non poteſt dici illuſio, cum fiat reuocatio grauaminis iure permittẽte, quod hoc facit, quia etiam iudex poſtquam detulit appellationi, poteſt exercere ea quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis, vt dicit glo.not.in cap ij.infra de matrimonio contracto contra interdictum eccl & dixi ſupra eod.cum teneamur. & iſta opinio videtur mihi veriſſima, licet in iudicando non ſit recedendum ab opin.Hoſtien.& Ioan.Andr.& ſequacium.

Quinta limitatio eſt, quando appellatio eſt admiſſa per iudicem ad quem, & alteri delegata: nam tunc iudex a quo non poteſt reuocare grauamen, hoc tenet Spec.in tit.de exc ep.§ viſo.verſi.ſed pone.& But.hic videtur iſtam limitationem ſequi, ſcilicet quando eſt facta citatio in cauſa appellationis per iudicem ad quem, quia tunc non poteſt iudex reuocare grauamen, cum iuriſdictio ſit ab eo abdicata,& trãſfuſa in ſuperiorem . ſed domi. Abb.dubitat de his duabus limitationibus, quia a iure aperte nõ probantur,& quia hoc ca.loquitur indiſtincte & militant etiam in his duabus limitationibus rationes aſſignatæ per iſtum tex.in princ. & in fi. niſi diceretur ſecũdum domi.Abb.quod hoc ideo procedit, ne illudatur ſuperiori.& ſubdit,quod eſt maxima auctoritas Spec.ſed Ioan.de Hiſer.hic dicit, quod opi.Spec.poteſt procedere, quando eſt appellatum ad Papam,per no.in cap.cupientes.§ ſi.de elect.in 6.ſecus dicit, ſi eſt appellatum ad inferiorem,quia tunc non procederet opi. Spec. quia iſte tex. & d.c.ſi a iudice, loquuntur indiſtincte, & iſtas limitationes nouem recitat hic dom. Abb quamuis in multis eas ſuppleuerim, ſed addo alias limitationes.

35 Decima ergo eſt limitatio, † quando lis eſſet conteſtata, vel quaſi coram iudice ad quem ſuper cauſa appellationis: nam

ADDITIO.

a ¶Ratio non poteſt allegari, quia omnes res per quaſcunque cauſas ſoluitur per eaſdem debet diſſolui.cap.j.cum concord.ibi allegat.in glo.de regul.iur.nam cõſenſus in ſententia, confirmat ipſam ſententiam,ita quod ab ea non licet appellare.l.j.& ij. cum glo.in uerbo, maiorem ff.de iureiur. Intellige niſi ſuperſit cauſa,quia tunc poterit reuocari.dom.Alexan. in c.ſignificante.infra eod.7.col.in fi.

nam tunc non poſſet iudex a quo reuocare interlocutoriã, quia tunc plena iuriſdictio eſt translata, & confirmata in iudicem ad quem, quia de quacunq; re cognouerit iudex per conteſtationem, per ea debet pronunciare. l. de qua re. ff. de iudi. & in cap cum ſuper. de cauſa poſſeſſ. & propne. & iſtam limitationem ponit hic Bald in v. colum. ſed limitatio non procedit abſque dubitatione, per ea quæ dicta ſunt in præcedentibus: nam iſte tex. non diſtinguit, an lis fuerit conteſtata, vel non, coram iudice ad quem, & ſimiliter loquitur indiſtincte d. c. ſi a iudice.

36 Vndecima limitatio eſt, quando † interlocutoria eſſet mandata executioni per partem, vel per iudicem, quia tunc non poſſet reuocari, & dicit hic Bal. in 5. colum. in 9 limit. & ponit tria exempla.

37 Primum eſt, ſi iudex fuerit interlocutus aliquem † eſſe procuratorem, & deinde cum eo lis fuerit conteſtata: nam tunc non poterit poſtea ſecundum eum reuocari interlocutoria, arg. l. ita demum. C. de procur. & l. fin. C. de excep. ſed in hoc Bal. non bene dicit, quia etiam poſt litis conteſtatio. iudex poteſt inquirere, an procurator habeat mandatum, vt dicit glo. not. in capit. 4. in verbo, abſentia. de elect. in vj. facit quod notat Bartol in l. licet. C. de procurator. vnde poterit reuocari cauſa cognita, cum tranſeat in rem iudicatam quo ad iudicem.

Secundum exemplum ponit Bal. quando iudex eſt inter-
38 locutus, † fideiuſſorem eſſe dandum, & datus eſt: nam talis interlocutoria nõ poteſt reuocari niſi de conſenſu partium ſupple, vt in l. 1. in fi. ff. de prætor. ſtipu.

39 Tertium exemplum, ſi iudex interloquendo † publicauit dicta teſtium, & data eſt copia atteſtationum, quia non poterit eam reuocare, ex quo didicita ſunt teſtificata, & ſic facta eſt executio, iſtud exemplum mihi placet: quia quod teſtificata non ſint didicita, non poteſt fieri, quia quæ ſunt facta, non poſſunt non eſſe facta. de quo vide bo. glo. in cle. 1. in verbo, vtrum de regul.

Et ex his infertur, an ſententia interlocutoria poſſit reuo-
40 cari, poſtquam eſt mandata † executioni. & glo. ſing. in l. 1. in fi. ff. de prætor. ſtipul. dicit, quod non poteſt reuocari niſi de conſenſu partium, vel cauſa cognita. & illam gloſ. ſequitur ibi Bart. & in dicta l quod iuſſit. ff. de re iudic. dicens hoc procedere in omni interlocutoria, quæ ſecum trahit executionem: vt puta iudex pronunciauit te nõ eſſe audiendum, vel te non eſſe admittendum ad probandum, & ſimilia, quæ nõ requirunt executionem hominis: cum enim a lege fiat executio, nõ poterit talis interlocutoria reuocari niſi cauſa cognita, vel partibus volentibus, ita dicit Bart. in dicta l. 1. in fi. ff. de prætor. ſtipul. & iſtam opinionem ſequitur Raynerius & Ioan. de Hiſer in l. penult. eod. tit. & Bal. in l eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de condict. indeb. & dom. Abb. hic in fi. ſed hoc limita tribus modis.

1 Primus eſt, quando ſententia interlocutoria eſſet nulla ipſo iure, quia tunc licet ſit executioni mandanda, poteſt reuocari ſine alia cauſæ cognitione, & retractari de facto, quatenus de facto proceſſit ſecundum Bal. in l poſt ſententiam. in fi. C. de ſent. & interloc. omn. iudic.

Secundo limitat ibi Bal. in ſententiis interlocutoriis, quę
42 ſunt † parui prçiudicij nã poſſunt faciliter reuocari, & immutari etiam abſque cauſæ cognitione, cum pendeant ab arbitrio iudicis. l. item proferre. & in l. ſed interpellatur. & in l. qualem § fin. ff. de arbit. & quod notat Bart. in dicta l. quod iuſſit. in fi.

Tertio limitat Bal. in l. arbitrio. ff. qui ſatiſd. cogan. vbi dicit, quod ſi interlocutoria eſt mandata executioni per ipſam partem, contra quam eſt lata, tunc non poteſt reuocari aliquo modo, & hoc etiam voluit Bal hic. dũ dixit, quod ſi iudex interlocutus eſt eſſe dandum fideiuſſorem, & ita eſt
43 datus, & ſic facta eſt executio per † ipſam partem, non poteſt iudex talem interlocutoriam reuocare, niſi de conſenſu partium, & iſtam limitationem puto veram, quando pars ſponte exequitur interlocutoriam: nam tunc videtur renunciari appellationi, vt in l ad ſolutionem. C. de execut. rei iudic. & dixi in cap quod ad conſultationem. ſupra titu. proxi. vnde iudex non poteſt talem ſententiã reuocare, niſi de cõſenſu partium, nec poſſet etiam cauſa cognita ipſam reuocare altera parte contradicente, ex quo appellatus renunciauit appellationi, exequendo ſponte ſententiam, ſed ſi nõ ſponte mandaſſet executioni ſententiam, puta quia compulſus per iudicem dedit fideiuſſores, tunc poſſet reuocari cauſa cognita, vel conſentientibus partibus, exceptis his tribus caſibus, ſententia interlocutoria miſſa executioni, non poteſt reuocari niſi de conſenſu partium, vel cauſa cognita. & iſta eſt communis opinio, quam ſequitur hic dom. Abb. in fi. & Ioã. de Hiſer. in 5. colum. & idem tenuit in l. pen. ff. de prætor. ſtipul. licet contrarium dixerit in l. quod iuſſit. ff. de re iudi. vbi tenuit, quod interlocutoria mandata executioni, poteſt reuocari inuitis partibus etiam abſque cauſæ cognitione, & Bal. etiam in hoc vario modo locutus fuit, ſed tene id quod ſupradixi.

Duodecima limitatio eſt in interlocutoriis habentibus vim diffinitiuæ: nam illa non poſſunt reuocari per iudicem, vt dixit glo. valde not. in cap. ſi. in verbo, inanes. de elect. in 6. quam glo. ſequitur But. in Rubrica præced. tit. & hic. & idem dicit Bal. in l. arbitro. ff. qui ſatiſd. cogan. & in l. hac edictali. §. quam obſeruatione. n. C. de ſecun. nup.

44 Et ex hoc poteſt inferri, an ſententia † ſecundi decreti poſſit reuocari, nam habet vim diffinitiuæ, vt dixit Bart. in l. ſi finita. §. ſi forte ff. de dam infec. & expreſſius tenet Bal. in l. 2. in 10 quæſt ff ſi ex noxali cauſa agatur. & hoc expreſſe tenet hic Bal. in princ. vbi dicit, ꝙ quando ex interlocutoria transfertur, vel adiudicatur dominium, vel quaſi, vt per ſecundũ decretum, non poteſt talis interlocutoria reuocari, allegat l. a diuo Pio. §. poſt. ff. de re iudi ſed Io. de Hiſer. in l. quod iuſſit. dicit, quod talis interlocutoria poteſt reuocari, quia peruenitur ad eum officio iudicis nobili, & declarat Bart. in l. iubere cauere. ff. de iuriſdi. omn. iudic. & in l. ſi finita §. Iulianus. ff. de dam. infec.

Ergo quæcunque ſit interlocutoria, poteſt reuocari, ex quo ad eam peruenitur officio iudicis nobili, licet talis ſententia habeat vim diffinitiuæ. & iſta eſt theorica Bar. in pręalleg. l quod iuſſit. immo plus dixit Bart. in l 1. §. fin. ff. de prætor. ſtipul. quod etiam ſententia diffinitiua ad quam peruenitur officio iudicis nobili, poteſt reuocari, & quantum ad prædictam concluſionem, ſcilicet quod ſententia ſecundi Decreti poſſit reuocari, idem tenet etiam Innoc in dicto ca. dilecto. de verbor ſignif. & Spec. in tit. de ſecundo Decreto. §. videamus. verſicu. illud. & de primo decreto. §. iam de effectu. verſic. ſed quid ſi iudex. & Ioan. And in cap. conſultationibus de offic. deleg. & hoc tene, licet But. in Rubrica tit. præced. & Bal. hic. & in dicta l. arbitro ff. qui ſatiſd cogã teneant cõtrarium. & nota illud quod ſupradictum eſt, ſcilicet quod vbi ad ſententiam proceditur officio iudicis nobili, quod poteſt iudex eam reuocare, etiam ſi ſit diffinitiua, quod etiam tenet Ioan. And. in cap. ſignificantibus de purg vulg. allegat cap qualiter & quando. de accuſat. & hoc etiam ſequitur Io. de Hiſer. in l. 1. §. fin in vlt. colum. ff. de prætor. ſtipul. per tex. in l penult. eod. tit. quod etiam ſequitur But hic. ſecundum Ang. in l. penul. tenet contrarium, & ipſum ſequitur Pau. de Caſt. in l. fin. §. fin eod. tit. quia ſecundum eos ſequeretur, ꝙ ſi ferretur ſentẽtia ſuper reſtitutione in integrum, quod poſſet reuocari contra regulam, quæ traditur in l. iudex. ff. de re iudic. & in cap. in literis, de offic. deleg. ſed Ioan. de Imo. in d. l. penult. diſtinguit concordando opin. quod aut peruenitur ad diffinitiuam officio iudicis nobili ſubrogato in locum actionis, vt eſt quando petitur reſtitutio in integrum, vt in c. 2. de offic. indic. & tunc quia in illo iudicio reus condemnatur ad reſtituendum, ſicut quando agitur iure actionis, vt dicta l. quod ſi minor. §. reſtitutio. non poſſet reuocari ſentẽ-
45 tia, quia † ſubrogatum debet ſapere naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caui. & in cap eccleſia. vt li. pen. aut non ſubrogatur loco actionis, vt quando petitur interponi decretum ſuper alienatione rei minoris, vel eccleſiæ, & ſic non petitur aliquem condemnari, & tunc procedit opi. Bart. & Ioan. And. & aliorum: nam tunc proprie non dicitur ſententia, ſed decretum, vt notat Bart. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. in vlt. colum. ff. de offic. procon. & lega. & hoc vltimum tene menti pro limitatione d. cap. in literis. de officio deleg. & dictæ l. iudex. ff. de re iudic. Et ex his ſum expeditus de duodecima limitatione.

46 Decimatertia limitatio eſt, quando interlocutoria † fertur ſuper interpretatione alicuius verbi ambigui in ſententia, vel in contractibus: nam iudex talem interlocutoriam non poterit reuocare, vt dicit Ang. in l. quod iuſſit, præalleg. arg. l. quicquid aſtringendæ. & quod ibi no. glo in verbo, pro-
47 miſſione ff de verb. obli. vbi quod † interpretatio dubij non poteſt fieri niſi ſemel. & idem tenet Bald. in l. ſerui electione. & in l. huiuſmodi. §. Stichum ff de legat 1. ſed idem Ang. in d. l. quicquid aſtringendæ. tenet contrarium, & reſpondet ad glo. ibi dicens, quod loquitur in iure declarandi, ꝙ competit parti: ſecus ſi competeret iudici, quia tunc poteſt ipſe reuocare, vt hic, & dicta l. quod iuſſit. ſed iſtam opinionem ſecutus fuit Ioan. de Imo. in l. ab executore. in princ. ff. de appell. ſed poſſunt concordari opin. hoc modo, quod aut agitur de interpretatione ſententiæ diffinitiuæ, & tunc iudex non poteſt eam interpretari niſi ſemel, ſicut non poteſt niſi ſemel ferre ſententiam diffinitiuam ſuper eadem cauſa, & hoc modo procedit illud, quod dixit Ang. in dicta l. quod iuſſit. & hoc

etiam

etiam videtur eſſe de mente Ange. in dicta l. quicquid aſtringendæ. hoc etiam modo intellige Bald. & Ioan. de Imo vbi ſupra. aut agitur de interpretatione ſententiæ interlocutoriæ, & tunc poteſt eam pluries interpretari, ſicut poteſt ipſam interlocutoriam pluries reuocare. facit lex, hæredes palam. §. ſed ſi notam. ff. de teſtamentis. & hoc modo procedit opinio Ange. in dicta lege, quicquid aſtringendæ. quam etiam videtur ſequi Ioannes de Imo. in dicta l. quod iuſſit.

Decimaquarta limitatio eſt, quando interlocutoria fuiſ-
48 ſet bis reuocata, quia non poteſt eam † tertio reuocare, vt dicit Dyn. & Barto. in dicta l. quod iuſſit. & But. hic. & in capitulo, fraternitatis. infra de frigid. & Salic. in l. poſt ſententiam. C. de ſenten. & interloc. omn. iudic.

Decimaquinta limitatio eſt, quando interlocutoria eſt confirmata per principem, quia tunc non poteſt reuocari per iudicem, qui eam tulit, ita dicit Ang. & Io. de Imo. in l. Paulus. la prima. ff. de re iudic. allegat not. per Io. And. in tit. de ſent. prolat. §. j.

49 Decimaſexta limitatio eſt, quando ſententia † interlocutoria tranſit in contractum. iſtam limitationem ponit hic Bald. allegat l. primam, in fi. ff. de præto. ſtipul. & idem dicit, quando ex interlocutoria naſceretur actio in factum, quia tunc non poſſet reuocari per iudicem, allegat textum non ſolum. § neceſſitatem. C. de bo. quæ lib. nam regulariter ex ſententia interlocutoria, non oritur actio, ſed exceptio, vt dicit glo. in clem. fi. in glo. ij. eod. tit.

Decimaſeptima limitatio eſt, ſi iudex condemnaue in ex-
50 penſis, & eas † taxauit: nam talis interlocutoria non poteſt reuocari, vt dicit Ange. in l. quod iuſſit. allegat Innocent. in capitulo, ſacro. de ſenten. excommunicatio. ſed Innocent. hoc non dicit, ſed potius dicit contrarium in dicto cap. ſacro. in verbo, reuocare. vbi dicit, quod iudex poteſt reuocare condemnationem expenſarum, quam fecit vſque ad ſententiam diffinitiuam, ſicut poteſt etiam alias interlocutorias reuocare, vt tenet idem Innoc. in cap. fina. quod me. & hoc ſequitur hic Ioan. de Imo. & Ioan. Andr. & Butr. idem dicit Ioan. de Imo. in dicta l. quod iuſſit. & in capit. finem litibus. de dolo, & contuma. vbi dicit hoc dictum eſſe menti tenendum. ſed poteſt ſaluari opin. Ang. in condemnatione expenſarum facta in diffinitiua ſententia: nam talis condemnatio cenſetur eſſe pars diffinitiuæ ſententiæ, vt voluit Ange. in l. Paulus. ff. de re iudica. & Salicet. in l. poſt ſententiam. C. de ſenten. & interlocut. omnium iudicum. vnde hoc caſu non poteſt reuocare ipſam diffinitiuam ſententiam. ita etiam non poteſt reuocare taxationem expenſarum poſtea factam, tum quia talis taxatio eſt declaratio condemnationis expenſarum, tum quia nullam aliam ſententiam poſt ſe expectat, & ſic habet vim diffinitiuæ, vnde eam non poteſt reuocare. Et iſtæ limitationes ſufficiant, licet etiam aliæ forte poſſent inueniri. Et ex his ſum expeditus de primo, & ſecundo principali, ſcilicet an interlocutoria poſſit reuocari per iudicem.

51 Venio nunc ad factum, ſcilicet † vſque ad quantum tempus poſſit reuocari. & in hoc breuiter eſt concludendum ex mente Doctorum hic, & But. in dicta l. quod iuſſit. quod ad petitionem partis non poteſt reuocari niſi infra decem dies qui dantur ad appellandum, ſed ex officio iudicis poteſt reuocari vſque ad ſententiam diffinitiuam, & hoc etiam voluit Innocen. in cap. ſacro. vbi dicit, quod iudex poteſt reuocare condemnationem expenſarum, ſicut alias ſententias interlocutorias vſque ad ſententiam diffinitiuam. & iſta eſt communis concluſio in iſto ſecundo membro, quam etiam hic ſequitur dom. Abb.

52 Venio nunc ad tertium principale. ſ. an requiratur † cauſæ cognitio in reuocatione ſententiæ interlocutoriæ. & breuiter ſoluendo facias tres caſus.

Primus eſt, quando iudex vult reuocare infra decem dies qui dantur ad appellandum. & hoc caſu poteſt eam reuocare ſine cauſæ cognitione, vt videtur velle Innocent. & videtur hic dicere dom. Abb. & expreſſe eam tenet dom. Abb. in vltimo notabili. & expreſſe hoc tenuit Pau. de Caſtro in dicta l. quod iuſſit. nam dicunt, quod infra decem dies poteſt iudex reuocare interlocutoriam inuitis partibus, ergo non requiritur cauſæ cognitio, ex quo hoc dependet a poteſtate iudicis, immo etiam non poteſt interponi appellatio, ex quo inuitis partibus iudex hoc poteſt.

Secundus caſus eſt, quando iudex vult reuocare interlocutoriam, poſtquam tranſiuit in rem iudicatam: ſed ſumus in caſu, in quo tulit eam ſine cauſæ cognitione, & eodem modo poteſt eam reuocare ſine cauſæ cognitione: quia ſi-
53 cut lata fuit † ſine cauſæ cognitione, ita etiam ſine cauſæ cognitione poterit reuocari, vnde ſi fuit lata ſine citatione, poterit iudex eam reuocare abſque citatione, vt dicit hic Butr. & dom. Abb. allegat no. per Innocen. in capitulo, querelam. in gloſ. ſua, in verbo, ſubtractam. de electio. vbi nota-
54 biliter dicit, quod id quod eſt de facto † geſtum etiam de fa-
a cto [a] debet reuocari, vt eodem modo reuocetur, quo factum eſt. & iſtud etiam ſequitur Ioann. Andr. in Speculat. de ſenten. prolat. §. ſpecies. verſicu. eſt quinque. & Bald. in l. ſi pacto quo pœnam, in princip. C. de pactis. & in l. fin. in ſecunda columna. C. de edicto diui Adria. tollen. & idem dicit Ange. in l. de vnoquoque ff. de re iudic. & ſic iudex debet eodem modo ſine cauſæ cognitione ſententiam reuocare, ſicut eam tulit. & iſta eſt communis concluſio Doct. quam tene menti, quia facit ad multa.

Tertius caſus eſt, quando ſententia fuit lata cum cauſæ cognitione, & tunc non debet reuocari niſi parte citata, & cauſa cognita, vt dicit Ioann. Andr. in additio. Specul. vbi ſupra, & dom. Abb. hic. & Bart. in dicta l. quod iuſſit. in penul. colum. vbi ponit regulam, quod tunc requiritur cauſæ cognitio, vel voluntas partium in reuocatione ſententiæ interlocutoriæ, vbicunque in eius prolatione requiritur cauſæ cognitio. Et dicit ex hoc opponere poſſe, ſi ex prolatione interlocutoriæ pars læditur, allegat not. in l. a procedente C. de dilationibus. & in l. ſed ſi interpellatur. § primo. ff. de arbit. & ſic vbicunque pars poteſt lædi ex interlocutoria, in eius prolatione requiritur cauſæ cognitio, ita etiam in reuocatione, & videtur ſentire Dyn. & Bartolus, quod reuocatio facta ſine cauſæ cognitione, non valeat, quando cauſæ cognitio requiritur in reuocatione. Dicit enim Dyn. & Barto. quod non poterit reuocari, niſi cauſa cognita, & ſic ſi non poteſt reuocari niſi cauſa cognita, reuocatio facta non valebit: ſed Innocent. & Ioannes Andræas in dicto capitulo, ſi vero. de ſententia excommunicatio. dicunt, quod valet reuocatio facta ſine cauſæ cognitione, ſed poteſt appellari a tali reuocatione. & idem dicit Ioan. Andr. in additio. Specul. in loco præalleg. & domi. Abb. hic. in fine. ſed concorda opinio ſic, quod aut reuocatio fit parte non citata, vbi requiritur cauſæ cognitio, & tunc reuocatio eſt nulla ipſo iure, vt in l. ea quæ. C. quomodo, & quando iudex. & in l. de vnoquoque ff. de re iudic. & hoc modo poteſt intelligi Dyn. & Bartol. in dicta lege, quod iuſſit. Aut pars fuit citata, ſed reuocatio fuit facta ex abrupto, & ſine cauſæ cognitione, & tunc valet reuocatio mero iure, ſed poteſt appellari, & hoc modo procedit opin. Innoc. Ioan. And. & aliorum. & ex his ſum expeditus de iſta materia difficili, quæ quotidie pra-
b cticatur. [b]

In quarta parte gloſ. Ioannes Andræas, & Doctores reprobant iſtam glo. & contradicunt, quod licet iudex fatetur ſe erraſſe, vel male fuiſſe interlocutum, nihilominus reuocando grauamen reaſſumit iuriſdictionem beneficio huius conſtitutionis. & iſtud dictum dicit domin. Abb. multum nota.

55 Ex quo infert, quod licet iudex † a quo fatetur ſe grauaſſe, ex quo tamen reuocat grauamen, non poteſt ab eo appellari, nec etiam poteſt recuſari. Item inquantum dicit gloſ. iudicem debere dicere, non credo te grauaſſe, &c. ſimiliter Doctores eam repræhendunt, quod ſi in veritate grauauit, non debet dicere mendacium, quia mentiendo peccat, vt in capitulo, ſuper eo. de vſuris, cum ſimilibus. poteſt
56 ergo iudex uti uerbis † duplicibus ad ſaluandum honorem ſuum, vt in capitulo, qualiter & quando, el primo, infra de accuſationibus. puta, ego reuoco talem interlocutoriam, in qua dicis te grauatum, ne lis differatur, & fatigemini laboribus, & expenſis. hoc enim modo non confitebitur grauamen, nec dicit mendacium.

In vltima parte gloſſæ dic, quod hic reſuſcitatur iuriſdi-
57 ctio ex legis diſpoſitione, quia licitum eſt † corrigere, quod minus rite factum eſt, l. ſeptima. §. penultimo. ff. ſi mulier ventris nomine. & nota ff. de minoribus. l. minor. in principio. Item iuriſdictio non erit funditus extincta, ſed ſolum ſuſpenſa, quia appellatio non extinguit iuriſdictionem iudicis, ſed ſolum ſuſpendit, vt in capitulo, ſi a iudice. eodem titulo, in ſexto & in capitulo, venientes. ſupra de iureiuran. Sequitur capitulum, cum ſpeciali.

ADDITIONES.

a ¶De facto attentatum, debet de facto reuocari. Bald. conſilio 348. & 350. in fi. j. uolum.

b ¶Idem tenet Phil. hic. 8. colum. verſic. & ex his. & Præpoſitus penult. col. verſic. ſexta eſt quæſtio.

SVMMARIVM.

1 *Recuſare iudicem qui vult, cauſam ſuſpitionis allegare debet coram eo, & eam coram arbitris probare.*
2 *Recuſatio iudicis de iure canonico non procedit, niſi iuſta cauſa allegata, & probata.*
3 *Arbitri electi in cauſa ſuſpitionis, nunquid poſſint deferre iuramentum iudici.*
4 *Practica procedendi in cauſa ſuſpecti iudicis.*
5 *Arbitri iuris non eliguntur, niſi in caſibus iure expreſſis.*
6 *Cauſa ſuſpitionis iudicis in aliquibus cauſis, non probatur coram arbitro, & enumerantur tres.*
7 *Electio arbitri tertij, non ſpectat ad partes.*
8 *Arbiter tertius electus ſolus non iudicat, ſed cum alijs duobus ſimul.*
9 *Iudex procedens ex officio, non debet dici aduerſarius.*
10 *Arbitri probata cauſa ſuſpitionis, non cognoſcunt de cauſa principali.*
11 *Delegatus pronunciatus iudex ſuſpectus, non poteſt cauſam delegare, cum deſinat eſſe iudex.*
12 *Archiepiſcopus poteſt cognoſcere inter ſubditos ſuffraganei citra remedium appellationis, quando epiſcopus legitime recuſatus, ad eum remittit cauſam.*
13 *Cauſæ ſuſpitionis multæ ſunt, nec poſſunt omnes exprimi.*
14 *Simile dicitur illud, in quo præualet ſimilitudo diſſimilitudini.*
15 *Argumentum a ſimili, qualiter corruat.*
16 *Iudex non poteſt interpretari, quæ cauſa dicatur ſimilis, ſed tantum Princeps.*
17 *Iudex poteſt interpretari iura quo ad cauſam coram ſe vertentem.*
18 *Sententia nunquid valeat, ſi iudex pronunciet cauſam non eſſe iuſtam, quæ iuſta eſt, & e conuerſo.*
19 *Sententia lata contra ſimile iuris ualet.*
20 *Cognatio ſpiritualis non æquè in omnibus locis operatur.*
21 *Pater ſpiritualis obligatur in ſubſidium ad alendum filium ſpiritualem.*
22 *Pater ſpiritualis non poteſt teſtificari pro filio ſpirituali, quem de ſacro fonte leuauit, nec e conuerſo.*
23 *Teſtes admittuntur ad teſtimonium, qui non reperiuntur expreſſe prohibiti.*
24 *Recuſatio teſtium procedit ex conſuetudine regionis.*
25 *Sententia arbitri ſimpliciter prolata, eſt ipſo iure nulla.*
26 *Sententia iudicis dicentis cauſam non eſſe legitimam, quando ualet, et non dicatur ipſo iure nulla.*
27 *Sententia non dicitur continere iuris errorem, quæ eſt contra ius litigatoris.*
28 *Iudex delegatus poteſt etiam ex officio procedere.*
29 *Iudex procedens ex inquiſitione, ſi reperitur in aliquo ſuſpectus recuſari poteſt.*
30 *Proceſſus factus per inquiſitionem, dicitur extraordinarius.*
31 *Proceſſus idem poteſt eſſe pro parte ordinarius, & pro parte ſubſidiarius.*
32 *Arbitri voluntarij æquiparantur arbitris iuris reſpectu compulſionis.*
33 *Arbitri ab initio non compelluntur acceptare compromiſſum.*
34 *Tertius arbiter, an eligendus ſit, quando duo non poſſunt ſe concordare.*
35 *Iudex poteſt arbitros compellere, & pœnam imponere.*
36 *Delegatus an poſſit recuſare ante præſentationem reſcripti, ſeu antequam recipiat delegationem.*
37 *Recuſatio de ſuſpecto, procedit etiam aduerſus eum, qui adhuc non habet iuriſdictionem.*
38 *Ordinarius ſi non vult in cauſa ſuſpitionis contendere de iuriſdictione, poteſt compellere partes ad eligendum, cui deleget cauſam.*
39 *Iudex non neceſſitatur ad libitum recuſatoris cauſam delegare, ſed bene non poteſt delegare ſine conſenſu recuſatoris.*
40 *Litigare coram ſuſpecto iudice, eſt periculoſum.*
41 *Iudex, ſiue ordinarius, ſiue delegatus, an poſſit cauſam ſubdelegare ſine conſenſu recuſatoris.*
42 *Iudex recuſatus debet committere cauſam perſonæ idoneæ.*
43 *Recuſationem qui vult proponere, qualiter ſe habere debeat, & quid agere.*
44 *Iudex an eligere debeat arbitros, ſi conſtet euidenter iniuſtam eſſe cauſam recuſationis.*
45 *Iudex an recuſari poſſit, poſtquam concluſum eſt in cauſa.*
46 *Proceſſus factus poſt recuſationem iudicis, an valeat, & diſcurritur per tres caſus.*
47 *Appellari ab eo licite poteſt, qui iuſtam cauſam ſuſpitionis, ſeu recuſationis non vult admittere.*
48 *Appellatio ab interlocutoria, quando non impediat proceſſum.*
49 *Iudex recuſatus, ſi arbitros noluerit eligere, & ob hoc interponatur appellatio, per hoc dicitur ſufficienter iuſtificare cauſas recuſationis, licet non probentur.*
50 *Paria ſunt non excipere, excipere, & non appellare.*

CAP. LXI.

CVm ſpeciali. Iſtud cap eſt multum alle
gabile, & quotidianum &
1 hoc dicit, vſque ad § porro. † Volens recuſare iudi
cem, debet coram eo cauſam ſuſpitionis allega-
re, & eam coram arbitris communiter electis probare, qua
non probata ſua iuriſdictione iudex vtetur, ea vero proba-
ta remittere debet negocium ad ſuperiorem, vel ipſam cau-
ſam alteri delegare de conſenſu recuſatoris. hoc dicit, diui-
ditur in duas partes.
In prima recitat antiquam conſtitutionem.
In ſecunda ponit nouam conſtitutionem ſecunda ibi, ſta
tuimus.
2 Primo no. ex tex. iudicem non poſſe de iure † canonico re
cuſari niſi iuſta cauſa allegata, & probata, cum exprimi de-
bet coram iudice recuſato iuſta cauſa recuſationis, & proba
ri coram arbitris.
3 Nunquid autem arbitri † electi poſſint deferre iuramen-
tum iudici recuſato, an illa cauſa ſuſpitionis ſit vera, vel ne.
vide glo. ſingularem in c. 1 in ſi pen. glo. 3. de excep quæ tenet
quod ſic. & idem tenet ibi Ioan. de Imo. & Butr & do. Abb.
qui tamen dicunt, quod aut nondum ſunt electi arbitri, &
tunc iudex poterit interrogare extra iudicium abſque iura-
mento, aut ſunt electi arbitri: & tunc tenetur reſpondere
cum iuramento, ex quo arbitri ſunt iudices in cauſa recuſa
tionis. & ita etiam tenet Archid. in cap ab arbitris. de offic.
delega. in vj. & Specul. in tit. de remiſſ. in ſi. & glo. in cap 1 in
verbo, ſiue confeſſi. de except. & hoc tene menti perpetuo in
4 practica: † nam quotieſcunque recuſas iudicem vt ſuſ ū,
formes capitula ſuper cauſis ſuſpitionis, & producas ea co-
ram arbitris, & petas iudicem interrogari, vt reſpondeat ſu-
per ipſis cum iuramento: nam ſi confitebitur, pars releuabi
tur ab onere probandi. & miror, quod recuſantes iudices tā
quam ſuſpectos non ſeruent iſtam practicam.
Secundo nota vnum caſum, in quo eliguntur arbitri de
neceſſitate: nam vt dicit Ioan. Andr. in cap pia. de exceptio.
5 † arbitri iuris non eliguntur, niſi in caſibus in iure expreſſis.
ſed dicit dom. Abb. quod etiam in caſibus ſimilibus expreſ-
ſis in iure, debent eligi arbitri ex neceſſitate, allegat glo. no-
tab. in cap. ſtatutum. poſt princ. ſupra de reſcrip in vj. & vide
dom. Abb. in cap. paſtoralis. in princ. de reſcrip. ſunt tamen
6 tres caſus, in quibus cauſa † ſuſpitionis non probatur co-
ram arbitris, qui ponuntur in cap. ſi contra vnum. de offic.
deleg in 6.
Primus eſt, quādo recuſatur vnus ex duobus, vel pluribus
delegatis cum clauſula, quod ſi ambo, vel quod ſi non om-
nes, quia cauſa recuſationis eſt tunc proponenda, & proban
da coram collega, vel coram collegis.
Secundus caſus eſt, quando recuſatur delegatus ab epi-
ſcopo, vel ordinario alio: nam tunc non eſt proponenda, &
probanda coram ipſo epiſcopo, vel ordinario.
Tertius eſt, quando recuſatur Vicarius epiſcopi, quia cau-
ſa recuſationis tunc eſt proponenda, & probanda coram
epiſcopo. & hos tres caſus ponit tex. in cap ſi contra vnum.
de offic. deleg in vj.
7 Tertio no. ꝙ electio tertij † arbitri non ſpectat ad partes,
nec ad iudicem, ſed ſpectat ad ipſos arbitros electos, quia ſi
diſcordant, tenentur eligere tertium, vt hic, & in c. ſuſpitio-
nis. de offic deleg.
8 Quarto nota, quod tertius † arbiter electus non poteſt
ſolus pronunciare, ſed debet cum duobus arbitris, vel cum
altero eorum pronunciare, & plus probat iſte tex. quod ſi
illi duo primi arbitri eſſent concordes, non ſtaretur ſenten-
tiæ arbitri, ſed deberet ſtari ſententiæ illorum duorum, qui
ſunt concordes. ad idem de offic deleg ſuſpitionis & eodem
titulo. capit. legitima. in vj. Et iſta iura videntur eſſe contra
glo. in l. item ſi vnus. §. principaliter. ff. de arbitr. quæ voluit,
quod duobus diſcordantibus debeat ſtari ſententiæ tertij ar-
bitri: nam illa glo loquitur contra iſtum tex. & contra d. c.
ſuſpitionis. & d. c. legitima. & illam reprobat hic Bal. ſed pro
nunc non examino iſtum articulum, ſed me remitto ad di-
ctum § generaliter. & ad ea quæ dixi in d. cap. innotuit. ſupra
de arbitr.
Quinto no. ibi, vel ſi forte aduerſarium non habent cum
9 iudice, &c. iuncta glo in verbo, iudice. quod iudex † proce
dens ex officio, non debet dici aduerſarius de hoc etiam eſt
bon. tex. cum glo. in capitulo, cum perſonæ. in verbo, ordina
riis. de priuileg. in ſexto. & iſtud notabile colligit hic Bald.
licet non alleget capitu. cum perſonæ. & hoc facit ad ſtatu
tum diſponens de aduerſario: puta ſi dicit ſtatutum, quod il
le, qui fuit ſemel aduerſarius, non poſſit eſſe teſtis, vel iudex
contra illum, cuius fuit aduerſarius: nam iudex qui proceſſit

per

per inquiſitionem, non comprehendetur in tali ſtatuto,
quia non dicitur eſſe aduerſarius, cum procedat ex neceſſi-
tate officij.
Sexto nota, quod probata cauſa ſuſpitionis coram arbitris
10 ipſi † arbitri non recognoſcunt de cauſa principali, ſed ipſe
iudex recuſatus, aut remittet ipſam cauſam ad ſuperiorem,
vel alteri delegabit de conſenſu recuſatoris, & iſte text. non
procedit in delegato reſpectu delegationis faciendæ, quia de
11 legatus † poſtquam pronunciatum eſt ipſum eſſe ſuſpectum,
non poteſt cauſam delegare, quia per talem pronunciatio-
nem deſinit eſſe iudex, vt in cap. iudex. in fi. de offi. deleg. in 6.
Hoc tamen eſt limitandum, niſi ſit appellatum a ſententia
arbitrorum, quia tunc poteſt cauſam delegare de conſenſu
recuſatoris, vt dicit Lap. & Dom. Dom. in dicto capit. iudex.
facit tex. notab. in cap. dilectus. el tertio, & ibi per Doct. infra
de præben.
12 Vltimo nota vnum caſum, in quo † Archiepiſcopus po-
teſt cognoſcere inter ſubditos ſuffraganei ſui citra remediũ
appellationis, ſcilicet quando epiſcopus iuſte recuſatus re-
mittit ad eum cauſam. & ratio eſt, quia per iſtam recuſatio
nem tollitur remedium. facit c. is cui. de offi. deleg. in vj. & ex
hoc limitatur c. paſtoralis. ſ. de offic. ord. vbi dicit, quod Ar-
chiepiſcopus nõ poteſt eſſe iudex inter ſubditos ſuffraganei,
niſi per viam appellationis.
In glo. in verbo, competenti. limita iſtam glo. per c. repræ
henſibilis. in prin. ſ. eod. vbi ponit caſum, in quo quis poteſt
excommunicari licite ſine monitione.
In glo. in verbo, ſuſpitionis. no. ex iſta glo. iudicem poſſe re
cuſari tanquã ſuſpectum etiam ex cauſa in iure non expreſ
13 ſa: nam ſunt multæ † cauſæ ſuſpitionis, nec poſſunt omnes
exprimi, arg. in l. non poſſunt. ff. de leg. ſed iudex arbitrabi-
tur cauſam iuſtam, vel iniuſtam, ſecundum alias cauſas in
iure expreſſas: puta ſi cauſa nunc propoſita eſt efficacior, vel
adeo efficax, ſicut ſunt cauſæ in iure expreſſę: nam de ſimi-
libus ad ſimilia eſt procedendum, vt in dicta l. non poſſunt.
& in capit. illud. ff. ad leg. Aquil. & infra tit. 2. cum dilecta. tra-
dit Innoc. & dicit hic Bald. quod illa dicuntur ſimilia, inter
quæ non poteſt reddi ratio diuerſitatis, allegat l. his ſolis. C.
de reuoc. donat. vbi dicit tex. eſſe ſingularem.
14 Subdit etiam Bald. quod illud dicitur † ſimile, in quo ſimi
litudo præualet diſſimilitudini, vt ff. de ſtatu homin. cum
quæritur. & allegat etiam Guil. & Cyn. in l. de quibus. ff. de le
gibus. & no. bene iſta verba Bal. Ex quibus habes, quę dicun
tur ſimilia: nam illa dicuntur ſimilia, in quibus non poteſt
reddi ratio diuerſitatis quo ad caſum, de quo quæritur. Itẽ
illa dicuntur ſimilia, quæ in pluribus habent ſimilitudinem,
licet in aliquibus ſint diſſimilia.
Et ex hoc infertur, quod non bene dicit glo. 2. q. 1. ſicut vr-
15 geri. dum dicit, quod corruit argumentum † a ſimili, data
vna diſſimilitudine: nam hoc non ſufficit ad tollendum ar-
gumentum a ſimili: nam ſufficit, quod in pluribus ſint ſimi
lia, licet in aliquibus ſint diſſimilia. ſed ſalua illam glo. & ip-
ſam intellige, quando oſtẽditur diſſimilitudo in caſu, in quo
eſt factum argumentum a ſimili, ſeu in caſu de quo agitur,
quod tene menti. & vide quæ dixi poſt do. Abb. in c. quem-
admodum in princ. de iureiu. & in cap. conſtitutus in tertio,
vel quarto notabili, ſupra eod. tangit Ioã. And. in c. non po-
teſt. de præben. in vj.
Sed contra illud, quod ſupra dictum eſt, opponitur, ſcili-
16 cet quod iudex † non poteſt interpretari, quę cauſa dicatur
ſimilis, quia ad ſolum principem pertinet iura interpretari.
l. fin. C. de legib. & in cap. inter alia. de ſent. excomm. Soluit
Inno. quod contrarium procedit in interpretatione genera-
li, quæ facit ius quo ad omnes, ſecus in ſpeciali: nam iudex
17 † quo ad cauſam coram eo vertentem, poteſt iura interpre-
tari, non tamen ſua interpretatio facit ius quo ad alias cau-
ſas, & quotidie allegatur ad hoc illud dictum Innoc. & pro
hoc facit tex. in l. vnica. C. de profeſſ. quæ in vrbe conſtanti.
lib. 12. vbi datur poteſtas Doctoribus interpretandi iura, &
in Auth. vt iuſiuran. quod præſtatur ab his, qui admin. ſuſti.
vbi dicitur, quod iudex debet iurare, quod iudicabit ſecun-
dum ęquitatem, prout ſibi uiſum iuſtum fuerit, & per Inno.
in c. j. de conſtit. & per glo. 2. quæſt. 7. iudicet. quæ dicit, quod
iudex debet iudicare ſecundum ſuam opinionem, & nõ ſe-
cundum voluntatem litam. & vide de hac interpretatione
bo. glo. in cap. j. in verbo, interpretatus. de poſtulat. prælat. di
cit tamen do. Abb. quod vbi dubitatio eſſet maxima, & non
de facili decidibilis per identitatem rationis, quod tunc ſoli
principi ſeruatur interpretatio quo ad illam cauſam, argu. c.
cum veniſſent. & quod ibi no. per Doct. ſ. de iudi.
Sed quærit Innocẽ. quid ſi iudex pronunciat cauſam non
18 eſſe iuſtam, vbi eſt iuſta, nunquid † ſententia teneat. & Inno.
tenet quod ſic, dicens eſſe opus appellare, quia ſententia eſt
contra ius litigatoris, & non contra ius ſcriptum, ex quo il-
la cauſa non eſt in iure ſpecifice expreſſa, licet ſit iuſta ex
identitate rationis.
Et no. bene hoc dictum Inno. ex quo habes vnam notabi-
lem limitationem ad iura dicentia, quod ſententia lata con
tra ius expreſſum, eſt nulla ipſo iure, vt in cap. 1. de re iudic.
cum ſimilibus. nam illa iura procedunt, quando ius illud eſt
clare expreſſum, ſecus ſi non ſit clare expreſſum, ſed poteſt
induci per ſimilitudinem rationis.
19 Et ſic nota, quod † ſententia lata contra ſimile iuris va-
let, & ponit exemplum Ioan. And. de cauſa dubia, quæ non
eſt in iure expreſſa: puta allegatur iudicem eſſe incompeten
tem, vel patronum alterius partis: nam poteſt dubitari, an
iſta ſit cauſa ſuſpitionis, ſed in his iudex arbitrabitur ſecun-
dum morem regionis: nam in quibuſdam locis cognatio ſpi
20 ritualis † copulat maximam amicitiam, in aliquibus non.
vide tamen Bal. in l. parentes. C. de teſtibus. vbi dicit, quod ta
lis cognatio non repellit a teſtimonio, & quod pater cogna
tionis, id eſt quid leuauit ex ſacro fonte, poteſt eſſe teſtis in
cauſa filij ſpiritualis, & econtra. ſed idem Bald. in l. generali-
ter. ff. de in ius vocan. fuit in contraria opinione, vbi referen-
do Guil. de Cuneo, quem refert & ſequitur etiam ibi Ang. di
cit, quod talis filius ſpiritualis non poteſt vocare patrem ſpi
ritualem, non petita venia in iudicio ratione vinculi ſpiri-
tualis. & idem Bal. in authent. niſi rogati. C. ad Trebellia. di-
21 cit, quod † pater ſpiritualis obligatur in ſubſidium ad alen-
dum fil. ſpiritualem, & e conuerſo. & Bald. in d. l. generaliter.
22 expreſſe tenet, quod pater † ſpiritualis non poteſt teſtificari
pro filio ſpirituali, quem leuauit de ſacro fonte, & econuer
ſo & idem tenet Raph. Fulgoſius in l. 4. § prætor. ff. de in ius
vocan. per comparationem, quam facit Guil. de Cuneo de
patre adoptiuo ad eum qui leuauit de ſacro fonte. & idem
tenet Salic. in l. teſtis idoneus. ff. de teſtib. per l. ſi quis alum-
nam. C. de nupt. ſed idem Salic. in dicta l. parentes ſequitur
Bal. ibi, ſcilicet quod filius ſpiritualis poteſt eſſe teſtis pro pa
tre ſpirituali, & e conuerſo. & idem conſuluit Bal. in conſil.
ſuo incipiente, in quæſtione vertente inter dominum Simo
nem. & idem tenet dom. Florianus in l. teſtis idoneus. ff. de te
23 ſtib. per rationem, quia omnes † teſtes admittuntur ad teſti-
monium, qui non reperiuntur expreſſe prohibiti. l. 1. ff. de te-
ſtib. cum ſimilibus. Pro opin. tamen, quod non debet admit
ti ad teſtimonium pater ſpiritualis, qui leuauit de ſacro fon-
te pro filio ſpirituali, nec econuerſo, multum facit tex. cum
glo. in cap. piaculum. 30. quæſt. 3. vbi patet, quod plus debet
ſubuenire ſpirituali in alimentis, quam carnali, quæ tamen
opin. non tenetur, licet communiter teneatur. quod tenea-
tur filius ſpiritualis ſubuenire patri ſpirituali in alimentis,
quando non habet vnde viuat, & e conuerſo pro hoc etiam
facit tex. notabilis in cap. nos ante omnia de conſecra. diſt. 4.
vbi patet, quod pater ſpiritualis qui leuat aliquem de ſacro
fonte eſt fideiuſſor apud dominum pro ipſo. Nec obſtat, ꝙ
non reperiatur expreſſum, quod tales repellãtur a teſtimo-
nio, quia ſatis eſt, quod iſte caſus ſit ſimilis expreſſis, tamen
puto tenendum, quod non repellãtur a teſtimonio, quia nõ
reperitur expreſſum. Item non eſt tanta coniunctio inter
patrem, & filium ſpiritualem, quanta eſt inter patrem, & fi-
lium carnalem, & no. opin. Io. And. quæ facit pro opi. tenen
tium, quod non repellantur inuicem a teſtimonio, quia
24 Ioan. And. vult, quod non poſſint † recuſari, niſi conſuetu-
do regionis aliter diſponat, vnde multo minus debent repel
li a teſtimonio, & hoc notabis perpetuo, quia hoc dictum
Ioan. And. ſequuntur communiter Doct. hic & dom. Abb.
& Legiſtę de eo non faciunt mentionem, & ex ipſo clare in-
fertur, quod nõ repellãtur a teſtimonio, quia ſi non poſſunt
recuſari tanquam ſuſpecti, niſi conſuetudo regionis aliud in
ducat, multo minus a teſtimonio quod tene menti.
Et no. ex prædictis verbis Inno. quod vbi cauſa non eſt ex-
preſſa in iure, ſed ſimilis aliis cauſis expreſſis, quod valet ſen
tentia iudicis, licet male pronunciauerit. vbi autem eſſet ex-
preſſum in iure, ſi iudex pronunciaret illam cauſam non eſ-
ſe legitimam, ſententia eſſet nulla, & hoc intellige, quando
25 † arbitri ſimpliciter declarant cauſam recuſationis non eſ-
ſe legitimam, tunc enim ſententia eſt ipſo iure nulla, cum
non poſſit referri niſi ad cauſam ipſam recuſationis in libel
lo deductam, vt dicit Bart. in ſimili in l. j. C. de erro. calcul.
ſed ſi iudex, vel arbiter diceret eſſe procedendum ad vlterio
ra, vel partem non eſſe admittendam ad proponendum, vel
probandum cauſam recuſationis, vel iudicem eſſe abſol-
uendum, tunc valeret ſententia, ſi non appellaretur, quia
eſt lata contra ius litigatoris, vt in lege prima. C. quando
prouoca. non eſt neceſſe. & de re iudicata. cum inter.
in fine. poteſt enim eſſe, quod ponens non habebat legiti-
mam perſonam ad proponendum cauſam recuſationis,

vel forte non fuit probata, vel iam conſenſit in iudicem. de
officio delega in.innuante. & hoc modo intellige Innocent.
Et ex hoc infertur triplex concluſio.

Prima eſt, ſi cauſa non eſt in iure expreſſa, ſed ſimilis, valet
26 †ſententia iudicis. vel arbitri declarantis illam non eſſe legi
timam, ſi non interponitur appellatio.

Secũda cõcluſio, ſi iudex, vel arbiter pronunciat cauſam
in iure expreſſam non eſſe legitimam, ſententia ipſo iure eſt
nulla, quia ſententia continet expreſſum errorẽ iuris, & ſuffi
ceret, ꝙ iudex diceret cauſam propoſitam non eſſe legitimã
quantum ad hoc, vt ſententia ſit nulla, quia ſententia refer-
tur ad libellum recuſationis, vnde ſi reperitur cauſa expreſ-
ſa in iure, ſententia eſt nulla ipſo iure.

Tertia concluſio, ſi iudex propoſita recuſatione procedit
ad vlteriora, vel iudex, vel arbiter pronunciant partem non
eſſe admittendam ad proponendum, vel ad probandum re-
cuſationem, vel iudicem eſſe abſoluendum, tunc valet ſentẽ
27 tia, quia eſt contra†ius litigatoris, cum non contineat erro-
rem iuris expreſſum. & has concluſiones no. pro declaratio-
ne eorum, quæ ſcribit Innoc. hic, & Doct.

In glo. in verbo, iudice, dom. Abb repræhendit iſtam glo.
inquãtum vult reſtringere ad ordinarium iſtam conſtitutio
28 nẽ reſpectu proceſſus fiendi ex officio, quia etiam †iudex de
legatus poteſt ex officio procedere vigore commiſſionis ſi-
bi factæ, vt in c ſi de offic. deleg. & tunc ſi recuſatur vt ſuſpe-
ctus delegatus debet cum recuſatore eligere arbitros ad co-
gnoſcendũ de cauſa ſuſpitionis, prout hic dicitur. vnde quo
ad hoc non eſt drĩa inter ordinarium, & delegatum. No. ta-
men ex glo.

29 Primo, q †iudex procedens ex inquiſitione poteſt recuſa
ri, ſi reperitur ex aliqua cauſa ſuſpectus. Immo ſi ſtatutum
diſponeret, ꝙ iudex teneatur procedere ad inquiſitionem, ni
hilominus poteſt recuſari tanquã ſuſpectus, vt dicit hic Bal.
in 3. col idem dicit, ſi princeps mãdat ordinario, ꝙ inquirat
de omnibus maleficiis nocturnis, ꝙ hoc nõ obſtante poteſt
recuſari tanquam ſuſpectus, vt in c nouit. ſ. eod. ſed hoc in-
tellige, vt ibi dixi.

30 Secũdo no. ex glo ꝙ proceſſus †qui fit per inquiſitionem,
dr̃ extraordinarius. Ex quo infert Bal. ꝙ ſi apparet accuſator
non debet iudex inquirere, ſed ſi poſtea non proſequatur li-
tem inchoatam iudex ex officio poteſt eam proſequi, alleg.
l. 2. C de abolit. & C. de adulter l. quamuis indubitati. ſufficit
enim, ꝙ ſemel cauſa intrauerit ſecretariũ iudicis, arg. C. eod.
l nullum. & hoc caſu ſm eum erit inquiſitio proceſſus ſubſi
diarius ad coadiuuãdum accuſationem accuſatoris. Ex quo
31 infert Bal. ꝙ poſſibile eſt, ꝙ vnus, & idem † proceſſus ſit pro
parte ordinarius, & pro parte ſubſidiarius. ſed de hoc, ꝙ iu-
dex poſſit procedere deficiente accuſatore, vel etiam actore,
quando cauſa concernit commodum publicum, dixi in c.
conſtitutus. ſ. eo & no. bene iſtam glo ꝙ proceſſus qui fit per
inquiſitionem, eſt extraordinarius etiam de iure canonico,
de quo per Innoc. in c. cum oporteat. de accuſat. Et ex hoc
infert, ꝙ Bal. male dixit in l ea quidem. C. de accuſa. vbi dixit,
ꝙ de iure canonico proceſſus inquiſitionis eſt ordinarius.
de iure autem ciuili eſt extraordinarius: nam loquitur cõtra
iſtam glo & contra Innoc & Doct. in d c. cum oporteat. &
contra Bal. eſt tex. in c multi. in verbo. iudicio extraordina-
rio 2 q 1. & glo. 2. q. 1. presbyter. & in c. nullus. el j. 4. q 3 & hoc
etiam tenet glo. ij. in c. quoniam contra falſam. ſ. de probat.

In glo. in verbo, tertium. iſta gloſ cum ſeq eſt notanda, ſe-
32 cundum do. Abb quia vult, ꝙ diſpoſitum a iure in † arbitris
voluntariis, habeat locum in arbitris iuris reſpectu compul
ſionis fiendæ per ordinarium loci, vt concordent in vnam
ſententiam, vel ſm aduocent. Ex quo infert do. Abb. ꝙ ſi ex
forma ſtatuti conſanguinei compelluntur compromittere,
& ipſi compromiſerunt in duos arbitros, qui nõ concordãt,
poterunt compelli per ordinarium loci ad concordandum,
vel ad aduocandum tertium. pro hoc bene facit iſte tex. quia
ei iniungitur ſub virtute obedientiæ, vt hoc faciant, & glo.
ſingul. in c ſuſpitionis. de offic. deleg. ꝙ iſti arbitri compellũ
tur a principio acceptare compromiſſum, ex quo eis iniun-
gitur ſub obteſtatione diuini iudicij, & in virtute obediẽtię,
& exequantur huiuſmodi præceptum Ex hoc enim illa glo.
infert, quod etiam a principio ſunt compellendi cõſentire.
33 Nec obſtat l 3. §. 1. ff. de arbit. vbi dr̃, ꝙ † arbitri non compel
luntur a principio acceptare cõpromiſſum, licet ſi accepta-
uerunt, poſſunt compelli ad procedendum: nam illa l. loqui
tur in arbitris voluntariis, ſecus in aliis qui eliguntur ex ne-
ceſſitate, quia tales etiam a principio poſſunt compelli ad
conſentiendum, quia hoc officium eſt neceſſarium, ex quo
a iure eis conceditur, & idem eſſet dicendum, ſi ex forma ſta
tuti conſanguinei teneantur compromittere, quia tunc ar-
bitri electi tenentur acceptare beneficium compromiſſum,

vt voluit Bal. in l i § quamuis ff. vbi pupil. educ debeat, per il-
lum tex. & per q habetur in l congruentius C. de pat. pot.

Nunquid autem ſi duo arbitratores non poſſunt concor-
34 dare, teneantur eligere † tertium Bal dicit. ꝙ in c. j. de inue.
in ma ſac. in 2. col. ſ. de: e iudic. de quo dixi in c. innotuit. ſu-
pra de re iudic.

In glo. in verbo, præcepto, no. iſtam glo. ꝙ iudex recuſatus
poteſt compellere arbitros. & eis pœnam imponere, ſi non
concordant, nec eligunt tertium. & dicit Bal. hic in 5. col. in
verſicu. quærit Bernardus, ꝙ poterit eos precisé compellere
etiam iuribus præfecturæ ad pronunciandum de negando
eis cibum, donec concordant, vel tertium eligunt l. 3. §. j. ff.
de arbit. & ſic pœna quæ nõ imponitur per ſtatutum, poteſt
35 †imponi per religionem iudicantis. de hoc vide bo. tex. in c.
de cauſis. de offic deleg & in l j. §. expilatores. ff. de effract. &
expilat. ſed ſi iudex nollet, vel non poſſet eos compellere,
tũc pars poſſet appellare, vt dicit glo no in c. legitima. in gl.
fi. in fi. eod. tit. in vj. & hoc tene menti.

In glo. in verbo, terminum dom. Abb. dicit, ꝙ iſta glo. vbi
que errauit in iſto articulo, & ꝙ ab omnibus reprobatur
communiter, quia c. ſuſpitionis, non corrigitur per c. legiti-
ma. nam c ſuſpitionis, loquitur in termino præfigendo recu
ſatori ad recuſationem probandam: nam hunc terminum
habet præfigere arbitris, vt d. c. ſuſpitionis. ſed c legitima, lo-
quitur de termino præfigendo arbitris ad decidendam cau-
ſam ſuſpitionis, quoniam terminum poteſt præfigere iudex
recuſatus, vt ibi dicitur, & ſic iſta c. non ſunt contraria, quia
loquuntur in diuerſo caſu.

In glo. in verbo, recuſatoris. diuide iſtã glo. in duas partes.
In prima glo. opponit, & ſoluit. in ſecunda quærit de intelle-
ctu literæ ſecunda ibi, & no. quod.

In prima parte glo. dic, ꝙ immo etiam delegatus poteſt
committere cauſam de conſenſu recuſatoris, antequam ſit
lata ſententia per arbitros ſuper cauſa ſuſpitionis, vnde con-
ſidera tria tempora.

Primum eſt ante propoſitam recuſationem.

Secundum poſt propoſitam recuſationem, etiam ſi ſit
probata.

Tertium eſt, poſt latam ſententiam.

Quo ad primum. ſ. antequam ſit propoſita recuſatio, dele
gatus põt libere cauſam ſubdelegare, vt eſt caſus in c. iudex.
de offic. deleg. in 6. Et in hoc non eſt differentia inter dele-
gatum & ordinarium.

36 Nunquid autem poſſit recuſari delegatus † ante præſenta
tionem reſcripti ſibi factam, ſeu antequam recipiat delega-
tionem. Fed. de Sen. conſ. ſuo 24. quod incipit, cogiteris. con-
cludit, ꝙ ſic. & iſtud tene perpetuo menti. Ex quo habes, ꝙ
licet delegatus nõ habeat iuriſdictionem, nec in habitu, nec
in exercitio ante præſentationem literarum, vt dixi ſ eo. ſu-
per eo. 2. §. 1. & in c. vt debitus. ſuper glo. in verbo, ſi dicat. quę
incipit, ſi propterea tamẽ poterit recuſari tanquã ſuſpectus.
37 Et ex hoc infertur, ꝙ etiam ante delegationem poteſt † ali-
quis recuſari tanquam ſuſpectus. de quo tamen Fed. de Sen.
conſil. ſuo præalleg.

Secundum tempus poſt propoſitam recuſationẽ. & hoc
caſu poteſt delegare de cõſenſu recuſatoris. etiam ſi ſit pro-
bata ſuſpitio coram arbitris, vt dicit tex in d. c iudex. in 2 re-
ſpon. vnde idem dicendum eſt in ordinario, vt hic patet, &
ſic etiam in hoc ſecundo non eſt differentia inter ordina-
rium, & delegatum.

Tertium tempus eſt poſt latam ſententiam per arbitros,
ꝙ iudex ſit ſuſpectus & hoc caſu non poteſt delegatus ſubde
legare etiam de conſenſu recuſatoris, quia per talem ſenten
tiam deſinit eſſe iudex, quod tamen intellige niſi a ſentẽtia
arbitrorum fuiſſet appellatum, quia tunc poſſet delegatus
ſubdelegare cauſam de conſenſu recuſatoris, ſm Lap. & Do
min. Domin. ibi, ordinarius vero indiſtincte poteſt cauſam
ſubdelegare de conſenſu recuſatoris, vt videtur probari per
illum tex. nam iſte tex. debet intelligi non ſolum, quando eſt
probata cauſa ſuſpitionis, ſed etiam quando eſt lata ſenten-
tia per arbitros: alias non poſſet iudex remittere cauſam ad
ſuperiorem, ex quo per arbitros nondum eſt lata ſententia.
& iſtud ſenſit iſta glo. quæ in hoc facit differentiam inter de-
legatum, & ordinarium. & iſtud expreſſius tenet glo in c. ſe-
cundò requiris §. j. in verbo, ſuſpitionis. quæ incipit, no. quod
in fi. vbi dixi. ſ. eod. & iſtud communiter tenent Docto. Non
obſtat cap. licet ex ſuſcepto. in fi. ſupra de foro compet. quia
tex. ſecundum glo. loquitur ſecundum conſuetudinem loci.
vel poteſt dici, quod ideo illi conſules remiſerunt cauſam
ad ſuperiorem, quia recuſator non conſenſit, quod cauſam
ſubdelegarent, tene tamen menti limitationem, quam po-
ſui in cap. ad hæc. el 3. ſ. eod. vbi eſt caſus, ſecundum commu
38 nem intellectum, quod ſi † ordinarius non vult contendere

ſuper cauſa ſuſpitionis, poteſt compellere partes, vt eligant cui cauſam deleget. & iſta eſt notabilis limitatio ad iſtum tex. & putarem hoc etiam procedere in delegato, vt ſi delegatus nō vult contendere ſuper cauſa recuſationis, ſed vult, quod ambæ partes eligant iudicē, cui cauſam deleget, quod poſſit eas compellere: nam eſt eadem ratio in delegato, & in ordinario. Item non eſt differentia inter ordinarium, & delegatum, niſi demum quando eſt lata ſententia per arbitros ſuper cauſa ſuſpitionis.

In ſecunda parte glo. concludit ergo glo. ꝙ ſit in electione iudicis recuſati, an cauſam remittat ſuperiori, an vero deleget alteri, ſed ſi vult delegare, tunc debet delegare de conſenſu recuſatoris, & aduerſarii. & iſtam glo. ſequitur hic Ioā. And & Io. de Imo. & communiter Doct. ſed dom. Abb. hic & in c. ſi quis contra clericum. de fo. compet. tenet contrarium. & plus dicit, ꝙ iudex ordinarius in delegatione non tenetur requirere conſenſum recuſatoris, niſi de conſilio, & hoc modo intelligit iſtum tex. & dicit, quod nō probatur in iure, quod ordinarius ſuſpectus non poſſit alteri non ſuſpecto cauſam committere, immo potius probatur contrarium ff. de iuriſd. omn. iudic. prætor. Sed tu reſponde, quod ille tex. nihil facit, quia ibi non dicitur, quod fuerit propoſita cauſa recuſationis. adducit etiam dom. Abb. c. ſi quis contra clericum de fo. compet. Sed ille tex. non obſtat, quia ibi dr̄, ꝙ ſi epſ fuerit recuſatus vt ſuſpectus, poteſt dare delegatum, ſed ſi actor refugerit qui recuſat eum tanquam ſuſpectum, poteſt deputare auditorem, ſeu delegatum qui compellet ambas partes, quod mutuo conſenſu eligant iudicē, quibus cauſam ipſe iudex committat, ſed hoc debet intelligi, quando iudex non vult cōtendere ſup cauſa ſuſpitionis, ſi ea propoſita dicit: ego ſum cōtentus, quod eligatis iudicē, vel iudices, quibus cauſam committam, & ſic ille tex. debet intelligi, ſecundum quod loquitur c. ad hæc. 3. ſ. eo. de intellectu tamen c. ſi quis contra clericum. dic vt ibi dr̄, & circa hoc nolo multum inſtare ſed dicit do. Abb. ꝙ tenendo communem opin. Doct. videlicet, ꝙ hæc clauſula importet neceſſitatem. ſ. ꝙ vel committat cauſam alteri de conſenſu recuſatoris, vel ꝙ remittat ad ſuperiorem, dicit, ꝙ reſpectu delegationis, vt experientia ſæpe docet, ideo ius illud requirit
39 conſenſum recuſatoris dicit tamē, ꝙ † iudex non neceſſitatur ad libitū recuſatoris cauſam ſubdelegare, ſed ſi vult ſubdelegare, non poteſt delegare ſine conſenſu recuſatoris, vt dicitur in delegato, vt d. c. iudex. & ſubdit dom. Abb ꝙ non requiritur conſenſus alterius partis, quicquid dicat glo. cum quilibet ordinarius habeat a iure facultatem delegandi cauſam, vt d. l. vna qui pro ſua iuriſd. & in c. vt litigantes de offi. ord. in 6. ſed conſenſus recuſatoris requiritur propter ſuſpitionem. hinc eſt, quod tex in d. c. iudex. facit mentionem de ſolo conſenſu recuſatoris. Et ex hoc dicit, quod etiam debet referri hoc ad perſonam, cui eſt facienda cōmiſſio, & quod non ſequuntur aliquę abſurditates, & ſubdit, quod hæc opi. eſt ęqua, quia valde periculoſum eſt coram ſuſpecto iudice
40 † litigare. 3. q. 5. quia ſuſpecti. & in l. apertiſſimi. C. de iudi. iſta opin. mihi placet, ſed non eſt recedendum in iudicando a communi opin. ſed forte ſic poſſent cōcordari opiniones, ꝙ
41 aut quæritur, an † ordinarius, vel delegatus poſſit cauſam ſubdelegare ſine conſenſu recuſatoris & dicendum eſt quod non, ſed interueniente conſenſu recuſatoris dicendum eſt ꝙ ſic, vt hic. probatur in ordinario, & in delegato in d. c. iudex. ſed quæritur, an ſi recuſator conſentit, quod iudex cauſam deleget, poſſit committere illi, cui placet recuſatori, an vero etiam requiritur conſenſus aduerſarij in iudice eligendo. & dicendum eſt ꝙ ſic, & hoc modo procedit iſta glo. quam ſequuntur Doct. hoc probatur in c. ad hæc, el. 3. ſ. eo. vbi patet, quod quando agitur de delegatione fienda iudex recuſatus debet delegare perſonæ, quam vtraque pars elegerit. & idem probatur in c. ſi quis contra clericum. verſic. aut ſi hoc actor. ſ. de fo compet. hoc modo diſtinguendo non deſtruitur litera huius cap. nec d. c. iudex. nec aliqua abſurditas ſequitur, & hoc puto procedere, ſiue recuſetur iudex ordinarius, ſiue delegatus. Item no. glo. & Doct. pro intellectu tex quod non eſt in electione recuſatoris, an iudex ordinarius cauſam remittat ad ſuperiorem, vel eum deleget, ſed eſt in electione iudicis recuſati, ſed ſi vult cauſam delegare, dēt delegare de conſenſu recuſatoris, hoc modo intellige iſtum tex. & pro hoc facit, quia verba literæ dirigūtur ad iudicem,
42 dum dicit, quod cauſa ſuſpitionis probata † iudex recuſatus debet cauſam committere perſonæ idoneæ de conſenſu recuſatoris, vel remittere ad ſuperiorem, ſed vbi verba referūtur ad iudicem, datur iudici electio, vt dicit Bart. in l. Lucio. ff. de legat. 3. & in l. quicunque & ibi per Bart. & Docto. C. de ſeruis fugit. & per dom. Abb. in cap. a crapula. de vita, & honeſt. cleric.

43 Extra glo. quæro, quid habeat facere volens † recuſare. Innoc. dicit, quod ſufficiat, quod proponat cauſam probabilē ſuſpitionis, non autem tenetur offerre probationes coram iudice recuſato, ſed coram arbitris. dicit etiam, quod nō tenetur petere, vt eligantur arbitri, quia officium iudicis recuſati eſt compellere partes, vt eligant arbitros, vt hic probatur, & in c. ſecundo requiris §. j. ſ. eo. & diu. & iſtud communiter ſequuntur Doct.

Quærit etiam Innoc. quid ſi cauſa recuſationis eſt euidenter fruſtratoria, ſeu euidenter iniuſta, nunquid teneatur iu-
44 dex † venire ad electionem arbitrorum. & Innoc. dicit quod non, & quod iudex debet hanc exceptionem ſpernere, vt in c. j. de offic. iudi. & valebit proceſſus non obſtante recuſatione, & appellatione. Ex quo enim euidenter iniuſta, & hoc etiam ſequuntur Doct. hic, & dom Abb. in fi. hic. ſic etiam e conuerſo non eſt neceſſe arbitros eligere, quando cauſa recuſationis eſt euidenter iuſta, ſed iudex debet ſponte cedere & hoc caſu ſufficit recuſari, quod proponat cauſam recuſationis, nec aliter tenetur eam probare, quia notorium excuſat ab onere probandi, licet non excuſet ab onere proponēdi, hoc tamen in terminis tenet Io. And. & Doct. in cap. accedens, el primo, ſuper 1. glo ſ. vt li. non conteſt. & primo etiam ſequitur hic dom. Abb. in fi. & Bald. ſ. eod. vt debitus, in fi. & hoc etiam ſequitur Archid. & Io. And in c. legitima. eod. tit. in vj. vnde conclude, quod quando cauſa recuſationis apparet calumnioſa, & iniuſta, valet proceſſus per iudicem recuſatum non obſtante appellatione recuſationis, ſecundum Innoc. & Doct. hic. & idem tenet Spec. in tit. de petit. & poſſeſſ. §. 2. in princ. & Archid. in c. frequens circa princ. de reſti. ſpoliat. in vj & idem tenet Lap. in allegatione ſua prima. dicit tamē, quod iudex debet tunc exprimere cauſam ſuę repulſionis, ſcilicet quod eſt euidenter iniuſta, & procedit hoc etiam de iure ciuili, non ſit neceſſe allegare cauſam ſuſpitionis, tamen ſi conſtat, quod allegatio eſt manifeſte fruſtratoria, non debet admitti per iudicem, ita dicit Ang in l. quia poterat ff. ad Trebell quod eſt notandum, quia ſæpe de facto occurrit, quod in foro ciuili apparet cauſam recuſationis, eſſe manifeſte iniuſtam: nam iudex etiam de iure ciuili non debet eam admittere, ſed ſi cauſa ſuſpitionis eſt notoria in iure, & in facto, iudex debet eam admittere, neque debent eligi arbitri, & ſi iudex procederet, proceſſus eſſet nullus, etiam ſi non interponeretur appellatio, vt d. c. accedens, el. j. vt li. non conteſt. & j. dicam. An autem ſi delictum ſit notorium, poſſit recuſari, dixi in c. propoſuit. ſ. eo. Item nunquid poſſit
45 iudex † recuſari poſt concluſionem in cauſa, ſi recuſatio noviter deuenerit ad notitiam, dic vt per Io. And. But. & dom. Abb in c. ij. de ord. cogn. & per Dom. Dom. in c. iudex de offic. deleg. in vj. & per Archid. 3. q. 7 quia ſuſpecti.

Vltimo quæro de vna quæſtione multum notabili, in qua Doct. ſunt multum adinuicē varij, & contrarij, videlicet
46 an valeat † proceſſus iudicis factus poſt propoſitam recuſationem. & non referam opi. omnium Docto. qui loquuntur in iſta materia, ſed ſolū illa quæ videntur de ſubſtantia illius articuli. Et primo diſcurro per caſus, qui ſunt indubitabiles.

Primus eſt, quando cauſa ſuſpitionis eſt notoria, & hoc caſu proceſſus factus poſt recuſationem, eſt ipſo iure nullus, hoc tenent Doc. in d. c. accedens, el. j. vt li. non conteſt ſupra j. glo. hoc etiam ſequitur Bal. hic, & in c. qm̄ contra. ſ. de probat. in 5. col. vbi dicit, ꝙ ſi cauſa recuſationis eſt nota, vel talis, quæ non indiget probatione, tūc proceſſus factus poſt recuſationem, eſt ipſo iure nullus. & hoc modo procedit ſecundum eum, l. 1. ff. ſi quacunque præditus. & licet Hoſtien. in d. c. accedens. videatur velle, quod ſit neceſſaria appellatio, tamen Io. And ibi, hoc non requirit, ſed ſolum requirit, quod proponatur exceptio recuſationis, & iſta eſt veritas.

Secundus caſus eſt, quando ſunt electi arbitri, vt cognoſcant de cauſa ſuſpitionis, & hoc etiam caſu non valet proceſſus factus per iudicem recuſatum, quia iam res non eſt integra, & eſt iam tranſlata iuriſdictio cognoſcendi de cauſa ſuſpitionis in arbitros electos, vnde proceſſus poſtea factus per iudicem recuſatum, non valet, hoc tenet hic Bald. in antepen. col. probatur in c. 2. requiris §. j. ſ. eo. vbi tex loquitur, quando ſunt electi arbitri ad cognoſcendum de cauſa ſuſpitionis, & dicit, quod ſi cauſa ſuſpitionis non eſt probata infra terminum competentem, tunc demum iudex recuſatus poteſt vti iuriſdictione ſua, ergo ante non poterat hic in verſic. cauſa vero ſuſpitionis, &c.

Tertius caſus eſt, quando cauſa ſuſpitionis non eſt notoria, nec electi ſunt arbitri ad cognoſcēdum de cauſa ſuſpitionis, & iſte caſus eſt dubitabilis, quia in iſto Doct. multū ſunt varij: nam glo. 3. q. 6. quotiens. & 3. q. 5 quia ſuſpecti. & in c. iudex. in verbo, ꝓponatur. in fi. de off. dele. in vj tenent, ꝙ proceſſus factus poſt recuſationē propoſitā ipſo iure ſit nullus.

Iſtam opinionem etiam ſequitur hic Hoſt. & in ſumma, de
offi deleg § quis ſit effectus & idem tenet Bar.in l.quia pote
rat ff.ad Treb per tex.in l.j.C.ſi quacunq; pred.poteſ.& idem
ſequitur Lap In ſua alleg.& Per.de Anch & Dom Dom.in c.
iudex de offic deleg.in 6.per illum tex.vbi patet,ꝙ ex ſola re
cuſatione inquantum inficitur iuriſdictio iudicis recuſati,
non poteſt cauſam committere, niſi de cõſenſu recuſatoris:
ergo multo minus in cauſa ipſa poterit procedere, ꝙ ſi non
licet illud, ꝙ eſt minus, multo minus licet id, ꝙ eſt maius, vt
in c.cum in cunctis.ſ.de elect. & in auth. multo magis. C.de
ſacroſ.eccl. Iſtam opin.etiam ſequitur hic do.Abb dicit ta-
men, ꝙ hoc procedit, quando poſt recuſationem nunquam
comparuit coram iudice dato, ꝙ fuerit citatus, quia citatio
eum non arctabit, vt in c.ſi a iudice. eod.tit.in 6. ſecus dicit,
ſi comparuiſſet, & paſſus fuiſſet iudicem in cauſa procedere,
quia tunc cenſetur renunciaſſe exceptioni recuſationis, vt
in c.ex parte ĵ eo. & probatur ex no per Barr.in l.a procedē
te. C de dilat. Sed contrariam ſententiam.ſ.ꝙ proceſſus non
ſit ipſo iure nullus, niſi interponatur appellatio, tenet hic In
no.dicens, ꝙ nõ meminit ſe legiſſe, ꝙ proceſſus non teneat,
niſi fuerit appellatum ad hoc c.ſuper quæſtionum.§ ſi de of
fic.deleg & iſtam opi.ſequitur hic But & in c.quoniam con-
tra falſam.ſuper verbo, recuſationes. ſ.de probat. Iſtam opi.
ſequitur etiam hic Io.de Imo.& do Cardi. idem ſequitur hic
Bal.& in c.quoniam contra falſam.in 6.col.vbi tenet, ꝙ pro-
ceſſus factus poſt recuſationem, tenet niſi interponatur ap-
pellatio ſi cauſa recuſationis nõ eſt manifeſta & idem tenet
Bal in l.j. C.ſi quacunq; prædiуis poteſt.idem tenet Spec in
tit de recuſat § qualiter.ver.quid ſi delegatus. Iſtam eandem
ſententiam ſequitur Ang.& Pau.de Caſt.in d l.quia poterat.
ff.ad Trebell. & iſtam opin.etiam ſenſit glo. in d c quoniam
contra falſam in verbo, recuſationes.ſ.de proba. vbi dicit.ꝙ
ſi iudex non admittit cauſam iuſtam recuſationis, caſſabi-
tur quicquid poſtea fecerit, ſi appellatum fuerit, & allegat
c ſuper quæſtionum.in fi.ſ.de offic.deleg.vbi eſt caſus de iſta
quæſtione. nam ibi tex.dicit, ꝙ ſi delegatus noluerit admit-
47 tere iuſtam cauſam recuſationis, ꝙ licite poteſt ab eo † ap-
pellari. & illud ꝙ præſumptum fuerit poſt appellatonē, de-
bet iudicari irritum & inane. & ſic ille tex.vult, ꝙ proceſſus
factus poſt recuſationem ante appellationem nõ ſit nullus,
ſed tantum ille qui eſt factus poſt appellationem, vnde ibi
clare patet, ꝙ etiam ſi interponitur appellatio, ꝙ tantum
ille proceſſus qui eſt factus poſt appellationem, eſt nullus.
plus dicit Io.de Imo.in l quidam conſulebat. ff de re iudic.ꝙ
etiam proceſſus poſt appellationem factus, non ſit nullus ex
48 hoc ſolo, ꝙ ſit appellatum, cum talis ſit appellatio † ab in-
terlocutoria, quę non reddit proceſſum nullum, niſi ſit facta
inhibitoria, vel probata cauſa appellationis, vt in c.non ſo-
lum.§.illa.eod tit.in vj. vel niſi in caſu c.interpoſita.ĵ.eo vn-
de dicit idem eſſe dicendum in recuſatione, quia licet ſit ap-
pellatum a proceſſu iudicis recuſati, tamen ex ſola appella-
tione non fit proceſſus nullus, niſi conſtet cauſam appella-
tionis fuiſſe iuſtam. ſed iſta opin Io.de Imo.vr contra tex in
d.c ſuper quæſtionum in fi de offic deleg vbi tex dicit, quod
proceſſus factus poſt appellationem, eſt ipſo iure nullus, nec
requirit appellationem iuſtificari & idem probatur in c.ac-
cedens, el 2.ſ.vt li.non conteſt. vbi patet, ꝙ Papa mandat ſo
lum probari, ꝙ appellatio fuerit interpoſita ex cauſis ſuſpi-
tionis allegatis, nec mandat inquiri de veritate ipſarum, ſed
ſolum decernit proceſſum eſſe irritum, & inanē, qui fuit ge-
ſtus poſt appellationem interpoſitam ex cauſis ſuſpitionis,
nec eſt bonũ arg. de appellatione ab interlocutoria ad recu
ſationem, vbi interponitur appellatio, quia recuſans nõ ha-
bet neceſſe iuſtificare appellationem ad effectum irritandi
proceſſum, ſed bene appellans propter aliam cauſam.ſi quis
tamen vellet ſuſtinere opi.Io.de Imo poſſet reſpondere ad
iura prædicta, & primo ad c.ſuper quęſtionum.in fi.de offic.
deleg.eſt irritus, non debet ſuppleri per alia iura.ſ.iuſtificata
appellatione. Ad c.vero accedens, vt li non conte. poteſt di
ci, quod fuit facta fides Papæ de cauſa ſuſpitionis, & ideo
tex ibi ponit illas cauſas pro veris, & ideo mandat ſolũ pro-
bari, quod fuit appellatum ex illis cauſis, tamen communi
ter tenetur, quod nõ requiratur, quod probetur veritas cau
ſæ ſuſpitionis, ſed ſolum quod probetur, quod fuerit interpo
49 ſita appellatio. vnde Innoc.hic dicit, ꝙ † ſi delegatus, vel or-
dinarius recuſatur, & non vult eligere arbitros, ſed vult pro-
cedere in principali, ſi pp hoc interponitur appellatio, ſatis
ex hoc dr iuſtificata ipſa appellatio, etiam ſi cauſæ recuſatio-
nis non probentur, & hoc etiam eſt de mēte ſcribentium.ſ.
ꝙ ſufficiat probare appellationem, & eſt de mente glo.in d.
c quoniam contra falſam.ſ de probat. & iſtam opi.ſequitur
hic Io.de Imo in 5.col.licet in fi.reſideat cum opin quam te-
nuit in d.l quidã conſulebat & iſtam opi.Io.de Imo. videtur

ſenſiſſe Lap ſi intelligatur, ꝙ requiratur appellationē inter-
poni a iudice recuſato. d.c.iudex. vbi dicit, ꝙ proceſſus pen-
det ex futuro euentu, quia ſi pronunciabitur iudicem ſuſpe-
ctum, proceſſus erit nullus, alias erit validus, prout dicitur
in auth.pendente appellatione ab interlocutoria, vt in c.nõ
ſolum §.illa.cod.tit in vj. nam non plus debet operari.quam
appellatio ab interlocutoria, quo caſu ſi iudex procedet pē
dente appellatione proceſſus pendet ex futuro euentu, vt d.
§ illa. & iſta opi.videretur ſatis ęqua, licet alia ſit communis
opinio, pro qua videtur tex in d.c.ſuper quæſtionum in fi. &
in d. c.accedens ij. vt li.non conteſt. vbi Papa ſolum ponde-
rat, quod fuerit appellatum ex cauſa ſuſpitionis, nec requi-
rit, quod probetur veritas ipſarum cauſarũ ad decernendum
proceſſum eſſe irritum. Non obſtant allegata pro prima opi
nione. Et primo non obſtat l.i. C.ſi quacunque prædi poteſ.
nam ille tex. loquitur, quando cauſa recuſationis eſt nota,
vel talis, quæ aliter non indiget probatione, & ita loquitur il
la lex & ita etiam reſpondet hic Bal & in d.c.quoniam con
tra falſam, & in d l.i. Non obſtat c.iudex. quia tex.debet in-
telligi, quando iudex recuſationis non vult in cauſa proce-
dere, ſed eſt contentus, ꝙ eligantur arbitri ad cognoſcēdum
de cauſa ſuſpitionis. Ex quo enim fatetur cauſam ſuſpitio-
nis eſſe legitimam, licet non fateatur ipſam eſſe veram, non
debet in cauſa procedere, ſed debet facere, ꝙ eligantur arbi
tri, vel delegare cauſam de conſenſu recuſatoris. Nec tamē
ille tex.dicit, ꝙ non valeret proceſſus, ſi iudex poſtea proce
deret, immo ille tex.potius probat cõtrarium: ex quo enim
poteſt delegare.patet, ꝙ habet iuriſdictionem.ſi ergo proce-
dat non obſtante recuſationis exceptione, licet grauet par-
tem proceſſus valet, ſi nõ interponatur appellatio, quia pa-
50 ria † ſunt, non excipere, & excipere, & non appellare, ſi per
iudicem reiiciatur exceptio, vel expreſſe, vel tacite per pro-
ceſſum ad vlteriora, vt ĵ eo.ex parte.c.ſignificauit. & ſ de re
ſcrip.ſignificante.& c. Rodulphus.& per Bar.in l.a proceden
te.C.de dilat. Et iſta ſufficiant in iſto articulo, in quo poſſent
plura recitari, & deduci. ſed iſta ſit concluſio in iſto tertio
caſu, ꝙ tenet proceſſus iudicis recuſati, niſi interponatur ap
pellatio, & hæc ſufficiant in iſto princ.& adde quę dixi ſ.eo.
ſecundo requiris § j. Sequitur § porro.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio non admittitur in notorijs, ſed in dubijs per cauſam proba-
bilem.*
2 *Notorium ex confeſſione inducitur.*
3 *Confeſſio ſimpliciter facta coram iudice, an dicatur facta in iudicio.*
4 *Teſtes, & inſtrumenta, quando inducant notorium.*
5 *Iudex procedens ex officio, non poteſt aſſignare terminum appellanti.*
6 *Dilatio eſt aſſignanda ſecundum diſtantiam locorum, & temporis qua-
litatem.*
7 *Proceſſus regularium requirit obſeruationem conſtitutionum, regulæ, &
conſuetudinis.*
8 *Correctio quæ fit a ſuperiori, diſtinguitur, aut iudicialiter, aut extra iu
dicium.*
9 *Exceſſus dicitur manifeſtus, ſi conſtat de eo per legitimam probationē.*
10 *Manifeſtum ſiue notorium, dicitur quatuor modis, vt ibi.*
11 *Error confeſſionis poteſt probari in cauſa appellationis.*
12 *Reuocari quæ poſſunt ante ſententiam, eadem etiam poſt reuocari po-
terunt.*
13 *Confeſſus in cauſa criminali, an poſſit appellare. vbi vide tres caſus.*
14 *Confeſſus conuictus, an criminaliter appellet.*
15 *Appellatio criminalis ex toto excluditur, ſi reus fuerit confeſſus, conui
ctus, & argumentis ſuperatus.*
16 *Confeſſus tantum criminaliter, an appellet.*
17 *Iudex a quo an teneatur deferre appellationi.*
18 *Confeſſus crimen poſt ſententiam, an appellare poſſit.*
19 *Conuictus tantum de crimine, an poſſit appellare.*
20 *Confeſſus, & conuictus ciuiliter, an vllo modo appellare poſſit cauſa
exiſtente criminali.*
21 *Confeſſus ficte, an poſſit appellare, vtpote exemplum in nolente iurare
de calumnia, vel reſpondere poſitionibus.*
22 *Hæres quando teneatur de delicto defuncti.*
23 *Confeſſio facta in vno iudicio, facit fidem in alio etiam variato, ſeu mu-
tato fine agendi.*
24 *Dominus an poſſit appellare a confeſſione procuratoris.*
25 *Confeſſio procuratoris habentis mandatum, præiudicat domino.*
26 *Appellatio domini a confeſſione procuratoris quid operetur, vide.*
27 *Superior procedens ex officio citandus eſt, vt defendat proceſſum ſuum.*
28 *Præſentatus appellans ab epiſcopo, debet eum citare, quia agitur de præ
iudicio illius.*
29 *Præſumptio, an ſit pro diffinitiua ſententia.*
30 *Prælati regulares an teneantur in excommunicatione regularium for-
mam ſeruare.*

§.Porro.

1 **§. Porro.** In notoriis non admittitur † appellatio, in dubiis vero cauſa probabilis coram iudice a quo eſt exprimenda, quæ ſi foret vera, deberet legitima reputari, quam ſi non proſequitur, vel nõ probat, iudex a quo in cauſa procedat, & hæc conſtitutio ad regulares non extenditur. Diuido in tres partes: quia primo ponit quid in notoriis. Secundo, quid in dubiis. Tertio proteſtatur. ſecunda ibi, exceſſu quoque. Tertia eſt prope fin. ibi, cæterum.

Nota primo, quod ex ſola confeſſione inducitur noto-
2 rium, † quod intelligas de confeſſione facta in iudicio, vt in
3 cap. fin. de cohab cleric. & mulier. nam confeſſio † facta coram iudice, non in forma iudicii, hoc eſt iudice non ſedente pro Tribunali, non dicitur facta in iudicio, vt dicit glo. not. ij. quæſt. j. § quando autem & vide bo tex. in l. volunt. ff. de interroga. actio. Item intellige, quando confeſſio non excuſatur: nam ſi probabiliter excuſatur, non inducit notorium, vt in cap. cum dilecti. infra de accuſat. & in l. cum fideicommiſſum. ff. de confeſſ.

Secundo nota ibi, vel alio modo, iuxta expoſitionem Hoſtien. & Ioan. Andr. qui exemplificant, quando reus conuictus per teſtes, contra quos nihil opponunt, vel quãdo fuit condemnatus, & non appellauit, vt in cap. veſtra. & in c fin. de cohab cler & mulier quod ex probationibus factis in iudicio reſultat notorium iuris. de quo etiam eſt bo. tex. in c. cum olim. io fi. infra de verbo. ſignif. ſed hoc intellige, quan-
4 do eſt in cauſa concluſum: quia ante concluſionem † teſtes & inſtrumenta nõ inducunt notorium, cum adhuc poſſunt reprobari, vt dicit glo. ſingularis in c. ſignificauerunt. in verbo, liquere. de teſtib. & per Innoc. eod tit. per tuas & per eundem ſupra eod. ex inſinuatione. ſed qualiter hoc debeat intelligi, dixi ſuper glo præalleg.

5 Tertio nota ibi, aduerſarium, arg. quod iudex † procedens ex officio non poteſt aſſignare terminum appellanti, quia tex. hoc tantum permittit, quãdo procederet ad inſtantiam partis. ſed Doct. communiter tenent contrarium in c. peruenit. & in c. conſuluit ſupra eod. & ad iſtum tex ibi, & tunc ſi habuit aduerſarium, dicunt ſupplendum eſſe, maxime.

Quarto no. tex. not. quod appellatio non debet eſſe vinculum iniquitatis, & quod ſolum ad præſidium innocentiæ fuit inſtituta, ſicut etiam dicit de iuramento, vt in capitu. quanto. de iureiuran.

6 Quinto nota, quod † dilatio eſt aſſignanda ſecundum diſtantiam locorum, & temporis qualitatem: nam conſiderãda eſt non ſolum diſtantia, ſed etiam qualitas temporis, ſcilicet an ſit tempeſtas, vel tempus hiemis fuit, quia in hieme non poſſunt fieri magnę diętæ, vel forte eſt tempus guerræ, vel tempeſtas in mari. Item conſideranda eſt natura negocii, quia ſi cauſa deſideraret celeritatem, dari debet breuior dilatio. ita dicit hic Bal.

7 Vltimo nota, quod in proceſſu † faciendo contra regulares, ſeruandæ ſunt conſtitutiones regulæ, & conſuetudines ſeruari conſuetæ, & quando regularis corrigitur ſecundum conſtitutiones, vel obſeruantias regulæ, non poteſt recuſare ſuperiorem tanquam ſuſpectum, nec ab eo appellare, quia correctio fit ad ipſius ſalutem, & de plano, & ſine ſtrepitu iudiciorum ad eam procedit. dicit tamen Innocen. quod ſi prælatus modum excedat in corrigendo, quod ſubditus poteſt appellare, & hoc placet dom. Abb. per cap. repræhenſibilis. ſupra eo. Hoſt. vero hic diſtinguit, vtrum ſuperior pro-
8 cedat † iudicialiter, an vero extra iudicium, ſecundum inſtituta regulæ.

In primo caſu dicit, ꝙ ſubditus poteſt eum recuſare, ac ab eo appellare ex iuſta cauſa, licet non vſquequaq; in cauſa regularium ſeruetur ordo iuris, ſicut in ſæcularibus. facit c. qualiter & quando, el 2. infra de accuſ. in fi.

In ſecundo vero caſu, quando procederet extraiudicialiter, dicit, ꝙ nõ poteſt recuſari tanquam ſuſpectus, nec ab eo appellari, niſi excedat modum in corrigendo. ſed do. Abb. dicit eſſe ponderandum iſtum tex. qui ſolum prohibet has conſtitutiones extendi ad regulares, quando per extenſionẽ fieret contra inſtituta regulæ, vel contra ſpeciales obſeruantias ipſorum religioſorũ. ſed ſi ſuperior excederet finem regulæ, vel obſeruantias ipſorum religioſorum, iſte tex. nõ prohibet hanc conſtitutionem extendi ad religioſos. Et ex hoc concluditur, ꝙ tunc procedatur iudicialiter, ſiue extraiudicialiter. ſi procedit ſecundum formam regulæ, & inſtituta ordinis non poteſt recuſari, nec ab eo appellari. de quo plene dictum eſt in c. ad noſtram & in c. repræhenſibilis. ſ. eod.

In glo. in verbo, confeſſio. diuide ipſam in duas partes.

In prima parte declarat, quot modis poſſit dici exceſſus manifeſtus

In ſecunda, an confeſſus poſſit appellare. ſecunda ibi, confeſſus.

9 In prima parte glo. dic, quod † exceſſus dicitur eſſe manifeſtus, etiam ſi de eo conſtat per legitimam probationem. de quo vide bo. tex. in cap cum olim de verb ſignif. & hoc modo intelligit iſtum tex. Hoſt. & Io. And ibi, aut alio modo fue-
10 rit manifeſtus. Et ideo dic, quod quatuor † modis aliquid poteſt dici manifeſtum.

Primo per ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam, vt in c fi de cohab cler. & mulier.

Secundo per cõfeſſionem vt hic, & in d c. fi. & in d. c. cum olim de verb ſignif.

Tertio modo per legitimam probationem, vt in d. c cum olim & quę dicatur legitima probatio, declaratum eſt ſupra in 2. notabili.

Quarto per euidentiam rei, quæ nulla tergiuerſatione celari poteſt, vt hic, & in d c. fi. & in d c. cũ olim. Et ſic quatuor modis dicitur aliquid eſſe notorium, quod tene menti.

In ſecunda parte glo. vult ergo iſta glo., quod ſola confeſſio non impediat appellationem in criminali. In ciuili vero admittitur confeſſus ad appellationem, ſi velit errorem probare, vt d l cum fideicommiſſum. ff de confeſſ. & in c vlt. de confeſſ. & ſic vult facere differentiam inter cauſam criminalem, & ciuilem. ſ. vt in criminalibus confeſſus poſſit appellare, & ſi non velit probare errorem confeſſionis. in ciuilibus vero non admittitur ad appellationem, niſi velit probare errorem: nam confeſſio in ciuilibus non poteſt reuocari niſi
11 probetur error, vt in d c. fi. ſupra de confeſſ. † Error autem confeſſionis poteſt probari in cauſa appellationis, vt eſt tex. notab. C. de erro. aduoc. l. ſi in fi. per quem tex. infertur regu-
12 la notabilis, quod quicquid poteſt reuocari † ante ſententiam, & poteſt reuocari poſt ſententiam in cauſa appellationis, pro quo facit lex. ſi quis inſinuandum. C. de reb. credit. & Bal ibi tradit illam regulam. facit optime l. poſtquam. §. Imperator ff. vt lega no caue vbi Bar. per illum tex. tradit regulam, quod quicquid poteſt fieri in prima cauſa, etiam poſt ſententiam pendente appellatione poteſt fieri.

Et nota bene iſtam regulam, ſed reuertendo ad quæſtionem glo. duo facit membra principalia.

Primum, nunquid confeſſus in cauſa criminali poſſit appellare.

Secundum, quid de confeſſo in cauſa ciuili.

13 Circa † primum tres ſunt caſus, quorum primus eſt, an confeſſus & conuictus poſſit appellare. Secundus, an confeſſus tantum poſſit appellare. Tertius, an conuictus tantum poſſit appellare.

14 In † primo caſu dicit do. Abb. ꝙ ſi concurrunt tria, de quibus in l. ij. C. quor. app. non recip canonizata. x q. 6. ſunt quorum ſ. ꝙ fuerit propria voce confeſſus ſponte, & non formidine tormentorum.

Secundo, quod fuerit conuictus teſtibus.

Tertio, ꝙ fuerit argumentis ſuperatus, & de argumentis dat exemplum Dom. Domi. poſt Abbatem in c. Romana §. ſin autem. eod. tit. in vj. vt quia fuit inuentus cum cultello ſanguinolento in manu, vel in vagina. & dicit do. Abb. ꝙ ſi iſta tria concurrunt. ſ. ꝙ ſit confeſſus, cõuictus, & argumentis ſu-
15 peratus, ex toto excluditur appellatio, † ita vt etiam iudex ad quem non debeat ipſum admittere. & idem dicit Azo, vt refert glo in c. Romana. §. ſin autem. in verbo, de quo. quæ incipit, no. alternatiuam, eod. tit. in 6. ſed glo. & communiter Doct. in d l. ij. C. quo appell. non recip. dicunt, ꝙ ſufficiunt duo. ſ. ꝙ ſit confeſſus & cõuictus. & idem gloſ. & Bal in l. creditor. § iuſſus ff. eo & ſic non requiritur, ꝙ ſit argumentis ſuperatus: ſed ſufficit, ꝙ ſit confeſſus, & conuictus ex hoc, vt excludatur ex toto a beneficio appellationis.

16 Secundus caſus eſt, quando eſt † cõfeſſus tantum, & in hoc gl. hic tenet, ꝙ poſſit appellare. idem tenet glo. 2. q 6. quicunque. idem tenet Archi & Pet. de Anch. in d. c Romana §. ſin autem. eod. tit. in 6. ibi tenet Pet de Anch. 2. & Bal in d. l. 2. C. quor. appellat. non recip & glo & Bart. in l. creditor § iuſſus. ff eod ſed de hoc eſt tex. in contrarium, in d § ſin autem. vbi probatur, ꝙ confeſſus non poteſt appellare, & ibi glo. pręall. tenet, ꝙ confeſſus non poſſit appellare, niſi velit allegare ſe errorem facti confeſſum fuiſſe. vnde But diſtinguit inter ius canonicum, & ciuile, dicens, quod de iure ciuili confeſſus poteſt appellare, vt dicit glo. & Bart. in d l creditor. §. iuſſus. ff. eo. ſed de iure canonico ſecundum eum iudex a quo non tenetur deferre appellationi, niſi excuſetur confeſſio, vt hic. ſed iudex ad quem poteſt recipere illam appellationem, & examinare vtrum fuerit legitima cauſa appellandi. ſed dom. Abb. dicit, ꝙ non eſt differentia inter ius canonicum, & ciuile, & ꝙ neutri iure canonico iudex a quo appellationi tenetur deferre, tum quia confeſſio aliter non excuſata inducit notorium, vt ſupra dixi. In notoriis autem non admittitur appellatio, vt ſupra eodem, conſuluit. cum ſ. ſimilibus

Tum quia ex diſpoſitione vtriuſque iuris non auditur quis contra illud, quod diffiedie confeſſus eſt. l. generaliter. C. de non numer. pecun. & in capit. per tuas. ſupra de probatio. Nec obſtat ſecundum quod nec in appellatione a diffinitiua non eſt neceſſe exprimere cauſam, vt dicit glo in ca. ſequẽ. quia hoc procedit, quando appellatio non eſt contra ius, alias non admittitur, niſi exprimatur cauſa rationabilis, vt not. Innoc in c. paſtoralis, de offic. deleg. § præterea & Spec. de execu. ſenten. § nunc dicendum verſic. ſed nunquid in dex.(?) iudex tamen adquem poteſt recipere appellationem & examinare, vtrum appellans habuerit legitimam cauſam appellandi, & impedire executionem ſententiæ a tempore quo incipit cognoſcere, vtrum appellatio ſit admittenda, vel non. & dicit quod hoc videtur velle tex in d. §. ſinautem. ſed ſi appellans alleget probabilem cauſam excuſando confeſſionem propriam, & tunc iudex a quo debet deferre appellationi, arg. c. cum dilecti. infra de accuſ. & optime ſecundum enim facit l fin. C de erro aduoc.

Sed in hoc aduerte, quia iſta diſtinctio domi. Abb. eſt ſatis dubitabilis, vnde conſidera tres caſus.

Primus eſt, an ſi allegatur cauſa probabilis teneat appellatio. & ſecundum omnes appellatio tenet quo ad iudicem ad quem, & hoc tenet glo. in §. ſinautem. quæ incipit, no. alternatiuam.

Secundus caſus eſt, quando allegatur cauſa probabilis, an
17 †iudex a quo teneatur deferre appellationi & dom. Abb. hic tenet, quod ſic. & iſtam opin ſequitur But. hic. & quaſi omnes ſcribentes. ſed Io. And in d. § ſinautem. ſuper 2 glo in d. § ſinautẽ tenet, quod iudex a quo non teneatur deferre appellationi, niſi iudex ad quem incipiat cognoſcere de cauſa appellationis, vel niſi inhibeat iudici a quo, ne in cauſa procedat, quia tunc ſuſpenditur iuriſdictio iudicis a quo, & ſic non poſſet procedere ad executionem ſententiæ, & dicit, ꝙ ita tenet Innoc. hic in c paſtoralis. § præterea ſ̃ de offic. deleg. iſtam cõcluſionem ſequitur etiam Dom. Dom. in § ſinautem & dicit ꝙ But ita concludit in c. re lra circa f. de cohab. cler. & mulie. & iſtam opin puto veriorem, quia hoc videtur probari in dic. §. ſinautem. vbi tex dicit, quod iudex ad quem poteſt inhibere, ne ſententia mittatur executioni per iudicem a quo. poſtquam incœpit cognoſcere vtrum appellatio ſit recipienda, vel non, & tex. loquitur indiſtincte, & ſic debet intelligi. & quando allegata eſt cauſa probabilis. & ita intelligit ibi. ſupra alleg. in ſi glo. idem ſentit per illum tex.

Tertius caſus eſt, quando non allegatur cauſa probabilis, & hoc caſu glo prædicta videtur ſentire, ꝙ non valet appellatio. nec quo ad iudicem a quo, nec quo ad iudicem ad quem, vt clarius firmat Dom Dom poſt Io. And & Lap. vbi concludit, quod ſi non allegatur cauſa legitima, non poteſt confeſſus appellare, & dicit, quod hoc probat tex & iura allegata in glo. ſed ſi allegatur cauſa legitima, dicit, quod valet appellatio quo ad iudicem ad quem, licet non ſuſpendat iuriſdictionem iudicis a quo, niſi vt ſupra dixi & ſic aperte vult, quod non valet appellatio, nec quo ad iudicem a quo, nec quo ad iudicem ad quem, quando cauſa rationabilis nõ eſt expreſſa. tamen Doct. communiter tenẽt opin. quam tenet dom Abb. & idem dicit Bal in l. 2 C. quorum appel non recip. hanc opinionem etiam ſequitur Archid. & Pet. de Anchar. in d. § ſinautem. & iſtam opin tanquam æquiorem puto amplectendam, maxime quia tex in d. § ſinautem, loquitur indiſtincte dicit enim, quod ſi eſt appellatum in caſibus a iure prohibitis: puta ſuper notorio crimine, vel quãdo eſt confeſſus crimen, quod poſtquam iudex cognoſcere cœpit, an appellatio ſit recipienda, vel non, poteſt inhibere iudici a quo, ne procedat in executione ſententiæ, vnde ille tex nõ requirit, quod exprimatur cauſa in appellatione, & ſic debet intelligi indiſtincte, prout indiſtincte loquitur. & pro hoc facit, quia iſtam opin. tenendo non corrigitur ius ciuile, quod diſponit vt confeſſus poſſit appellare, vt patet in d. l. a. C. quo. appell non recip canonizata. 2. quæſt. 6. ſunt quorum & in l. creditor. § iuſſus. ff. eod. ſed illa iura potius debent intelligi, vt limitatur per d. §. ſinautem. ſcilicet vt ſi confeſſus appellet, valeat appellatio, ſed iudex a quo poteſt exequi ſententiam priuſquam iudex ad quem incipiat cognoſcere, an appellatio ſit recipienda, & inhibeat iudici a quo, ne procedat in executione ſententiæ & iſtam puto veritatem. licet nonnulli ſequantur opi Io. And. & Dom. Dom in d § ſinautem. & videatur eſſe de mente Innoc in c. paſtoralis. §. præterea. de offic. deleg. ſed tamen vt dixi, præcedens opinio eſt communior, & æquior, ac etiam verior.

18 Quid autem ſi †reus ſit confeſſus crimen poſt ſententiam, an poſſit appellare. & Bart. in l. conſtitutiones. ff. eod. tenuit quod ſic & idem tenet Bal. in d. l ij. C. quorum appella. non recip & aſſignat rationem, quia confeſſio facta poſt ſententiam, non dr̃ facta in figura iudicij vnde non operatur. quætum ſi eſſet facta ante ſententiam. ſed Bart. in d. l. conſtitutiones. videtur ſentire, quod hoc non habet locum niſi quando talis cõfeſſio fit poſt ſententiam in cauſis capitalibus, quia ſic non poteſt renunciare appellationi directe, vt in l. non tantum. ff. eod. ita etiam non poteſt renunciare indirecte, ſed ſecus eſt in aliis cauſis, quia ſi fuiſſet confeſſus poſt ſententiam, videretur renunciaſſe appellationi, vnde nõ poteſt appellare, niſi allegaret errorem confeſſionis, & ſi ante ſententiam fuiſſet conuictus per teſtes, & poſt ſententiam confiteretur ex toto, priuaretur beneficio appellationis tanquam confeſſus, & conuictus, & hoc eſt de mente Bart. in d. l. conſtitutiones, ſi bene ponderentur eius verba. Et ex hoc ſum expeditus de ſecundo caſu, ſcilicet an confeſſus tantum poſſit appellare.

19 Nunc venio ad tertium an †conuictus tantum poſſit appellare. & glo. in l. non tantum. ff. eod. & in l. a. C. quorum appell non recip. tenet quod ſic. & idem tenet Bart. ibi in d. l. conſtitutiones. ff. eod. ſed Bal in l. auditis. C. eod dicit hoc eſſe verum, niſi probatio in tantum eſſet manifeſta, ꝙ tranſiret in notorium, quia tunc nõ obſtante appellatione poſſet fieri executio ſententiæ, & hoc etiam eſt de mente glo. in d. l. auditos. & eſt etiam de mente Bal. in d. l. ij. C. quorum appel. non recip. & idem tenet Raph in d. l. conſtitutiones. nam in notoriis non poteſt appellari. vt hic, & in c. peruenit. & in c. conſuluit. ſupra eod. & in c. cum ſit Romana. in ſi hoc tamen intellige, niſi in appellatione allegaret aliqua cauſa rationabilis, quæ haberet offuſcare notorium, vt d. c. Romana § ſinautem. & ibi hoc tenet glo. quæ incipit, nota alternatiuam, quæ ſupra fuit allegata. Et ex his ſum expeditus de primo membro, ſcilicet an confeſſus, & conuictus, vel confeſſus tantum in criminali poſſit ordinari.

Venio ad ſecundum membrum principale, ſcilicet nunquid eo modo ſit diſtinguendum quando cauſa eſt mere ci-
20 uilis, ſcilicet vt †confeſſus, & conuictus nullo modo poſſit appellare, & ꝙ iudex ad quem talem appellationem nõ poſſet admittere, & ꝙ ſi eſt confeſſus tantum, vel conuictus tãtum poſſit appellare eo modo quo dictum eſt, quando cauſa eſt criminalis. & glo & Bart. in d. l. ij. C. quorum appell non recip dicunt idem eſſe dicẽdum in cauſa ciuili, ſicut eſt dictum ſupra in cauſa criminali, & hoc ſequitur But. & dom. Abb. & Io. de Imo. ſed Salic. tenet contrarium in d. l. a dicens. quod etiam confeſſus & conuictus poteſt appellare, quando cauſa eſt mere ciuilis. idem ſequitur Ioã de Imo. in l. creditor §. iuſſus in ii. col. ff. eod & Raph. Cuma. in d. l. conſtitutiones. & eandem opinionem tenet Bal in l fi. circa fin. C. de accuſ. & te np. quæ iuncto tex. probat, quod in criminalibus cauſis admittitur appellatio in notoriis, etiam ſi quis ſit confeſſus & conuictus per modum notorij. ſed tu dic, quod illa glo non dicit verum.

Vnde tene primum, ſcilicet quod diſtinctio facta in cauſa criminali ſit facienda in cauſa mere ciuili, licet Ioan. Calder. ſecutus fuerit prædictam opinionem, ſcilicet quod confeſſus & conuictus in cauſa mere ciuili poſſit appellare ſed primam opinionem, ſcilicet quod in cauſa mere ciuili confeſſus & conuictus non poſſit appellari, & quod idem ſit dicendum tam in cauſa ciuili, quam in criminali, tenet glo. in dicto cap. Romana. § ſinautem. quæ incipit, nota alternatiuam eod. titu. in vj. & ſequitur Dom. Dom ſuper illa glo dicens, quod idem tenet But. in dicto cap veſtra & dicit, quod de hoc eſt caſus non cauillando tex. in ca quicunque. 2. q 6. & hoc tenet ibi glo. tamen ille tex loquitur ſolum in confeſſo. pro hoc eſt bo. tex. in l. abſtinendum. C quorum appella. non recip. vbi patet, quod confeſſus & conuictus in cauſa ciuili, non poteſt appellare & licet quidam nitantur reſpondere, quod eſt ſpeciale ibi in cauſa fiſcali, vel priuati patrimonij Cæſaris. illa reſponſio non eſt bona, quia tex. non fundat ſe in fauore principis, ſed in euidentiſſima probatione, quæ reſultat, ex eo, quod reus erat confeſſus, & conuictus. Et prima opin. eſt tenenda tanquam verior, & communior, quia eadem eſt ratio in cauſa ciuili, quæ eſt in criminali.

21 Sed quæro an prædicta habeant locum in ficta †confeſſione pro declaratione, hoc eſt, an poſſit ficte confeſſus appellare, quemadmodum recte confeſſus: pone exemplum de calumnia, nolens iurare de calumnia, habetur pro confeſſo, vt in c. fi. de iura. cal. Pone aliud exemplum nolens reſpondere poſitionibus, habetur pro confeſſo, vt in c. a. de confeſſ. in vj vel pone ꝙ ſtatutum dicit, ꝙ contumax habeatur pro confeſſo, nunquid talis ficte confeſſus poſſit appellare. & dicendum eſt, ꝙ ſic, quia non plus debet operari ficta confeſſio, quam vera, & hoc tenet Spec. in tit. de poſitionibus § 9. ver. verum. vbi concludit, ꝙ ꝯ fictam cõfeſſionem inductã a iure,

iure, vel ſtatuto debet admitti appellatio, & omnis defenſio
quæ admitteretur contra ueram confeſſionem. allegat oo.
in l. quoniam. ff. de his qui nota. inf. hoc etiam tenet glo. in
l. creditor. §. iuſſus. ff. eodem, & in l. ij §. quid ſi actor. C. de iu-
ram. calum. & illam glo. ſequitur ibi Barto plus voluit Bald.
in l. ita demum. in fi. C. de procurat. quod etiam ſi ex forma
ſtatuti quis habeatur pro confeſſo, & conuicto ſimul, quod
non intelligatur per hoc prohibitus appellare, ex quo non
eſt vere confeſſus, vel conuictus, ſed ficte tantum hoc tamē
debet intelligi, quando allegat aliquam cauſam rationabi-
lem, per quam excuſat ſuam contumaciam, & dicit Bal in l.
prima. C. quorum app non reci. & Ioan de Imo. & Raphael
Cum. in l. creditor. §. iuſſus ff. eodem, & idem tenet Salyc. in
dicta l. ij § quod ſi actor. C. de iuram. calum.

Secundo quæro, an confeſſio defuncti præiudicet hæredi.
iſtam quæſtionem poſuit Io. And. in addi. Spec. eod. titulo. §.
in quibus. verſi. ſed nunquid. vbi dicit, quod ſi defunctus ve-
niens ad mortem confeſſus fuerit coram epiſcopo, vel eius
vicario ſe exercuiſſe vſuram, vel rapinam, & quod extorſe-
rit mille, quæ promiſerat reſtituere his a quibus ſunt extorta
quod talis confeſſio habebit paratam executionem contra
hæredem abſque libello, & lit. conteſt. in tantum, quod ha-
bens appellare non poterit, niſi doceat de errore confeſſio-
nis defuncti etiam ſi ad hæredem nihil perueniat ex tali de-
licto. Nec obſtat l. j. C. ne ex delic. defunc. & quod habetur in
ca. in literis. de rapt. nam illa iura procedunt, quando hęres
conuenitur ex delicto defuncti, ſecus ſi conueniatur ex con-
feſſione defuncti, quia tunc hæres tenetur etiam ſi ex tali de-
licto ad hæredem nihil perueniret, ſecundum Ioan And. in
dicto ver. ſed nunquid, & idem dicit hic Ioan. de Imo. in ſex-
ta colum.

22 Nota bene verba Ioan. Andr ex quibus habes, † quod hæ-
res tenetur ex delicto defuncti etiam ſi ad hæredem nihil p-
ueniret quia defunctus fuit confeſſus delictum, & hoc pro-
cedit etiam ſi cōfeſſio ſit extraiudicialis, dummodo ſit facta
coram iudice recipiente pro his quorum intereſt, quod eſt
ſingulariter notan. quia multum limitat iura ciuilia dicētia
quod non tenetur hæres ex delicto defuncti, niſi lis ſit con-
teſtata ante mortem defuncti, niſi quatenus ex delicto ad
eum peruenerit, vt d. l. j. C. ne ex delic. defunct. nam hoc pro
cedit, niſi defunctus fuerit confeſſus delictum ante mortē,
& extra iudicium coram iudice recipiente pro his quorum
intereſt, & ſic extende illud, quod notat Bar in l. j ff de priua.
delictis vbi Bart. dicit, quod ſi defunctus in iudicio fuerit cō-
feſſus delictum tenetur hæres, licet lis non fuerit cōteſtata.
nam hoc locum habet etiam ſi confeſſio ſit extraiudicialis
facta coram iudice recipiente pro his quorum intereſt. facit
l. cum pro quo, & quod ibi no. Bal. ff. de in ius vocan Bar. ta-
men in dicta l. j. dicit, quod hæres poteſt conueniri ex vera
confeſſione defuncti, ſecus ſi eſt ficta, quia ficta confeſſio nō
tranſit contra hæredem ante ſententiam iudicis declarantis
eū haberi pro confeſſo, & hoc plenius declarat Bar in l. eius,
qui delatorem. ff. de iure fiſci, & idem dicit in l. ij § quod ſi a-
ctor. in fi. C. de iuram. calum. plus dicit Bar in d. l. 2. in fi quod
ficta confeſſio non extenditur ad aliam cauſam. vnde fictus
confeſſus in vno iudicio, non poteſt allegari ficte confeſſus
in alio iudicio, & de hoc eſt tex in l. 2. ff. de iure fiſci. hoc etiā
tenet Bal in ca. 2. de ordi. cogn. & dom Abb in c. per inquiſi-
tionem. in vj colum. de elect. & hoc tene menti, quia limitat
23 doctrinam Doctorum dicentium, quod † confeſſio facta in
vno iudicio, facit fidem in alio etiam variato, ſeu mutato fi-
ne agendi. immo etiam ſi fiat confeſſio in iudicio ſumma-
rio facit fidem in ordinario, vt notat Inno & Doct. in c. cau
ſam, ſupra de teſti el primo, & per Inno & Ioan. And. in c. 2.
de ordi cogn nam Innoc. & Doctor. debent intelligi in vera
confeſſione, ſecus in ficta quæ non facit fidem in alia cauſa
quod tene menti ſunt etiam aliæ differentiæ inter uerā con
feſſionem. & fictam de quibus vide Barto. in l. ſi per luſorio.
§ primo ff. eo. & in l. eius qui ff. de iure fiſci, & in l. cum filius.
ff. de uerborum obliga. & per Bart. in l. tam mandatori. C. de
non nume pecu.

Secundo nota ex iſtis verbis Ioan. And. in loco præalleg.
quod vbi fit confeſſio extra iudicium coram iudice recipiē-
ſe pro omnibus quorum intereſt, habet executionem para-
tam contra hæredem, dato quod non fiat in forma iudicii,
adeo quod poteſt condemnari non pręcedente aliquo libel
lo, vel aliquo ordine iuris immo dicit plus, quod non requi-
ritur plena probatio, de quo vide ibi per eum. hoc etiam ſe-
quitur hic dom. Abb allegat nota. in c. cum in dioceſi, ſ. de
vſuris. & Fed de Sen. conſilio ſuo 101.

Vltimo quæritur, nūquid ſi procurator confitetur, domi-
24 nus † poſſit appellare & But. hic dicit, quod etiam ſi eſſet cō
feſſus & conuictus, nihilominus dominus poſſet appellare.
idem ſequitur hic do. Abb. & But allegat no. in c. per inqui-
ſitionem. de elect facit optime præd. l. 2. C. quorum app non
reci. vbi tex. requirit, quod ſit conuictus, & voce propria cō
feſſus, & hoc ſequitur hic Io. de Imo. in fi. vltimæ colum fa-
cit, quod nota. in ca per inquiſitionem de elect. vbi Compo.
& Ioan. And & dom Abb dicunt, quod confeſſio facta per
procuratorem in uno iudicio non nocet domino in alio iu
dicio, quia non videtur procurator habuiſſe mādatum a do
mino in alia cauſa diuerſa, ſed ſolū in illa lite, in qua eſt tūc
procurator. ar. c. cum olim, ſupra de offi dele. licet confeſſio
propria noceat in alia cauſa. Iſtud tamen, licet ſit ſingulare
dictum, non multum facit ad propoſitum, quia ſi procura-
tor haberet mandatum ad confitendum, talis confeſſio no-
ceret domino etiam in cauſa appellationis, nam Io. Andr.
in dicto capitu per inquiſitionem, loquitur, quādo cauſa eſt
diuerſa, ſed cauſa appellationis non eſt diuerſa in ſubſtantia
a cauſa principali. vnde acta facta corā iudice a quo faciunt
fidem coram iudice ad quem. vt in c. ſi de proba. & in c. cau
ſam, el primo. ſupra de teſti. Iſtud tamen dictum Butr. dom.
Abb. & Io de Imo ſequitur Bal in l. l. C. quorum app non re
cip. & idem ſequitur ibi Sali ſed ego multum dubito de iſto
25 dicto, nam † confeſſio procuratoris præiudicat domino, qū
habet mandatum ad confitendum. immo ſi procurator nō
vult reſpondere poſitionibus dominus habetur pro confeſ
ſo, ut eſt caſus in c. 2. de confeſſ. in vj Et per hoc videtur, q ſi
procurator eſt confeſſus & conuictus, dominus non poteſt
appellare. Doct. tamen communiter tenent illud, quod ſu-
pradixi, & in iudicando non eſſet ad aliam opi acceden. vn-
de dicas, quod vbi procurator eſt confeſſus, & cōuictus, vel
confeſſus tātum. dominus poteſt appellare, & poterit proba
re errorem confeſſionis factę per procuratorem, & reproba
re teſtes cōtra ipſum productos, ſed ſi non probaret errorē
cōfeſſionis. nec reprobaret teſtes productos cōtra procura-
torem, ſnīa contra ipſum procuratorem lata remaneret fir-
26 ma, nec prodeſſet † appellatio domini. operatur ergo appel-
latio dñi duo Primo, quia procurator nō audiretur, nec a iu
dice a quo. nec a iudice ad quē, ex quo eſt confeſſus, & cōui-
ctus. Secūdo operatur, quia nō ſolū deuoluit cauſam ad iu-
dicem ad quem, ſed etiam ſuſpēdit iuriſdictionem iudicis a
quo, ex quo dominus non eſt propria voce confeſſus, prout
requirit præall l. 2. C quorum appel. non reci & iſta appella-
tio habebit effectum etiam ſi procurator ſolum fuiſſet con
feſſus, non tamen conuictus, quia interim ſuſpēdetur execu
tio ſentētiæ, tenebitur tamen dominus probare errorem cō
feſſionis factæ per procuratorem.

Nec obſt c. Romana § finali tē. eo. tit. in vj. quia loquitur,
quando reus fuit confeſſus ore proprio, quod requiritur, ut
patet in dicta l. ſecunda. C. quorum appel nō reci. canoniza-
ta 2. quæſt. ſeptima. ſunt quorum. vnde iſtum effectum ope-
ratur appellatio domini. tenebitur tamen probare errorem
confeſſionis procuratoris, & reprobare teſtes, ſi qui fuerint
producti contra eum, & hoc modo intellige But. & Ioan. de
Imo & dom. Abb hic, & Doctor. ſupra allegatos. Vtrum au-
tem confeſſio procuratoris noceat domino. dic vt per Bart.
& Doct in l. non ſolum ff. de procurat. & in l. prima ff. ſi quis
ius di. non ob. & per Docto. in capitu. primo, ſupra, ut li. non
conteſtata.

In glo. in uerbo, coram ſuperiore. nota bene glo. quæ vult
27 quod ſi † ſuperior procedit ex officio eſt citandus, vt defen-
dat proceſſum ſuum. ſed ſi procedit ad inſtantiā partis, tunc
non eſt citandus, & vide tex opt. probantem diſtinctionem
glo. in capit. venerabilibus, § ſed ſi excommunicatus. de ſent.
excomm. in ſexto, & de hoc vide plene per Innoc. in capit. de
cætero. de tranſact. & in ca. in noſtra. de procurat. & procedit
diſtinctio glo niſi ageretur ad pœnam iudici imponendam,
quia tunc ſemper debebit citari, ſiue proceſſerit ad inſtan-
tiam partis, ſiue ex officio, cum agatur de ſuo præiudicio, &
in præiudicium abſentis nihil ſit innouandum, vt in capit.
primo. de cau poſſ. & propriet. & in c. inter quatuor. de maio.
& obedien. cum ſimili. & de hoc eſt tex. expreſſus in dicto §.
ſed ſi excommunicatus. & ideo ſi electus, vel præſentatus
28 † appellauit ab epiſcopo qui noluit eum inſtituere, vel con-
firmare in cauſa appellationis, vel querelæ, debet facere cita
ri ipſum, quia agitur de pœna, & præiudicio ipſius, alias pro-
ceſſus eſſet nullus, ſiue epiſcopus proceſſerit ad inſtantiam
partis, ſiue ex officio. hoc tenet But hic referens Fed. de Sen.
ita conſuluiſſe per nota per Innoc. in cap penult. ſupra titu.
proximo, & idem tenet hic Ioan de Imo. in fi. ſexta colum.
& dom. Abb. hic ſuper iſta glo. in fi. penult colum. Dicit etiā
Butr. & dom. Abb quod etiam ſi iudex proceſſerit ad inſtan
tiam partium, licet non ſit citādus poteſt aſſiſtere ſi ſi vult,
vt cauſam inſtruat, vel vt ſuam ſententiam defendat. & ita
etiam notat Innoc. in locis præall. facit ad hoc l. a ſententia.

ſtue

ff de appella.& ad præd.allegat dom. Abb.vnum dictum Fe. de Sene. conſilio 204. vbi tenet proceſſum eſſe nullum ſi iudex proceſſit ex officio, ſi nõ fuit citatus per iudicem ad quẽ, & hoc placet dom.Abb.quia eſt loco aduerſarii, & pro hoc facit tex.in prin vbi eum recuſatore eligit arbitros, quando iudex procedit ex officio, & hoc tene menti.de quo etiam p Doct.in c dilectus,el primo, ſupra de reſcript.

In glo.in verbo, defecerit.in fi dic quod iſte text. loquitur de appellatione ab interlocutoria, in qua appellans debet ꝓbare cauſam eſſe legitimam, & veram, ut in ca. interpoſita, ĵ eodem.& in clem.appellanti, eodem ut. & ſi deficit in hoc probando, debet remitti ad iudicem a quo, vt hic, & in iuribus præalleg.

29 Vtrum autem præſumatur pro † ſententia diffinitiua: dic, vt in c.quoniam contra falſam, ſupra de probat.& in cap.in præſentia.ſ.de renun.Item ad quem pertineat onus probãdi in cauſa appellationis a diffinitiua: dixi poſt dom.Abb.in ca per tuas ſ.eodem.

In glo.in verbo, conſtitutione, no. bene glo. quia vult, ꝙ diſpoſitio ca ſacro, non ſit ſeruanda in religioſis contra ſuas obſeruãtias ſpeciales, & ſic uidetur gl.intelligere iſtum text. in fi.in ver.iterũ, vt loquatur de iſta conſtitutione, & de conſtitutione ca.ſacro & forte glo.ideo facit mentionem de ca. ſacro, quia tex in prin dum recitat ius antiquum facit mentionem de ca ſacro, & dicit dom Abb hoc eſſe bene notandum, & hoc dicit procedere ubi regula, ſeu inſtituta religioſorum darent certum modum, ſeu ordinem in excommunicando religioſos, vt ſatis ſit ſeruare illum ordinem, ſeu modum, quod dicit do. Abb. eſſe multum notandum. Sed ego circa iſtum non inſiſto, ſed remitto ad nota.in cap ſacro, & in cap.j de ſent excommunic in ſexto.vbi Ioan.And. & Doct.
30 tractant, an † prælati regulares in excommunicatione regularium teneantur ſeruare formam d.c ſacro & d.c.j.Inno. vero ponit alium intellectum, ſ ut tex in fi. intelligatur de his duabus conſtitutionibus hic contentis. nam in effectu duæ conſtitutiones continentur hic: una verſatur circa modum recuſandi iudicem, altera circa modum interponendę appellationis.& ſecunda cõſtitutio incipit in § porro, & dicit do. Ab quod iſte intellectus videtur magis literæ conformis ꝓpter illa verba, has duas conſtitutiones, &c debet enim relatio fieri ad proxima ſequitur c.cum cauſam.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio conceditur, ſi iudex vult habere eadem die confeſſionem aduocati reuocatam. item ſi delegans proceſſum a ſubdelegato ſui factum ratificat.*
2 *Litis conteſtatio fit per ſolam reſponſionem ad libellum.*
3 *Litis conteſtatio inducitur per obiectionem exceptionis peremptoriæ.*
4 *Confeſſio aduocati nocet clientulo, niſi ipſam reuocet.*
5 *Dominus videtur mandatum procuratori dare, dum videt eum agere nomine ſuo, & tacet.*
6 *Procurator poteſt reuocare confeſſionem aduocati.*
7 *Confeſſio præiudicans cauſæ, præiudicat & proceſſui.*
8 *Delegatus inferioris a principe non ſubdelegat alteri vices ſuas.*
9 *Actus nullus ex defectu iuriſdictionis, non poteſt ratificari per ſuperiorem.*
10 *Appellare licet a grauamine iudicis, licet ipſe non credat grauare.*
11 *Confeſſio aduocati poteſt per clientulum reuocari uſque ad triduum.*
12 *Exceptionum dilatoriarum oppoſitio habetur pro litis conteſtatione, ubi actus requireret litis conteſtationem.*
13 *Confeſſio probando errorem reuocari poteſt uſque ad concluſionem in cauſa.*
14 *Confeſſio aduocati qualiter reuocetur, vide 3. caſus.*
15 *Aduocatus confitendo ignorante clientulo, ei non præiudicat.*
16 *Confeſſio aduocati diſtinguitur, ut aut concernat proceſſum, aut concernat merita cauſæ.*
17 *Delegatus diſtinguitur in delegatum principis, & delegatum inferioris.*
18 *Delegatus inferioris a principe non poteſt ſubdelegare.*
19 *Delegatus inferioris non iuriſdictionalem articulum, ſed nudi miſterij delegat tantum.*
20 *Delegatus inferioris poſſet ſubdelegare, ſi haberet facultatem ſibi commiſſam a delegante.*
21 *Delegatus principis, an delegare cum poteſtate ſubdelegandi poſſit.*
22 *Conſuetudo in iuriſdictionis delatione maxime conſideranda eſt.*
23 *Excommunicatio non tranſit in tertiam perſonam.*
24 *Delegatus ad uniuerſitatem cauſarum, ordinario æquiparatur.*
25 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis, an cenſeantur delegati ad uniuerſitatem cauſarum.*
26 *Differentia inter ordinarium, & delegatum ad uniuerſitatem cauſarum.*
27 *Ordinarius, an poſſit omnes uices ſuas alteri committere.*
28 *Differentia inter appellationem a diffinitiua, & ab interlocutoria ſententia.*
29 *Appellatio a diffinitiua, an de neceſſitate in ſcriptis debeat fieri.*
30 *Apellari incontinenti, quando dicatur.*
31 *Appellatio ab interlocutoria, an poſſit fieri uiua uoce.*
32 *Cauſa rationalis, an ſit exprimenda in appellatione a diffinitiua, cum limitationibus.*
33 *Appellatio ab interlocutoria, an requirat cauſæ expreſſionem.*
34 *Appellatio quare fiat in ſcriptis.*
35 *Cauſæ expreſſio non requiritur in reuocatione attentatorum.*
36 *Sententia lata ſuper attentatis qualiter habeat vim diffinitiuæ.*
37 *Cauſa qualiter exprimenda ſit in appellatione ab interlocutoria.*
38 *Appellatum ab interlocutoria an ſufficienter cenſeatur dicendo, Appello ab iniuſta interlocutoria, prout ex actis apparet, vel a grauamine, quod ex actis colligi poteſt.*
39 *Appellans nunquid teneatur probare omnes cauſas grauaminis expreſſas in appellatione.*
40 *Grauaminis cauſæ quot ſunt, tot reſcripta de ſtylo curiæ impetranda ſunt.*

CAP. LXII.

CVm cauſam. Si iudex cõfeſſionem aduocati eadem die reuocatam pro litis ꝯteſtatione, vult habere, vel ſi delegans proceſſum factum a ſubdelegato ſui dele
1 gati factum ratificat, licite † appellatur. In prima ponitur facti narratio. In ſecunda iudicis datio. Secũda ibi, mãdamus.

2 Nota primo ex tex. quod ad litis † conteſtationem nõ requiritur ſolennis interrogatio iudicis, aut actoris, ſed ſufficit ſola reſponſio ad libellum etiam ſi fiat per aduocatum reo approbante. de quo ſe remittit domi. Abb. ad c.j. ſupra ut li. non conteſt. & dicit, quod hoc videtur eſſe contra communem opin legiſtarum, nam aduocatus hic reſpõdet ad libellum, neque iudex interrogauit eum animo litem conteſtandi.

Secundo nota, quod per obiectionem exceptionis perem
3 ptoriç inducitur † lit. conteſtatio, quando excipiens nõ ſtat in meris terminis excipiendi, ſed negat intentionem actoris de quo vide bo. tex, & glo in c.ij. de lit conteſt in ſexto. Bal tamen aliter intelligit iſtum tex. dicit enim, quod per obiectũ exceptionis peremptoriç, ſi non vltra proceditur, non inducitur litis conteſtatio, nec directe, nec indirecte, ſecus ſi reus vltra procedit offerendo ſe probaturum, vel teſtes producẽdo, & dicit quod hoc eſt nota. dignum, & quod non reperitur alibi, ſed hoc non dicit. ſed iuncta glo. in verbo, aduocati poteſt induci iſte tex nam illa glo. in fi dicit, quod ſi reus ꝓduxiſſet teſtes, vel aliud egiſſet, quod poſt li. conteſt. eſſet faciendum, fuiſſet lis conteſtata, nec potuiſſet reuocare reſpõſionem aduocati, & hoc tene menti propter auctoritatem Bal. licet Docto. dicant, quod iſte aduocatus ſtetit in meris terminis opponendi exceptionem, ſed negauit intentionem actoris.

4 Tertio nota, quod † confeſſio aduocati præiudicat clientulo, niſi ipſam reuocet, vt eſt text. hic notabilis. pro hoc facit tex. notandus in l. j. C. de erro aduo. vbi patet, quod ſi aduocatus aliquid facit præſente clientulo, & tacente, quod perinde ei præiudicat ac ſi eſſet factum per ipſum clientulum, & hoc tene menti.

Ex quo habes, quod licet ſit magna altercatio inter Doc.
5 an videatur † dominus dare mandatum agẽti nomine ipſius domini, quando ſcit, & tacet, de quo plene habetur in ca ex parte decani, ſupra de reſcriptis. tamen ſi aduocatus aliquid facit ſciente clientulo, videtur clientulus conſentire, niſi illud reuocet, & per iſtud cap & per d. l. primã conſulul, quod appellatio interpoſita ab aduocato præſente cliẽtulo, perinde valuerit ac ſi ab ipſo clientulo fuiſſet interpoſita, quod tene menti. Eſt tamen differentia, ſecundum Doctor. inter reuocationem propriç confeſſionis, & reuocationem cõfeſſionis factæ per aduocatum, quia reuocans primam confeſſionem tenetur probare errorem, vt in c. fi. ſupra de confeſſ. & in l. error. C. de iur. & fac. igno. tamen reuocans confeſſionẽ aduocati infra terminum a iure ſtatutum, de quo dicetur ſuper gl. in verbo, aduocati, ſed non tenetur probare errorem confeſſionis. ratio differentiæ eſt, ſecundum Hoſt. quia aduocatus non habet a iure poteſtatem conferendi, nec procedẽdi in cauſa, ſed ſolum patrocinãdi in cauſa, ſecundum Hoſt. hic, cuius dictum ſatis probatur in tex.

6 Quarto nota, & tene menti, quod procurator † poteſt reuocare confeſſionem aduocati ideo dicit hic Bal. quod aduocatus nunquam efficitur dominus litis. allegat l. primã §. primo. ff. de poſtulan. procurator autem bene efficitur do-

minus litis per conteſtationem, vt in c.j.& ij.de procurat. in ſexto.

7 Quinto nota, quod ſicut † confeſſio præiudicans circa merita cauſæ poteſt reuocari, vt in cap.fi.de confeſſ. ita etiã, quando præiudicat circa proceſſum, vt quia confeſſio impedit opponere declinatorias, vel dilatorias exceptiones. vnde iſte tex.eſt notandus.

Sexto nota, quod ſolus delegatus principis poteſt alteri
8 ſubdelegare cauſam: delegatus † autem inferioris a principe non poteſt alteri vices ſuas ſubdelegare, neç etiam ſubdelegatus delegati principis, ne fiat proceſſus in infinitum.

9 Septimo nota, quod actus nullus ex † defectu iuriſdictionis non poteſt per ſuperiorem ratificari, vt paret hic. quia delegatus principis nõ poteſt ratificare receptionem teſtiũ factam per ſubdelegatos ſubdelegatorum. ſed nunquid poſſet de conſenſu partium ratificare. vide Rota. deciſ. 258 quæ incipit, item ſi auditor, & 288.& plene dixi in ca cũ cauſam, ſupra de teſti.

Vltimo nota ibi, credentes, quod licet iudex non credat
10 grauare, tamen † a grauamine iudicis licite poteſt appellari.

Ex quo infertur, quod a grauamine illato re ipſa licite appellatur, quamuis ex mente iudicis nõ proceſſerit, vt eſt tex. hic notabilis, de quo dixi ſupra eo.ex parte.

In glo.in verbo, aduocati, nota duo ex iſta gloſſa.

Primo not. limitationem ad l.3.C.de erro.aduo.quę dicit
11 quod clientulus poteſt reuocare † confeſſionem aduocati, vſque ad triduum nam lex procedit, quando confeſſio concernit merita cauſæ, ſecus ſi concernat proceſſum. quia tũc debet reuocari eadem die, vt hic, & iſtud ſequitur hic domi. Abb dicens iſtam glo tenendam eſſe menti.

Secundo nota ex glo. quod clientulus faciens actum qui non debet fieri, niſi poſt lit conteſta. cenſetur approbare lit. conteſt per aduocatos, & renunciare exceptionibus dilatoriis. vnde tene menti iſtam, quia ex ea ſequitur, quod ſi cauſa eſſet ſummaria, in qua non requiritur lit. conteſtatio, actus qui non deberet fieri, niſi li. conteſtata excluderet oppoſi-
12 tionem dilatoriarum † exceptionum, quia talis actus habetur pro li.conteſta & de hoc eſt glo. expreſſa in c.j. in verbo, abſentia de elec.in vj. Sed do. Abb. circa reuocationem confeſſionis hic diſtinguit, & facit duo membra principalia.

Primum eſt, quando agitur de reuocatione confeſſionis proprię.

Secundum, quando agitur de reuocatione cõfeſſionis aduocati.

In primo membro concludit, quod aut quis vult reuocare propriam confeſſionem incontinenti, & tunc non eſt neceſſe probare errorem, & hoc tenet glo.in c.fin.in verbo, iuſta cauſa, de iureiuran.in ſexto, & 32.quæſt j.apud miſericor
13 dem.† Probando autem errorem poteſt reuocari vſque ad concluſionem in cauſa, vt in l.error. C.de iuris, & fac.igno. & in c.fi.ſupra de confeſſ. Item poteſt reuocari poſt ſententiam diffinitiuam in cauſa appellationis, vt in l fi.C de erro. aduo.& in l prætor § iuſſus.ff.eod.& in c Romana §. ſin autem iuncta glo quæ incip.nota alternatiuam, eodem titu.in ſexto.& de hoc articulo ſe remittit dom. Abb.ad c. fin.ſupra de confeſſ.

In ſecundo autem membro, ſ quando quis vult reuocare
14 † confeſſionem aduocati diſtinguendo plenius quam dom. Abb facias tres caſus.

Primus eſt, quando confeſſio aduocati eſt facta ignorante clientulo, vel eius procuratore.

Secundus eſt, quando eſt facta præſente clientulo, vel eius procuratore.

Tertius caſus eſt, quando confeſſio eſt facta procuratore certificato de confeſſione aduocati.

15 In primo caſu † confeſſio aduocati nullo tempore præiudicat, niſi clientulus poſtea ſciens illam non reuocet, vt hic, & in l fi.C.de erro.aduoca.

In ſecundo autẽ caſu, quando confeſſio ſit præſente clientulo, vel eius procuratore text. videtur velle in l i. C.de erro. aduo quod perinde præiudicet ac ſi ipſe clientulus, vel procurator eſſet confeſſus, tamen dic quod etiam hoc caſu poteſt reuocari uſque ad triduum, vt eſt tex.in l fi.eodem tit. vnde dic.vt dicam in ſequen.caſu.ſi autem clientulus, vel procurator contradiceret tali cõfeſſioni, nullo præiudicaret, vt probatur hic, & in d l.j.& in l.fi.C.de erro aduo.

In tertio caſu, ſ.quando dominus, vel eius procurator po
16 ſtea ſciuit † confeſſionem aduocati dom. Abb.ſequitur diſtinctionem glo.ſ.quod aut confeſſio concernit proceſſum, & debet reuocari eodem die, ut hic. Aut concernit merita cauſæ, & debet reuocari infra triduum, ut in d l.fi.C.de erro. aduo poſt triduum vero non poteſt reuocare, niſi velit docere de errore, ſed docendo de errore poteſt reuocare, vſque ad concluſionem in cauſa, & etiam poſt ſentẽtiam in cauſa appellationis, ſicut poſſet reuocare confeſſionem propriam, vt dixi ſupra in primo caſu, & hoc modo debet intelligi glo. 31.quæſ.ſecunda. Lotharius, & 35.q 9 § 15 ita.quę voluit confeſſionem aduocati poſſe reuocari vſque ad ſententiam, nã debet intelligi, quando probatur error, alias non poſſet reuocari, niſi eadem die, uel infra triduum, vt ſupra dixi. Item intellige illud, quod ſupra dixi eadem die, vel infra triduum, niſi eſſet expreſſa, vel tacite approbata per clientulum, puta producendo teſtes, vel inſtã, petendo dilationem in cauſa, nam tunc idem eſſet dicendum, quod in cõfeſſione propria, vt dicit glo. ſequitur etiam dom. Abb nam omnia noſtra facimus, quibus auctoritatem impertimur, vt in ca ſi apoſtolicę de præben. in vj. Et de hac materia remittit dom. Abb ad Spec in titu de confeſſ §. poſtremo, ver. item ſi fit per aduocatum, & ſecundum prædicta declara glo.ſimilem, in capit. olim.in glo.ij infra de cenſi.

In glo in verbo, non fuit, dom Abb dicit ad iſtum text. vt ceſſet omnis obiectio debet fieri ſuppletio, quod iſte aduocatus dixerit petita per partem aduerſam fieri non debere, quia prior, & canonici poſſederant eccleſiã, de qua erat contentio per 40.annos, & vltra, & ita etiam ſupplet Hoſ. & Io. Andr.in verbo, pacifice.de quo dic, ut habetur in ca.2.de lit. conteſta.in ſexto.

In glo in verbo, a principe. diuide iſtam gloſ in duas partes.nam in prima tractat de delegato ad unam cauſam, in ſecunda vero tractat de delegato ad uniuerſitatem cauſarum. Secunda ibi, & quod dicitur delegans.

In prima parte glo. Conclude quod aut nos loquimur de
17 delegato † principis, aut de delegato inferioris.

In primo caſu, dic quod delegatus a principe poteſt & totam cauſam ſubdelegare, & in totum, & ad tempus, & vnum articulum ipſius cauſæ, ut in c.ſuper quæſtionum, & in c.paſtoralis, ſupra de officio deleg.& in cap.ſi delegatus, eodem titulo in ſexto.

In ſecundo vero caſu, ſcilicet, quando tractatur de delega
18 to † inferioris, vel de ſubdelegato delegati principis, & iſti nõ poſſunt ſubdelegare, nec eſt facienda differentia, an lis ſit cõteſtata, vel non, quia iudex non efficitur dominus litis, ſed bene procurator, quia ipſe litem conteſtando, videtur quaſi contrahere.l.3.§ idem ſcribit.ff.de pecul. & ideo litem conteſtando efficitur dominus litis, non ſic in iudice, quia iudex in litis conteſtatione habet ſe, vt patiens: procurator autem, vt agens, & iſta cõcluſio probatur hic, nam receptio teſtium fit poſt li.conteſt. vt in cap quoniam, & per to. tit. ſupra vt li. non cont & tamen Papa mandat ex hoc ſolo capite proceſſum pronunciari irritum etiam ſi lis conteſtata fuiſſet. nam Papa loquitur hic alternatiue, ad cuius veritatem ſufficit alteram partem eſſe veram, vt in c inter cęteras de reſcri. Nõ obſtat c.cum Bertoldus, ſ̃ de re iud. ad quod Io. And reſpondet aliter, quam glo dicit enim, quod legatus inferioris poteſt ſubdelegare articulum non iuriſdictionalem, puta ſi approbauit teſtem producendum, & examinauit capitula, ſuper quibus debet interrogari, tũc enim examinationem poteſt alteri committere, & hoc modo loquitur c.cum Berthol. ſupra de re iud & iſtam ſol ibi tradit Innoc. facit quod no glo. in dicta ele vnica de officio delega.

Et ex hoc habes, an & quando articulus receptionis teſtiũ dicatur iuriſdictionalis, vel nudi miniſterii. de quo plenius dixi in d.c.cum Bertholdus.

Ex quo infertur limitatio ad iſtum tex. & gl dum dicit, ꝙ
19 delegatus † inferioris non poteſt ſubdelegare. nam hoc fallit, niſi ſubdelegaret articulum nudi miniſterii carẽtem iuriſdictione, & hoc etiam tenet glo fina in clem.vnica.de offi. dele.& hoc modo reſtringe Bar.in l.more.ff.de iuriſd. omnium iudi. inquantum dicit, quod delegatus ab ordinario, vel ſubdelegatus a delegato principis poteſt ſubdelegare vnum articulum cauſæ. nã debet intelligi, quando ſubdelegaret vnũ articulum cauſæ carentẽ iuriſdictione, & ita reſtringit Ang. ibi, & communiter Doct.

20 Secunda limitatio, quando delegatus † haberet ſpecialẽ conceſſionem ab ordinario qui cauſam delegauit, puta ſi ordinarius dicit, delegamus tibi talem cauſam cum poteſtate ſubdelegandi. nam tunc poteſt ſubdelegare. hoc tenet gl. no. in c.15, cui.de offic deleg. in ſexto.& illam gl. ſequitur ibi Io. And.in nouella, dicens, quod pro ea facit communis cõſuetudo per quam ordinarii communiter ſcribunt cũ illa clauſula, per te, uel per alium. idem tenent Dom. de Rota deciſ. ſua 368. quæ incipit, item ſi epiſcopus, & ſequitur etiam do. Abb hic, & in c.cum Bertholdus. ſupra de re iud.& in ca ſuper quæſtionum. circa prin. de offic. dele. idem tenet Bar. in dicta l.more & in l.ſolet.ff. de iuriſd. omnium iudic.& Bal & Saly. in l.a iudice. C. de iudic.& Io. de Imo. in clem. vnica. de

officio

officio deleg. vbi dicit iſtam eſſe communem opi. Sed dubi-
21 tatur, an delegatus principis † poſſit ſubdelegare, cum pote-
ſtate ſubdelegandi & glo. ſingularis tenet, quod non, in c. ſu
per quæſtionum. § porro in verbo, transfert. ſ. de offic. dele.
& illam glo ſequitur ibi dom. Abb. & in c. cum Bertholdus,
in 9. colum de re iudi. idem tenent Dom. de Rota, deciſ 368.
hoc tamen intellige, quando delegatus principis committe-
ret totaliter vices ſuas alteri, ſecus ſi aliquid ſibi reſeruaret
de iuriſdictione, tunc enim poſſet alteri ſubdelegare cum po
teſtate ſubdelegandi ratio differentiæ eſt, quia quando in to
tum committit vices ſuas deſinit eſſe iudex, ideo nõ poteſt
dare poteſtatem ſubdelegandi, ſed quando retinet ſibi aliqd
de iuriſdictione, tunc quia non deſinit eſſe iudex poteſt da-
re poteſtatem ſubdelegandi, & idem ſenſit Io. And. in d. ca.
is, cui dum reſpondet ad iura inducta per Archid.

Tertio limita, quando conſuetudo diſponeret, quod dele-
gatus, vel ſubdelegatus poſſet ſubdelegare de hoc eſt glo no
tabilis in l cum prætor § j ff. de iudi vbi hoc affirmat Ange.
22 nec mirum, quia † conſuetudo defert iuriſdictionem ordi-
nariam etiam priuatæ perſonæ in his, quæ ſunt meri, vel mi
xti imperii, vt eſt tex ſingul in cap. cum contingat, ſ. de foro
compe. Ergo fortius poterit conſuetudo ampliare poteſta-
tem delegati, & ſubdelegati in ſubdelegando, & iſtam limi-
tationem tene menti.

Quartam limitationem addam in ſeq parte glo Item ad-
23 uerte, dum glo. allegat ſimile de † excommunicatione, quæ
non tranſit in tertiam perſonam, dic declarando glo. quod
communicans excommunicato, non incidit in excommu-
nicationem eandem, ſed minorem, vt in capi. nuper. de ſent.
excommun niſi participaret in crimine, vt in cap. ſi concu-
binæ j. de ſent. excomm. ſicut ergo excommunicatio maior
non tranſit in tertiam perſonam, quia participans cum eo,
non incurrit eandem excommunicationem, ſed minorem:
ita poteſtas ſubdelegandi non tranſit in ſubdelegatum, quæ
reputatur tertia perſona: nam princeps delegans eſt prima
perſona, delegatus ab eo, eſt ſecunda perſona: ſubdelegatus
vero reputatur tertia perſona. Vel poteſt alio modo glo. in-
telligi, quod excommunicatio non tranſit ad tertiam perſo
nam, quia licet communicans excommunicato incurrat ex
communicationem minorem, tamen communicans cum
tali participante nullam excommunicationem incurrit, quia
minor excommunicatio non tranſit ad tertiam perſonam,
vt in cap. quoniam. 11. quæſt. 3. & ita dicit intelligi glo. 29. di.
ca. penult. Appellatur ergo tertia perſona, ille qui commu-
nicat cum eo, qui participauit excommunicato.

In ſecunda parte glo. tene menti iſtam glo. ex qua habes
quartam, & ſingularem limitationem ad iura dicentia dele
gatum ab inferiore a principe non poſſe ſubdelegare non e-
nim procedunt illa iura in delegato ad vniuerſitatem cauſa
rum, quia talis eſt quaſi ordinarius, & ponit exemplum do.
Abb. in officiali foraneo epiſcopi, qui conſtituitur in certa
parte diœceſis. nam ille habet delegatam iuriſdictionem, nõ
ordinariam, ut dicit glo. in clem. & ſi principalis, in verbo Fo
24 raneo. de reſcriptis æquiparatur ergo † delegatus ad vniuer
ſitatem cauſarum ordinario in hoc, quia poteſt ſubdelegare
ſicut ordinarius. Quis autem dicatur habere delegationem
ad uniuerſitatem cauſarum vide Bal. in l. a iudice. C. de iudi.
Secundam æquiparationem poſuit Barto. in l. Pomponius,
alias ſi vnu. ff. de re iud. vbi dicit, quod ſicut, quando ſunt plu-
res ordinarii poteſt coram quolibet cauſa inchoari, vt in l.
vnica. ff. de offic. conſulis. ita quando ſunt plures delegati ad
vniuerſitatem cauſarum, nam quilibet poteſt in cauſa pro-
cedere abſente alio & iſtam opi ſequitur hic dom. Abb. Sed
in contrarium tenet in cap. cauſam matrimonii, & in ca. fin.
ſ. de offic. dele. mouetur per c. ut officium, iuncta glo. in ver-
bo, ſeparatim, de hæreti. in ſexto. vbi patet eſſe ſpeciale in fa-
uorem fidei, quod plures inquiſitores hæreticæ prauitatis
poſſint ſeparatim, & ſingulariter procedere in cauſa hæreſis,
25 ergo in contrarium eſt ius commune. l. j. ff. ad munic. ſed † in-
quiſitores hæreticæ prauitatis intelliguntur eſſe delegati ad
vniuerſitatem cauſarum, vt dicit Ioan. And in c. per hoc. de
hæreti. eod. libro, & hanc opin. etiam ſequitur Ioan. de Imo.
in c. prudentiam, in 5. colum. de officio deleg. ſed dom. Card.
ibi ſequitur opi. Bar. in dicta l. Põponius, alias, ſi vnu. & Doc.
communiter ſequuntur. & tenendo hanc opi quæ eſt com-
munis, poteſt reſponderi ad d. c. ut officium. dicendo, quod
inquiſitores hæreticæ prauitatis nõ ſunt proprie delegati ad
vniuerſitatem cauſarum, quia intelliguntur ſolum delegati
ad cauſas hæreſis, non autem ad alias cauſas, vt in c. accuſa-
tus, § ſane. de hæreti. in ſexto. vbi patet, quod non poſſunt co
gnoſcere de aliis cauſis, quæ non ſapiũt hæreſim manifeſte,
ſed delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poteſt cognoſcere
de omnibus cauſis, qualeſcunque ſint.

Nec obſtat dictum Ioan. And in dicto c per hoc, quia lar
go modo poſſunt dici delegati ad vniuerſitatem cauſarum,
non autem proprie loquendo.

Tertia æquiparatio eſt, quia licet delegatus ab ordinario
non poſſit exequi ſententiam ſuam, ſecundum communem
opi. legiſtarum, vt in l. a diuo Pio. ff. de re iud licet glo. & Ca-
noniſtæ communiter teneant cõtrarium in c. ſi quis contra
clericum. de foro compet. tamen delegatus ad vniuerſitatẽ
cauſarum poterit exequi ſententiam propriam, & hoc tenet
Ang. in l. tale pactum. § qui prouocauit. in penul. charta ſuæ
repet. ff. de pact.

Quarta æquiparatio, quia delegatus ad unam cauſam ẽt
a principe lata ſententia nulla, eſt functus ſuo officio, vt in l.
ſi ut proponis. C. quomodo, & quando iudex, & per Innoc.
in ca. in literis. de offic. delega. tamen ſecus eſt in delegato ad
vniuerſitatem cauſarum, quia ſi in una cauſa tulit ſententiã
diffinitiuam nullam poterit reaſſumere, & iterum in eadem
cauſa cognoſcere, & ſententiare ad inſtar ordinarii, & ita
firmat Bal in d. l. ſi vt proponis, in tertia colum. & eſt de mẽ
te Dominorum de Rota, dec. 361. quę incipit. item dubitatũ
fuit vtrum auditor. circa med. Sed vide omnino, quod not.
Dom. Abb. in cap. qualiter, el primo, infra de accu. vbi decla
rat, an & quando delegatus poſſit reuocare ſuam ſententiã
nulliter latam.

Quinta æquiparatio eſt, quia licet iuriſdictio delegati ad
vnam cauſam nõ ſit prorogabilis de perſona ad perſonam,
vt in ca. P. & G. de offic. delega. iuriſdictio tamen delegati ad
vniuerſitatem cauſarum eſt prorogabilis de perſona ad per
ſonam, ut dicit Dom. Abb in d. c. P. & G. & illas quinque æq-
26 parationes tene menti. Sed † adde duas differentias inter or-
dinarium, & delegatum ad vniuerſitatem cauſarum.

Prima eſt, quia iuriſdictio ordinaria non finitur, nec ex-
tinguitur, dato quod ille qui conſtituit eum ordinariũ mor
tuus ſit re integra. ſecus in delegato ad vniuerſitatem cauſa
rum, quia iuriſdictio ſua expirat per mortem delegãtis re in-
tegra hoc tenet dom. Abb in c. relatum, & But. & Io. de Imo.
in c licet. de offic deleg & Bar. & Ang in d l. & quia, ſeu in l.
more ff de iuriſdic. omnium iud. nam dum dicunt, quod per
petuatio iuriſdictionis in una cauſa inducit perpetuationẽ
in omnibus aliis cauſis, ex quo ergo requiritur perpetuatio
nem iuriſdictionis fieri in vna cauſa, patet quod nulla facta
perpetuatione extinguitur iuriſdictio delegati ad vniuerſita-
tem cauſarum mortuo delegante.

Secunda differentia, quia delegatus ad vniuerſitatem cau
ſarum non poteſt in totum alteri committere vices ſuas, vt
dicit Ioan. de Imo. in c. ſuper quæſtionum § ſi vero, ſuper gl.
in uerbo, nec cauſam alii delegare, ſ. de offi deleg.

27 Ordinarius autem poſſet omnes vices ſuas † alteri com-
mittere, licet non poſſit iuriſdictionem in totum a ſe abdica
re, ut in l legatus. ff. de offic. præſi. vnde ordinarius poteſt face
re vicarium generalem, ut in c. Romana, eodem titulo, in 6.
& in c. licet, de offic. vic. in ſexto. adeo quod poſſet omnem
ſuam iuriſdictionem transferre in vicarium, vt patet in d c.
licet. nam per talem translationem non deſinit eſſe ordina-
rius, cum poſſit remouere officialem, vel vicarium ad libi-
tum ſuum. Delegatus autem ad vniuerſitatem cauſarum de
legando in totum vices ſuas priuaret ſe in totum iuriſdictio
ne, vt in ca. quamuis, de offic. deleg. in ſexto. vnde non poteſt
in totum committere vices ſuas, niſi ſit delegatus principis,
quod tene menti.

In glo. fina nota iſtam glo vſque ad fi. quia quotidie allega
28 tur, & in effectu iſta glo facit † differentiam inter appellatio
nem ab interlocutoria, & appellationem a diffinitiua, dicẽs
quod appellatio ab interlocutoria non poteſt iuſtificari ex
cauſa expreſſa in appellatione, ſed appellatio a diffinitiua põt
iuſtificari ex alia cauſa etiam non expreſſa in appellatione,
vt in l. ſcio. ff. eodem. Item dicit gloſ. quod in appellatione a
diffinitiua ſufficit dicere, appello ab iniqua ſententia, & ſic
videtur ſentire, quod appellatio a diffinitiua non debeat de
neceſſitate fieri in ſcriptis, ſed bene appellatio ab interlocu-
toria, ſeu a grauamine, & hoc tenet expreſſius glo. in c. vt de
bitus, in verbo, cauſa, in fi. ſupra eodem. Vnde quatuor ſunt
videnda.

Primo, an appellatio a diffinitiua ſit facienda in ſcriptis,
& quid de interlocutoria.

Secundo, an in appellatione a diffinitiua requiratur ex-
preſſio cauſæ.

Tertio, an in appellatione ab interlocutoria ſemper requi
ratur expreſſio cauſæ.

Quarto, & vltimo, qualiter debeat exprimi cauſa, quando
requiritur expreſſio cauſæ, prout regulariter contingit.

29 Venio ad primum, ſ. an † appellatio a diffinitiua de neceſ
ſitate debeat fieri in ſcriptis. & in hoc dicẽdum eſt, quod aut
appellatur

appellatur incontinenti,& poteſt viua voce appellare, vt in l.j in fi cum l ſeq.ff eo & ij.quæſt vi ad fi. ſed ſi appellatur ex interuallo, debet appellari in ſcriptis, vt dictis iurib de quo
30 vide glo in c.j.in verbo,interlocutoria eodem titu.in vj.† Dicitur autem appellati incontinenti,ſi appellatur iudice ad huc ſedente pro tribunali, etiam ſi iudex ſedeat per magnũ ſpatium tempus, ſeu ſi a tribunali, ſeu a banco diſceſſerit. ita dicit Specu eodem titulo § qualiter autem.ibi,in prin. & ſequitur Pau.& Dom.Dom in d c.j ſuper præd glo.in verbo, Interlocutoria,& idem dicit Barto.in l ij.ff.eodem, & Bal in l.lit gatoribus & in l eos.§ ſi.ı autem.C.eodem titu.

31 † Nunquid autem appellatio ab interlocutoria poſſit fieri viua voce ſi appellatur incontinenti. & dicendum eſt, ꝙ non,ſed ſemper eſt facienda in ſcriptis, vt dicit glo.præalleg. In dicto c ı & Spec in dicto § qualiter,& Bar in l.ij ff.de app. reci.& ex hoc patet,quod practica quæ communiter ſeruatur in appellationibus, ſ. appello viua voce reſeruato mihi iure appellandi in ſcriptis,de qua practica habetur per Bart. In l.cum procurator.ff.de oper.no nunc.& per Bald. in l.appellatione,C.eod non habet locum,quando appellatur ab interlocutoria,cum etiam incontinenti non poſſit ab ea appellari apud acta viua voce. Et ex hoc ſum expeditus de primo.

Venio ad ſecundum an & quando appellatur a diffiniti-
32 na ſit † cauſa rationabilis exprimenda.& gl iſta tenet, quod non,ſed quod ſufficit dicere,appello ab iniqua ſententia, & quod plus eſt, una cauſa expreſſa in appellatione poteſt appellatio iuſtificari ex alia cauſa,vt in l.licio.ſf.eo. illud tamẽ recipit quinque limitationes.

Prima eſt,quando appellatur a correctione: nam tunc in appellatione a diffinitiua neceſſario eſt exprimenda cauſa in impetratione literarum,ſuper tali appellatione eſt cauſa exprimenda,alias non valent literæ impetratæ, vt dixi poſt dom.Abb in c ad noſtram,ſupra eod.

Secunda limitatio eſt, quando appellatur ab executione, nam tunc etiam eſt cauſa inſerenda,ut dixi in d.c. ad noſtrã. & in c quod ad conſultationem,ſupra de re iud.

Tertia limitatio eſt,quando cauſa eſt commiſſa app.re.vt dixi ſupra eodem.paſtoralis.

Quarta limitatio eſt ,quando interponitur appellatio in cauſis,in quibus a iure prohibita eſt appellatio, vt dixi poſt dom Abb.in dicto capitu.ad noſtram,& in cap.conſuluit,el primo, ſupra eod.

Quinta limitatio eſt,quando tertius,cuius intereſt,appellat a ſententia diffinitiua lata contra alium , nam non auditur appellans,niſi exprimat cauſam rationabilem,per quã appareat,ꝙ iuſtum intereſſe prætendat. de hoc eſt tex. no.in l.a ſententia in prin.ff.eodem,& ibi hoc tenet Bar.in fi.principii de quo etiam dixi poſt Inno.& Io.And.& Bur.& dom. Abb in c cum ſuper,ſ.de re iud.

33 Venio ad ſecundum, ſ.an in appellatione ab † interlocutoria requiratur expreſſio cauſæ & faciẽda eſt regula, quod ſic,vt in c præcedenti.§ porro,& ſupra eod. ut debitus, & in clementi. appellanti ,eodem titulo. hoc recipit quinque limitationes.

Prima quando ſtatutum diſponeret , quod in appellationibus procedatur ſolennitatibus & iuris ordinibus non ſeruatis,nam tunc valebit appellatio ab interlocutoria etiam ſine ſcriptis,& ſine cauſæ expreſſione.ita conſuluit Ang cõſilio 197.quod incipit,conſtitutio,circa principium .

Ex quo infertur, quod niſi Papa committit cauſam cum clauſula,vt procedatur de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii,tenebit appellatio ab interlocutoria etiam ſine ſcriptis, & ſine cauſæ expreſſione , & idem dicendum eſſe in cauſis , quæ enumerantur in clem diſpendioſam.de iud.quod eſt ſingulariter notandum.

34 Ego tamen dubito de iſta limitatione, quod † appellatio fiat in ſcriptis & expreſſa cauſa rationabili non eſt inuẽtum propter ſolennitatem iudiciorum ſeruandam,ſed vt debitus honor ſeruetur iudicibus, & vt caueantur appellationes fruſtratoriæ,& ut parcatur laboribus,& expenſis,ut in c.ut debitus in prin.ſ̃.eod vnde etiam in appellatione extraiudiciali,quæ interponitur a iudice. cauſa eſt inſerenda,ut in c.j eodem titulo,in ſexto tene tamen menti dictum Ang. Dicit tamen Ang in dicto conſilio,quod illa verba, quod procedatur in appellationibus non ſeruatis ordinibus,& ſolennitatibus iuris,operantur quoad appellationem ab interlocutoria. non autem in appellatione a diffinitiua, quia appellatio a diffinitiua recipit deciſoria,& non proceſſum.facit l.j.C.de ſeruis .

Secunda limitatio eſt , quando ex tenore ſententiæ conſtat de grauamine.puta , quia in ea exprimitur iniuſta cauſa,vel reprobata a iure,& iſtam limitationem poſuit l et.oe Ancha.in clem appellanti eodem titulo.

Ex quo infertur limitatio ad illud,quod dicitur,quod notorium eſt ſemper allegandum,vt dicit glo in dicta clemen. in verbo,alias,& Doct in cap.accedens,el primo,ut lite non conteſta.ſuper prima glo.procedit,vbi notorium deſcendat ex tenore ſententiæ,quæ eſt notabilis limitatio.

Tertia limitatio eſt , quando de grauamine apparet iuris præſumptione,& per ſolas allegationes iuris, puta , ſi iudex in eloquatur aliquem torquendum , vel incarcerandum , uel ſequeſtrum faciendum, quod de iure regulariter eſt prohibitum,ut in l.ı C de proh ſeq pe in iſtis caſibus, & ſimilibus,ualet appellatio ab interlocutoria ſine cauſæ expreſſione,vt Bal.notabiliter in l minoribus C.de his quibus.vt indignis,ar l ſi conſtat.ff eod & in l ſi quis prouocatione C. eo. & in l.qui teſtamento ff de excu.tuto.& ita intellige dictum Innoc in c.ſi in ſi infra de oper no.nuncia vnde Bald in l per hanc.C.de temp app dicit, quod vbi interlocutoria eſt ſatis quod eius grauamen poteſt deteg per ſolas allegationes iuris non exigitur expreſſio ſententiæ in appellatione,ar l.j in fi ff de dote præle.

Quarta limitatio eſt in appellatione ab interlocutoria, q̃ habet uim diffinitiuę,vt dicit Ioan.And.& domi.Abb in ca. peruenit,el ſecondo, ſupra eod vnde talis appellatio poteſt interponi abſque cauſæ expreſſione,prout conſueuit appellari a diffinitiua. item expreſſa una cauſa poterit iuſtificari ex alia cauſa quemadmodum appellatio a diffinitiua,ut dicit Ioan.Andr.vbi ſupra,& tenet etiam Ioan.de Imo in cap. vt debitus in 4.colum ſupra eodem Idem tenet dom. Card. in clem.appellanti,& Bal in dicta l minoribus,& in l penul. quorum app non reci & Ang conſilio præall.197 & Dom. de Rota. deciſ 7.quæ incipit,item ſi iudex,& deciſio.85.quæ incipit,item ſi a ſententia

35 Ex quo infertur , quod ſi appellatur ſuper † reuocatione attentatorum,puta,ſi iudex reuocat attentata non requiritur expreſſio alicuius cauſæ,vt dicit dom. Card in dicta cle. appellanti.& Dom de Ro præd.deci 85 quia talis interlocutoria habet vim diffinitiuę.de iſto articulo dixi in d c.perue
36 nit.2.ſ̃.eodem. Sed non videtur, quod ſententia lata † ſuper attentatis debeat habere vim diffinitiuæ,quia dato,quod iudex reuocet attentata ,tamen ſi poſtea appellatio declaretẽ iniuſta, illa attentata reuocata reiterabuntur,cum ſ non habeat vim diffinitiuę , niſi dicatur , quod ideo dicatur habere vim diffinitiuę ex eo ,quia etiã deſerta appellatione, immo etiam ſi renunciaretur appellationi attentata ſunt reuocanda,vt dixi ſ̃.eod. ſæpe. iſto forte reſpectu dicitur habere vim diffinitiuæ,& ſic poterit appellari cauſa non expreſſa.

Quinta limitatio quando cauſa ſuperuenirei de nouo ad notitiam,vel eius probatio,nec poteſt imputari appellanti quare illam cauſam nõ expreſſit.nam poterit illam cauſam addere appellationi.iſtam limitationem ponit Bal in l anuitus C.de procur quam tene menti facit c paſtoralis. in fi ſ̃. de excepi.& c ut circa.ver.niſi aliquid.de elect in vj & iſtę limitationes ſufficiant.vide Bal.qui ponit alias limitationes, in l per hanc C.de temp app.

37 Venio ad quartum,& vltimum,ſ.qualiter † cauſa debeat exprimi in appellatione ab interlocutoria , & an ſufficeret exprimere generaliter, puta appello ab iniqua interlocutoria,quia me grauaſtis.& dic quod non,quia requiritur,quod exprimatur in ſpecie,ut ſupra eo.ut debitus,& in clem appellanti in verbo,nominatim , eodem tit. & hoc tenet ibi dom. Card.& dom.Abb.& Io de Imo in c.ut debitus ſ̃.eod. & idẽ tenent Dom.de Ro.deci.7.quæ incipit,item ſi appellatur, & hoc procedit etiam de iure ciuili in caſu,in quo poteſt appellari ab interlocutoria,ut in l air prętor § permittitur ibi,ab iniuria,& hoc ibi notat Bart.ff.de minor & per eundem in l. 2.ff de app.reci. & hoc habet locum etiam ſi cauſa appellationis eſſet notoria , quia notorium non releuat ab onere proponendi,licet releuet ab onere probandi, ut no. Docto. in c.accedens,el primo,ſupra ut li.non conteſta.& per iſtam rationem hoc affirmauit gloſ in clem appellanti.in uerbo, alias,eod tit ubi glo dicit,quod licet cauſa appellationis ſit notoria,non tamen valet appellatio ab interlocutoria, niſi cauſa ſit expreſſa in appellatione , & hoc ſequitur ibi domi. Card.& communiter Doct.

38 Nũquid autem ſufficiat dicere,† appello ab iniuſta interlocutoria,prout ex actis apparet, uel appello a tali grauamine,& ab alio omni grauamine,quod poteſt ex actis colligi, nunquid valet talis appellatio, & nũquid poſſit iuſtificari ex cauſa apparente in actis.& Doct.communiter tenent,quod non,& ſequitur hic dom.Abb.in fi.& Butr.& Ioan.de Imo. in c.ut debitus,ſupra eod in 3.colum & dom.Card. in clem. appellanti,& Dom de Ro in præall.deci.7.& Bal in l. minoribus.C.de his quibus,ut indi.dicit tamen,quod ſi appellans

diceret, in quo loco actorum apparet grauamen, valeret appellatio, quia me grauauis, puta ſi diceret, appello, quia me grauatis, vt patet in actis in tali loco, & hoc etiam de mente Dom. de Rota, in prædicta deci. 7.

39 Sed circa prædicta dubitatur, nunquid † appellans teneatur probare omnes cauſas grauaminis expreſſas in appellatione. & dicendum eſt, quod non, ſed ſufficit probare aliquã ex illis quæ ſunt expreſſę, vt in clem. appellanti, in fi. eodem titulo, & ideo hoc tenet gl. in verbo, expreſſas, & de hoc vide glo. meliorem, in ca. exhibita, in glo. fin. ſ. de iud. & ſequitur do. Abb. hic in fi. & infra eodem, ſignificante. in vltimo notabili, & do. Card. in dicta clem. appellanti, in 3. quæſtione, & hoc procedit etiam ſi cauſæ eſſent expreſſę copulatiue in appellatione etiã ſi non ſit appoſita illa clauſula. non aſtringens ſe ad probandum, quæ ſit neceſſaria, de qua habetur in ca. licet cauſam. de probat. & in l. diuus. ff. de re iud. ita dicit Bal. in d. l. minoribus, in ſecunda colum. & ſequitur etiam dom. Abb. hic in fi. & in d. c. ſignificante, in vltimo notabili. ſ. eod. dicit tamen Ioan. Andr. hic eſſe de ſtylo curiæ, quod expreſſis pluribus cauſis in appellatione in reſcripto nõ exprimatur, niſi vna, & iſtud etiam refert gl. in dicta clem. appellanti. in uerbo, expreſſas ſed Io. Andr. dicit hoc eſſe rationabile, quando plures cauſæ inuicem ſe non compatiũtur, alias ſecus, vt hic & ſupra eodem, ſignificauit, cum ſimilibus. de quo etiam vide in Spec. § de officio, in prin. penult. colum. ver. ſi autem, & ſubdit hic Boatinus, quod expreſſo vno ſolo grauamine in reſcripto non poterit appellatio iuſtificari ex alio grauamine, dato quod fuerit expreſſum in appellatione. dicit ta-

40 men, quod ſuper quolibet † grauamine curia bene daret reſcriptum ſingulare ad eoſdem tamen iudices, & ſic ſecundũ eum de ſtylo curiæ requiruntur tot reſcripta quot grauamina ſunt expreſſa in appellatione, ſi appellans vult proſequi omnia grauamina vnde conſuluit dom. Abb. quod appellãtes ſint præuiti, vt nullam falſam cauſam exprimãt, vel quã probare nõ poſſint ne forte illa ſola cauſa exprimatur in reſcripto commiſſionis: nam ad hæc vitia comprimenda emanauit præfatus ſtylus curiæ. de iure tamen, ſecundum dom. Abb. procederet illud, quod hic dicitur. immo plus dicit, quod etiam expreſſis pluribus cauſis copulatiue in appellatione ſufficit probare vnam cauſam, ut in c. exhibita de iudi. & in cap. cum iam dudum. de praben. ſequitur c. dilecto.

SVMMARIVM.

1 *Appellans debet docere ſe propter exceptionem non admiſſam appellaſſe.*
2 *Exceptio peremptoria poteſt opponi ad proceſſum.*
3 *Exceptio concernens literas, & gratiam, poteſt opponi ante, & poſt litẽ conteſtatam.*
4 *Exceptio perimens literas, & gratiam, poteſt opponi tanquam declinatoria ante litis conteſtationem, & tanquam peremptoria poſt.*
5 *Veritas cauſæ appellationis poteſt probari per confeſſionem appellati.*
6 *Appellari non poteſt in iudicijs a futuro grauamine.*
7 *Executores etiam in beneficialibus tenẽtur admittere legitimas exceptiones, alias ab eorum proceſſu licite appellatur.*
8 *Executor conſideratur tanquam aſſumens iudicis partes, vel tanquam meri executoris.*
9 *Grauamen illatum fuiſſe non ſufficit probare, niſi fuerit probatum.*
10 *Confeſſione exiſtente, non curatur de ordine iudicij.*
11 *Sententia poteſt ferri ex ſola cõfeſſione vbi proceſſus eſſet nullus propter ineptum modum agendi.*
12 *Confeſſio non perimitur perempta inſtantia.*
13 *Nullitas vbi [illegible] eſt euidens, debet iudex ex officio ſupplere.*
14 *Appellans a ſententia nulla non obtinet, niſi etiam probet appellationẽ legitime interpoſitam.*
15 *Iuriſdictio non deuoluitur per appellationem ad iudicem ad quem, vbi datur defectus in iuriſdictione.*
16 *Confeſſio facta coram iudice incompetenti, non valet.*
17 *Succumbens in cauſa appellationis, an debeat proſequi nullitatem coram iudice appellationis, an vero coram iudice competenti.*
18 *Delegatus iudex, nunquid poſſit iterum adiri, vt iterum pronunciet.*
19 *Appellans nunquid poſſit ſimul proſequi appellationem, & nullitatem.*
20 *Appellationis effectus qui ſint.*
21 *Iudex ad quem ſi reperit ſententiam nullam, debet eam pronunciare nullam, vbi ſeruata eſt forma appellationis.*
22 *Appellans poteſt alternatiue proponere appellationem.*
23 *Succumbens in appellatione, an poſſit redire ad nullitatem.*
24 *Incidenter quod venit, & non plene expeditur, non obſtat, cum poſtea plene agitur.*
25 *Appellari nunquid poſſit a ſententia, vel actu nullo.*
26 *Sententia nulla ſaltem de facto grauat.*
27 *Appellatio ab actu nullo, an operetur ſuſpenſionem iuriſdictionis.*
28 *Appellatio ab actu nullo poteſt operari effectum reſciſſorium.*
29 *Appellari poteſt a ſententia nulla.*
30 *Appellatio quæ debeat habere, vide.*
31 *Effectus appellationis ab actu nullo ſunt quatuor.*
32 *Appellatio ab actu nullo deuoluit iuriſdictionem.*
33 *Attentata omnia reuocantur in appellatione ab actu nullo facta, ſiue ſententia nulla.*
34 *Nullitas ſententia ſola quid operetur.*
35 *Extrinſeca non veniunt in cauſa appellationis.*
36 *Sententia nulla ex defectu iuriſdictionis, an poſſit per ſuperiorem confirmari.*
37 *Appellatio interpoſita a ſententia nulla, vel actu nullo, an ipſam confirmet.*
38 *Iudex delegatus datus ſuper cauſa appellationis, vtrum poſſit cognoſcere de nullitate.*

CAP. LXIII.

1 Dilecto. Non ſufficit appellanti docere, quod legitimam exceptionem oppoſuit, & quod appellauerit, niſi doceat † ſe propter exceptionem nõ admiſſam appellaſſe. hoc dicit, & eſt caſus notabilis, & quotidianus, ſecundum dom. Abb. In prima parte narrat factum coram auditore. In ſecũda committit cauſam rationem præmittens.

a Nota primo ibi, contra ipſos procedere, [a] quod in benefi-
2 cialib. poteſt † exceptio peremptoria opponi ad proceſſum quando talis exceptio pariter concernit literas, & gratiam. ratio eſt, quia quatenus concernit literas poteſt dici dilatoria, quia negat iuriſdictionem tributam per illas literas, & per conſequens poteſt opponi ante li. conteſta. ſicut dicitur de qualibet declaratoria de quo vide bo. gl. in c. 1. in glo. pen.
3 de li. conteſt. in ſexto quæ dicit, quod omnis exceptio † quæ concernit literas, & gratiam, poteſt opponi ante li. conteſt. & poſt. ſed ſi concernat literas tantum, debet opponi ante litem conteſta. puta, ſi dicatur reſcriptum eſſe ſubreptitium, quia non facit mentionem de primo reſcripto, vel quia nõ facit mentionem de proceſſu, vt ſ. de re iudi. inter monaſterium, & ſupra eodem, vt debitus. in glo. in verbo, ſi dicat, parum ante fi. vbi autem eſſet exceptio peremptoria poſſet opponi contra reſcriptum ad lit. ad impediendam litem conteſtationem etiã ſi diceret, quod ſi de ipſa exceptione peremptoria feciſſet mentionem Papa nullitas literas conceſſiſſet, ut dicit tex. no. in d. c. j. de lit. conteſt. in ſexto, quod tamẽ intelligas, niſi eſſet exceptio litis finitæ, vt ibi dicitur.

4 Ex quo infertur, quod vbi † exceptio perimit literas, & gratiam, poteſt opponi tanquam declinatoria ante li. conteſtat. & tanquam peremptoria poſt litem conteſtatam. vbi autem opponitur contra literas ad lites, ſi concernat literas tãtum debet opponi ante li. conteſt. ut ſupra dixi, ſed ſi concernit merita cauſa, debet opponi poſt li. conteſt. nec poteſt opponi ante, etiam ſi dicatur, quod literas non habuiſſet, ſi de illa exceptione mentionem feciſſet, niſi ſit de priuilegiatis, vt eſt tex. in d. c. j. & de hoc dic, ut plene habetur per Inno. & alios ſcribentes in c. conſtitutus, ſ. de reſcrip.

Secundo nota ibi, & ſi per confeſſionem presbyteri, quod
5 † veritas cauſæ appellationis poteſt probari per confeſſionẽ appellati, & ſic ſufficit ſola confeſſio appellati ad iuſtificandam appellationem coram iudice ad quem. ſed vbi ceſſaret confeſſio non ſufficeret appellaſſe ex legitima cauſa, niſi ueritas ipſius cauſæ probetur coram iudice ad quem, ut ſupra eodem, ut debitus, & infra eodem, interpoſita, & in clem. appellanti eodem titulo.

6 Tertio nota, quod in iudicijs non poteſt † appellari a futuro grauamine, & ſub conditione, puta ſi me grauaueris, appello

ADDITIO.

a ¶Nulla maior iniuſtitia, quam nullitas. Inn. hic. Egi. Bella. deci. 343. in ſuis deci. Item an in iniuſtitia comprehendatur nullitas, & econuerſo, domi. Abb. in c. cum contingat. in fi. de off. dele.

¶Item nihil habet commune nullitas cum appellatione, ſed ſunt ſeparata. Pe. de Ferra. fol. 76. gl. fuiſſe, & eſſe nullam. Item cũ nullitatis ita deuoluit, ſicut appellatio, & cognito de nullitate per iudicem ad quẽ poterit cognoſcere de meritis. Pe. de Ferra. fol. 81. glo. fuiſſe, & eſſe nullã. 2. col. in practica. in forma appellationis a diffinitiua ſententia. Ale. Ne. hic 8. & 10. col. & Phil. ibidem, & quod nullitas non includat in ſe iniuſtitiam. tenet do. Abb. in c. cum contingat. in fi. de off. dele. dicens hoc eſſe dictum Inno. ibidem.

¶Item iudex aditus ſuper nullitate debet prius diffinire de nullitate antequam cognoſcat de negotio principali. Phil. hic colum. 10. verſic. vlterius aduerte.

¶Item ſententia delegati iniqua eſt nulla, Fel. in c. cum Romana. 5. colum. de app. ver. fallit primo.

¶Item quia tenet ſententia contra ius litigatoris lata, ſecus in ius commune, vide dom. Abb. in c. cum inter. 13. col. in fi. de re iudi.

pello.debet enim prius expectari grauamen,& poſtmodum
appellari, de quo per Innoc.& Doct.in cap. ſignificauerunt,
ſupra de teſti.vbi dixi,& dicit Ioan.And.hic,quod per iſtum
textum videtur probari ſtylus curiæ,& practica, quæ habet,
quod ſi per executores fit mãdatum alicui, vt aliquid faciat
infra certos dies,& quod niſi fecerit,ipſo facto incurrat ſen-
tentiam excommunicationis ille,cui fuit mandatum appel-
lat nulla oppoſita exceptione coram executoribus, ſed dicit
Ioan.And.quod iſte ſtylus toleratur propter ſententiam p̄-
ambulam in qua inſurgit grauamen, licet conditionaliter,
nam non diſcuſſo negotio non debuit exequutor procede-
re ad præceptum,ſeu ad ſententiam, vt In l.nimis propere.
C.de execu.rei iud & ſupra eod.præterea. ſecus eſſet dicen-
dum ſi executor, vel iudex inciperet a citatione: tunc enim
volens appellare debet primo excipere, & reſponſum iudi-
cis expectare,nec ante appellare poteſt,cum non dicatur il-
latum grauamen antequam iudex procedat,vel exceptionẽ
reijciat,& ita eſt tex.hic. Dicit Ioan. An quod ſi executor al
ternatiue tuliſſet ſententiam excommunicationis.puta, ni-
ſi pareas nobis infra 20.dies,aut cauſam rationabilem infra
eundem terminum coram nobis allegaueris in his ſcriptis
te excommunicamus,non poterit ille,cui fit mandatum ap
pellare,cum poſſit euitare excommunicationem opponen
do exceptionem coram ipſo executore. vnde hoc caſu non
poteſt appellare,niſi prius opponat exceptionem, & reijcia-
tur ab ipſo executore.ita dicit hic Io.And. & ſequitur Io. de
Imo.in 3.col.quod tene menti.
7 Vltimo nota,quod † executores etiam in beneficialibus te
netur admittere legitimas exceptiones,alias ab eorum pro-
ceſſu licite appellatur,& hoc procedit ſecundum But. & do
mi.Abb.ſiue executor aſſumat partes iudicis,ſiue non,nam
iſte tex.loquitur indiſtincte.vnde debet indiſtincte intelligi,
& dom.Abb ad hoc etiam allegat cap.accepimus, ſupra de
ætate & qualita.vbi tex in fi.dicit, quod poſſunt opponi ex-
ceptiones contra ſimplex mandatum factum ordinario, vt
conferat beneficium.nam certum eſt,quod ille cui commit
titur, vt mandet ordinario eſt merus executor,& tamen co
ram eo poteſt opponi exceptio, ergo ſi ipſam non admittit
poteſt appellari ab eo,& vide quæ dixi in c de cætero,ſupra
titulo proximo. Item an poſſit recuſari tanquam ſuſpectus
dixi poſt dom.Abb.in ca nouit,ſupra eod.But.tamen dicit.ꝙ
8 eſt differentia an executor † aſſumat partes iudicis, an par-
tes meri executoris,nam quando aſſumit partes iudicis ſi in
terponitur appellatio non ſolum deuoluitur cauſa ad iudi-
cem ad quem,ſed etiam ſuſpendit iuriſdictionem ipſius exe-
cutoris qui aſſumpſit partes iudicis,vt in c.ſi a iudice,eodem
titulo,in ſexto.Vbi autem aſſumpſit partes meri executoris
licet appellatio deuoluat cauſam ad iudicem ad quem,non
tamen ſuſpendit iuriſdictionem executoris, nec impedit ꝓ-
ceſſum,nec tenetur appellationi deferre, & dato ꝙ excipiẽs
obtuliſſet ſe coram executore incontinenti probare exce-
ptiones oppoſitas,nihilominus coram iudice ad quem,tene
tur probare veritatem exceptionum.quia executor non te-
nebitur admittere probationem,& allegat But.Spec.in titu.
de act.& pet.§.ſuper petitionibus,verſi.quid ſi,quando, & ꝑ
Innoc.in c.inter canonicos,de elect facit,quod no Inno. in
ca.ſi de præſumpt.& per glo.in clem.vnica.de offic. deleg.&
ſubdit But.quod executor datus ad compellendum tenetur
aſſumere partes iudicis in cognoſcẽdo,& dicit ita tenere Io.
And.in addit.Specu in titulo,de petit.& poſſ.§.j ad fi.allegat
etiam,quod notatur in c.licet epiſcopus. de præben. in vj.&
ita tranſit hic Io.de Imo.& dixi ſ.eo bonæ.inter differentias
appellationis iudicialis,& extraiudicialis.
In glo diuide ipſam in quatuor partes.
In prima aſſignat rationem literæ, quam dicit procedere
etiam ſi numerus canonicorum nõ ſit iuramento firmatus,
dummodo ſit per ſe.ap.confirmatus.
In ſecunda iterum quærit pro declaratione literæ.ſimili-
ter in tertia,& quarta.Secunda ibi, item patet.
Tertia ibi,item ex hoc patet.
Quarta ibi,item videtur.In prima parte dic,quod non ua
lent literæ,vbi eſt certus numerus canonicorum, non facta
mentione de numero in ipſis literis,etiam ſi Papa conceſſiſ
ſet literas motu proprio,vt dicit Ioan.And & Dom.Dom.in
ca.ſi motu proprio,de præben.in ſexto facit quod no.glo.in
clem per literas, in verbo, directas,& in cle. ſi Romanus.in
verbo,validam.de præben.
In ſecunda, tertia,& quarta parte glo. intentio eius eſt,ꝙ
9 non ſufficit grauamen † eſſe illatum, niſi ab eo ſit appella-
tum,quod nõ ſufficit probare in cauſa appellationis cauſam
probabilem fuiſſe propoſitam coram iudice a quo,& admiſ
ſum non fuiſſe,niſi etiam probetur,quod propter hoc fuerit
appellatum.& hoc eſt de mente huius c.vt patet ex ſt.ca.

Sed contra iſtum textum,& gl.opponitur: videtur enim,
quod etiam ſi nõ fuiſſet appellatum, nihilominus proceſſus
executorum debuerit nunciari irritus,ex quo iſte presbyter
faciebat ſuas literas eſſe ſubreptitias. nam literæ ſubreptitiæ
ad beneficia ſunt ipſo iure nullæ,ut in ca.ad audientiam,ſu-
pra de reſcriptis, vbi Doct. communiter hoc tenent.proba-
tur in ca.ij.de ſi presby.in ſexto,& in ca.ſi motu proprio. de
præben eodem libro. ergo cum in beneficialibus multum
exuberet officium iudicis, debebit Papa proceſſum denũcia
re irritum etiam ſi appellatio formaliter non fuiſſet interpo
10 ſita,vt in c.cum dilecti.de elect.Item ubi conſtat de † confeſ-
ſione non curatur de ordine iudicii.ad hoc ca.Piſanis, ſupra
de reſtitu.ſpol vbi dato,quod forma mandati,non ſit ſerua-
ta,nihilominus debet ferri ſententia virtute ſolius confeſſio
nis,licet reliquus proceſſus ſit ex toto nullus, ut eſt text. ibi
notabilis,& ibi hoc tenet Dom.Abb.Item ubi proceſſus eſ-
11 ſet nullus propter ineptum modum agendi, valet † confeſ-
ſio,ex qua ſola poteſt ferri ſententia,vt in clem.conſtitutio-
nem,in fi.cum ibi nota.de elect.eodem modo vbi proceſſus
eſſet nullus propter iudicialem ordinem non ſeruatum, nã
eodem modo valet confeſſio,& ex ipſa poteſt ferri ſenten-
tia,ut eſt tex.& ibi hoc not.Archid.in ca.1.de accuſ. libro vj.
& idem tenet Innoc in c.qualiter,& quando.de accu.ubi di
cit,quod confeſſio ſupportat defectum cuiuslibet inordina-
ti proceſſus.idem dicit Bat.in l.ſi confeſſus.ff.de cuſto reorũ,
& Bal.in l ij.C.de re iud per tex.in l.ait prætor.§. permittitur.
ff.de mino.& idem dicit Bal.in l.properandum in fi.C. de iu
di.ubi dicit,quod ſi accuſatus,uel inquiſitus eſt cõfeſſus ma
leficium etiam perempta inſtantia poteſt condemnari tan-
12 quam ex notorio,quia perempta inſtantia non periit † con-
feſſio,quæ facit notorium, cum in notoriis non requiratur
ordo iuris.Vnde in propoſito cum hic notorie conſtaret de
non iure impetrantis per eius confeſſionem in iudicio factã
debuit iudex appellationis ex ſuo officio ſupplere, cum cau
ſa eſſet beneficialis,in qua iudex tenetur ex officio ſupplere.
Item erat cauſa appellationis in qua iudex debet ex officio
ſupplere,vt in l.ampliorem,in princi.C.de appel. & maxime
ex actis tanquam ex notorio,ut notabiliter dicit Innoc. in
ca.ex inſinuatione,ſupra eo.& in c.per tuas,ſupra de teſti Er
go Papa ex officio debuit imponere ſilentium huic appella-
to,& impetranti,de cuius non iure notorie conſtabat ꝑ eius
13 confeſſionem.facit c cum ſuper,ſupra de confeſſ.itẽ vbi † nul
litas eſt euidens iudex tenetur ex officio ſuo ſupplere, ut di-
cit gl.nota.in l.ubi pactum.C.de tranſact.Iſta contraria mul
tum obſtant huic literæ,& Hoſt.ponit tres ſolutiones, quæ
communiter reprobantur.Vnde recitabo ipſis omiſſis ſolu-
tionem Ioan.And.qui dicit,quod ex quo ille procurator ap
pellationem proſequebatur debuit eam iuſtificare proban-
do ipſius formalitatem, ideo non obtinebit in cauſa appel-
lationis probando nullitatem.facit c.exhibita,ſupra de iudi.
& ibi hoc tenet dom.Abb.in penult.notabili.& in ſexta co-
lum.& idem tenet ibi Ioan. de Imo. in penult. colum. vnde
14 dicit.hic domin. Abb.dicens eſſe ſemper notandum † quod
appellans a ſententia nulla non obtinet in cauſa appellatio
nis probando nullitatem ſententiæ, niſi iuſtificet appellatio
nem probãdo ipſam legitime fuiſſe interpoſitam. Dic tamẽ
quod ſuccumbẽs in cauſa appellationis ex defectu ipſius ap
pellationis poterit poſtea proſequi nullitatem.text. eſt cum
glo.in capit.licet,de ſententia excommun.in ſexto, & dictũ
eſt,ſupra eodem,ſæpe.& adde glo.vlt.in clem. ſi appellatio-
nem,de app.Ad contraria ſupradicta reſpondetur, quod ad
hoc,vt per appellationem deuoluatur cauſa ad iudicem ad
quem, neceſſarium eſt, quod forma appellationis ſeruetur,
alias non valet appellatio etiam ſi cauſa appellationis ſit no
toria,vt in clem.appellanti,in verbo,alias,eodem titu.
Contraria ergo procedunt, vbi non datur defectus in iu-
15 riſdictione,ſed ubi datur defectus in iuriſdictione † appella-
tio non deuoluit iuriſdictionem ad iudicem ad quem.vnde
dato,quod notorie conſtaret de non iure appellati per eius
confeſſionem non potuit pronunciari pro appellante, ex
quo cauſa per viam appellationis erat deducta,niſi proben-
tur formalia ſuæ appellationis: nam hic Papa non aditus ꝑ
viam querelæ,uel nullitatis principaliter,ſed per viam appel
lationis,quæ non legitime interpoſita non deuoluit iuriſdi-
ctionem,nec cauſam: ſemper enim modus agendi, & exci
piendi eſt attendendus,vt dicit glo.nota.3. quæſtione 6.hoc
quippe.
Confeſſio ergo non ſupportat defectum iuriſdictionis.fa-
16 cit,ſupra de iud.at ſi clerici.vbi patet,quod † confeſſio facta
coram iudice incompetenti non ualet, immo etiam ſi eſſet
facta coram duobus ex tribus iudicibus delegatis,non uale-
ret,ut eſt tex.nota.in c.olim,ſupra de reſcriptis,& idem ſi fie-
ret confirmatio coram uno ex duobus iudicibus delegatis,
ut in

vt in c.cauſam matrimonii de offic.deleg. An tamen poſtea compellatur perſeuerare in confeſſione coram iudice competenti.dic ut per Innoc.& Doct in capi per inquiſitionem. de elect.& in c atſi clerici.de iud.vbi etiam per do.Abb.

17 Sed quæro pro declaratione,an ſuccumbens† in cã appel
a lationis[a] debeat proſequi nullitatem coram iudice appellationis,an vero coram iudice competenti.& Io.And in addi. Spec in titulo.de ſent.pro la §.iuſta,ver.ſed nunquid libellus. dicit quod debet agi de nullitate coram iudice competenti, & non coram iudice appellationis.Idem videtur ſentire Bu. hic,& Pau.in cle ſi appellationem, eodem titu Sed Io.de Ligna.ibi prope ſi in penult.colum·vbi latius tractat hanc materiam,videtur aliter ſentire,& Bart.in l.ſi expreſſim ff.eod. vbi dicitur,quod ſi agitur, vt iudex iterum pronunciet propter nullitatem ſententiæ, & tunc debet agi coram eodem iudice qui tulit ſententiam,vt in l.4.C.de accu quia tunc cã nullitatis venit incidẽter Aut agitur principaliter ſuper nullitate,vt quia petitur ſententiam pronunciari nullã,& tunc poteſt agi coram primo iudice.& coram ſuperiore per l.abſentem.C.de accuſ.& quemadmodum cauſa appellationis deuoluit totam cauſam,vt ſuperior poſſit ſententiam reformare,vt in c.Raynnnus,de teſta.ita & in cauſa nullitatis,ſecundum eum,quod dicit eſſe bene notandum,& allegat In noc in c eum contingat.de offic delega & hoc placet dom. Abb quia cauſa nullitaris eſt ſpecies cuiuſdam prouocationis,ar.l.non diſtinguemus §.cum quidam ff de arbitr.nec fit iniuria primo iudici, ex quo cauſa iam fuit agitata coram eodem.

18 Nunquid autem †delegatus poſſit adiri,vt iterum pronũciet vide Bar in d l.ſi expreſſim & in l.ſi,vt proponis,C.quo modo.& quando iudex,& plenius per dom.Abb.in c. qualiter,el primo,ĩ.de accu.

19 Secundo quæro iuxta prædicta,nunquid poſſit † appellãs
b ſimul proſequi appellationem,[b]& nullitatem ſententiæ. & Innoc hic refert duas opin.& adhæret vltimæ,ſ.quod poſſit proſequi,& nullitatem,& appellationẽ. de qua materia habetur plene per Bar & legiſtas in d l.ſi expreſſim.ff.de appella.& in l.j.C.quando prouo non eſt nec.Sed do.Abb ſequẽdo communem ſententiam Docto.diſtinguit quod aut fuit appellatum ante ſententiam. Aut poſt ſententiam.

In primo caſu dicit, quod non ſufficit probare nullitatem actus, quia appellans ante ſententiam habet iuſtificare appellationem ex cauſa dumtaxat expreſſa in appellatione, vt in clem.appellanti.eodem titulo,& dictum eſt in c. præcedenti.

In ſecundo autem caſu,ſ.quando appellatio interponitur poſt ſententiam.Dom.Abb facit duos caſus.

Primus eſt,quando appellatur ſimpliciter non faciendo mentionem de nullitate ſententiæ.

Secundus caſus eſt,quando in appellatione expreſſit utrãque viam ſimul,puta,quia dixit,dico ſententiam nullam,&
c ſi qua eſt,appello.[c]

In primo caſu, ſcilicet, quando ſimpliciter interponitur appellatio non facta aliqua mentione de nullitate.dicit do. Abb quod ſi appellatio deficit in forma,quod tunc nõ obtineret a iudice appellationis ſententiam ſuper nullitate,& dicit de hoc eſſe caſum hic,ſecundum lec.Ioan And.

d Sed tu dic,[d] quod iſte tex non probat hoc, quia loquitur in appellatione extraiudiciali, & a grauamine,nõ autem in appellatione a ſententia diffinitiua.Puto tamen dom.Abb. verum dicere,& Doctor.hoc communiter tenent,& ideo ſi quis appellat a ſententia nulla poſt decem dies, vel non petit apoſtolos tempore debito, vel non proſequitur appellationem infra terminum aſſignatũ a iure,vel ab homine,non poterit proſequi nullitatem corã iudice appellationis. Sed ſi ſeruat formam appellationis, verbi gratia,quia appellauit debito tempore,& petijt apoſtolos, & proſecutus fuit appellationem debito tempore, tunc probando nullitatẽ ex quacunque cauſa etiam non expreſſa debet obtinere.Ratio præ
20 dictorum eſt,quia † appellatio habet plures effectus. nam ſuſpendit iuriſdictionem iudicis a quo,vt in cap. ſi a iudice, eodem titu.in vj.Item deuoluit cauſam ad ſuperiorem,ut in d.c.ſi a iudice.vnde licet non poſſit appellari a ſententia nulla prætextu duorum primorum effectuum, quod nõ eſt nõ poteſt ſuſpendi,vt in c.ad diſſoluendum.de deſpon. impubecum ſimili.operatur tamen reſpectu tertii,& vltimi effectus, ſ deuolutionis cauſæ ad ſuperiorem, & per hoc ſi iudex ad quem reperit ſententiam nullam,debet prononciare ipſam eſſe nullam,& quod poſſit appellari a ſententia nulla,dom. Abb.allegat iſtum textum,& l.ſi expreſſim.ff.eod. & l. quædam.ff.fam.erciſc.& l.Cornelia Pia ff.de iure patrona. & pro iſta opi.quod iudex poſſit pronunciare ſententiam nullam adducit dictum Archid. ij.quæſt.ſexta. a iudicibus.vbi dicit, quod ſi peto arbitramẽtum corrigi, & reduci ad arbitrium boni viri,ſi iudex reperit illum nullum, ut quia latũ fuit ab illo qui non erat,vel nõ poterat eſſe arbiter,puta.quia latũ fuit a ſeruo,vel ab excommunicato, poterit iudex pronũciare illum nullum,& iſtud dictum ſequitur hic But.quod dicit do.Abb.eſſe notandum.tene ergo concluſionem, quod vbi

21 eſt ſeruata forma appellationis,ſi † iudex ad quẽ reperit ſententiam nullam debet ipſam pronunciare, nullam, dato ꝙ in appellatione non ſit facta aliqua mentio de nullitate ſententiæ.Sed vtrum poſſit appellare a ſententia, quando conſtat ipſam eſſe nullam,dicam infra.

Secundus caſus eſt,quando appellans vult proſequi vtranque viam puta,quia dicit,dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt,appello,quam practicam ponit glo.in l.j.C.quando prouo. non eſt neceſ. quæ dicit, quod talis appellatio tenet. dicit tamen,quod appellatio videtur deducta principaliter,& nullitas incidenter,& illam glo.ſequitur ibi Bar & in l. ſi expreſſim ff.eodem,& Ho.hic,& communiter Doc.non enim falſa forma appellandi continet contrarietatem reſpectu vltimi effectus appellationis,quia tam reſpectu nullitatis, quã reſpectu iniuſtitiæ poteſt cauſa ad ſuperiorem deduci. vnde licet reſpectu primi, & ſecundi effectus appellationis nullitas non conueniat cum appellatione,immo ſit contraria,tamen reſpectu vltimi effectus conuenit cum appellatione.Di

22 cit tamen dom.Abb quod † appellans poteſt alternatiue ꝓponere,& proſequi appellationem,& nullitatem, puta, appello a ſententia,uel dico ipſam nullam, & ſimiliter poterit facere in proſequutione nec poteſt compelli ad eligendum alteram viam,ſed poteſt proſequi vtramque viam alternatiue propter probabile dubium.probabiliter enim poteſt dubitari,an ſententia teneat,vel an ſit nulla.vide bo tex. & ibi Innoc & Doct.in cap.conſtitutus.ſ.de reſtitu.in integrum,& bo.gl in ca.Abbate,in glo.3.quæ eſt glo.ma.de re iud.in vj.& dicit dom.Abb quod eſt utile ſic appellare ſaltem, ut euitentur opiniones quæ uerſantur, utrum a ſententia nulla poſſit ſimpliciter appellari,& ſubdit,quod ſi conſtiterit de nullitate iudex pronunciabit ſuper ea dumtaxat, & non ſuper appellatione, quia appellatio fuit interpoſita conditionaliter,ſ ſi ſententia eſſet aliqua,ſed iniqua & concludit domin. Abb quod iudex debet pronunciare ſententiam nullam, ſicut quando appellatur ſimpliciter nulla facta mentione de nullitate.

23 Sed circa prædicta dom.Abb.dubitat,nunquid † ſuccumbens in appellatione poſſit redire ad nullitatem ſententiæ, ſeu ad nullitatem proceſſus.& ſubdit,quod glo.& Doc.ſunt contrarii in d l.j.C.quando prouo. non eſt neceſ. & in dicta l.ſi expreſſim.& diſtinguit poſt Barto.in utroque loco,quod aut nullitas fuit deducta principaliter in cauſa appellationis,puta.quia fuit appellatum modo prædicto,ſ dico ſententiam nullam,& ſi qua eſt appello,uel ſi appellatio fuit interpoſita ſimpliciter proſecutus nullitatẽ principaliter, & tũc nõ poterit amplius de nullitate agere, ex quo in cauſa appellationis ſuccubuit,ar.l.2.C.ſi ex ſal.inſtru.& eorum quæ not. glo.3.quæ eſt in verbo,poſt ſententiam. in c.licet cauſam,ſupra de probat.Aut non fuit deducta nullitas in cauſa appellationis,modo prædicto,& tunc,licet ſit pronunciatum male appellatum,poteſt ſuccumbens agere de nullitate coram iudice competenti,ut eſt bo.tex.in cle.j de re iud.

Nec obſtat,quod dicatur, quod nullitas venit incidenter in cauſa appellationis,quia ut dicit Barto.ea quæ incidenter
24 † veniunt,& non plene expediuntur,non obſtant, cum poſtea

ADDITIONES.

a ¶An ſuccumbens in cauſa appellationis debeat proſequi nullitatem corã iudice appellationis, an coram iudice competenti, licet accumulata ſit nullitas,cum appellatione,& appellatio ſit deſerta, tamen poterit appellans iterum dicere de nullitate.Pau.de Caſt.conſilio 329.2.colum.

b ¶Nunquid appellans poſſit proſequi appellationem,& nullitatem.adde Bal cõſ.443.4.uol.d.Abb.conſ.98.j.col.quòd aut cognoſcitur,quod quis proſequatur cãm nullitatis,an appellationis,an iniquitatis.Io.de Ana.cõſi.9.incipiente,in nomine Sanctæ,& indiuiduæ Trinitatis. uiſa prima ſententia.

¶Appellans poteſt proſequi nullitatem deſerta appellatione. Do. de Ro. in ti.de app.io nouis.incip.fuit dubitatum vnum.Bal.in l. tale pactum.§. qui prouocauit.uerſic. 13.quæro.ff.de pact.Pet.de Ferra. in forma appellationis a ſententia diffinitiua,in uerbo, fuiſſe, & eſſe nullum 2.col.poſt me.ubi pulchre loquitur.

c ¶Lanfran.in repet.c.quoniam contra.in uerbo,interlocutiones,q. 44. de probat.tenet,quod deſerta appellatione etiam deſeritur nullitas, ſecus ſi ſimpliciter dicitur,appello,quod eſt valde notandum.

d ¶Pro hoc dicto facit quod renuncians appellationi, videtur renunciare etiam nullitati tanquam acceſſoriæ,ut tenet Bal.in l.j.circa prin.C.de ſen.ex peri.reci. & Alex.Neu. in capi.accepta. penultima columna, ſupra eodem titu.

ſtea plene agiẽ pro hoc eſt bo.tex in c.veniẽs,el ii ſupra de te
ſti.& quod i.o.in c.fi.ſ̃ de ord cog.& hoc intelligit do. Abb.
niſi fuiſſet pronunciatum male appellatum,& bene iudica-
tum,nam tunc eſſet opus ab iſta ſentẽtia appellare, alias nõ
poſſet deducere nullitatem,quia pronunciando bene iudi-
catum,per conſequẽs pronunciat ſententiam non eſſe nul-
lam,& dicit dom Abb.quod hoc tenet Io.de Ligna.in cle.ſi
appellationem,eodem titulo, & circa idud me vlterius non
extendo propter calores inſtantes, ſed remitto ad Barto.&
alios ſcribentes,in d l.j.C.quando prouo.non eſt neceſ.& ad
l.ſi expreſſim ff.eo.& ad Bal.in l.tale pactum §.qui prouoca-
uit.ff.de pact.& in l.appellatione.C.eo & in l. qui teſtamen-
to,in fi.ff.de execu.tuto.

35 Tertio quæro,nũquid a ſententia,uel ab † actu nullo poſ
ſit appellari.& videtur dicendum,quod non,per tex in l.ſi cõ
ſtat ff.eo.vbi dicitur, quod ſuperuacue appellatur, quando
ſententia eſt nulla.item appellatio ten lit ad reſcindendum
ſentẽtiam,vel actum ſuper quo interponitur appellatio. ſed
quod nullum eſt,rumpi non poteſt.nam & ſi ſub conditio
ne,ver poſt defectum,ff.de iniuſto.teſta. item appellatio ten
dit ad ſuſpendendum,vt in c.venientes,de iureiur. ſed reſpe-
ctu ſententiæ nullæ appellatio non inuenit,quid ſuſpendat.
contrarium tamen tenet hic Innoc.& Ioan And per tex.in
l.ſi expreſſim ff.eo.vbi tex dicit,quod ſi appellatũ fuit a ſen-
tentia contra leges,vel ſenatusconſultum , uel conſtitutio-
nes lata,& ſic a ſententia continente expreſſim errorem iu
ris , & per conſequens poſt deſertam appellationem,poteſt
36 proſequi nullitatem. item ſententia † nulla ſaltem de facto
grauat,l.ſi quis prouocatione. C eod ergo poteſt interponi
appellatio,& iſtam opin ſequitur etiam hic dom. Abb.in 2.
colum.per d.l.ſi expreſſim & per l.quædam mulier. ff. famil.
erciſ & per l.Cornelia Pia.ff de iure patro. Item tenet dom.
Abb.in c.exhibita,in 4 notabili,ſ̃.de iud.& Bal.in l.j.C. quan
do prouo.non eſt ne.in 5.colum & in l fi.C.de ſent.ex peric.
reci vbi concludit,quod a quolibet actu nullo poteſt appel-
lari,& licet appellatio hoc caſu non operetur effectum re-
ſciſſiuum,operatur tamen effectum deuolutum , & ſuſpen-
ſiuum.

37 Sed aduerte,quia do.Abb.hic tenet,quod appellatio † ab
actu nullo non operatur ſuſpenſionem iuriſdictionis iudicis
a quo,& quod etiam non ſuſpendit pronunciatum, quia ꝙ
non eſt,ſuſpendi non poteſt.ſed forte melius dixit Bald. quia
cauſa nullitatis deuoluit cauſam ad ſuperiorẽ quemadmo-
dum appellatio,vt dicit Bar.in l ſi expreſſim. ff.eo. & allegat
Inno.in c.cum contingat.de offic.deleg. & hoc ſequitur etiã
do.Abb.hic.idem tenet Alex.Imo.conſi.79.2.vol.ſi ergo de
uoluit cauſam ad ſuperiorẽ quemadmodũ appellatio, ergo
interim ſuſpenditur iuriſdictio iudicis a quo . operabitur er-
go appellatio ab actu nullo effectum deuolutiuum,& ſuſpẽ
ſiuum iuriſdictionem iudicis a quo , ſed non ſuſpẽdit ipſum
pronunciatum,quia quod non eſt,ſuſpendi non poteſt,vt in
38 c.ad diſſoluendum.de deſpon.impu.Item † appellatio ab a-
ctu nullo poteſt operari effectum reſciſſiuũ,ſcilicet ut actus
nullus reſcindatur de facto,ſicut de facto proceſſit.pro quo
eſt bo tex.cum gl in l j.ff.de feriis,& 2.q.t.primates,& in c.ac
cedens,primo,in fi.ſ̃.vt li.non conteſt.& ita dicit Io de Imo.
in d.l.ſi expreſſim,in 14.col.vnde intellige Bald. vbi ſupra,ꝙ
appellatio ab actu nullo non operatur effectum reſciſſiuum
ſ.ut actus reſcindatur de iure, quia cum ſit nullus retractari
nõ poteſt,ſed poteſt de facto reſcindi, ſicut de facto proceſ-
ſit.Non obſtat l.ſi conſtat.ff.eo.vbi dicitur,quod ſuperuacue
appellatur a ſententia nulla.nam licet appellatio non ſit ne-
ceſſaria,tamen poteſt interponi ex abundanti,& ad cautelã.
ita dicit Bald.in d.l.j.C.quando prouo. non eſt nec.in 5.col.
& Raph.Cumanus,in d.l.ſi expreſſim,in 4.notabili. vbi ple-
ne per eum, & hoc modo poteſt etiam reſponderi ad to.tit.
C.quando prouo non eſt neceſ. vbi dicitur,quod non eſt ne
ceſſe appellari a ſententia,vel ab actu nullo . nam licet non
39 ſit neceſſe,tamen poteſt appellari.& quod poſſit † appellari
a ſententia nulla,eſt tex.in c.exhibita,ſ̃.de iud.ubi teſtes fue-
runt recepti ante lit.conteſta. & ſic proceſſus erat nullus, &
tamen interpoſita fuit appellatio,& ſic valuit appellatio, vt
ibi dicitur.de hoc etiam eſt text. hic. nam ſurreptio in cauſis
beneficialibus vitiat ipſo iure reſcriptum,& etiam proceſſum
factum auctoritate ipſius reſcripti, ut dicit glo. & Doct.in d.
cap.ad audientiam,ſupra de reſcriptis,& tamen ſi fuiſſet hic
interpoſita appellatio in forma debita ualuiſſet,& grauatur
appellans ad probandum formam appellationis.vnde quã-
do interponitur appellatio ab actu nullo ad uictoriam con
ſequendam,debet conſtare de ipſa appellatione,alias appel-
lans ſuccumberet,vt eſt tex.hic, in fi.& in cap.exhibita,in fi.
40 ſupra de iudi.† Item talis appellatio debet habere omnia, q̃
ſunt requiſita in aliis appellationibus, alias appellatio non
valeret . vnde debet appellari infra decem dies , & peti apo-
ſtoli debito tempore,& fieri proſecutio infra terminum da
tum ab homine,vel a iure, ſicut quando appellatur ab actu
valido.Item ſi appellaretur ab interlocutoria. quæ eſſet nul
la ipſo iure,deberet appellatio fieri in ſcriptis,& expreſſa cau
ſa rationabili,ſicut quãdo interponitur appellatio ab inter-
locutoria valida , & ſic in effectu appellatio ab actu nullo,
debet habere omnia requiſita in appellatione, quæ interpo
nitur ab actu valido,alias appellatio non releuaret. ita con-
cludit hic dom.Abb & etiam But.in ca.exhibita, in penult.
notabili.idem dicit do.Alex.in char præcedenti,2.col.

41 Et quatuor effectus operatur † appellatio ab actu nullo.
Et primo operatur effectum deuolutiuũ ipſius cauſę nul-
litatis ad iudicem ad quem , adeo quod ordinarius qui eam
tulit,non poteſt de nullitate cognoſcere,licet ſi non eſſet ap
pellatum poſſet de nullitate cognoſcere l.4.C de accuſ.& in.
in l.ſi ut proponis,& in l.ſi præſes,quaſi deſertam.C. quomo
do, & quando iudex.vnde hunc effectum operabitur appel-
latio, quia iudex qui eam tulit,non poterit de nullitate co-
gnoſcere,& idem dicendum eſt in quacunque appellatione
interpoſita ab actu nullo,& ita tenet Bal.in l.j.in princi. C.de
ſent.ex peri.reci.

Secundum effectum operatur, ſcilicet deuolutiuum non
ſolum ipſius cauſæ nullitatis,ſed etiam ipſius negotij princi-
palis,& in tantum,quod iuſtificata appellatione a ſententia
nulla,vel a proceſſu,vel ab alio actu nullo, iudex appellatio
nis cognoſcit de cauſa , & de negotio principali , & de hoc
eſt tex.notabilis in d c.exhibita,in fi.ſupra de iud. & ibi hoc
42 tenet Ioan.de Imo.& ſic † appellatio ab actu nullo deuoluit
negotium principale ad iudicem ad quem ita quod iudex ad
quem iuſtificata tali appellatione poteſt cognoſcere de cau
ſa principali,hoc etiam tenet hic Innoc & Dom.de Ro.de-
ciſ.361.quæ incip. item fuit dubitatum ſi appelletur, & idem
tenet Archid.& Ioan.Mon.in cap.fi.de re iudi.in ſexto,ſuper
uerbo,neceſſe,& Bal.in l.j.C.de ſent.ex peri reci.in prin.& di
cit Lappus in quadã allegatione ſua,quod appellatio a ſen-
tentia nulla deuoluit cognitionem, & deciſionem principa
lis negotii ad iudicem ad quem ſub hac forma,quia ſi ſentẽ-
tia eſt nulla uitio actorum ſubſtantialium,ipſe habet de no-
uo cognoſcere a principio, & ex negotio , ideſt iterato om-
nia fient.ſed ſi ſententia eſt nulla ex uitio ſolius ſententiæ ip
ſe reformabit eam ex primis actis.facit optime l.cum quære
batur,& quod ibi not.Barto.ff.de re iudic.& in l.ſi expreſſim.
ff.eodem.

a Tertius effectus eſt, quia [a] appellatio a ſn̄ia, vel ab alio a-
ctu nullo operatur priuilegium reuocationis attentatorum
43 ita quod omnia † attentata reuocantur,ut eſt tex.in d.c.exhi
bita.de iudi vbi clare probat,quod attẽtata poſt appellatio-
nem ab actu nullo ſunt reuocanda per uiam attentati iuſti-
ficata ipſa appellatione, non ſic contingeret ſi nõ fuiſſet ap-
pellatum,quia attentata non eſſent nulla in totum, & utile
per inutile non uitiaretur.C.de rebus credit.l. generaliter.§.
j.& ita tenet Bald in c.ſuper quæſtionum , in tertia colum.ſ̃.
de offi deleg.

Quartum effectũ operatur appellatio ab actu nullo,quia
impedit executionem, & oẽm aliam innouationẽ pendente
44 appellatione.vnde licet alias,quando ſola † nullitas deducit̃
abſque appellatione,non impediat executionem ſn̄iæ , niſi
ſit euidens,uel poſſit incontinenti probari,vt dicit Bart.in l.
4.§.condemnatum.ff.de re iud.& per Doc.in ca. ſuſcitata,de
b reſt.in integ.[b] tamen qñ nullitas deducitur per uiã,& modũ
appellationis, ſemper hẽt impedire executionẽ,ne quid inte
rim renouetur per ti.nil no.ap.pẽ & ita notabiliter dicit Ra
ph.Cuma.in d.l.ſi expreſſim,in 2 col ff.eo. Dominus tamen
Raph.Cuma in d.l.ſi expreſſim, ponit duas limitationes , in
quibus ab actu nullo non poteſt appellari.

Prima eſt,quãdo ſn̄ia eſt nulla ex defectu poteſtatis, ſeu iu
riſdictionis:tunc enim appellari non põt, quia tunc tollere
tur cognitio a iudice competenti pp ſuperiorem , qui dẽret
adiri in cã appellationis,& dicit Bal.ita tenere in l.j. C. qñ ꝓ-
uo.non eſt neceſ.in antepenul.col.uer.iuxta prędicta formo
tale dubiũ ubi uoluit,ꝙ ſi ſn̄ia lata a publice excõicato,vel
a ſeruo ſeu ab inhabili appellatur ſimpliciter non poterit iu
dex cauſæ appellationis de hac nullitate cognoſcere, cum
45 † extrinſeca non ueniant in cã appellationis per not. in l. per
hanc.C.de tẽp.ap.nã talis nullitas nõ procedit ex defectu iu-
diciarij

ADDITIONES.

a ¶Quod iudex appellationis qui cognoſcit de nullitate poſsit ſn̄iam refor
mare ex noua cauſa,tenet Alex.Imo.conſ.79.uer.& iſtam opi.2.volu. ubi
etiam dicit , quod ſicut appellatio deuoluit totam cauſam, ſic & nulli-
tas,ut poſsit reformare ſententiam.

b ¶Adde Dom.de Ro.in tit.de excep.deci.3.in nouis.

diciarii ordinis non ſeruati, ſed ex defectu iuriſdictionis facit quod notatur in l. licet.ff de iud.& in c.prudentiam,ſ de offic.deleg.vbi Inn.dicit,quod ſententia † nulla ex defectu iuriſdictionis non poteſt confirmari etiam ex ratihabitione ſuperioris. ſed contra iſtam limitationem videtur tex. in c ſignificantibus,de offi.deleg.vbi proceſſus factus per iudicem, qui pronunciauit ſe incompetentem, non valet ex de defectu iuriſdictionis, & tamen poteſt appellare ad Papam, ad idem eodem tit cum cauſam vbi a proceſſit duorum delegatorum procedentium abſque tertio appellatur ad Papã. ſed ſaluando opi.dom Raph.& Bal.reſponde, ꝙ ideo in dictis iuribus poteſt appellari ad Papam,quia Papa ante delegauerat cauſam, & ſic eam eripuerat de manibus ordinarii Item Papa poteſt adiri per viam querelæ,ſuper cauſa nullitatis. vnde non eſt neceſſarium ſi poteſt ad eum appellari ab actu nullo ex defectu iuriſdictionis. vnde p illa iura limita opi.Raph & Bal & dicas,ꝙ ubi datur defectus iuriſdictionis,non poteſt appellari, niſi appelletur ad eum qui poteſt adiri per viam querelæ,quia ſicut poteſt cognoſcere de ipſa nullitate principaliter,ita poteſt ad eum appellari: ubi autẽ non poteſt adiri per viam querelę,nõ poteſt appellari a ſententia nulla defectu iuriſdictionis,ne auferatur cognitio iudici competens, qui de cauſa debet cognoſcere, & hoc modo limita opi.Raph.& Bal.

Secunda limitatio eſt, quando ſententia eſſet euidenter nulla nam tunc ſecundum do Raph non poteſt appellari.al legat l.i.ff quæ ſententiæ ſine app.reſ in vbi tex.dicit, quod abſq; cauſa appellatur.& mihi placet iſta limitatio, quia ex quo notoria eſt nullitas,nullum effectum operatur appellatio,& has duas limitationes tene menti,& hoc etiam modo limita gl.& Doct.in d c ſi in verbo.neceſſe.

47 Sed quæro de duobus,iuxta prædicta, & primo,nunquid † appellatio interpoſita a ſententia nulla, vel ab actu nullo ipſum confirmet & glo præd in verbo,neceſſe. tenet, quod non,& probatur in l.ſi expreſſim ff.eo hoc tamen intellige ratione defectus mandati,nam dominus appellando a ſententia lata contra procuratorem carentem mandato,cenſetur ratificare ſententiam,quia cenſetur ratificare omnia geſta per falſum procuratorem, & hoc modo ſententia quæ erat nulla,quo ad dominum efficitur valida, de quo etiam vide in Spe de ſen §.iuſta,circa ſi ver.vtrum autem appellãs. vnde conclude,quod appellatio a ſententia,vel ab actu nullo non confirmat ſententiam,licet ſuppleat defectum mandati,vt d.l.3 § falſus ff.rem ra.haberi.

Secunda eſt quæſtio, vtrum iudex delegatus datus ſuper cauſa appellationis poſſit cognoſcere de nullitate.& dicendum eſt,quod ſi nullitas deducitur incidenter in appellatione,iudex delegatus poteſt de ea cognoſcere ita tenet Innoc. Io.And & Do Dom.in c.Romana,§ poſt hæc,eodem titu in vj.& Bald.& Salyc.in l.j.C.quando prouo.non eſt neceſ. pro quo bene facit tex.in c cum contingat,§.quia vero, ſ.de offi. deleg. vbi patet, quod ille qui conqueritur de iniuſtitia,ſatis concludit probando nullitatem, & obtinet ſi eam probet, & actum nullum,& hoc tenet ibi do.Abb.in 2 col.

Conclude ergo,quod delegatus ad cauſam appellationis poteſt de nullitate cognoſcere,& pronunciare, & tenet etiã Ioan.de Imo.in d l.ſi expreſſim.in vlt.charta,circa prin.& ex hoc infertur, quod ſicut Archiepiſcopus poteſt cognoſcere de cauſis inter ſubditos ſuffraganeorum ſuorum, ut in c paſtoralis,in prin.de offi.ord.ita poterit cognoſcere de nullitate, quando nullitas eſt permixta cum appellatione, vt d.l. ſi expreſſim,& l.Cornelia Pia ff. de iure patr. Secus ſi nullitas deducatur principaliter abſque appellatione: tunc enim nõ poſſet,ex quo non poteſt principaliter adiri per uiam querelæ,& hoc tenet Lap.& Do.Dom.in d.c.j §.poſt hæc,eo.ti. in vj & hæc tene menti.

Tangit etiam hic do.Abb.nunquid a iudice non admittẽte, nõ tamen repellente exceptiones oppoſitas,poſſit appellari.de quo dicam in c.ex parte.M.j.eo.vbi etiam dom.Abb. tangit.

Item do.Abb.examinat,ſi pars pluries appellet, valeat ſecunda appellatio, & quid operetur de quo etiam per eum
a ſ eo.bonæ,in fi.ſed dicam j.eo.ſua.ubi glo tangit. a ſequitur c.Nicolao.

ADDITIO.

a ¶ Adde,ꝙ ſi conſtat de nullitate ex actis, non requiritur litis conteſtatio, ſed iudex appellationis poteſt in. . . . reuocare,Ro.in tit. de lit. conte.in nouis,incip.fuit dubitatum.

SVMMARIVM

1 *Appellans qui terminum ſibi præfixit ad appellationem proſequendam, debet procuratorem ſufficienter inſtructum mittere.*
2 *Miles præfertur monacho.*
3 *Argumentum ex ordine litera,val 1.*
4 *Dignitas eccleſiaſtica præfertur ſeculari.*
5 *Militia ſecularis non eſt dignitas, & quæ ſit dignitas.*
6 *Doctor,an habeat dignitatem.*
7 *Monachus poteſt eſſe procurator pro ſuo monaſterio.*
8 *Cauſa deuoluta ad curiam per appellationem debet mitti procurator, ut non tantum impetret iudicem in partibus,ſed ut etiam contradicat.*
9 *Contumax habetur,qui non mittit procuratorem ſufficientem.*
10 *Dominus non eſt amplius citandus,ſi procuratorem miſerit ſine ſufficienti mandato.*
11 *Mandatum intelligitur de ſufficienti.*
12 *Contumacia Abbatis,et monachorum eſt in cauſa, ut monaſterium in expenſis condemnetur.*
13 *Delictum prælati præiudicat eccleſiæ, quo ad condemnationem expenſarum.*
14 *Appellante non proſequente, appellatus rectè proſequetur appellationem.*
15 *Iudex ad quem poteſt condemnare in expenſis etiam appellante non proſequente.*
16 *Cauſa non cenſetur eſſe in curia ob ſolam præfixionem termini ab appellante.*
17 *Cauſa,quando cenſeatur eſſe in curia,per plures caſus examinatur.*
18 *Cauſa quæ de ſui natura non eſt de curia, qualiter intromittatur in curia.*
19 *Iuranti ſe non poſſe conſequi iuſtitiam in ſua diœceſi,debet concedi iudex extra eam.*
20 *Termini præfixio in appellatione,quot effectus operetur vide.*
21 *Procurator qui mittitur in curia,an ſufficienter miſſus intelligatur cum mandato expeditionis articuli appellationis.*
22 *Decretalis noua qualiter ſuppleri ex uerbis ueteris decretalis poſſit.*
23 *Condemnatio expenſarum,quando habeat locum.*
24 *Procurator miſſus in curia propter appellationem,an ſi habet ſolum mandatum impetrandi poſſit etiam defendere.*
25 *Compromiſſioni cauſæ requiritur ſpeciale mandatum.*
26 *Procurator ſufficiens,an inferat domino præiudicium non proſequendo appellationem.*
27 *Procurator,quando præiudicet domino non appellando, vel non proſequẽdo appellationem,ſe remiſſit.*

CAP. LXIIII.

1 Nicolao. Appellans † qui terminum ſibi pfixit ad appellationem proſequendam, mittere debet procuratorem ſufficiẽter inſtructum ad totam cauſam,non autem ad impetrandum,& ad contradicendum tantum,alioquin condemnatur in expenſis.hoc dicit.In prima ponitur datio auditoris,& petitio appellati. in ſecunda dantur iudices. Secunda ibi, mandamus.

2 Nota primo,militem † præferendum monacho, hoc uidetur colligi hic ex ordine literæ,quia hic miles nominatur
3 ante monachum:valet enim † argumentum ex ordine literæ,ut dicit gl no.in c.quorundam,in verbo,prædicatorum. de elect.in vj.quæ dicit, quod prædicatores in ordine literæ præferuntur minoribus,quia ordo ſuit antiquior. vide bon. tex.17.diſt.in fi.de quo etiam per Bar.in l nec enim.ff.de ſol. & eſt bo.tex.& glo.in cap.mandato.in glo penultima, & ibi etiam Do.Dom.de præben in vj in reg in alternatiuis, eo.li. & dicit dom.Abb.quod hoc procedebat,ſecundum antiqua tempora,quando monachi non erant clerici,vt 16. quæſt 1. generaliter,& c.ſic uiue.alias ſi monachus foret clericus,vel ſacerdos, deberet præferri militi,quia eſt miles cęleſtis militiæ.16.quæſt.j.in c.Chriſtianis,& 23.q.8 repræhenſibilem. nã
4 ſpiritualia ſunt digniora temporalibus, & † dignitas eccleſiaſtica præfertur dignitati ſeculari.ut in ca ſolitæ.de mai.& obedi.vnde nulla dignitas eſt ſimilis ſacerdotio 96. diſt duo. hinc eſt,quod ſacerdotes appellantur. Vnde dicitur,diis nõ detrahas,ideſt ſacerdotibus,vt in c cum ex iniuncto,de hæreti.& 11.quæſtio.j.ſacerdotibus.ad idem C.ne ſi.pro patre. authen.habita ubi poſt epiſcopos nominantur Abbates, ante
5 alios iudices ſeculares immo dic,quod nulla militia † ſecularis eſt dignitas,ut probatur in c qui contra pacem,24.quæſt. j.ibi,dignitatem,vel cingulum militiæ, & ſic ponit cingulum militiæ,& dignitatem tanquam diuerſa.ad idem in auth. ut liceat matri,& auię.§.quia dudum ibi,dignitatis,aut militię, aut ſtudii, & multa iura ad hoc, & ſimilia poſſent allegari, ſed vide Barto. in l ex eo. ff de teſtament.militar & in l.prima. C.de digni. libro duodecimo, ubi tenet, quod militia non dicatur dignitas, uel nobilitas, niſi militibus urbis Romæ.

De

6 De doctore † autem rehet Bar. in d. l ca eo, & in d l j. ꝙ dicatur habere dignitatem, & probatur in cle. ij. in uerbo, honorem, de magia & vide Bal. in j. conſtitutione Digeſtorum, vbi dicit, quod Doctor debet præferri militi ſi eſt excellens, ſecus ſi eſt Doctorellus, & dicit ſe uidiſſe hoc ſeruari Bononiæ, allegat c. quanto. de magis. vbi probatur, quod Doctor qui tegit ſcholas, dicitur habere dignitatem, & ibi tex. requirit, quod idonei, & litterati.

7 Secundo nota, quod † monachus poteſt eſſe procurator ad litem in cauſa ſui monaſterii, de quo in cle. religioſus. de procur & per Inno & Doct. in c. cum l. & A. ſ. de re iud.

8 Tertio nota, quod vbicunque † cauſa eſt deuolula per appellationem ad curiam Romanam, non ſufficit appellanti, ſeu appellato mittere procuratorem ad impetrandum iudicem in partibus & ad contradicẽdum impetrationi alterius partia, ſed debet procurator venire cum pleno mandato ad proſequẽdum appellationem in curia Romana, alias dominus reputatur contumax, & uenit condemnandua in expenſis, vt hic dicitur.

9 Quarto no quod ille qui non mittit † procuratorem ſufficientem, eſt contumax. & dicit Bal hic, quod eſt uerua contumax, quia paria ſunt non comparere, uel comparere per procuratorem non habentem ſufficiens mãdatum pro quo etiam uide Bart. in l j. § vluſ. ff. de procur. ubi dicit, quod ille qui mittit procuratorẽ, videtur nolle cõparere perſonaliter.

10 Ex quo infert, quod ſi † procurator non habeat ſufficiens mandatum, dominua non eſt amplius citandus, tãquam verus contumax, quia videtur declarare ſe nolle venire, & ita etiam dicit Bar. in l. ſi finita. §. Iulianus. ff de dam. infec. unde ſi ſtatutum diceret, quod proceſſus nõ valeat, niſi producto
11 inſtrumento mandati procuratoris, debet intelligi de † mandato ſufficienti. ff de ædilit. edic. l ædiles. § procurator. alias non releuat producere mandatum, niſi ſit ſufficiens, vt eſt tex. hic, & ita dicit notabiliter Bald. in l. fi. C. de ædilit. edic. in ſexta colum.

12 Quinto no. & tene menti, quod ex contumacia † Abbatis, & monachorum condemnatur monaſterium in expenſis, & conſequẽter fit executio in bonis monaſterii, quia Abbas, & monachi non habent proprium. Nec obſtat c. repræhenſibilis, ſ. eo. vbi dicitur, quod qui nõ habet proprium, nõ debet condemnari in expenſis. nam ibi loquitur, quando proſequitur cauſam propriam, ita quod non agit nomine monaſterii: hic aũt, qñ nomine monaſterij, litem proſequitur.

13 Ex quo infertur, quod † delictum prælati præiudicat eccleſiæ, quo ad condemnationem expenſarum: ſed do. Abb. hoc intelligit in prælato regulari, ſecus dicit in prælato ſeculari, per l. non eſt. C. de admi tuto. vbi patet, quod tutor condemnatur in expenſis, ſi mouet, uel defendit litem iniuſtam nomine pupilli. & ratio eſt, quia tutor habet unde ſatisfaciat. vnde dicit do. Abb idem dicendum eſſe in prælato ſeculari, ſi habet unde ſoluat. allegat nota. per gl in c de multa. in uerbo, prouentibus, j. de præb. ſed de hoc dic, vt per Ho. Io. An. & do. Abb. in c. j ſ. ut li non contc. vbi hoc latius examinat.

14 Vltimo no. ꝙ † appellante non proſequente appellationem ſuam legitime poteſt appellatus appellationem proſequi, & obtinere a iudice ad quem condemnationem expenſarum factarum a tempore appellationis emiſſæ.

15 Ex quo infert do Abb. ꝙ † iudex ad quem poteſt condemnare in expenſis, ẽt appellante non proſequente appellationem, de quo plene dixi ſ. eo. reprehenſibilis.

In gl. j in fi. hæc gl in effectu vult, ꝙ ſi præfixus fuit terminus ad proſequendum appellationem a iudice, vel ab appellante, ꝙ cauſa dicatur eſſe in curia Romana adeo, vt nõ ſufficiat appellanti mittere procuratorem ad impetrandum iudicem in partibus, ſi appellatus uult proſequi cauſam in curia Romana. Idem dixit gl. fi in c. veniens ſ. de tranſac. & ſequitur Abb hic: ſed Hoſt. & Vin. & Io. An & communiter Doc. tenent ꝯ҃num, dicentes, ꝙ ſola præfixio termini, ſiue ſit facta
16 præfixio ab appellante, ſiue a iudice non facit † cauſam eſſe in curia, ſed oportet, ꝙ appellatio ſit recepta a iudice, vel ab appellato, & ſic loquitur c. interpoſita, §. j. j eod probatur ẽt in c. Abbate, ſ. eo. vbi iſta ponuntur, vt diuerſa, & ſ. eo. ea inſinuatione. vbi ſola præfixio termini, non facit cauſam eſſe in curia, ad idem ſ. eo. ſæpe Nec obſtat iſte tex. quia debet intelligi, ꝙ appellatio bic fuerit recepta a iudice, vel ab appellato, ex quo iſte miles perſonaliter in curia comparuit. vnde dẽt præſumi, ꝙ appellationem approbauerit interpoſitã p monachum, & hanc opi ẽt ſequitur Spe eo. ti §. qualiter. verſi. porro. & ut plene habeas iſtum articulum, diſtingue, ꝙ aut appellatur a ſententia interlocutoria, aut a diffinitiua.

17 In primo membro facias quatuor † caſus.

Primus eſt, quando appellatio fuit recepta a iudice, vel approbata a parte, & terminus fuit præfixus ad appellationem proſequendam, & tũc abſque dubio cauſa eſt in curia, ita ut teneatur appellãs proſequi ibi cauſam appellationis appellato volente, vt j. eo. interpoſita. §. j. & ſ. eo ſæpe & ſi appellatus noluerit, & petierit, debet appellans comparere cum oĩbus munimentis, ad cauſam principalem pertinentibus, vt in c. j eod titu in vj.

Secundus caſus eſt, quando appellatio fuit recepta a iudice, vel approbata a parte, tamen terminus non fuit præfixus ad appellationem proſequendam, & ẽt hoc caſu cauſa eſt in curia, & tenetur appellans mittere procuratorem inſtructũ ad appellationem proſequendam, vt eſt caſus infra eo. interpoſita. § primo.

Tertius caſus eſt, quando terminus fuit præfixus ad appellationem proſequendam, tñ appellatio non fuit recepta, nec a iudice, nec a parte, & iſte caſus eſt dubius propter iſtũ tex. & gl. ſed communis opin habet, ꝙ cauſa non dicatur eſſe in curia, & ꝙ ſufficiat mittere procuratorem ad contradicendum, & impetrandum.

Quartus caſus eſt, quando nec appellatio fuit recepta, nec a iudice, nec a parte, nec etiam terminus fuit præfixus ad appellationem proſequendam, & hoc caſu abſque dubio cauſa non eſt in curia, & ſufficit mittere procuratorem ad ꝯ҃dicendum, & impetrandum, vt j. eo. interpoſita § j Ad vnũ tamen aduerte, quia D. de Ro. deci. 42. quæ incipit, item ſi im-
18 petratur. dicunt, ꝙ vbi cauſa de ſui † natura non eſt tractanda in curia, tamen ſi appellans iurat ſe non credere poſſe obtinere iuſtitiam in partibus ex aliqua iuſta cauſa, tunc cauſa tractabitur in curia etiam inuito appellato, ar. ca ſtatutum, §. j de reſcr. in vj. & in c. ni circa de elec eod lib. & hoc ſequit̃ hic Io de Imo. circa fi & do. Abb. hic, in penul colum. uer. ad unum tamen aduerte, ꝙ eſt menti tenẽdum pro ampliatione c. ſtatutum, §. j. de reſcriptis, in vj. & ca. ut litigantes, de offi ordi. eod libro.

19 Et ex hoc infertur, ꝙ quando quis iurat † ſe non credere poſſe conſequi iuſtitiam in propria diœc. quæ eſt communis ſibi, & aduerſario, ꝙ poteſt extra diœceſ. impetrare iudicem, quod nota. Item limita prædicta, quia debent intelligi in cauſis, quæ de ſui natura non ſunt in curia: nam ſi de ſui natura eſſent in curia, vt ſunt cauſæ beneficiales abſque alia delatione iudicis, vel partis, & abſque aliqua præfixione termini, eſſent in curia tractandæ, vt in in c. j. & in c. vt circa, & in c. cupientes. de elect. in ſexto. & ex his ſum expeditus de primo membro.

Venio ad ſecundum, ſ quando appellatum fuit a diffinitiua ſententia, & hoc caſu Gaſpar Cal. hic dicit, quod ſi appellatio fuit recepta a iudice, vel approbata a parte, eodem modo eſt in curia, ſicut dictum eſt in appellatione ab interlocutoria, & iſtam opi. ſequitur hic Ioan. And. & expreſſius Hoſt. & Io. And. j. eod. interpoſita, in glo. ſita, in verbo, ſit para'a, ꝗ incipit, dicit Innoc in fi. ſed dom. Abb. dicit, quod quantum ad approbationem factam per iudicem receptio appellationis a diffinitiua, nihil operatur, cum regulariter iudex non poſſit non deferre. vt in c. non ſolum, in prin. eod. titu. ſed ſecus eſt in appellatione ab interlocutoria, vt d. c. non ſolum, §. j & in c. cum appellationibus, eo. titu & libro. ſed approbatio appellationis a diffinitiua facta per partem bene facit cauſam eſſe in curia, ſecundum eum, & hoc videtur tenere Spe. eo. tit § qualiter. verſi porro. ſed glo. fi. in fi. in dicto cap. veniens dicit, quod in appellatione a diffinitiua non refert vtrum appellatio approbetur a iudice, vel ab aduerſario, ſed ſolum, an ſit præfixus terminus a iudice, vel ab appellante ad proſequendã appellationẽ, quia tunc utraq; pars tenetur mittere procuratorem ſufficiẽtem ad totam cauſam, & iſtã opi puto veriorem, de quo dic, ut dixi ſ eod ſæpe. tamen hic do. Abb. tenet contra illam gl.

20 Et ſi diceretur, quid operabitur illa † præfixio termini? reſpondet do. Abb ꝙ operabit̃ plures effectus præter iſtum, & primo, quia non põt præueniri, vt in c. oblatæ, & in ca. ſæpe, in fi. ſ. eo. Secundus effectus, quia tollit præſumptionem maliciæ quæ eſt ꝯ appellationem. ut dicit gl 3. in fi. in c. cum ſit, ſ. eo. Tertius effectus eſt, quia facit, vt appellans ſi non cõparet condemnetur in expenſis, vt hic ¶ Sed quæro circa præ-
21 dicta, † an ſufficiat mittere procur. cũ mandato ſufficienti ad expedien. artic appellationis, an vero debeat hẽre mandatũ ẽt ad cãm principalem. & iſta qõ procedit, quando appellatur ab interlocutoria, quia appellatio a diffinitiua cõtinet cauſam principalem, & ideo dic, ꝙ qñ appellatur ab interlocutoria ſufficit mittere procuratorem inſtructum cũ mandato ad expedien. articu. appellationis, vt d. c ſæpe, & ibi dixi & hoc, niſi appellatus tpe appellationis petierit, ꝙ ẽt ſuper cã principali veniat inſtructus, ut d. c. j. §. j. eod. ti. in vj tunc enim debet habere ſufficiens mandatum ẽt ad cauſam principalem, ſecundum Bal. & Io. de Imo hic, in fi.

In glo ij.Bal.dicit iſtam gloſ. notandam inquantum dicit quod hæc decretalis ſuppletur per illam decretalē antiquā, & ſic ſentit, quod nouum ſtatutum ſit ſupplendum ex veteri.& dicit Bal.quod hoc ideo eſt, quia in decretalibus ſemp ponitur dictio, & infra alias nouę legi nō licet aliquid addere, vel detrahere, vt in l.j.C.de emendat.Iuſti.Codicis.

22 Sed aduerte, quod Bal.vult, quod liceat ſupplere † decretalem nouam ex verbis poſitis in antiqua decretali, licet antiqua decretalis non ſit redacta in corpore iuris in locis, vbi ponitur dictio, & infra in aliis uero non, ſed dicit, quod ubi antiqua, & noua decretalis eſſent inſertę in corpore iuris, tunc decretalis noua, vel lex noua debet interpretari, ſecundum antiquam, vt in l.ſed & poſteriores.ff.de legi.& notat Barto. in extrauaganti, ad reprimendam, in verbo, legibus.

In glo.vltima, intellige glo. quod condemnatio expenſa-
23 rum † habet locum, quando appellatus non inſtat, vt procedatur ad vlteriora.nam ſi procederetur eo inſtante contra appellantem abſentem, iuxta ea quæ habentur in c. ſæpe, & in cap.per tuas, ſupra eod.non condemnaretur appellans in expenſis contumaciæ, ut not. hic Gaſpar Calde.& bene, ſecundum dom.Abb.

Ex quo infert, quod vbi proceditur contra abſentem contumacem non eſt condemnandus in expenſis, ſed debet expectari finis iudicij.& ad hoc allegat dom.Abb.in capi.j. de elect.in vj.in nouella.vbi ſic limitat gloſ.ſuam, quæ uidetur dicere contrarium, & de hoc dixi in c.auditis, ſ. de procura.

Extra gl.quæro: pone, quod reuocatur in dubium, an cauſa appellationis ſit tractanda in curia, nunquid procurator
24 † qui uenit ſolum cum mandato ad impetrandum, & contradicendum, poſſit hunc articulū defendere, puta excipiendo, quod cauſa non eſt tractanda in curia, ſed remittenda ad partes.& Spe in titu.de procur.§.vt autem, ver.ſed pone ecc. dicit, quod ſic, & dicit ita obtentum fuiſſe in curia. idem ſequitur hic dom. Abb in fi.allegat l.ad rem mobilem, & l.ad delegatum ff.de procur.& glo.in cap.cum olim, el primo, de offic.deleg.& in c.in cauſis.de elect. & idem ſequitur hic Io. de Imo.quod eſt bene notādum, quia facit ad ſtatuta de cō-
25 promiſſis.nam licet ad † compromittendum requiratur ſpeciale mandatum, vt in c.per tuas, ſupra de arbit.tamen ſimplex procurator conſtitutus ad lit. faciendam ſi reuocatur in dubium, an cauſa ſit cōpromittenda, uel non, poterit hūc articulum defendere.

26 Vltimo quæro, quid ſi procurator † habet ſufficiens mandatum ad proſequendum, tamen non proſequitur, nunquid ex hoc inferat præiudicium domino.& dicendum eſt, quod ſic, quia imputandum eſt domino qui procuratorem negligentem elegit, ut in l.ſi procuratorem.§.ſi tutores.ff. mandati & in l.cum mandato.ff.de mino.& eſt tex.nota.in c.j. in fi. ſ.ut lite non conteſt.vbi patet, quod contumacia procuratoris nocet domino, etiam quo ad pęnam excommunicationis, & ut dicit Ioan.de Imo.hic, in fi & dom.Card. in cle. ſicut, eodem titulo, & vide Ang.& Io.de Imo. in l. ab executore, in ſi.ff.eo.vbi tenent, quod licet procurator etiam ſi ſit factus dominus litis, non poteſt expreſſe renunciare appellationi, tamen tacite non appellando, vel non proſequendo poteſt renunciare appellationi, & idem dicit Bald.in l.fi.§.illud, in ij.col C.de tempo.appel vbi etiam ſubdit, quod prælatus eccleſiæ non poteſt renūciare appellationi expreſſe, ſed bene tacite non appellando, vel non proſequendo appellationem, & de hoc articulo, ſ.an procurator nō appellando, vel appellationem non proſequēdo, præiudicet domino.dic ut in l.j.in fi.ff.quando app ſit, & per glo.plenius, & Docto. in c.j.ſupra ut li.non conte & per Bart.& alios ſcribentes in l.j.§.ſi procurator ff.ſi quis ius di.non obtempe.& hæc ſufficiant.ſequitur c.ſua nobis.

SVMMARIVM.

1 *Appellari tertio ab eodem, ab eadem perſona non poteſt.*
2 *Iudicium poteſt concipi in perſonam ſolius tutoris tutorio nomine.*
3 *Iudicium in pupillo fundari poteſt, ſi maior ſeptennio ſit.*
4 *Minor 25.annis in beneficialibus non eget curatore.*
5 *Appellari immediate inter laicos ad Papam poteſt.*
6 *Cauſa temporalis inter laicos poteſt per Papam delegari.*
7 *Papa, & legati ſui hodie cauſas committunt conſtitutos in dignitate eccleſiaſtica.*
8 *Cauſa criminalis poteſt committi laicis per Papam.*
9 *Magis dignum trahit ad ſe minus dignum.*
10 *Commiſſio nudi articuli tantum poteſt etiam fieri in perſonis in dignitate non conſtitutis.*
11 *Sententia lata ſuper tertia appellatione, an ualeat.*
12 *Dictio iterum, perficitur in gemino actu, id eſt quotiens.*
13 *Verba impropriari debent ſecundum naturam rei, ſeu materia ſubiecta.*
14 *Arbitri non habent poteſtatem prorogandi compromiſſum in longum tēpus, ſeu ultra tres menſes.*
15 *Clauſula, quod arbiter poſſit prorogare terminum quotiens ſibi uidebitur, qualiter intelligatur.*
16 *Dictio quotiens, intelligitur de multis uicibus.*
17 *Dictio pluribus, intelligitur de duobus. & geminata de quatuor.*
18 *Dictio quotiens, aliquando reſtringitur ad unam uicem.*
19 *Appellationes quatuor dantur tantum ab eodem articulo.*
20 *Princeps, an poſſit concedere tertiam appellationem per uiam reſcripti.*
21 *Reſcriptum, an ualeat ſi inſit clauſula, non obſtante ſententia, uel non obſtante tertia appellatione.*
22 *Clauſula, non obſtante collatione alteri facta in reſcripto per Papam emanata, intelligitur de collatione quæ non valeat, & tunc ſit alteri collatio.*
23 *Reſcriptum principis, an valeat ſi inſit clauſula, non obſtante ſententia.*
24 *Geminatio appellationis quid operetur.*
25 *Appellans ab interlocutoria primo, ſecundo a diffinitiua propter idē grauamen, an uideatur receſſum a prima appellatione.*
26 *Appellatio ſecunda ex interuallo interpoſita, nec plenior prima, an ualeat.*
27 *Iudex dicitur functus officio ſuo, traditis apoſtolis appellationis.*
28 *Appellatione facta ſaluo iure appellandi in ſcriptis, deinde infra decem dies appellat in ſcriptis, an unice, uel dupliciter appellaſſe dicatur.*
29 *Verba ſaluo iure appellandi, qualiter ſumantur.*
30 *Interpretatio pro appellante large fieri debet, & in eius fauorem.*

CAP. LXV.

1 SVa nobis. Ab eadem perſona † non poteſt ab eodem tertio appellari.hoc dicit.Diuiditur in tres partes, quia in prima ponit querelam appellari.In ſecunda ſententiam auditoris.In tertia inhibitoriam factam iudicibus tertiæ appellationis.Secunda ibi, cumque.Tertia ibi, nos prædicto.P.

2 Nota primo ex tex.† iudicium poſſe concipi in perſonam ſolius tutoris, tutorio nomine, ſed dicit do. Abb. quod etiā
3 poteſt concipi, ſeu fundari in perſonam pupilli, ſi † pupillus eſt maior ſeptennio, ut in l j.§.ſufficit.ff.de admini.tuto. Sed dic, quod etiam adultus non poteſt eſſe in iudicio ſine auctoritate curatoris, alias iudicium eſſet ipſo iure nullum, ut in l.uniuerſis.C.qui dari tu.poſſ.& in l.cum minores.C.ſi aduerſ. rem iudi.hoc tamen fallit in cauſis beneficialibus, in quibus
4 minor † 25.annis habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, nec indiget auctoritate curatoris, vt in c. ſi annum quartum decimum, de iudi.in vj.

Secundo nota, quod de iure canonico etiam inter laicos
5 poteſt appellari, † immediate ad Papam, quando locus eſt de temporali iuriſdictione eccleſiæ. concordat ſupra eod. ſi duobus.in fi.

Tertio no.ibi, auditor interlocutus fuerit, quod ſententia lata ſuper impotentia appellandi, i.quod quis non poſſit appellare dicitur interlocutoria, & iſtum tex.Bal dicit eſſe menti tenendum, dicens, quod non reperitur alibi.facit, ſecūdum eū l.metum.§.& licet, in uerbo, interlocutus.ff. quod met. cau. Idem tamen dicit hic dom.Abb. & aſſignat rationem quare non dicatur ſententia diffinitiua, quia nō eſt lata ſuper meritis cauſæ, habet tamen vim diffinitiuę, & alleg.Do.de Rota deci.86.quæ incipit, item ſi a pronunciatione, & deciſ.424.quæ incipit, item ſi a diffinitiua, circa medium, & hoc tenet etiā gl.in cle.ſi.in gl.2.prope fi.eod.ti.& idem dicendū eſt ſi iudex pronunciat appellationem eſſe deſertam, eſt enim ſentētia interlocutoria, ſed habet uim diffinitiuę, ut dixi ſ. eo. peruenit, el ij.& c.cum ceſſante.

6 Vltimo no.ibi, Petro, & eius collegis, quod † cauſa temporalis inter laicos poteſt delegari per Papam ēt laicis: nō enim hic fit mentio, quod iſti eſſent clerici.nam quando Papa cōmittit cauſam aliquibus clericis, ſemper facit mentionē cle-
7 ricatus.Sed dubium eſt, nūquid hodie † ualeat talis commiſſio.& uidetur, quod non per c.ſtatutum, in prin. de reſcri.in 6.ubi cauſa per Papam, uel eius legatos debet cōmitti conſtitutis in dignitate ecc. vel canonicis eccleſiarū cathedraliū.

Sed

ADDITIO.

a An cauſa temporalis inter laicos poſſit per Papam delegari laicis.materiam huius c.quo ad hoc, ponit Alex.Imo.conſ.77.j.& ij.col.2.uol.

Sed Io. And.dicit,quod in hoc vellet doceri,ſ. an hodie cã
temporalis poſſit committi laicis per Papam, & ſi eſſet cri-
8 minalis † poſſet abſque dubio committi laicis,vt in l fin. ne
cle uel nion in ſexto.
Sed quando eſt cauſa ciuilis,Ioan.Andr. dicit, quod eſſet
tenendum illud,quod ſeruat curia,& ſic dubitauit hoc deci
dere,ſed Bu.hic dicit,quod iſte tex.hodie non eſt correctus,
quia non loquitur de cauſis clericorum , ſed de cauſis quæ
ſunt laicorum,qui ſunt de temporali iuriſdictione eccleſiæ ,
& ſic in hoc caſu non babet locum c. ſtatutum, quia loqui-
tur de cauſis clericorum & iſtam opin ſequitur hic do Abb.
quia clerici maxime in dignitate poſiti non debent occupa
ri in cauſis temporalibus laicorum xj.quæſtio j. quidam, &
23.quæſt.8.repræhenſibile. Idem tenet hic Ioan.de Imo.di-
cens,quod correctio iurium eſt euitanda, & ideo cum iſtud
c.non ſit expreſſe correctum, ei ſtandum eſt,idem tenet Do.
Dom in d c.ſtatutum .
Conſidera ergo tres caſus.
Primus eſt,quando cauſa temporalis vertitur inter cleri-
cos,& hoc caſu debet ſeruari dictum c.ſtatutum .
Secundus caſus , quando cauſa vertitur inter laicos de re
mere temporali,& hoc caſu habet locum iſte tex. quia pote
rit etiam hodie delegari talis cauſa laico per Papã , vel eius
legatos,vt ſupra dixi. hoc tamen intellige,quando cauſa eſt
mere temporalis, ſecus ſi eſſet eccleſiaſtica , vel ſpiritualis,
quia tunc etiam inter laicos haberet locum d ca. ſtatutum,
ut dicit Ioan de Imo hic in ſi.
Tertius caſus eſt, quando cauſa agitatur inter clericum ,
9 & laicum,& hoc caſu † magis dignum trahit ad ſe minus di-
gnum,ut d.c.quod in dubiis.de conſe eccle uel alta. & quod
a no.Bar.in l j §.ſi quis in appellatione in penul. quæſtione.ff.
eod.vbi dicit,quod ſi iudex eccleſiaſticus, & ſecularis ferunt
ſentẽtiam,debet appellari ad ſuperiorem iudicem eccleſia-
b ſticum,quod not. [b] Bal.in l.præcipimus in ſi.C.eo vbi dicit,
quod ſi ſit compromiſſum in clericum,& in laicũ, quod epi
ſcopus eſt adeundus ſuper reductione ad arbitrium boni vi-
ri,quia clericus tanquam dignior trahit ad ſe laicum . vnde
hoc caſu debebit ſeruari ca.ſtatutum, ſicut ſi cauſa uertere-
tur inter duos clericos vide tamen glo.no.in c.ſi clericus lai
cum,& in c.ex tranſmiſſa de fo. compet. quæ dicit,quod de
conſuetudine,& ſtylo curiæ clericus actor poteſt impetrare
a Papa iudicem delegatum contra laicum reum,quam glo.
ſequuntur omnes Doct.in ca.ſi clericus laicum. & prædicta
intellige in Papa,vel eius delegato,vel legato.nam tales nõ
debent committere,niſi perſonis cõſtitutis in dignitate, vel
canonicis eccleſiarum cathedralium,ut in d.c. ſtatutum, in
prin.iuncto § in nullo quod tamen intelligas, niſi commit-
10 teretur nudus † articulus,quia tunc etiam perſonis non con
ſtitutis in dignitate nec canonicis eccleſiarum cathedraliũ,
poteſt fieri commiſſio,vt dicit gl.notabilis,in d.c.ſtatutum.
in verbo,cauſe.& idem ſentit gloſ in ſimili, in § in nullo,in
verbo,vices.de reſcriptis.in vi.ſecus autem in ordinariis etiã
inferioribus epiſcopo,quia tales poſſunt committere cauſas
ſimplicibus clericis etiam non conſtitutis in dignitate, nec
canonicis eccleſiarum cathedralium,vt dicit gl.in d.c.ſtatu-
tum,in prin.in verbo,ſedis apoſtolicæ,& in clem.j.in uerbo
legatorum de reſcriptis . immo dic , quod ordinarius poteſt
committere laico cauſam temporalem uertẽtem inter cle-
ricos,vt dicit gl. nota.quam ſequuntur Doct in c.2. in glo.2.
ſ.de iud & hæc tenebis menti.
Sed antequam ad glo veniam quæro,ſecundum Bal. nun
11 quid ſi eſt lata ſententia † ſuper tertia appellatione valeat ip
ſa ſententia.& diſtinguit,quod aut fuit exceptum, & proba-
tum in duabus ſententiis, & tunc ſententia lata ſuper tertia
appellatione ipſo iure non ualet,aut nõ fuit exceptum, vel
ſi fuit exceptum non fuit probatum , & tunc ſententia lata
ſuper tertia appellatione,valet. pro hoc facit notabile dictũ
Innoc.in c.cum Bertholdus.de re iudi.& in c.cum dilecta. de
reſcriptis vbi dicit, quod pars quæ habuit ſententiam in fa-
uorem ſuum,quæ etiam tranſiuit in rem iudi. aſſumit diſpu
tationem ſuper ſententia,ſi iudex ex allegationibus,vel pro-
bationibus nouiter deductis videt eam debere reuocari,de-
bet eam reuocare,quia de quacunque re cognouerit iudex
de ea debet iudicare,ut ſupra de cau.poſſ & propr.cum ſup.
& in l.de qua re.ff.de iudi.& hoc tene menti pro declaratio-
c ne iſtius tex. [c]
In glo.j.in ſi.iſta glo eſt notanda,ſecundum domin. Abb.
12 quod dictio † iterum,verificatur in gemino actu . nam facit
ad ſtatutum permittens aliquid fieri iterum,vel puniens fa-
cientem iterum glo.tamen in ſi.& etiam gl ſequens, videtur
aliter exponere,ſ.vt intelligatur iterum,id eſt quotiens opus
fuerit,& ſic uidetur glo.ſibi contraria .
Sed domin.Abb.ſaluando glo.dicit, quod ſecundum pro-
priam ſignificationem iſtius dictionis eſt, ut notet actum ge
minatum,ſed quandoq; ex natura actus,cui additur exponi
tur iterum, id eſt quotiens opus fuerit , & ita loquitur Lu-
ſuti allegata in gl nam editio inſtrumenti poteſt iterum pe-
ti,& intelligitur iterum , quotiens opus eſt, quia hoc habet
natura negotii , ſ. ut pluties poſſit peti editio inſtrumenti, ſi
13 opus eſt:uerba † etiam debent impropriari.ſecundum naturã
ſubiectæ materiæ xj quæſtione tertia,rogo,& eſt bo.tex.cum
glo prima diſt humanum genus,vbi tex. dicit omnia quæcũ
que uultis,vt uobis faciant homines, ea ipſis facite.tamen glo.
exponit uerbum vultis,id eſt velle debetis,& ſic proprium ſi-
gnificatum vocabuli uariatur, ſecundum ſubiectam mate-
riam,de quo vide optimam glo.in l.has cauſas.ff.de cond.&
dem on.& in l.data.ff.de regu.iur.& in l.ſi pater.ff.de vulga.&
pupill.
Et ex his conclude, quod ſecundum proprium ſignifica-
tum dictio iterum, importat actum geminatum,licet ſecun
dum ſubiectam materiam poſſit intelligi verbum iterũ,to-
tiens quotiens opus fuerit,& pro hoc facit l.fideicõmiſſum.
§.ſi quis decem ff de leg.tertio. vbi teſtator legat decem Ti-
tio,& ſi prodiderit,quod hæres ea rurſum ſibi præſtet . nam
intelligitur,niſi de bina uice.
d Et hæc faciunt ad quæſtionem,quando arbitro datur [d] po
teſtas prorogandi compromiſſum ſemel,& iterum nam nõ
poterit prorogare,niſi bina vice tantum, ut dicit hic Bal in
ſi Subdit tamen,quod arbiter per talem poteſtatem , quam
14 habet prorogandi † compromiſſum,non poterit prorogare
ad longum tempus, quaſi de hoc non uideatur per arbitros
dubitatum,ar.in l.ſi finita in princip ff.de dam inſec. & vide
Bal in l.j.C.ut in poſſ lega. ubi dicit, quod arbiter non poteſt
prorogare compromiſſum ultra tres menſes , hoc tamen
intellige,quando primum compromiſſum fuit factum ſolũ
vſque ad tres menſes,quia prorogatio nõ poteſt eſſe maior
quam primus terminus cõpromiſſi , ut dicit notabiliter Bal.
in c ſi.ſ de conſue pro quo optime facit tex.6.q.2 c.ij. ubi ſe-
cundus terminus non debet eſſe maior primo, & ſic termi-
nus prorogatus non debet eſſe maior primo termino . facit
optime,quod no. Io de Imo.referendo Io.And in c.nonnul-
li.de reſcrip in ſi.principii.
15 Subdit etiam Bal.in d.c.ſi.ſ.de conſuet quod illa † clauſu-
la,quod arbiter poſſit prorogare terminum quotiẽs ſibi ui-
debitur,& ſemel,& pluties,non extenditur ultra tertiam vi-
cem,ut euitetur infinitas,ar.c.cum in multis,ſ.de reſcr.;& in
l ſi finita in prin ff de dam.inſec.vide etiam Ang in l.j § pen.
ff.de cuſto reorũ.vbi dicit,ꝙ ſi quis promittit Poteſtati repræ-
ſentare Titium totiẽs quotiens opus fuerit,non tenetur,niſi
bis præſentare,& idem tenet in d l ſi finita.in prin. Sed in cõ
trarium uidetur tex in d l.veluti.ff.de in ius voc. & in l. cũ q-
ſtio.C.de legi.& adde Bar.in l.eum qui certarum, prope ſi ff.
16 de uerb.obli.vbi dicit, quod dictio † quotiens. intelligitur de
multis vicibus noua ſuperueniẽte cauſa , nulla autem cauſa
ſuperueniente,ſed ſolo damno alterius, tunc refertur ad bi-
nam uicẽ tantum,& hoc ẽt tenuit Bal in l. fideicommiſſa.§.
ſi quis.x ff.de leg.3.& uide Bar in l.gemina arbor,in ſi arbo-
rum furtim cæſarum.vbi dicit,ꝙ ſi aliquis accuſatur,quod ꝑ
17 cuſſerit † pluribus percuſſionibus,quod intelligitur de dua
bus ad minus.& ſi dicit,quod percuſſit pluribus, & pluribus
percuſſionib. intelligitur de quatuor, & de iſta materia me
amplius non extendo,ſed me remitto ad Io de Imo. & alios
ſcribentes,in l qui bona.§.ſi.& l ſi finita,in ſi ff de dam inſec.
& in d.l.eum qui certarũ,& in d.l fideicommiſſa.§. ſi quis.x.
ff.de le.3.& in l.ueluti ff.eo.& in l.ſæpe.ff.de re iud.& in l.j.C.
de ſent.quæ pro eo,quod intereſt.
In gl.ij.diuide ipſam in duas partes,prout dupliciter oppo
nit. ſecunda ibi item argumentum contra.
In prima parte gl.no.ex gl.pro his quę dicta ſunt in gl ꝓce
18 denti,ſ.ꝙ dictio † quotiens,reſtringitur ad binã vicem,qñ nã
ſubiectę materiæ hoc reqrit,q̃a iura iurib ſunt ꝯcordãda,ut
in c. cum expediat.de elect.in 6. ſicut & euangeliſtæ ſæpe re-
ducuntur ad concordiam,vt in c nihil.de uerborum ſignifi.
vel

ADDITIONES.

a ¶Singularis.Idem tenet Dom.Alex.in Rubrica, ſupra eo.tit.15.colum. in ſi & Fely. in Rubr.eod.titu.

b ¶Nota uide Bal.in l.ſi quis litiga.vlti.no.C.de epiſco.aud.qui dicit, ꝙ princeps ſecularis poteſt cauſam delegare epiſcopo, & a ſentẽtia epiſcopi appellabitur ad delegantem.

c ¶Adde But.& Io.de Imo.hic expreſsius,quod ſi Papa dat iudicẽ ſuper tertia appellatione uidetur illam admittere,ſeu approbare , & idem Alexã. Imo.conſi.77.2.col.in prin.2.volum.

d ¶An arbiter qui habet poteſtatem prorogandi compromiſſum, poſsit ultra duas uices prorogare Adde Salonem,in l.ut inter diuinum.6.col.verſ. verum tamen no.C.de ſacroſ.eccl.Bal.conſ.471.4.volum.

vel ſecundum dom. Abb aliter poteſt reſponderi intelligen
do illud c.quo.iens intelligatur proprie,† quotiens quis gra-
uatur, totiens poſſit appellare. nã ſi millies quis grauaretur
in eadem cauſa, totiens poſſet appellare,vt in c.dilectę,& ꝙ
ibi dictum fuit,ſ̃.eodem.hoc autem c. loquitur, quando bis
ſuper eodem fuit appellatum per eandem partem, & bis ſen
tentia fuit confirmata. nam tunc non licet tertio appellare
tum, vt vitetur infinitas, tum propter præſumptionem in-
iuſtitiæ,quæ orta eſt contra appellantem,ex quo totiens ſuc
cubuit,& hæc ſcilicet,vt non liceat tertio appellare ab codẽ
articulo procedit etiam in ſententiis quæ non tranſeunt in
rem iudicatã:licet enim in eis poſſit de nuuo cauſa inchoa-
ri, non tamen tertio appellari.gl.eſt in c.fraternitatis,in ver
bo,fornicario,ĩ.de frigid.ſicut in ſimili, ſi non eſt appellatũ
in iſtis cauſis,ĩ.decem dies, nõ poteſt poſtea appellari, licet
poſſit agi per uiam querelæ.glo.eſt notabilis,& menti tenẽ-
da in c.ad reprimendam.in verbo,ſuſpendatur,ſupra de offi.
ordi.Item intellige iſtum textum,ut non liceat tertio appel
lare reſpectu eiuſdem partis,nã quælibet pars poteſt bis ap-
19 pellare,& ſic † ab codẽ articulo poſſunt interponi quatuor
appellationes,& hoc tenet Spec.eodem titu. §. quotiens, &
Bar.in l.vna.C.ne liceat tertio prouoc.& Ioan. And ſ̃ eo di-
rectę,vbi dixi.Item aduerte.quia licet quis non poſſit tertio
appellare,tamen poteſt adhærere appellationi ſui aduerſa-
rii,vt in l.ampliorem.C.de app.ita dicit hic Bald. quod nota.
20 Sed quæro,an princeps † poſſit concedere per uiam reſcri
pti tertiam appellationem.& Bald. hic dicit, quod non, pro
quo facit præd l.una.C.ne lic.tertio prouo. vbi dicitur,quod
non licet ſupplicare principi pro tertia appellatione. Dicit
tamen Bald quod ex certa ſcientia per viam priuilegii prin
ceps hoc poteſt concedere, & idem in effectu ſequitur hic
Ioan.de Imo.in ſi primæ colum.per no.in c præterea. de of-
fic.deleg.& in c.ſtatutum,in prin de reſcriptis.in 6. Alias im-
petrando literas ſuper appellatione non facta mentione, ꝙ
ſit tertia appellatio,literæ eſſent ſubreptitiæ, & nullæ, ut eſt
caſus hic.facit c.ex parte,ſupra de reſcriptis.
a Quid autem ª ſi in reſcripto eſſet clauſula, non obſtante
21 ſententia,vel non obſtante tertia appellatione, † an reſcri-
ptum valeat.& glo.in l.fi.C ſent.re.non poſ. tenet,quod ſic
ex quo no.ibi Bal.quod ius quæſitum alteri per ſententiam
diffinitiuam,quæ tranſiuit in rem iudi.poteſt tolli per reſcri
ptum principis. Refert tamen Innoc.in c.audita. de reſtitu.
ſpo.vbi dicit,quod reſcriptum per quod derogatur ſenten-
tiæ diffinitiuæ in dubio præſumitur ſubreptitium, ſi ſenten-
tia eſſet iuſta, & ideo neceſſe eſt, quod dicatur in reſcripto
non obſtante ſententia, quæ tranſiuit in rem iudic. Secus ſi
diceret,non obſtante ſententia,quia deberet intelligi nõ ob
ſtante ſententia iniuſta,ut d c.audita facit, quod notat Ioan.
And.& Doct.in c.poſtulaſti,ſ̃.de reſcriptis. vbi dicit, quod ſi
22 Papa mandat beneficium conferri † non obſtante collatio
ne alteri facta,debet intelligi de collatione, quæ de iure nõ
valeat,quia non eſt præſumendum, quod Papa velit tollere
ius quæſitum alteri,& ſubdit Bal.in d.l.fi.C.de ſenten. ex pe-
ric.reci quod licet ex ſententia eſſet translatum dominium
in alterum,tamen eodem modo valeret reſcriptum princi-
23 pis † reſcribentis non obſtante ſententia, etiam ſi tranſiuit
in rem iudi quia licet dominium ſit de iure gentium, & ſic
de iure quaſi naturali,quod princeps tollere non poteſt, ſe-
cundum no.per Inno.& Doct.in c quæ in eccleſiarum.de cõ
ſtitut tamen iudicia, & ſententiæ ſunt de iure ciuili, ut dicit
glo.Inſti.de obli circa princi.& in l.ſecunda.ff.de origi. iuris.
& ideo cum hoc caſu dominium ueniat conſecutiue ad ſen
tentiam,quæ eſt principalis,reſcinditur etiam acceſſorium
l.ſi ex cauſa §.j.ff.de mino ita dicit Bal in dicta l fi. quod no.
In ſecunda parte glo no.ex ipſa iuncto c.Lotharius,quod
24 † geminatio appellationis pluries incontinenti facta habet
uim unius appellationis, nec intelligitur receſſum a prima
appellatione per ſecundam,uel aliam incontinenti factam,
quia ratione continuationis cenſetur eſſe vnica appellatio,
ut no gl in ſimili.in l.pen.ff.de act & oblig & ꝙ no. etiã gl.in
l.3.ff de pign.act.de eo qui pluries.dicit,ſolue:ſolue,ſolue,cẽ
ſetur enim eſſe vnica interpellatio,& non plures, ſed dubiũ
eſſet ſi appellatio geminaretur ex interuallo, an cenſeatur ꝑ
ſecundam appellationem recedere a prima.& in hoc diſcur
re per ſeptem caſus,ut clarius intelligas.
Primus eſt,quando appellatio in continenti geminatur,
& hoc caſu cenſetur eſſe unica appellatio,ut ſ̃.dictum eſt.
Secundus caſus eſt,quando appellatio prima erat inuali-
da,aut minus rite interpoſita,& hoc caſu ſecũda appellatio
ualida præualet, hoc tenet Bar.in l.cum procurator.§ j.ff.de
ope.no nun.& Bal in l.appellatione,in 3 col.C.eo.& D.Ab.
ſ̃.eo dilecto.in fi.& ratio eſt, quia ſola appellatio quæ fuit ri
te interpoſita ſuſpendit ſententiam, & deuoluit cauſam ad
iudicem ad quem,arg l j.ff.quod ſolui.& l.ſi iure ff.de leg 3 nõ
enim poteſt dici geminatum,quod non erat rite factum,vt
in cap.j.de ſacra.non itera & ideo ſi ab interlocutoria ſit ap
pellatum uiua uoce, deinde appelletur in ſcriptis, præualet
ſecunda appellatio, ex quo prima non fuit rite interpoſita,
ſecundum Bar.& Bal.ubi ſupra,& idem tenet Saly. in l. ſi qs
libellos.C.eodem.
25 Tertius caſus eſt,quando † appellatum fuit primo ab in-
terlocutoria,ſecundo a diffinitiua propter idem grauamen,
nam utraque appellatio tenet,nec uidetur receſſum a prima
appellatione per ſecundam,& hoc tenet gl notabilis in cle.
j.in gl pen de do.& contu.& eſt bo.tex in c.conſtituit, el 3.ſ̃.
de teſti.tenet Spe.in tit.de ſent.§.iuſta.ver.quid ergo, ſi appel
lo, in penul.col & Ang.in d.l.ſi quis libellos,& Inno.ſ̃ eo di
lecto,& Bal.hic in fi.& in l.generaliter,§ j.C.de re iudi. Pote-
rit ergo appellans proſequi ambas appellationes ſimul, ſed
inſtante appellato,debet primo tractari appellatio ab inter-
locutoria,cum ſit præiudicialis, nam ſententia diffinitiua,
uenit retractanda per uiam attentati,ſi appellatio ab inter-
locutoria fuit legitima,vt no.glo ma in dicta cle ſi ante,cir-
ca fi.de do.& contum & Doct.in ca.ex parte Adr.,ſ̃.de teſti.
& in c.ſæpe.& ibi dixi ſuper glo.in uerbo,rata manet, ſ̃.eod.
de quo uide tex.in c.conſtitutus 3.ſ̃ eo.
Quartus caſus eſt,quãdo ab interlocutoria fuit rite appel-
latũ, tamen poſtea intra tempus appellandi fuit interpoſita
alia appellatio,in qua fuit addita cã grauaminis, & hoc ca-
ſu appellans poteſt proſequi,quam appellationem uult, &
etiam ultra quam ſemel,ar Inſti de excuſa.tuto.§.ſi plures &
hoc tenet Bal.in d.l.appellatione in 4. colum. & hoc eſt utĩ
le propter diſpoſitionem cle.appellanti.eodem titu.vbi pa-
tet,quod appellans ab interlocutoria, non poteſt iuſtificare
appellationem ex alia cauſa,quam nominatim expreſſa in
appellatione;poterit enim appellans durãte tempore gemi
nare appellationem ab interlocutoria ad hunc effectum, ut
poſſint addi aliæ nouæ cauſæ in ipſa appellatione pro quo
optime facit.quod not.Bal.in l.ij.circa fi.C.de epiſco.aud.&
quod no.glo.in ſimili,in c.ſi is,cui.in uerbo,durante,de off.
del in 6 operabitur ergo ſecunda appellatio effectum deuo
lutionis ex alia cauſa quæ fuit expreſſa in ſecũda appellatio
ne, & iuſtificabit̃ ex illa ſorte ex prima appellatione nõ poſ-
ſet iuſtificari,& adde Bal.in addi.Spe.eo.ti in 5.col. uerſi. ſed
pone vbi dicit,quod quando ſecunda appellatio eſt plenior
quam prima,præualet ſecunda appellatio,& idem dicit Sal.
in d.l.ſi quis libellos.
Quintus caſus eſt,quando prima appellatio interponitur
ad unum iudicẽ: ſecunda uero appellatio ad alium iudicẽ,
ĩ.tempora tñ appellandi,& hoc caſu præualet ſecũda appel-
latio primæ.de hoc eſt tex cum gl.in d.l.ſi quis libellos, & ibi
hoc tenet Bar.& Ang.& Sal.& do.Abb.hic in fi.& ſ̃.eo. dile-
cto,circa fi.quia hoc caſu ſecunda appellatio non operatur
effectũ ſuſpenſiuũ,nec deuolutiuũ, ſed ſolum effectum iuriſ
dictionis tranſlatiuũ Bal.tñ tenuit ɔ̃trium in d.l.ſi quis libel-
los,ubi dicit,quod non poteſt variare ſi ſemel elegit iudicẽ,
niſi errauerit,ſed tene præcedentem opi.
Sextus caſus eſt,qñ de mente appellãtis apparet, ꝙ uoluit
recedere a prima appellatione,& hoc ẽt caſu ſtãdũ eſt ſcdæ
appellationi,cũ poſſit recedi a prima appellatione, & hoc
tenet Bu.& Io.de Imo.ſ̃ eo.dilecto,& Bal. in d.l. appellatio-
ne,in fi.4.col dum loquitur de proteſtatione. iſte tamen ca-
ſus eſt dubitabilis, & dependet ab ultimo caſu, de quo ſta-
tim dicam.
26 Septimus caſus,qñ ſecunda † appellatio interponit̃ ex in-
teruallo ad eũdem iudicẽ,nec eſt plenior,ꝙ̃ prima,& in hoc
Doc ſunt uarii.nam Bar.in l.cum procur.§.j ff de no.ope.nũ.
tenet,ꝙ ſecunda appellatio valet,nam prima appellatio ope
ratur duos effectus,qa reſcindit,ſeu ſuſpendit ſñiam,ut in l.j.
in fi.ff.ad Treb.& ſ̃.de iureiur.venientes.itẽ qa deuoluit cãm
ad iudicẽ ad quem,ut in c.dilectis filiis,ſ̃ eo. ideo ſecunda ap
pellatio non releuat,qa non pôt ſuſpẽdere ſñiam iam ſuſpẽ
ſam,nec deuoluere cãm iam deuolutam, ar.c. ad diſſoluen-
dum,de deſpon.impu.facit,quod no gl in ſimili.in l. ſi vnus,
§.pactus,ne peteret,in gl.magna, ff. de pact. dum dicit,quod
primum pactum facit,non poteſt fieri a ſequenti pacto. iſtã
opi ſequitur hic dom.Abb.& ſupra eo.dilecto,in fi. idem te-
net Ang in d.l.ſi quis libellos.C.eod.
Secunda fuit opinio Innoc ſupra eodem, dilecto. ubi te-
nuit,quod utraque appellatio valeat,& ꝙ per ſecundã appel
lationẽ non uideatur receſſum a prima,& ꝙ appellãs poſſit
proſequi

A D D I T I O.

a Quid ſi in reſcripto eſſet clauſula,non obſtante ſñia.vel nõ obſtante 3.ap
pellatione,an ualeat reſcriptũ.adde quæ no.D.A.in c.ſtatutũ in gl.in ver
bo, littera, de reſcr.in 6.& do.Abb.in c.paſtoralis.§.præterea.de off.dele.

proſequi quam appellationem vult, & vtranque ſimul, & hanc opi. tenet etiam Abbas.& Io.And ſupra eo bonæ, qui dicunt eſſe vtile ſecundo appellare, quia poterit proſequi ſecundam ſi tempora primæ appellationis forte eſſent decurſa computando illa a tempore primæ appellationis,& non ſecundæ, ſecundum ea quæ habentur in clem.j.eodem titu. & hanc opi ſequuntur Dom de Rota in antiquis deci.decil. 563.& iſtam opi. etiam ſequitur dom.Card & dom. Proſdocimus,ſ.eo.directę.& Gaſpar Calibi, qui dicit ſe defendiſſe, & tenuiſſe opi.Ioan.And contra opi.Bar.iſtam etiam opi.tenet Spe.in ti.de ſent §.iuſta.in 5.colum.verſ.quid ergo,ſi appello ante ſententiam conſuluit tamen.quod in ſecũda appellatione proteſtetur ſe nolle recedere a prima.

Tertia fuit opinio But.ſ. eo.dilecto,& hic,quod per ſecundam appellationem intelligatur receſſum a prima,ar l ſi qs libellos.C.eo.& illam opi tenet Ang.in d.l.cum procurator. § j.licet in d.l.ſi quis libellos.tranſeat,cum opi.Bar.

Nec obſtat,quod renunciando appellationi ſententia remanet rata,vt in c quod ad conſultationem,ſ.tit. proximo. & in l ſi an ſi.C de temp app quia illud eſt verum. vbi ſimpliciter renunciat ſecus ſi interponatur alia appellatio.

Non obſtat etiam ſi dicatur, quod in ſecunda appellatione nõ uerſetur intereſſe, & ſic non valeat,vt in l.qui bis idẽ. ff de verborum obli.nam illa l non obſtat, ex quo receditur a prima appellatione & concludit But.in d c.dilecto, poſſe dici ſecundam appellationem de iure præualere,licet dicat, quod ante factum tutius ſit adhęrere Bar.

Sed Io de Imo.in d c.dilecto, dicit, quod in foro eccleſiaſtico ſeruanda eſt opi.Io.And.& Dom.de Rota,ſ.quod vtraque appellatio valeat,& quod appellãs poſſit proſequi, quã vult,vel utranque ſimul:in foro autem ſeculari propter auctoritatem Bar.dicit tenendam primam opi.ſ.quod ſecunda appellatio non ualeat.& ita etiam dicit Io.de Imo. in d.l.cũ procurator.ff.de ope no.nun.

Sed ego puto,indiſtincte eſſe tenendam opi Io. An. quia Docto.communiter eam ſequuntur.limita iſtam opin.duobus modis.

Prima eſt,quãdo iudex a quo , iam tradidiſſet apoſtolos appellanti,quia tunc non ualeret ſecunda appellatio,ut di-
27 cit Bal.in l.eos § † apoſtolos.C.eo hoc tamen intelligit, quã do apoſtoli fuerunt delatorii,ſeu reuerentiales,quia tunc iudex functus eſt officio ſuo,ut in c.cum appellationibus, eo. tit.in ſexto.Secus ſi fuiſſent refutatorii,& idem ſentit Io An. in d c.cum appellationibus.facit optime, quod uoluit Lap. alleg. 1 as.quæ incipit,factum ſuper quo iuris conſilium poſtulatur tale eſſe proponitur iudex appellãti &c.ubi Lappus idem in effectu ſentit item intelligit Bal.in delegato tradente apoſtolos,ſecus in ordinario , quia licet ordinarius det apoſtolos delatorios,tamen poteſt iuriſdictionem reaſſumere,ut dixi ſ eo.cum ceſſante.

Secundus caſus eſt,quando uellet interponere ſecundam appellationem poſt lapſum termini præfixum ad proſequẽdam primam appellationem, verbi gratia, appellatum fuit prima die in qua fuit lata ſentẽtia, & iudex a quo aſſignauit terminum octo dierum ad proſequendam appellationem, nam lapſo termino non poterit interponere ſecundam appellationem,quia per lapſum ipſius termini ſententia tranſiuit in rem iud ut in c cum ſit Romana,& in c a perſonas,ſupra eod & hoc tenet Io.Cal.& dom.Card.in clem.ij.§.1.in ſi. eo.titu.& Saly in l.ſi quis libellos.in ſi.C.eo.

28 Sed iuxta prædicta quæro , quid ſi aliquis † appellat uiua uoce ſaluo iure appellandi in ſcriptis , & deinde appellat in ſcriptis infra decem dies,qui dantur ad appellandum,& hoc caſu Bar.in d.c.cum procurator.§.j diſtinguit, quod aut prima appellatio erat talis, quæ non potuit fieri viua uoce, ſed requirebat ſcripturam, ut eſt appellatio ab interlocutoria , vel etiam a diffinitiua, quando interponitur ex interuallo , ar in l.1.in ſi.cum l.ſeq.ff.eod & dixi ſ.eodem,cum cauſam, ſuper glo ulti & hoc caſu clarum eſt,quod ſecunda appellatio facta in ſcriptis valet [Aut prima appellatio poterat fieri uiua uoce,puta,quia fuit appellatum incontinenti a diffini
29 tiua,& hoc caſu ſecundum Bar.iſta uerba,† ſaluo iure appellandi in ſcriptis, poſſunt habere duplicem ſenſum.

Primus eſt,quando uult illam appellationem ualere, niſi appellauerit in ſcriptis,tenet ſola appellatio quæ tunc interponitur in ſcriptis,quia prima fuit interpoſita ſub ↄditione.

Secundus intellectus eſt, vt intelligatur ſaluo iure appellandi in ſcriptis,i.ſaluo iure redigendi illam appellationem in ſcriptis,& tunc erit vnica appellatio, quæ nunc redigitur in ſcriptis,& iſte intellectus plus placet Bar Sed But.ſ.eo. dilecto,dicit hoc eſſe verum,quando ex conlecturis non apparet de animo appellantis:ſi enim in ſecunda appellatione in ſcriptis facta repetitur dies primæ appellationis,cenſetur prima appellatio nunc redacta in ſcriptis, ſed ſi habet diuiſam diem, tunc cenſetur noua appellatio,& illam opi But. ſequitur d. Abb.ſupra eo dilecto.in ſi dicens,quod in dubio recurrendum eſt ad coniecturas ar.l.Neſennius cum ibi no. n. de neg geſtis.vbi autem ceſſarent coniecturæ, verbi gratia,quia appellans in ſecũda appellatione facta in ſcriptis, prout cõmuniter contingit,non poneret diem, quia appellãtes in appellationibus non exprimunt diem,ſed notarius in actis ſcribit diem interpoſitæ appellationis, ſecundum ea quæ habentur in c.appellatio,eo.tit in ſexto,& in ca. quoniam contra. de proba.hoc caſu Bar.in d l.ſi cum procurator.videtur uelle,quod illa uerba,ſaluo iure appellandi in ſcriptis,intelligãtur,id eſt ſaluo iure redigendi in ſcriptis,& idem ſentiunt Bu. & d. Abb.ſ. eo.dilecto,in ſi ſed Io de Imo.hic, & in d.l. cum procurator & in l.1.§ libelli in ſi ff eo.concludit,quod cum dicta uerba habeant duplicem intellectum, debeat fieri interpretatio,prout eſt vtile appellanti, maxime quãdo declarat,ar l.ſi quis intentione ambigua.ff.de iud iuncto d. § libelli & ſic vult,quod illa verba intelligantur,i. ſi non appellaueso in ſcriptis, vnde ſi primus appellat in ſcriptis, eſt alia appellatio,& hoc eſt tenendum propter longius tempus ſecũdæ appellationis,hoc enim eſt fauorabilius appellanti, pro quo dẽt fieri interpretatio,cum appellatio ſit defenſio ad pſidium innocentiæ,ut ſ. eod. cum ſpeciali § porro.unde pro
30 appellante dẽt fieri larga† interpretatio,vt regula, odia,lib. 6.facit.quod no in c cum tu,ſ.de teſti.& hoc eſt tenendũ maxime attenta opi Inno Io And.& Doc de qua ſ.dixi:nam ſi ſecunda appellatio ſimpliciter facta ualet,quanto magis , ſi in prima fuit reſeruatum ius iterum appellandi in ſcriptis, & hanc partem ſequitur Saly.in d.l.ſi quis libellos, & hæc ſufficiant.ſequitur c.dilecti.

S V M M A R I V M.

1 *Appellare non licet à delegato ſeu ſubdelegato Epiſcopi ad Archiepiſcopum.*
2 *Appellatio interpoſita omiſſo medio non valet.*
3 *Appellandum ab inferiore ad ſuperiorem gradatim eſt.*
4 *Vicarius archiepiſcopi poteſt cognoſcere de appellationibus interpoſitis ad Archiepiſcopum.*
5 *Iudex appellationis poteſt pronunciare omnes ſententias nullas,latas poſt legitimam appellationem.*
6 *Sententia diffinitiua lata poſt appellationem non ualet, & reuocanda eſt.*
7 *Libellus appellationis qualiter formandus.*
8 *Vicarius Epiſcopi an recipiat appellationem factam à Delegato Epiſcopi & ſuper ea cognoſcat.*
9 *Epiſcopus an poſſit prohibere ſuo vicario in cauſam certam cognoſcat.*
10 *Illatio non fit de ſeparatis.*
11 *Appellari quando debeat ad Epiſcopum & non ad Vicarium.*
12 *Procurator generalis poteſt ſpeciali inhibere , ne procedat in negocio ſibi ſpecialiter commiſſo.*
13 *Appellari poteſt à delegato Epiſcopi ad Vicarium eius.*
14 *Geſta per Vicarium cenſentur geſta per Epiſcopum.*
15 *Appellatio omiſſo medio , quando ualeat , & enumerantur quatuor caſus.*
16 *Iudex competens dicitur qui per exceptionem repelli non poteſt.*
17 *Error in appellando ad unum pro alio, non nocet.*
18 *Ius ciuile magis arctat ad appellandum gradatim , quam ius canonicum.*
19 *Parte non excipiente videtur iuriſdictio prorogari.*
20 *Conſuetudo, ut appellare liceat omiſſo medio, an ualeat.*
21 *Appellatio ſine medio poſſit induci & per præſcriptionem, & per priuilegium.*
22 *Appellatio a delegato delegantis uniuerſitatem cauſarum non debet fieri, ſed ad primum delegantem.*
23 *Appellari, an poſſit ad Papam omiſſo medio.*
24 *Appellatio interpoſita ad imperatorem de iure ciuili, non eſt nulla , ſed debet remitti ad iudicem competentem.*
25 *Legatus de latere non cognoſcit de cauſa, cuius appellatio eſt interpoſita ad Papam.*
26 *Conſuetudo, quod appelletur a vicario ad epiſcopum non ualet.*
27 *Priuilegium epiſcopi, an extendatur ad vicarium.*
28 *Vicarius, nunquid cognoſcat de cauſa epiſcopo commiſſa, uel epiſcopus de commiſſa vicario.*
29 *Epiſcopus per viam reſtitutionis in integrum , poteſt ſententiam vicarij reſcindere.*
30 *Epiſcopus interlocutoriam vicarij reuocare poteſt.*
31 *Epiſcopus ſi a duobus vicarijs contraria lata fuerint ſententia ſuper eodẽ, vnam poteſt facere validam.*
32 *Supplicari, nunquid poſſit ad epiſcopum a ſententia vicarij.*
33 *Appellari, nunquid poſſit a ſententia delegati vicarij ad epiſcopum.*

34 *Epiſcopus, vel ordinarius alius, poteſt delegare cauſam ſuo vicario.*
35 *Sententia excommunicationis lata per Archiepiſcopum contra eius ſuf-*
fraganeos in forma conſtitutionis valet.
36 *Appellatio conceditur a delegato epiſcopi ad delegatum Papæ.*

CAP. LXVI.

Dilecti. De ſubdelegato, vel delegato epiſco-
pi ad Archiepiſcopū † appellare non
1 licet. hoc dicit. vel ſic, & generalius: Appella-
2 tio † interpoſita omiſſo medio nō valet ſi de hoc
excipiatur. hoc dicit, ſecundum communem intellectum.
In prima ponitur querela appellantis. In ſecunda dantur iu
dices. Secunda ibi, quocirca.
3 Nota primo ibi, gradatim, quod † ab inferiori ad Papā eſt
appellandum gradatim, & non omiſſo medio, de quo dice-
tur infra cum gl.
Secundo nota ibi, officialis, quod de appellationibus in-
4 terpoſitis ad Archiepiſcopum poteſt officialis, ſeu † vicarius
eius cognoſcere concor. ſ. eo. dilectis. ratio eſt, quia cenſetur
eſſe idem tribunal, & idem auditorium cum tribunali, ſeu
auditorio epiſcopi, vt in c. Romana, in prin. eod. titu. in vj. &
in c. ij de conſuet. eod lib.
Quid autem ſi appellaretur a delegato epiſcopi, an vica-
rius poſſit de appellatione cognoſcere. de hoc ſtatim dicam
poſt vltimum notabile.
5 Tertio nota, quod † iudex appellationis poteſt pronūcia
re omnes ſententias latas poſt legitimam appellationem eſ
ſe nullas.
6 Ex quo habes tex. notabilem, quod etiam ſententia † diſ-
finitiua lata poſt appellationem non valet, & eſt reuocan-
da in vim attentati iuſtificata appellatione. hoc tenet glo in
clem. ſi ante. in glo ma. de do. & contuma & hoc habet lo-
cum etiam deſerta appellatione, vt dicit gloſ. notanda in ca.
ij in glo. ij de ſen. excom in vj. & dixi in ca. ſæpe, ſuper gl in
verbo, rata maneat, ſupra eo. & hoc abſque dubio procedit,
7 quando hoc eſſet † petitum in libello, & eſt optima practi-
ca, vt in libello appellationis appellans petat omnes ſenten
tias, & omnia attentata poſt appellationem irrita, & nulla
pronunciari dicit tamen Inno quod hoc non eſt neceſſariū
quia ſi appellatio pronunciatur legitima per cōſequens pa-
tet attentata eſſe irrita, & nulla, vt in c non ſolum. § i. & in
c. ſi a iudice, eodem titulo, in vj & in c. ſignificante, ſ. eod ta-
men eſt cautius, ſecundum Hoſt. ut ad maiorem expreſſio-
nem addatur in libello, vt denuncietur irritum, quicquid ge
ſtum fuit poſt, & contra appellationem in præiudicium ap-
pellantis, & ita reſidet hic ioan. And & Butr domi. Abb. Sed
Ioan de Imo. hic in penult colum. dicit, quod licet iſta pra-
ctica ſit tutior, tamen practica Innoc eſt uera, & iuridica, &
petendo ſimpliciter pronunciari appellationem eſſe iniuſtā
ſiue pronunciatur ex huiuſmodi pronunciatione conſequi
tur reuocationem eorum quæ acta ſunt poſt appellationē,
quia in conſequentiam uidetur pronunciaſſe de attentatis,
licet expreſſe nihil dixerit quia hoc venit ex natura ipſius ap
pellationis, vt in d c ſignificante, infra eod. & in ca. exhibita.
de iudi. & in l. cum ex cauſa. ff. eo. Multas autem quæſtiones
poſſem facere ſuper practica reuocandi attentata quas vide
in c. non ſolum, eodem tit in vj.
Sed nunc quæro de quæſtione, quam tetigi ſ. in ſecundo
8 notabili, ſ. an † a delegato epiſcopi poſſit appellari ad eius vi
carium, an uero ſit neceſſe, ut appellatio interponatur ad ip
ſum epiſcopum. & dom. Abb. primo arguit, quod debeat ap
pellare ad epiſcopum, & adducit c. ſtuduiſti. ſupra de offi. le-
gati. vbi patet, quod legatus generalis Papæ nō poteſt ſe in-
tromittere de cauſa alteri ſpecialiter delegata, ergo idem di
cendum eſt de vicario epiſcopi. nā epiſcopus alteri cauſam
delegando, videtur eam eripere a iuriſdictione ſui vicarii, qđ
facere poteſt. arg l. iudicium ſoluitur. ff. de iudi. & per Innoc.
In cap. Romana in prin eodem titulo, in 6. vbi ſingulariter
9 dicit, quod epiſcopus † poteſt prohibere ſuo vicario, ne de
certa cauſa cognoſcat, vel ſe intromittat, quia ſicut epiſco-
pus poteſt reuocare vicarium ſuum in totum, vt in clem. &
ſi principalis, & ibi glo. in verbo, electionem, de reſcriptis, &
in clem. fi. de procur. ita & fortius poteſt ab eo abdicare vnā
cauſam, ſeu certum articulum.
In contrarium facit, quia idem eſt conſiſtorium epiſcopi,
& vicarij ſui, vt in c. ij de conſuet. in vj. & in d. ca. Romana de
app eo. li. & vt patet hic, vicarius Archiepiſcopi cognouit de
appellatione ad ipſum interpoſita, quia Archiepiſcopus ip-
ſe uidetur cognoſcere miniſterio ſui vicarii, cum iuriſdictio
vicarii ſui, non ſit ſeparata a iuriſdictione epiſcopi, ſed eſt
pars iuriſdictionis epiſcopi. vnde ſuſpenſo, vel excommuni-
cato epiſcopo, cenſetur ſuſpenſa iuriſdictio ſui vicarii, ut eſt
tex cum gl. in c j de offic vica. lib 6. Non obſtat c. ſtuduiſti, &
c. Romana, ſ. allegata in contrarium, nam licet per appella-
tionem ſit remota cognitio cauſæ principalis ab ipſo vica-
rio, non tamen eſt remota cognitio cauſæ principalis. iſta n.
10 ſunt ſeparata, & de ſeparatis non fit illatio, † vt in c. ij. de trāſ
la. prǽla & in l neque natales. C. de proba. & in l. ſi mulier. C.
de iure dotium ſed dom. Abb. in hac quæſtione diſtinguit,
quod aut epiſcopus eſt præſens in diœceſi, vel in loco ꝓpin-
11 quo, & tunc debet appellari † ad ipſum epiſcopum, & non
ad vicarium. Aut eſt abſens in loco remoto. & poterit appel
lari ad ipſum vicarium, & ad iſtam diſtinctionem adducit
nota per Io. And in c ſi contra vnum. de offi dele. in 6. vbi di
cit, quod ſi recuſatur delegatus epiſcopi, debet recuſari corā
ipſo epiſcopo, & non coram vicario ſuo, niſi epiſcopus ſit
in remotis, & adducit do Abb. l. ſi hominem ff. man. ubi pa-
12 tet, quod generalis procurator † poteſt inhibere procuratori
ſpeciali, ne procedat in negotio ſibi ſpecialiter commiſſo ex
cauſa ueriſimili non cogitata per dominum tēpore, quo cō-
ſtituit ſpecialem procuratorem, & per illam dom. Abb. dicit
poſſe ſolenniter limitari d. c. ſtuduiſti. ſ. de offi lega. ſ. ut lega-
tus Papæ in prouincia poſſit in prouincia ſibi decreta ex cā
nouiter orta, ſeu ueriſimiliter non conſiderata per Papam
tempore delegationis inhibere delegato ſpeciali, ne proce-
dat in cauſa ſpecialiter ſibi commiſſa, & dicit, quod Bal. in
l. omnes populi ff. de iuſtitia. & iure, & per d. l ſi hominem, te
nuit, quod epiſcopus ex tali cauſa poſſit ſtatuere, ſeu diſpen-
a ſare contra canones.[a] Ex quo ſingulariter limitatur c. dile-
ctus de tempori ord & c. quod ſuper his de maio. & obed &
idem dicit Bal. in Rubrica. C. qui admit. & iſtud etiam dicit
dom. Abb in d c ſtuduiſti. & in c at ſi clerici. § de adulteriis.
ſupra de iud.
Sed quantum ad principalem quæſtionem, Dom. de Ro-
ta deciſ. 150. quæ incipit, item licet officialis. indiſtincte te-
13 net, quod a delegato epiſcopi poſſit † appellari ad eius vica
rium, & quod poſſit cognoſcere de cauſa appellationis: mo-
uentur per communem tex in c. ij. de conſuet. in 6. & per ca.
dilectis filiis, decano, ſupra eodem. vbi appellatio ad Archie
piſcopum interpoſita, tractata, & expedita fuit coram eius
14 vicario † nam geſtum per vicarium cenſetur geſtum per epi
ſcopum, ut dicit glo penult in ca j. de cap mo. in ſexto. facit
tex in l. fi. C. ubi, & apud quem ibi. ut videatur ipſe facere, &
hoc notat Bal ibi, in princ. in d c dilectus filius decano. ſupra
eod in 4 colum. ubi dicit, quod ille qui appellat ad Archie-
piſcopum poteſt proſequi appellationem coram eius vica-
rio, & idem eſſet dicendum, quando delegatus epiſcopi re-
cuſatur, vt poſſit recuſatio probari coram eius vicario, indi-
ſtincte, quicquid dixerit Io. And. in d. c ſi contra vnum. Nec
ille tex facit in contrarium, licet dicat, quod quando recuſa-
tur delegatus epiſcopi cauſa recuſationis eſt probanda corā
epiſcopo, quia nō negat, quod poſſit probari coram vicario
quia ut ſ. dictum eſt, factum coram vicario dicitur eſſe factū
coram epiſcopo. & Archi in c. ij. de conſuet. in 6 indiſtincte
tenet, quod a delegato epiſcopi poſſit appellari ad eius vica
rium. Sed uide do Abb. in c. ſi quis contra clericum in 15. ſeu
16 col uerſi ſed circa prædicta poſſet dubitari, ubi iſtam q. la-
tius examinat, & idem concludit, quod hic. unde tutius eſt
tenere opin Ioan. Andr. ante factum, quam etiam ſequitur
Do. Dom in d c. ſi contra unum. ſed poſt factum credo aliā
opin. eſſe ueriorem.
In glo diuide ipſam in tres partes principales.
In prima parte ponit quatuor caſus exceptos a regula, de
qua in tex. in quibus poteſt appellari omiſſo medio.
In ſecunda parte quærit, an poſſit appellari a ſententia of
ficialis, ſeu uicarii ad epiſcopum, & nunquid valeat conſue-
tudo, quod poſſit appellari.
In tertia parte ponit intellectum iſtius ca. Secunda ibi, de
appellationibus interponendis. Tertia ibi. ſed tu dicas.
15 Venio ad primā partem, in qua gl. ponit † quatuor caſus,
in quibus valet appellatio omiſſo medio.
Primus eſt, qñ exceptio non opponitur, & ita intelligit ca.
referenti c. ſ. de præb. & c. ſignificantibus de ope no nun.
Secundus eſt, quando cōſuetudo diſponit, ꝙ poſſit appel-
lari omiſſo medio, & de hoc eſt tex. in c. Romana § j. e. tit. in
6. & ita dicit, ꝙ poteſt intelligi d. c. referente, & d c. ſignifican
tibus, ſecundum alium intellectum.
Tertius caſus eſt, quando appellatio eſt interponenda de
delegato ad uniuerſitatem cārum ſubdelegante unam cām
in totum, quia tunc nō eſt appellandum ad eum, ſed ad pri-
mum delegantem, & ſic intelligit. l. j § j. ff. quis, & a quo app.
Quartus

ADDITIO.

a Idem do. Abb. in c. cum tanto 8. col. in prin. ver. dicit tamen. Bal. de con-
ſuet. in d. c. ſtuduiſti.

Quartus caſus eſt in Papa, ad quem poteſt appellari omiſſo medio propter plenitudinem poteſtatis, & quia poteſt adiri per ſimplicem querelam, cum ſit ordinarius ſingulorum. Excipe tamen caſum cap. ſuper quæſtionum. § porro. ſupra de offic. deleg. hoc eſt, quando delegatus ſubdelegat non in totum vices ſuas, quia tunc eſt appellandum ad eum, & nõ ad Papam. vnde iſtos caſus ſingulariter examino, & venio ad primum, ſcilicet quando fuit oppoſitum per partem aduerſam. & iſtum caſum dicit do. Abb. eſſe bene notandum, quia alicubi non reperitur tex expreſſius, qui dicat, quod ſi non opponitur exceptio, valeat appellatio interpoſita omiſſo medio, & Archid. in cap. ſi delegatus de offic deleg in vj. dicit, quod Innoc & Hoſtien. tenent contrarium in cap referente. allegato in glo. ſed Ioan. Andr. hic dicit, quod ibi non colligitur ex dictis eorum, qui teneant contrarium, & Doct. communiter ſequũtur illam glo. & hanc determinationem ſequuntur etiam Dom. de Rota, decil. 387. quæ incipit, item ſi tres. & dicit Ioan de Imo. quod hæc opinio ſeruatur in practica. dicit tamen, quod de iure videtur obſtare cap. j. de ſo. compet. in vj. vbi patet, quod coram Archiepiſcopo etiam de conſenſu partium nõ poteſt procedi omiſſo articulo appellationis. & ratio eſt, quia de iure canonico non poteſt prorogari per clericos iuriſdictio non ſui iudicis abſq; conſenſu proprii epiſcopi, vt in cap. ſignificaſti de ſoro compet. ſed poteſt reſpõderi, quod cap. ſignificaſti, loquitur de prorogatione iuriſdictionis, omnino non ſui iudicis, quod non eſt in iſto caſu, in quo per appellationẽ eſt iudex, licet ope exceptionis poſſet repelli, vt hic in tex facit optime gl. in clement. ij. in verbo, competente. vt ſi pend. quæ dicit illum eſ-
16 ſe iudicem † competentem, qui per exceptiones non poteſt repelli. Non obſtat dictum cap. j. quia ibi loquitur in cauſa principali, in qua nullatenus eſt iudex, ſed hic quæritur de cauſa appellationis, in qua eſt iudex, ſi non excipiatur. ſed dom. Abb. format aliud contrarium, quod dicitur eſſe ſatis
17 forte de l. j. § penult ff eod vbi dicitur, quod ſi per † errorem fuit appellatum ad maiorem iudicem, vel parem, error non nocet, ſed ſi ad minorem, quam debuiſſet appellare, tunc nocet error. dom. Abb. reſpondet, quod error non nocet, ſcilicet vt iuriſdictio non ſit deuoluta ad quem debuit appellare, ac ſi ad eum fuiſſet appellatum, vt ſenut ibi Bart. ſubdit tamen dom. Abb. quod Bart non negat, an valeat proceſſus coram iudice maiori, vel pari, ſi per appellationem non excipiatur.

Et ex hoc infert dom. Abb quod ſi ſcienter fuiſſet appellatum omiſſo medio, & hæc appellatio deueniſſet ad notitiã appellati poſt decem dies, quod eo excipiente ſententia remanet rata, quia illa appellatio nõ valet obſtante exceptione, ſecus autẽ ſi ſic appellaſſet iuſto errore ductus, quia tũc appellatio deuoluit cauſam ad ſuperiorem ad quem eſt appellandum: poſtea autem do. Abb dicit, quod ille tex intel-
18 ligitur de iure ciuili, quia † ius ciuile magis arctat ad appellandum gradatim, quam ius canonicum, vt in l. Imperatores. ff. cod. vbi patet, quod ad Imperatorem non poteſt appellari omiſſis mediis. facit 2. quæſt. 6. anteriorum. & ſic do. Abb. in iſta vltima reſponſione videtur velle, quod ille tex. non habeat locum de iure canonico. ſed profecto cum non reperiatur cõtrarium in iure canonico, ſtandum eſt illi tex. vnde conclude diſcurrendo per caſus.

Primus eſt, quando appellatio interponitur ad Imperatorem, & hoc caſu etiam ſi appellatio ſit ſcienter interpoſita ad Imperatorem, valet & perinde habetur, ac ſi eſſet appellatum ad iudicem competentem, & ad eum remittitur appellatio, vt eſt tex. in d. l. Imperatores.

Secundus caſus eſt, quando appellatur ad iudicem inferiorem ab Imperatore omiſſo medio ſcienter omiſſo medio, & hoc caſu de iure ciuili non valet talis appellatio: ſed ego puto, quod hoc debeat intelligi, quando excipitur per partem aduerſam, vt ius ciuile concordet cum iure canonico, ma-
19 xime quia non excipiendo † videtur prorogare iuriſdictionẽ iudicis ad quem fuit appellatum, & laici poſſunt prorogare iuriſdictionem non ſui iudicis abſque conſenſu proprij iudicis, vt in l prima, & ſecunda. ff. de iudic. & per Barto. in l prima. §. poſt operis. ff. de oper noui nunc. & per Doct. in d. c. ſignificaſti. ſupra de ſo. compet.

Tertius caſus eſt, quando fuit appellatum ad maiorem iudicem illius, ad quem debuiſſet appellari, vel ad parem. & hoc caſu error excuſat, & deuoluit cauſam ad iudicem ad quem debuit appellari, vnde etiam ſi error iſte delegatur durum poſt decem dies, qui dantur ad appellandum, ille error non nocebit appellanti, & cauſa decidetur per iudicem ad quem debuiſſet appellari perinde ac ſi ad eum fuiſſet appellatum, vt eſt tex. in d. l. j. § pen. ff. cod. & hoc ſenuit ibi Bart. & idem puto eſſe dicendum de iure canonico.

Quartus caſus eſt, quando appellatur ad minorem iudicem, quam debuiſſet appellari. & hoc caſu etiam ſi per errorem appellatum eſſet, appellatio eſſet nulla, etiam ſi pars non exciperet & de hoc eſt tex. in dicto § penul & tenet Io. de Imo. in princ. dicit tamen, quod ſi ſupereſſet aliquid de decem diebus, poſſet ſuppleri, & iterum appellari ad iudicem idoneum, vt in l. accuſaturus. ff de adulter & per glo in cap ſi is cui. in verbo, directe. de offic deleg in 6. Non obſtat iſte tex & dictum cap. Romana eod tit. in 6. quia loquuntur, quando appellatur ad maiorem iudicem omiſſo medio, ſed quo ad minorem iudicem ſtandum eſt diſpoſitioni iuris ciuilis, ex quo de iure canonico non reperitur hoc caſu ſtatutum contrarium, vt no. in cap. licet. de ſuſcepto. de ſo. compet. & in cap. j. de oper. noui nunciat. non poſſet ergo reparari talis error, niſi infra tempus decem dierum iterum appellaret: puto tamẽ, quod ſi iuſto errore ductus appellaſſet ad minorem iudicem, poſſet petere reſtitutionem in integrũ ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur. facit optime quod notat gloſ. in capit. auditis. in glo. fina. ſupra de præſcrip. & quod ibi dixi, & quod dixi in cap. ſuborta. de re iudicata. in illa quæſtione, an poſſit peti reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam. Et ex his habes declaratum primum caſum exceptum.

20 Venio ad ſecundum, ſcilicet quando † conſuetudo diſponit, vt poſſit appellari omiſſo medio: nam talis conſuetudo valet, vt dicit glo & probatur in capit. Romana § j. eod. tit. in 6. & idem tenet glo. in capitu ij. in verbo, officiali. de conſuetu. in 6. aſſignat rationem, quia quod appelletur omiſſo medio, non eſt de ſubſtantialibus appellationis, ſed de circumſtantiis, vnde conſuetudo poteſt tollere circumſtantias appellationis. plus dicit Bald in auth quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ. quod iſtud ius poteſt induci, & acquiri per
21 † præſcriptionem, licet non poſſit præſcribi, quod non appelletur ad principem, quod tene menti. & adde tex. notab. in c. licet ex ſuſcepto. de ſo compet. vbi patet, quod conſuetudo poteſt deferre ius, & potentiam appellandi a iudice ſeculari ad iudicem eccleſiaſticum, omiſſis mediis iudicibus ſæcularibus, vel etiam aliis eccleſiaſticis, quod non poſſet etiam acquiri per priuilegium poteſtas appellandi, omiſſo medio, vt dicit glo. in dicto cap. Romana. § j. in verbo, conſuetudo. Et ex hoc ſum expeditus de ſecundo caſu, quem ponit glo.

Venio ad tertium, ſcilicet quando delegatus ad vniuerſitatẽ cauſarum, delegat in totum omnem cauſam: nam tũc
22 non debet appellari ad eum, † ſed ad primum delegantem, vt vult iſta glo multum notabilis, quam ſequitur Bal. & domin. Abb. & ſic intelligit l. primam. §. primo. ff. quis, & a quo appellatur.

Ex quo nota, quod ſi delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, ſubdelegat in totum vnam cauſam, non eſt appellandum ad eum, ſed ad primum delegantem. & ſic non eſt differentia inter delegatum ad vnam cauſam ſubdelegantem in totum vices ſuas, & delegatum ad vniuerſitatem cauſarum delegantem in totum omnem cauſam, quia vtroque caſu eſt appellandum ad primum delegantem, quod tene menti pro intellectu cap ſuper quæſtionum. § porro. de officio deleg. Et ex hoc ſum expeditus de tertio caſu excepto.

Venio nunc ad quartum: nam ad Papam poteſt appella-
23 ri † omiſſo medio, vt 2. quæſt. 6. ad Romanam. cum multis ſimilibus. & hoc procedit tam in cauſis eccleſiaſtici fori, quam in cauſis temporalibus, quæ ſunt de temporali iuriſdictione eccleſiæ, vt ſupra eod. ſi duobus. in fi. & in cap ſua. vbi fuit appellatum a iudice Tuſcanenſe ad Papam, & Papa dedit iudices delegatos ſuper cauſa appellationis, vt ibi dicitur ſecus eſt in Imperatore ad quem non poteſt appellari omiſſo medio, vt in l. Imperatores. ff eod. & tamen glo. limitat hoc, quando appellatur a ſubdelegato delegati Papæ, qui ſubdelegauit non in totum vices ſuas: nam tunc eſt appellandum ad ipſum delegatum, non autem ad Papam. vt eſt tex. in dicto cap. ſuper quæſtionum § porro. de offic. dele & idem dicendum eſt in delegato Imperatoris ſubdelegante, non in totum vices ſuas, vt dicit glo in verbo, nõ ad eum. in dicto § porro & hoc firmat ibi dom. Abb. & Ioan. de Imo. de quo etiam in Spec eodem titu. §. nunc tractemus. verſicu. vtrum appelletur. gloſ. tamen magna in fi. ibi dicit hoc procedere, niſi commiſiſſet vices ſuas collegæ, ſeu condelegato, quia tunc eſſet appellandum ad Papam, licet ſubdelegaſſet non in totum vices ſuas. & idem eſt dicendum, quando ſubdelegaſſet alteri, quam collegæ, qui proceſſiſſet ſimul cum collega. nam tunc eſſet appellandum ad Papam, vt eſt caſus in cap. ſi duo ex tribus. de offic. deleg. in 6. Item intellige d. §. porro. quando opponitur exceptio: alias valeret appellatio.

ad

ad Papam omiſſo medio.licet delegatus non in totum ſubdelegaſſet vices ſuas.& hoc tenet Archid.in cap ſi delegatus. de offic.deleg.in vj per no.per Inno in cap.cum Bertholdus. de re iudic.in 6 & ibi per Ioann.Andr.in verbo,ad vos. ſed ſi opponitur exceptio, appellatio interpoſita ad Papā eſt nulla, & hoc tenet Innoc.& Ioann.de Imo.in cap cum R.de officio deleg.

24 Et hoc nota,quia de iure ciuili † appellatio interpoſita ad Imperatorem non eſt nulla,ſed debet remitti ad iudicem cōpetentem,vt in l.Imperatores.ff.eod & in hoc eſt differentia inter ius canonicum,& ciuile,quod no.

Tertia limitatio d.§.porro. quādo ſubdelegatus detuliſſet appellationi: nam tunc non procederet, quia valet appellatio interpoſita ad Papam omiſſo ipſo delegato,licet non in totum ſubdelegauerit vices ſuas, quia ſubdelegatus deferēdo appellationi, repræſentat vices delegati, vnde cēſetur delatum appellationi ab ipſo delegato, ita dicit Lap. & Dom. Dom.in cap.ſi delegatus.§.fin de officio deleg.in vj. & de hoc etiam vide Dom.de Rota,deciſio.385.quę incipit,item ſi appelletur.

Vltimo limita d.§ porro. quando appellans negat delegatum habuiſſe iuriſdictionem : puta ſi diceret, Papam fuiſſe mortuum re integra, vel delegatum fuiſſe excommunicatum tempore appellationis : tunc enim eſſet appellandum ad Papam, licet delegatus non in totum vices ſuas commiſiſſet,caſus eſt notabilis in capitulo,ſi a ſubdelegato.de offic.deleg.in 6. Et ex his expediti ſunt quatuor caſus excepti, qui ponuntur per glo.ſed Doct.extra glo.addunt alios caſus.

Eſt ergo quintus caſus in legato Papæ,quia ad legatū poteſt appellari omiſſo medio,argum.cap j.de offic.leg & hoc tenet glo.in cap.2.in verbo,officiali.in fi. de conſuetud.in 6. & in cap Romana.in verbo,curiam.de appell eo.lib.& hoc tenet Ioan Andr.ibi in nouella,& in c.quod tranſlationem. de offic.leg idem tenet Spec eod.tit.§ nunc tractemus.circa medium verſ.ſed nunquid idem in legato.& idem tenēt hic Doct.& ſequitur etiam dom Abb.

25 Subdit tamen hic Bald.in fi. quod † legati de latere [a] non
a poſſunt cognoſcere de appellatione interpoſita ad Papam, vel ad Sedem Apoſtolicam abſque mandato Papæ , per no. in cap.conſtitutus. ſupra eod. & per Archid. in cap quiſquis pulſatus.2.quæſt.6. & quod not.in cap.ſi Abbatem. de elect. in 6. & vide no per Doct.in cap cum veniſſet.ſupra de eo qui mitt.in poſſeſſ.

Sextus caſus eſt, quia ad Patriarcham in tota eius prouincia poteſt appellari omiſſo medio, vt dicit Innocent.in cap. antiqua. infra de priuileg.& in dicto § nunc tractemus.verſ. ſed nunquid.

Septimus eſt, quādo Archiepiſcopus conuenit ſubditum coram ſuo epiſcopo: non enim debet ad eum tunc appellari, ne ſit iudex in cauſa propria. facit capitulum fin.infra de inſtit.cum concord.& hoc tenet Ioan.And.in dicto § j.& ſequitur hic dom Abb.

Octauus caſus eſt, quando epiſcopus litigat cum ſubdito ſuo coram arbitris, ſicut tenetur facere , quando epiſcopus eſt actor, & ſubditus reus,vt in cap.ſi clericus 11.quæſt.1.§ licet, quando ſubditus eſt actor, poſſit conuenire epiſcopum coram Archiepiſcopo, vt in cap paſtoralis.§.de offic ordin. & in cap venerabilibus § ſed ſi excommunicatus.& § ſequē. de ſenten.excomm.in vj. Quando ergo epiſcopus agit contra ſubditum, debent eligi arbitri, vt dicto cap ſi clericus. & ſi interponitur appellatio ab arbitris, eſt appellandum immediate ad Papam, vt dicit glo.ſingul.in c.ab arbitris.de offic.deleg.in 6.& hæc non eſt alibi, ſecundum domi.Abb qui tamen dicit,quod ille caſus nō bene excipitur,quia illi ſunt arbitri iuris, quibus Papa immediate præeſt, ideo ad ipſum eſt appellandum .

Nonus caſus eſt. quando concurrit iuriſdictio mediata,& immediata. Exemplum, ſi appelletur a ſubdito ſubditi epiſcopi:nam tunc poterit appellari ad ipſum ſubditum,vel ad epiſcopum, & dicit glo.no.in c.cum ab eccleſiarum. & in c. paſtoralis.§ de offic.ordi.vnde hoc caſu ſi appelletur a ſubdito Archidiaconi, poteſt appellari ad Archidiaconū , vel ad Epiſcopum, prout voluerit appellans,& hoc ſequuntur Doct. hic.& idem dicit do. Abb in omni alio caſu,in quo concurrit iuriſdictio mediata,& immediata.& hoc tenet Io.Anpoll Archid.in c.Romana.§.j eod.tit.in 6.

Decimus caſus eſt generalis.ſ. quando medium eſt ſublatum: puta ſi iudex ad quē immediatus eſt hæreticus, vel excommunicatus,vel ſuſpenſus ad hoc de offic.deleg. ſi is cui, in 6 & quod ibi no.glo.

Vndecimus & vltimus caſus eſt,quando epiſcopus recuſatur vt ſuſpectus,& ipſe delegat cauſam alteri :nam tunc a ſententia delegati non appellatur ad Epiſcopum,vel ad Archiepiſcopum.ex quo medium cenſetur inhabile propter recuſationem iam factam,& hoc tenet glo.in d c.ſi is,cui de offi. deleg in vj de quo tamen dic.vt per glo & Doct. in c.ſi quis contra clericum de fo.compet. Et ex his ſum expeditus de prima parte glo.

Nunc vero ad ſecundam, In qua glo.concludit,quod ab officiali,ſeu Vicario Epiſcopi, vel Archiepiſcopi non poteſt appellari ad ipſum Epiſcopum, vel Archiepiſcopum,quia eſt eadem curia,& idem auditorium officialis, & Epiſcopi, ſeu Archiepiſcopi dicit tamen glo.quod ſi conſuetudo diſponeret, quod poſſet appellari de officiali ad Epiſcopum, vel ad Archiepiſcopum,quod conſuetudo valeret. ſed hoc vltimū non eſt verum.quia loquitur contra tex.in c.2.de conſuetu.
26 in 6 vbi patet quod non valet † cōſuetudo,quod appelletur a ſententia Vicarij ad Epiſcopum.Nec obſtat,ſi diceres,quia valet conſuetudo,quod appelletur omiſſo medio,& tamen non valet conſuetudo , quod appelletur a Vicario Epiſcopi ad Epiſcopum.glo no in d c ij in verbo,officiali.aſſignat rationem differentiæ,dicens, quod non eſt contra ſubſtantialia appellationis,quod appelletur ad Archiepiſcopum omiſſo medio,ſed eſt de circumſtantiis. Circūſtantiæ autem poſſunt tolli per conſuetudinem , ſed quod appelletur ad eundem,vel ad parem,eſt contra ſubſtantiam appellationis,cū appellatio ſit de minori iudice ad maiorem iudicem prouocatio. vnde quando appellatur de Vicario ad Epiſcopum,videtur appellari ad eundem. & non ad ſuperiorem, vnde nō valet appellatio,nec conſuetudo poteſt hoc diſponere.& per eandem rationem poteſt decidi,quod nō valet conſuetudo quod appelletur ab vno Vicario Epiſcopi ad alium Vicariū eiuſdē epī, & ita cōcludit hic Bal licet diſputādo alleget pro vtraque parte.& idem dicendum eſt de iure ciuili, quod non poſſit appellari de Vicario ad eum , cuius vices gerit. & hoc Bart tenet per illum tex.in l j.ff a quo appell. Dicit tamen,ꝙ
27 ſi concederetur priuilegium † epiſcopo,quod non poſſit ab eo appellari , tale priuilegium non extenderetur ad ſententiam ſui Vicarii,vt eſt tex.nota.in l a proconſulibus.C.eod.& ibi hoc tenet Bart.& Bal.

Nunquid autem ſi cauſa eſt delegata epō,vel e conuerſo,
28 poſſit cognoſcere Vicarius † de cauſa commiſſa epō,vel epſ de cauſa commiſſa Vicario. vide de hoc articulo Innocē.in c.cum te.§ de reſcrip.& per Doct.in c.quoniam Abbas.§.de offic deleg.& in c ſtatutum in princ.de reſcrip in 6. & quod ibi not.glo in verbo,canonici.in fi.& in clem.j.in verbo,officialis,de reſcrip.& in Spec.eod.tit § fin. verſic.quid ſi cauſa. Limita tamen glo.quia debet intelligi in officiali principali, ſecus ſi eſſet officialis foraneus : puta conſtitutus in certa diœceſi, quia cēſetur delegatus ad vniuerſitatem cauſarum: nam a tali officiali poteſt appellari ad epiſcopum , vt dicit glo.in clement.ij de reſcript.in verbo,foraneo. Idem tenent Dom de Rota,deciſio.371. quæ incipit,item ſi epſ vbi etiam dicūt,ꝙ ſi Epiſcopus committat ſpecialiter Vicario,vt conferat certum beneficium,uel committat aliquem alium articulum, ꝙ poteſt ab eo appellari ad epiſcopum , de quo plenius dicetur in ſeq.parte glo.

Secundo limita, quando ille qui conſtituit Vicarium, nō recognoſcit ſuperiorem: nam tunc propter defectum ſuperioris poteſt appellari ad eum, cuius eſt Vicarius:puta ſi Papa,uel Imperator cōſtituit generalem Vicarium,& interponitur appellatio: nam ad ipſum Papam, uel Imperatorē erit appellandum,& hoc probatur in l.eos.C.eod.

Tertiam limitationem ponit hic Bal.quando epſ adiretur per viam nullitatis , poſſet cognoſcere per uiam appellationis & ratio eſt, quia per viam nullitatis poteſt adiri quilibet iudex competens,immo etiam ille qui ſententiauit,vt in l.ſi. vt proponis. C.quo.& quan.iud.

Quarto limitat Bal.quando epſ adiret per uiam reſtitutionis in integrum,quia per uiam reſtitutionis in integrum † poteſt reſcindere ſententiam ſui Vicarij . & ratio eſt, quia ipſemet iudex qui tulit ſentētiam, poteſt aduerſus eam reſtituere in integrum, vt in l.præſati ff.de minorib. hoc etiam tenet Ioan.And.& Dom Dom.in c Romana.eod.tit in vj & dom. Abb in c.ex literis.§.de reſtit in integ. Sed nunquid e conuerſo poſſit Vicarius reſtituere in integrum aduerſus ſentētiam epiſcopi. de hoc uide dom.Abb.in c.cum ex literis.§.de reſtit. in integ.& ibi dixi.

Quinto limitat Bal. quando agitur de reuocatione ab in-
30 terlocutoria: nam † epiſcopus poteſt reuocare interlocutoriam latam per Vicarium. & hoc tenet etiam glo. in c.ij. de conſuet.in 6.in uerbo,officiali.

Et

ADDITIO.

a ¶An legatus de latere poſſit cognoſcere de appellatione interpoſita ad Papam.Idem tenet hic Phil.5.col.ver.octauo limita.& Præpoſitus hic.

Et ex his inſert Bal. quod ſi ſunt duo vicarij, qui ferunt ſen
31 tentias contrarias ſuper eadẽ cauſa, q̃ † ep̃s poterit eam approbare, quam vult, & illam facere validam, allegãt l. duo iudices. ff. de re iudic. quod tene menti pro limitatione, & declaratione c. ſi. ȝ. de re iudic.

32 Nunquid autem a ſententia vicarij poſſit † ſupplicari ad epiſcopum de hoc dic vt per Ioan. And. & Dom. Dom. in c.
33 Romana. eo. tit. in vj. Item nunquid poſſit † appellari a ſententia delegati a vicario epiſcopi ad epiſcopum. Archidia. in d. c. 2. de conſue in vj. tenet quod ſic, per rationem illius tex. & idem dicit ibi Io. And. ſi appelletur a ſententia prçlati ſubditi ep̃o, quia poteſt appellari ad ep̃m, vel eius vicarium. & ita etiam ſequitur ibi Dom. Dom. & Doct. Et ex his ſum expeditus de ſecunda parte glo.

Venio nunc ad tertiam: ſed aduerte, quia Ioan. Andr. dicit, quod inquantum glo. põderat, quod iſte erat canonicus, cui ep̃s cauſam delegauerat, fruſtra hoc põderat, quia etiam ſi epiſcopus delegaret vnam cauſam ſuo vicario ad ipſum epiſcopum eſſet appellãdum, ex quo non cognouit vt epi-
34 ſcopus. Ex quo infertur, q̃ † ep̃s, vel alius ordinarius poteſt cauſam delegare ſuo vicario, & eſt bona practica, vt euitentur appellationes interponi ad Archiepiſcopum, tamen ſi hoc faceret in fraudem, poſſet excommunicari per Metropolitanum, vt dicit hic dom. Abb. & allegat Spec eod. titu. §. nunc tractemus. verſic ſecundum premiſſa. & quod nota in c. ſuper quæſtionum. ȝ de offic. deleg. Idem dicit Dom. Dom. in c. 2. de conſuet. in vj vbi dicit, quod ſi ep̃s delegaret cauſam in fraudem, vt non appelletur ad Archiepiſcopum conſtito de fraude per coniecturas, non appellabitur ad ipſum epiſcopum delegatum, arg d. c. 2. de renuncia. in vj. & dicunt Ioan Mo. & Lap. & Dom. Dom. in cap. Romana. in princip.
35 quod valet † ſententia excommunicationis in formam conſtitutionis lata per Archiepiſcopũ contra eius ſuffraganeos huiuſmodi fraudem committentes, & hoc etiam tenet Specul. in dicto verſic. ſecundum præmiſſa & ſubdit domi. Abb. quod Ioan. And. & Doct. ſunt ſane intelligendi: dum dicunt, quod epiſcopus euitat appellationem ad ſuperiorem interponendam, delegando cauſam ſuo vicario: nam hoc non procedit quo ad Papam: quia omiſſis omnibus medijs poteſt ad Papam appellari, & hæc regula non reperitur habere fallentiam, niſi in delegato Papæ ſubdelegante non in totum vices ſuas, vt in dicto capi. ſuper quæſtionum. §. porro. ſupra de offic. deleg. nam tunc non ad Papam, ſed ad ipſum delegatum ſubdelegantem eſt appellandũ, cum repræſentet perſonam Papæ, vt ibi not. quæ ratio ceſſat in alijs delegantibus, vnde a delegato legati Papæ poteſt appellari ad Papam omiſſo ipſo legato qui ſubdelegauit, vt in c. cum Bertholdus. de re iudic & in c. cum veniſſent. de eo qui mitt.
36 in poſſ. Item dicit domi. Abb. quod a delegato † ep̃i poteſt ad delegatum Papæ appellari, quia concurrit cum quolibet ordinario, vt in c. 1. ſupra de offic. deleg. & idem tenuit dom. Abb in d. §. porro in fi. & in c. cum Bertholdus. ȝ de re iud. & in c. cum veniſſet ȝ. de eo qui mit. in poſſ. vbi eſt tex. q̃ poſſit appellari a delegato legati omiſſo ipſo legato ad Papam, & hæc notabis. Sequitur c. ex parte. M.

S V M M A R I V M.

1 *Tutor qui eſſe deſinit, ſi inuitus nomine pupilli conuenіatur, iuſtam cauſam appellandi habere dicitur.*
2 *Iudicium poteſt fundari contra tutorem nomine pupilli.*
3 *Reſcriptum poteſt impetrari contra pupillum.*
4 *Impetrare reſcriptum pupillus poteſt ſine conſenſu, licet ſine conſenſu tutoris agere nequeat.*
5 *Mater ratione tutelæ, filios habet in poteſtate.*
6 *Curator non habet minorem in poteſtate, quia bonis, non perſonæ datur.*
7 *Mater tutrix filiorum ſuorum eſſe poteſt.*
8 *Mater deſinit eſſe tutrix ob tranſitum ad ſecunda vota.*
9 *Mater inhoneſte viuens, deſinit eſſe tutrix.*
10 *Parificantur, tranſire ad ſecunda vota, & viuere incontinenter.*
11 *Tutor qui eſſe deſinit, amplius conuenіri non debet nomine pupilli.*
12 *Exceptio non poſſe conueniri tutorio nomine, eſt dilatoria, & tam reſcripto, quam proceſſui opponi poteſt.*
13 *Perſona coniuncta pro coniuncta ſine mandato iudicio intereſſe poteſt.*
14 *Exceptio an uideatur confutari per proceſſum ad ulteriora a iudice factum vbi per plures caſus examinatur.*
15 *Iudex procedendo ad vlteriora indebite, exceptione propoſita non examinata, proceſſum facit nullum.*
16 *Iudex ſuperſedendo, nec ad vlteriora procedendo, poteſt ab eo tanquam grauante appellari.*
17 *Iudex debet requiri trina requiſitione, vt procedat in cauſa, antequam ad querelam procedatur.*
18 *Iudex alius impetrari poteſt, vbi primus iuſtitiam facere negligit.*
19 *Iudex iuſtitiam denegare dicitur, ſi requiſitus de iuſtitia tacet, & nihil agit.*
20 *Parte petente teſtem interrogari, ſi iudex omiſerit, pars poterit quandocunque appellare.*
21 *Iudex incompetens exceptus, exceptione non obſtante ſi procedat, intelligatur pronunciaſſe ſe competentem.*
22 *Iudices appellationis non cognoſcunt de cauſa principali vigore appellationis, ſed vigore ſpecialis commiſſionis facta eis.*
23 *Mater an filios habeat in poteſtate.*
24 *Mater cenſetur tutrix relicta, ſi teſtator dixerit, relinquo filium matri ſub eius poteſtate.*
25 *Tutela multiplex diuiſio ponitur.*
26 *Tutela teſtamentaria quæ ſit.*
27 *Tutela legitima quæ ſit.*
28 *Tutela datiua quæ ſit.*
29 *Argumentum ab ordine rubricarum valet.*
30 *Matri tutela conceſſa fuit de iure Authenticorum.*
31 *Mulier adminiſtrans tutelam ſine renunciatione Velleiani, et ſecundarum nuptiarum, an vitiet tutelam.*
32 *Ius loquens de tutela, an habeat locum in curatione.*
33 *Tutela materna, vel auita, qualis dicatur, ſcilicet an teſtamentaria, vel legitima, vel datiua.*
34 *Mater, vel auia, an dari poſſint tutrices in teſtamento paterno ſola, vel cum alijs.*
35 *Mater, vel auia, ſi tutrix eſſe nolit, an teneatur petere tutorem filio.*
36 *Agnati minores vigintiquinque annis, an excuſentur, ſi non petierint tutores pupillo.*
37 *Tutor non intendens eſſe tutor, debet proponere excuſationem a tutela.*
38 *Mater non priuatur ſucceſſione, niſi fuerit negligens per annum in petendo filijs tutorem.*
39 *Tempus omne in dubio eſt continuum.*
40 *Negligentia facit excludere matrem a ſucceſſione filij in pupillari ætate decedentis, non autem poſt.*
41 *Mater quæ tranſiuit ad ſecunda vota, quæ poſtea de iure non valuerunt, vtrum amittat tutelam.*
42 *Mater quæ ignorabat per ſecunda vota amitti tutelam, an tranſeundo ad ea, illam amittat, vel excuſetur.*
43 *Mater tenetur facere inuentarium, & ſatiſdare rem pupilli ſaluam fore.*
44 *Tutore non faciente inuentarium, an transferatur adminiſtratio.*
45 *Religioſi an poſſint eſſe tutores.*

C A P. LXVII.

1 EX parte. M. Si is qui deſijt eſſe † tutor nomine pupilli cõuenitur inuitus, habet iuſtam cauſam appellandi. hoc dicit. In prima ponitur appellantis querela. In ſecunda dat iudices. ſecunda ibi, ideoq; mandamus.
2 Nota primo ex tex. quod † iudicium poteſt fundari contra tutorem nomine pupilli. ſed dic, quod etiam poteſt fundari in perſonam pupilli, ſi eſt maior infantie, vt in l. j. §. ſufficit. ff. de admin. tut. & dixi ȝ. eo. ſua. in 1. notab.

Quid autem ſi reſcriptum ſit impetrandum contra pupillum, vel contra tutorem. vide Hoſt in ſumma, de reſcripi. §. contra quem. circa princ. vbi concludit, quod etiam contra
3 ſolum pupillum † poſſit impetrari, cum non fiat ei præiudicium, ex quo poſtea iudicium debet agitari, vel contra tutorem nomine pupilli, vel contra pupillum cum auctoritate tutoris, vt dicto §. ſufficit. & ratio eſt, quia impetrare reſcriptum non eſt agere, adeo quod ille qui non poteſt agere
4 ſine conſenſu alterius, poteſt abſque eius conſenſu † impetrare reſcriptũ, vt eſt tex. no. in c. cauſam. quæ ȝ. de iudi. vnde Bal. in l. 1. C. qui adm. tu. dicit ſe in facto conſuluiſſe, quod licet filiusfamilias non poteſt ſtare in iudicio ſine conſenſu patris, tamẽ poteſt adire iudicem, & impetrare donationis inſinuationem ſibi factæ abſque eius conſenſu, & idem dixit Bal. in l. fi. C. de bo. quæ lib.
5 Secundo nota, quod mater † ratione tutelæ poteſt habere filios in poteſtate, & quod pupillus eſſet ſub poteſtate matoris hoc patet in tex ibi, ſub poteſtate de tutela. hoc etiam probatur in diffinitione tutelæ: eſt enim vis, ac poteſtas in capite libero ad tuendum eum, qui propter ętatem ſe defendere nequit iure ciuili introducta, atque permiſſa, vt in l. 1. ff de tutel. & Inſtit. eod. tit §. eſt autem tutela. ſecus dicit dominus Abb. in curatore, quia curator datur bonis, & non perſonę,
6 & ideo † curator non habet minorem in poteſtate, vt in l. in copulandis. C. de nupt.
7 Tertio nota, quod mater † poteſt eſſe tutrix filiorum ſuorum. & idem dicendum eſt in curia, vt in auth. mat. & auię. C. quan.

C.quan.mul.off.tut.fin.pot aliç uero mulieres non poſſint
eſſe tutrices, & eſt uirile officium, vt in l.1.cum ibi notatis.
eod.tit.

Quarto nota, quod per tranſitum ad ſecunda vota, ipſo
8 iure † mater deſinit eſſe tutrix filiorum ſuorum, & hoc pro-
cedit, ſiue ſit tutrix teſtamentaria, ſiue legitima, ſiue ſit data
tutrix per iudicem, licet aliqui dixerint, quod tutelam teſta
mentariam non perdunt, quæ opinio eſt falſa, niſi teſtator
expreſſe conceſſit, quod ſalua tutela poſſit accedere ad ſe-
cunda vota, vt eſt tex.not.in Auth.de nupt.§.diſponat.ſecun
dum Bal.hic, & quod dicitur de matre tranſeunte ad ſecun-
9 da vota, idem dicēdum eſt, † ſi inhoneſte viuat, quia eodem
modo mater deſinit eſſe tutrix filiorum. pro hoc facit quod
dicit notabiliter Bart.in l his ſolis. C.de reuoc.donat.vbi di-
cit per illum tex.quod omnes pœnæ ſtatutæ contra mulie-
rem ſecundo nubentem, habent locum in ea, quæ inhone-
ſte viuit, quod dicit perpetuo eſſe notandum pro quo etiam
10 eſt bo.tex.in c.vxoratus.de conuer.coniug.vbi † parificatur
tranſire ad ſecunda vota, vel viuere incōtinenter. & ibi idem
tenet dom.Abb. quod ne plus luxuria habeat, quam caſti-
tas, facit quod notat Barto.in l.fideicommiſſum. C.de fidei
commiſſ.

11 Quinto nota, quod ille qui deſinit eſſe † tutor, non poteſt
amplius conueniri nomine pupilli. hoc tamen intelligit do
mi.Abb. in negocio de nouo inchoando, ſecus in cauſis in-
choatis: nam tenetur tutor adeſſe, & proſequi, niſi admini-
ſtratio in curatorem ſit translata, vt in l.j.C.vt cauſę poſt pu
bli.tut.adſit.

Sexto nota ibi, ſuper his ei non tenebitur ipſorum nomi-
12 ne reſpondere, quod iſta † exceptio, non poſſum conueniri,
tanquam tutor eſt dilatoria, & poteſt opponi & ad reſcrip-
tum & ad proceſſum, vt hic patet.

Ex quo infertur, quod coniuncta, ſicut erat hic mater,
non tenetur defendere coniunctam, & poteſt excuſari ſic.

Ex quo etiam infertur, quod licet coniuncta perſona poſ
13 ſit eſſe pro coniuncta in iudicio ſine mandato, vt in l.ſed
& hæ.ff de procurat. & in l exigendi. C.eod. tamen non co-
gitur eſſe in iudicio ſi non vult, vt eſt tex.hic notabilis, ſecun
dum Bal.& vide eum in l alienam.C.de procur.

Vltimo nota ibi, exceptione neglecta, quod ſi iudex pro-
14 cedit ad vlteriora neglecta † exceptione oppoſita per partē,
videtur tacite pronunciare exceptionem non ſtare, & eam
repellere, licet eam expreſſe non reiiciat, & ideo poteſt ab
eo appellari per iſtum tex.qui quotidie ad hoc allegatur.per
quem declara c.dilecto.s̄.eod. vbi dicitur, quod ita demum
poteſt appellari, ſi exceptio fuerit oppoſita, & reiecta: nam
ſufficit, quod tacite eam iudex reiiciat procedendo ad vlte-
riora, vt eſt tex.hic notabilis.& per iſtū tex.reprobatur cau-
tela Pilei, qui dabat conſilium, quod iudex nunquam pro-
nunciaret expreſſe ſuper exceptione, ſed ſolum procederet
ad vlteriora, ne detur materia appellandi. ſed iſta cautela re
probatur per iſtum tex. vbi iudex ſimpliciter procedendo in
cauſa, videtur requirere exceptionem etiam nulla facta pro
nunciatione, & poteſt ab eo appellari, & hoc tenet Bart.in
dicta l.a procedente. C.de dilationibus. & Specul. in titu.de
exceptionibus. §.ſecundo. verſic.& nota. Circa hoc tamen
conſidera tres caſus.

Primus eſt, quando iudex expreſſe repellit exceptionem.

Secundus eſt, quando expreſſa cauſa non repellit, ſed taci
te procedendo ad vlteriora.

In primo caſu clarum eſt, ꝙ poteſt appellari, vt s̄.eo.dile
cto.& in c.ex parte de teſtib.cum ſi.

In ſecundo caſu, ſcilicet quādo procedit ad vlteriora, nec
expreſſe exceptionem repellit. idem dicendum eſt, ſcilicet ꝙ
poſſit appellari, vt eſt caſus hic, & tenet Io.And.s̄.eod.dile-
cto.& dom.Abb hic, & ibi.& idem tenet Bar.in l.a proceden
te. C.de dilat. Dicit tamen, quod iudex debet examinare, &
inquirere, an exceptio ſit admittenda, vel non, antequam
15 procedat ad vlteriora, & ſic videtur ſentire, quod ſi † iudex
procederet ad vlteriora non examinata exceptione, quod
proceſſus eſt nullus, & ſic non eſſet neceſſaria appellatio.
idem tenet Ang.in l.2.ff.ſi quis in ius vocan.non ierit. per il
lum tex.& idem conſuluit conſilio ſuo 39r. quod incipit, in
cauſa accuſationis.& idem tenet Spec in tit.de excep.verſic.
videndum.& verſi.ſed nota, ſecundum Vbertum.debet ergo
iudex primo cognoſcere, an exceptio ſit admittenda, ante-
quam procedat ad vlteriora: alias proceſſus eſt nullus.&
hoc etiam videtur tenere glo.in l.2.§ ſed ſi dubitetur. in ver-
bo, iueri.ff.de iudic.& Bal.in l non eo minus.C.de procurat.
vbi dicit, limitando illum tex.quod ſi fuit oppoſita exceptio,
quod pars aduerſa erat minor uigintiquinque annis, & ſic
non poterit ſtare in iudicio, ſi iudex procedat ad vlteriora
non examinata exceptione, proceſſus ſit nullus, & ſic quod
nō; tenet iudicium etiam in fauorem minoris. & ſic limitat
iſtam l.dum dicit, quod valet iudicium in fauorem minoris.
Sed But.in cap ij.de iuram.calum.per illum tex videtur ſim-
pliciter dicere, quod per proceſſum ad vlteriora iudex cen-
ſetur tacite pronunciare ſuper exceptione. idem tenet Butr.
& Ioan de Imo.in cap.ſuper literis.ſupra de reſcrip. pro quo
allegat iſtum tex.qui optime probat iſtam opinionem, dum
dicit, quod iſti iudices exceptione neglecta compellebant
iſtam mulierem reſpondere: negligere enim eſt non intelli-
gere & ſic iſte tex.probat, quod ſi iudex procedit ad vlterio-
ra etiam exceptione non examinata poteſt ab eo appellari,
quaſi exceptionem reiecerit. & iſtud etiam tenet Bal.in l.pa
ctum curatoris. C de pact.& clarius in l 1.circa fin. C.de ord.
iudic.vbi dicit, quod licet ſit pronunciandum ſuper emergē
tibus, vt ibi no.glo.& in cap.j.ſupra de ord.cogn. tamen ſi iu
dex procedit ad vlteriora, cenſetur pronunciare contra eū,
niſi appelletur. & pro hoc dicit, quod ſi opponatur excep-
tio ſuper legitimatione perſonarum tutoris, vel curatoris,
valet proceſſus, niſi appelletur, quia cenſetur tacite pronun
ciaſſe ſuper exceptione impediente proceſſum ex eo, quod
procedit ad vlteriora. & ita etiam dicit Ioann.de Imo.in di-
cto cap.j. ſupra de ordi. cognit. & iſtam opinionem videtur
tenere Ioan And.& dom.Abb.ſupra eod.dilecto circa fin.&
etiam do.Abb.hic, quia ſimpliciter dicunt, quod iudex pro-
cedendo ad vlteriora videtur requirere exceptionem, nec re
quirunt, quod iudex examinet exceptionem ad hoc, vt cen
ſeatur eam requirere, & iſtam opinionem credo veriorem,
quia non reperitur aliquis tex.expreſſus, qui dicat, quod pro
ceſſus ſit nullus, niſi iudex examinet exceptionem, antequā
procedat ad ulteriora. & iſtam opinionem etiam ſenſit glo.
in clem.fin.in glo.2.eod.tit. vbi glo.ęquiparat, quod iudex in
terloquatur ſuper exceptione oppoſita, vel quod illam non
reiiciat, vel quod ad vlteriora procedat. & ſic vult, quod iu
dex procedendo ad ulteriora, cenſeatur exceptionem requi
rere, nec requirit aliquam cauſæ cognitionem interuenire.
Et ex his ſum expeditus de ſecundo caſu.

In tertio autem caſu, ſcilicet quando iudex non procedit
16 † ad vlteriora, ſi ſuperſedet in cauſa forte, vt uexet excipien
tem laboribus, & expenſis. Pone exemplum, iudex dat ter-
minum ad audiendum voluntatem ſuam, & demum parte
comparente in termino dat alium terminum ad idem.&
hoc caſu dicit Hoſt.& Ioan.And.ſupra eo.dilecto. quod ſi iu
dex tertio humiliter requiſitus non pronunciet ſuper exce-
ptione, poterit ex hoc grauamine appellari, argum.cap.j.ſu
pra de ſuppl.neglig.prælat.& idem tenet infra eod. interpoſi
ta.& But.ſupra eod.dilecto, in 2.colum.& dom.Abb ibi, in
penult.colum.& hic in prima colum.ſed Barto.in l.Titia Se-
io §.vſuras.ff.de legat.2.& in l.mora.ff.de uſur.dicit, quod ſuf
ficit ſemel requirere iudicem. & iſtam opinionem videtur e-
tiam ſenſiſſe glo.fin.in fi.in cap.legitima.de appella in 6.quę
ſimpliciter dicit, quod a iudice nolente in cauſa procedere,
poteſt interponi appellatio. & idem uidetur dicere glo. in c.
ad aures infra de ſimo.ſed tene opin.Ioan.And. & Hoſtiē.&
17 But.& dom.Abb.quia vbi exigitur requiſitio † iudicialis, prę
ſertim cum requiritur ſuperior, debet eſſe trina requiſitio,
ut notant Doct.in cap.cum cauſa.s̄.de offi.deleg.& Ioan.de
Imo.in clem.1.in glo.in uerbo, requiſierit.de hæretic.de quo
etiam per Dom.Dom.in cap.ſi contra vnum. de offic.deleg.
in 6. Nec obſtant glo.præalleg. quia debent intelligi, quod
poſſit appellari a negligentia iudicis, interueniente prius tri-
na requiſitione, poteſt etiam pars per uiam querelæ adire
ſuperiorem, ut uel reuocet iudicem uel ei mandet, quod in
cauſa procedat, ut in l.fin.§.illud. C de tempor.appell.& ibi
per Bal.facit cap.nullus de iure patron.& idem uoluit Inno
cen in cap.ex conqueſtione.de iure patron.in princ de reſti.
ſpoliat.& Bart.in l.quamuis.in penult.colum.ff.de dam inſe.
ubi dicit, quod ſi cœpi cauſam coram vno iudice, qui negli-
18 git mihi facere iuſtitiam, poſſum adire ſuperiorem, & † im-
petrare alium, ut in Auth.ut differentes iudices.per totum.
Vtrum autem ipſe iudex primus poſſit cauſam reaſſume-
re, ſi uult reuocare grauamen, ideſt in cauſa procedere An
ge in dicta l.quamuis.dicit quod ſic per no.ſupra eo.cum ceſ
ſante.ſed Ioan.de Imo.in dicta l.quamuis.tenet contrarium,
ex quo ſuperior cauſam alteri commiſit. & iſtam opinionē
credo ueriorem, quia committit cauſam alteri, uidetur iuriſ
dictionem a primo iudice reuocaſſe, ut in c.paſtoralis § præ
terea.de offic.delega.facit quod dictum eſt ſupra eod. ut no-
ſtrum.& quod dicetur infra eod.intimaſti.& dic, quod iudex
19 † requiſitus de iuſtitia, aut de expeditione cauſæ, & nihil re-
ſpondens, aut muteſcens, & nihil faciens, dicitur iuſtitiam
denegare. ita dicit notabiliter Bal. in cap.j.de milite uaſallo
qui contu.eſt.

Item aduerte, quia licet poſſit appellari a iudice omitten-
te

te in cauſa procedere, tamen etiam poſt decem dies poteſt
appellari, vt dicit Bal. in cap. per tuas. ſ. de teſti. vbi per illum
tex. dicit, quod grauamen in omittendo non tranſit in rem
20 iudicatam per lapſum decem dierum, vnde ſi pars † petit,
quod iudex interroget teſtem ſecundum formam interroga
torij, & iudex omiſerit, uel noluerit interrogare, poterit quã
docũque etiam poſt decem dies appellari. & idem dicit Bal.
in cap. j. ſi de inueſtitura inter dominum & uaſallum lis oria
tur. ubi tenet hoc. limitat, niſi iudex aliquid interloquatur,
quia tunc a die interlocutoriæ currit tempus appellandi, &
Ioan. de Imo in dicto cap. per tuas. indiſtincte tenet contra-
rium, dicens, quod a die illati grauaminis in omittendo de-
bet appellari infra decem dies.

Sed aduerte, quia ſi iudex committit grauamen in omit-
tendo, quantumcunque etiam poſt decem dies poteſt peti,
reuocari grauamen, vt probatur in dicto cap. per tuas. ubi
patet, quod ſi iudex omiſit interrogare teſtẽ ſuper interroga
torijs etiam poſt publicationem teſtium poteſt peti, ut inter
rogentur ſuper articulis, ſeu interrogatorijs, ſuper quibus
non fuerunt interrogati, & patet ratio, quia ex quo iudex in
cauſa nõ procedit, ſeu nihil determinat, iſtud non poteſt ha
bere uim ſententiæ interlocutoriæ, ergo pars poteſt quan-
docunque petere grauamen reuocari illud. quod omiſit, ta-
men ſi uellet appellare, & in hoc puto dicere uerum Ioan.
de Imo facit cap. concertationi. eod. tit. in 6. ſi tamen nollet
iudex poſtea reuocare grauamen commiſſum in omitten-
do, poſſet pars appellare, quia iudex diceretur de nouo gra
uare partem, ex quo non uult ſuam negligentiam corrige-
re, & hoc modo debet intelligi Bal. in d. c. per tuas.

Nunquid autem ſi eſt oppoſita exceptio incompetentiæ
21 iudicis, † & ipſe procedit ad ulteriora, cenſeatur tacite ſe
pronunciare competentem, uel an requiratur expreſſa pro
nunciatio. de hoc uide Innoc. & Doct. in cap. præterea. de di
lat. & in cap. ſuper literis de reſcript. & per Ioan. And. & Do-
min. Domin. in c. 1. de reſcrip. in 6. & dixi poſt dom. Abb. in c.
ſi duobus, in princ.

Secundo oppono contra tex. in ſi. in eo, quod Papa man-
dat iſtis iudicibus appellationis, quod cauſam audiant hinc-
inde iuſtificata appellatione; nam videtur, quod debuiſſet
mandare, ut prorſus deſiſterent a cognitione. ex quo iſta no
bilis probabat ſe deſiuiſſe eſſe tutricem, ut in ca. olim. ſupra
de except. dom. Abb. ſoluit, quod tex non eſt intelligendus,
quod iſti iudices debeant cognoſcere inter iſtam quondam
tutricem, & aliam mulierẽ, quæ reſcriptum impetrauerat,
ſed inter pupillos & ipſam mulierem, ac tutricem; nam ex
quo cauſa fuerit ſemel delegata, uoluit Papa prouidere ipſi
mulieri impetratrici de iudicibus delegatis, neque uoluit
cauſam remittere ad priores iudices, ne grauarent pupillos,
ſicut matrem grauauerant, vnde erat ſuſpitio orta contra
22 eos, & ſic vult domi. Abb. quod † iudices appellationis non
cognoſcant de cauſa principali ex virtute appellationis iuſti
ficatæ, ſed vigore ſpecialis commiſſionis factæ eis quo ad ip
ſos pupillos & ita etiam dicit hic Ioan. de Imo. in prin. vide
tamen quod dixi in d. c. olim.

In glo. diuide ipſam in quatuor partes.

In prima tractat, an mater poſſit habere filios in po-
teſtate.

In ſecunda, an mater poſſit eſſe tutrix filiorum.

In tertia, quam pœnam patitur mulier tranſeundo ad ſe-
cunda vota non reddita adminiſtratione tutelæ.

In quarta, an teneatur facere inuentarium ſecunda ibi, il
lud tamen regulariter. tertia ibi, item ſi tranſeat. quarta ibi,
item in princ.

In prima parte nota bene glo. quod fœminæ non habent
filios in poteſtate, & quod filij nati ſequuntur familiam pa-
23 tris, & non matris. & quod mater † non habeat filios in po-
teſtate, eſt bo. tex. Inſtit. de adopt. §. fœminæ. ſed ratione tu-
telæ, vt dicit glo. filius eſt in poteſtate matris, vel auiæ. & hoc
clare probat iſte tex. ut dixi in primo notab. poſt dom. Abb.
& hoc etiam ſequitur hic Bal. in 3. notab.

Ex quo infert, quod ſi teſtator in teſtamento dicat, relin-
24 quo filium matri ſub poteſtate † matris ſuæ, quod per hoc
cenſetur ipſam reliquiſſe tutricem teſtamentariam, per iſtũ
tex. & iſtam glo. in prin. ita dicit hic Bal. in fi. quod tene mẽ
ti: ſecus ſi teſtator diceret, relinquo filium matri ſuæ, uel ſub
cuſtodia, & gubernatione matris ſuæ: nam per hoc non cẽ
ſetur mater data, uel relicta tutrix, ut eſt tex. not. iuncta gloſ.
in l. qui in aliena. § quamquam. ff. de neg. geſt. & hoc tenet ibi
Bal. in princ. & in l. omnem. C. ad Tertull. in prima colum. fa
cit l. quidam decedens §. pẽ. de adminiſtr. tutor. l. ſi filiæ. ff. de
ſolut. & idem tenet Ang. in d. § quamquam.

In ſecunda parte glo. dom. Abb. pro intellectu ipſius dicit
25 quod † quædam eſt tutela teſtamentaria, vt eſt quando pa-
ter reliquit filio in poteſtate ſua conſtituto tutorem in te-
26 ſtamento. † Quædam eſt quaſi teſtamentaria, ut ſi pater in
teſtamento det tutorem filio iam emancipato, vel non exi-
ſtenti in poteſtate ſua: puta quia erat filius naturalis: nam ta
li filio non exiſtenti in poteſtate, pater non poteſt dare tuto
rem, ſed datus per eum confirmatur per iudicem, & ideo ta
lis tutela appellatur quaſi teſtamentaria confirmata, de qua
habetur ff. & C. de confirma. tuto. per totum. & Inſtit. de tut.
27 § fin. † Quædam tutela dicitur legitima, & iſta defertur pro
ximiori agnato, uel proximiori cognato, & dicitur legitima,
28 quia a lege defertur, ut Inſtit. de legit. agna. tute. § 1. † Quæ-
dam etiam eſt tutela datiua, quæ ſic appellatur, quia datur a
iudice in defectum aliarum tutelarum, & iſtæ tutelæ deferũ
tur ſucceſſiue ſecundum ordinem prædictum: nam teſtamẽ-
taria præfertur omnibus alijs, adeo ut quamdiu eſt ſpes de
tutore teſtamentario: puta quia datus eſt ſub conditione,
ceſſent aliæ tutelæ, vt in l. ſi quis ſub conditione ff. de teſtam.
tute. & ibi pleniſſimè per glo. & Bart. & in auth. matri & auiæ.
alleg. in glo.

In defectum autem teſtamentariæ ſucceſſit tertia, ſcilicet
legitima. In defectum legitimæ ſucceſſit datiua. Et ex ordi-
ne Rubricarum iuris ciuilis hoc probatur: nã primo tractat
de teſtamentaria tutela. Secundo de confirmando tutore.
Tertio de legitima tutela. Quarto de datiua, vt patet in Rub.
de tut. & curat. dat. ab his.

29 Et ex hoc infert dom. Abb. quod valet † argumentum ab
ordine Rubricarum, de quo ſupra in proœ. Greg. & quod no.
glo. in proœ. ſexti. in verbo, titulis. de pœn. diſt. 1. § hæc autem
verba. in verbo, ſtatuerit.

Secundo præmittit dom. Abb. pro declaratione glo. quod
de iure Digeſtorum mater non poterat eſſe tutrix, poterat ta
men impetrare hoc a iudice ſpeciali beneficio, vt in l. fi. ff. de
tute. ſed poſtea de iure Codicis fuit ampliata hæc facultas,
vt dicitur in glo. ſed poſtmodum de iure Authenticorũ fuit
30 ſtatutum, vt liceret † matri, & auiæ aſſumere tutelam fi-
liorum, ſeu nepotum, ita vt præferantur alijs tutoribus legi-
timis, ſeu datiuis, niſi teſtator in teſtamento dediſſet alium
tutorem, vt dicta auth. matri & auiæ ita tamen vt renunciet
ſimplici verbo ſecundis nuptijs, & Velleiano, & omni alij au
xilio, vt dicitur in d. auth. & hic in glo.

31 Sed dubitatur de aliquibus, & primo, quid ſi † mater, vel
auia adminiſtrat tutelam abſque eo, quod renunciat ſecun-
dis nuptijs, & Velleiano, nunquid talis commiſſio habebit
vitiare aſſumptionem tutelæ. Quidam dixerunt, quod non,
quia omiſſio modicæ ſolemnitatis, non vitiat actum. l. 1. in
fi. ff. de ventre inſpic. ſed Bart. in dicta auth. matri & auiæ. te-
net contrarium, quia omiſſio ſolemnitatis regulæ vitiat a-
ctum, vt in c. quia propter. de elec. & in l. ſi vnus. C. de teſtam.
nec ſolemnitas renunciationis poteſt dici modica: nam ſi
mater habet conſilium nubendi, non eſt apta ad tutelã, quia
conſumeret de facili ſubſtantiam filiorum amore futuri
mariti, ut in l. lex quæ tutor. C. de adminiſtr. tut. vnde eadem
ratio eſt de muliere habente affectionem, & voluntatem nu
bendi, quæ eſt de maritata. & idem dicendum eſt reſpectu
Velleiani: nam cum mulier habeat priuilegium a Senatuſ-
conſulto Velleiano, ut non poſſit mulier ſe obligare effica-
citer pro alienis debitis, ſimiliter non renunciat huic priuile
gio, poterit ſe iuuare ex eo, & ſic non poteſt dici, quod ſit ef
fectus modicus huius ſolennitatis. & per has rationes dom.
Abb. ſequitur opin. Bart.

32 Secundo dubitatur, † nunquid illud, quod dicitur in tu-
tela, habeat locum in cura. ſ. vt mater, & auia poſſit eſſe cu-
ratrix filij, vel nepotis & Spec. in tit. de cura §. cum aliter. ver
ſic. ſed nunquid. tenet quod ſic. & idem dicit glo. in l. ſcire. ff.
de tut. & cur. da. ab his. & in d. auth. mat. & auiæ. vbi Bar. idem
tenet, dicens hoc communiter Doct. tenere. idem tenet do.
Abb. hic, prope fin.

33 Tertio dubitatur, nunquid hæc tutela † materna, vel aui-
ta, dicatur eſſe tutela teſtamentaria, vel legitima, uel dati-
ua & Barto. in dicta auth. dicit, quod ſicut data in teſtamen-
to, eſt teſtamentaria: alias eſt nuda, legitima tamen volun-
taria, quia mater, & auia non compellitur, ſi non vult, vt in
d. auth. matri & auiæ. & idem tenet hic dom. Abb.

34 Quarto dubitatur, nunquid mater, † vel auia poſſit dari
tutrix in teſtamento paterno, vel ſola, vel cum alijs. & iſtam
quæſtionem late hic proſequitur Hoſt. quia contigit ſibi de
facto. & dicit do. Abb. quod communis opinio Canoniſta-
rum eſt, quod mater & auia poteſt dari in teſtamento tu-
trix, quia ſi poteſt eſſe legitima tutrix, fortius teſtamentaria.
dicit tamen, quod non per omnia ſortiter naturam tutelæ
teſtamentariæ, quia tutela ſibi decreta in teſtamento eſt ſu-
ſpenſa, donec ſeruauerit ſolemnitatem cõtentam, dicta au-
then. matri & auiæ. de qua etiam iſta glo. facit mentionem,

& dicit,

& dicit, quod hæc ſolemnitas debet præcedere aſſumptionem tutelæ, & hoc probatur in d.auth. Et ex his ſum expeditus de ſecunda parte glo.

In tertia parte gloſ. dum dicit, quod ſi mater tranſit ad ſecundas nuptias, non reddita adminiſtratione tutelæ, quod bona ſecundi mariti ſunt tacite obligata filiis. dic quod patitur etiam aliam pœnam, quia ſi tranſit ad ſecundas nuptias, antequam faciat tutorem dari filiis, & antequam reddat adminiſtrationem tutelæ, priuatur ſucceſſione filij, ſi deceſſerit in pupillari ętate, ut eſt caſus in l. omnem. C. ad Tertullianum. quæ l. etiam hodie procedit ſecundum gloſ. & Bart.

35 Nunquid autem ſi mater, † uel auia non uult eſſe tutrix, teneatur petere tutorem dari filio. dom. Abb. hic dicit, quod tenetur petere tutorem dari filio confeſtim, ideſt infra annum: alias priuatur ſucceſſione, ſi deceſſerit in pupillari ætate. & dicit idem in quolibet alio, qui poteſt ſuccedere impuberi ab inteſtato, ſiue ex ſubſtitutione pupillari, quia talis priuatur ſucceſſione, ſi pupillus deceſſerit in pupillari ętate, & allegat l. 2. §. confeſtim. ff. ad Tertull & in l. omnem C. eod. & in l. ſciant. C. de legit. hæred. & Inſtit. ad Tertull § fin. ubi eſt bo. tex. dic tamen, quod mater minor uigintiquinque annis excuſatur, nec incidit in pęnam ſupradictam. de hoc eſt tex. in l. 2. C. ſi aduer delic.

36 Sed nunquid agnati † minores uigintiquinque annis, eodem modo excuſentur, ſi non petierint tutores pupillo. vide in Specul. de reſtit. in integ § quis autem. verſic. ſed ſi mater minor vigintiquinque annis. & verſicu. ſeq. vbi etiam tangit, an ſi mater tempore mortis mariti erat minor uigintiquinque annis, & ex poſtfacto eſt facta maior, an excuſetur, ſi nõ petiit tutorem filio. vide etiam Bald. in auth. ſi captiui. C. de epiſc. & cleri. vbi optime declarat prædictam l. 2. C. ſi aduer. delictum.

Et aduerte bene ad uerba dom. Abb. inquantum dicit, ꝙ dicatur tutor dari confeſtim, ſi petit tutorem dari infra terminum. & hanc eandem opinionem tenet Bart. in l nepotibus. C. qui pe. tuto. & in l quid ergo. §. j. ff. de his qui not. infa. ſed idem Bat. in dicta l. ij § confeſtim. ad Tertul & in l. ſciant. C. de legit. hæred. tenet, quod dicatur eſſe in mora, ſi non petit tutorẽ dari filio infra quinquaginta dies: mouetur, quia
37 infra illum terminum tutor † debet proponere excuſationem a tutela, ſi non intendit eſſe tutor, ut in l ſcire oportet, §. j. ff. de excuſa. tuto & Inſtit. de excuſa. tuto. §. qui autem excuſare ſe uolunt. unde eadem ratione debet infra quinquaginta dies petere tutorem dari filio, quia eadem & maior ratio eſt in petitione tutoris, quam in excuſatione. & ſubdit Bart. quod a quinquaginta diebus in antea mater non excuſatur, niſi probet legitimam cauſam. Vltra autem annũ dicit, quod non auditur, ſi vult proponere legitimam cauſam, quia lapſus anni inducit præſumptionẽ iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio. & idem dicit in aliis coniunctis, qui tenent primum locum in ſucceſſione pupilli, vt l. ſciant. C. de legit. hæred. ſed idem Bart. in authẽ. presbyteros C. de epiſc. & cleric. tenuit, quod mater non dicatur in mora niſi poſt quatuor menſes. Bal. autem hic, in 6. colum. verſic. modo ego quæro, vtrum mater. diſtinguit, ꝙ aut nos loquimur de iure antiquo, & tunc mater tenebatur petere tutorem, cum primum poterat, & non ſolum petere, ſed etiam deliberare de idoneo tutore petendo, quia alias in præcipiti feſtinatione nullum eſſet conſilium. vnde dicit, quod iſtud tempus erat arbitrarium, quia non erat diffinitum a lege infra quantum tempus deberet peti tutor dari filio, & hoc modo loquitur l. 2. §. confeſtim. ff. ad Tertullia. aut loquimur de iure nouo, & lex figit pedem in anno, hoc eſt, quod debet peti tutor dari infra annum, vt patet in dicta l. ſciant. C. de legit. hæred. & Inſtit. ad Tertull § fin. & ideo ma-
38 ter † non priuatur ſucceſſione, niſi fuerit negligens per annum. dicit tamen Bal. quod iſte annus poteſt per iudicem ex cauſa moderari ad petitionem creditorum, argum. l. ſi quis inſtituat. ff. de hæred. inſtit. & dicit Bald. quod iſte annus erit vtilis, non continuus, & ſic in eo non computabuntur dies feriati, nec alij dies, in quibus iudex non ſedet ad bancum. Et ex hoc dicit, quod non ſufficit probare, quod mater non petiit tutorem dari infra annum continuum, vt priuetur ſucceſſione, quia eſt annus dierum vtilium. & dicit Baldus, quod iſte paſſus a nemine eſt conſideratus, ſed ego non cre-
39 do hoc vltimum eſſe verum, quia in dubio † omne tempus eſt continuum, niſi ſit expreſſum, quod ſit vtile, vt dicit glo. not. in Rubrica. ff. de diuer. & temp. præſcrip. quam glo. ſequitur ibi Bart. de quo vide quod notant Docto. in capit. 2. & in cap quia diuerſitatem. de conceſſ. præben. ſed quantum ad principale dictum. ſcilicet quod mater non priuetur ſucceſſione, niſi per lapſum anni, tenuit idem Bal. in l. tertia. C. ad Tertull. idem tenet Ang. in l. ſciant. C. de legit. hæred. & Salic. ibidem dicens, quod opinio Bal. fuit originaliter Riccardi Malumbræ, & quod ſibi placet opinio Bal. contra Bart. idem videtur tenuiſſe Ioan. And. in Specu. de tutore. § nunc dicendum, ad finem. & iſtum articulum late examinat Ioã. de imo. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de teſtamen. tute. & dicit ſe conſuluiſſe pro iſta opinio & iſtam opinionem, vt ſupra retuli, etiam ſequitur hic domin. Abb. & eam puto ueriſſimam, quia iura noua non excludunt, neque matrem, neque alios coniunctos a ſucceſſione, niſi fuerint negligẽtes per annum, ut patet in d. l. ſciant. C. de legit. hæred. & Inſtit. ad Tertull. § fin.

40 Aduerte † tamen, & intellige prædicta, quando pupillus decedit in pupillari ætate, ſed ſi decederet poſt pubertatem nec mater, nec alij coniuncti excluderentur a ſucceſſione. de hoc eſt caſus in l. mater. C. ad Tertull. & hoc etiam tenet hic Bal. in 7 colum.

Item adde alium caſum, in quo mater non priuatur ſucceſſione, dato quod non petierit tutorem filio: ſi enim filius habet tutorem legitimum: ſatis eſt, quod mater declaret ſe nolle recipere tutelam filij, nec tenetur petere tutorem dari filio, ex quo habet tutorem legitimum, vt in l. ſecunda. § ſi mater. ff. ad Tertull. & in §. matres. C. eodem tit. & ibi hoc tenet Bart. dicens hoc eſſe menti tenendum.

Sed quæro de duabus quæſtionibus, quas mouet hic Bal.
41 In prima, nunquid ſi † mater tranſit ad ſecundas nuptias, & matrimonium de iure nõ valeat, vtrum perdat tutelam. & Bal. hic arguit pro & contra. & in effectu concludit, quod aut interuenit carnalis copula, & tunc perdit tutelam. facit c. nuper. ſupra de biga. Aut non interuenit copula, vt quia ſecundus maritus erat pupillus, vel ita ſenex, quod non poterat cum ea carnaliter commiſceri, & tunc non perdit tutelam.

42 Secunda eſt quæſtio, an ſi † mater tranſiuit ad ſecunda vota per ignorantiam, vt quia credebat ex hoc non perdere tutelam, an excuſetur, vel poſſit petere reſtitutionem in integrum, ſi eſt minor viginti quinque annis. & Bald. dicit hic, quod non, quia peccauit in iure quaſi naturali, vnde non excuſatur, vt in l. venia. C. de in ius voc. & quia non poteſt in priſtinum ſtatum reuerti. l. ſi ex cauſa §. Papinianus. ff. de minoribus. Nec obſtat. l. ſecunda. C. ſi aduerſus delictum. quia ibi loquitur in matre negligente, quæſtio noſtra in matre committente, ſeu faciente. Maius autem eſt delictum commiſſum in faciendo, quam non faciendo. l. prima. § impubes. ff. ad Sillan. cum ſimil.

Item agitur de modico præiudicio matrum, ſi alius tutor datur filio, ſed ſi priuaretur ſucceſſione, magis puniretur, & ideo conceditur reſtitutio matri minori, ſeu non excuſatur mater minor in caſu dictæ l. 2. C. ſi aduerſus delictum. hoc eſt, quando non petiit tutorem filio, ſed non excuſatur, nec conceditur reſtitutio, quando mater tranſit ad ſecunda vota, quominus perdat tutelam, dato quod ſit minor vigintiquinque annis, & hoc tene menti pro limitatione dictæ l. 2. & hoc tenet etiam Bal. in auth. ſi captiui. C. de epiſco. & clericis alias quæſtiones tractat etiam Bal. circa iſtam materiam, circa quam nolo vlterius me extendere. ſed vide Bartol. & alios ſcribentes in dicta authẽ. matri & auiæ. C. quando mulier tute. officio fungi poteſt, & in l. ſi quis ſub conditione. ff. de teſtamen. tut. & in l. tutor ſi petitus. ff. de tuto. & curat. datis ab his.

43 In vltima parte gloſ nota gloſ quod † mater debet facere inuentarium, & ſatiſdare rem pupilli ſaluam fore. & idem eſt in quocunque alio tutore, vt in l. tutor qui repertorium. ff. de adminiſtratio. tutor. & vide bo. glo. in capitulo, qualiter & quando, el ſecondo, in glo. ſecunda de accuſationibus. vbi dicit, quod prelatus tutor, & procurator debent facere inuentarium, & reddere rationem adminiſtrationis.

44 Nunquid autem transferatur adminiſtratio, ſi † tutor non fecerit inuentarium. Bart. in dicta l. tutor, qui repertorium. poſt multa cõcludit, quod ſic, licet dicat, quod ex hoc poſſit tanquam ſuſpectus remoueri, & hoc probatur in l. 2. § illo proculdubio. C. arbi. tutelæ. vbi tamen tex dicit, quod tutor non faciens inuentarium, efficitur infamis, & incurrit alias pœnas, de quibus ibi. & amplius dicit iſte tex. notabilis, quod teſtator poteſt expreſſe remittere confectionem inuentarij, & eodem modo vbi ſubeſt conſuetudo de non conficiendo inuentario, non tenetur tutor facere inuentarium, quia talis conſuetudo valet, arg. l. de quibus. ff. de legib. & do. Abb. hic in fi. 2. col. & etiam ibi Bart ponit aliũ caſum ſpecialem, videlicet vt iudex ex cauſa poſſit remittere confectionem inuentarij tutori, vt ſi expediat pupillo, ne patrimonij ſui ſecreta reuelentur, arg. in l 2. C. de alim. pupil. præſt. & hoc ſequitur etiam hic dom. Abb. in fi. 5. col.

Verum

45 Vtrum autem clerici, vel † religioſi poſſint eſſe tutores, vel
ad hoc officium cogi poſſint. vide tex. & bo. glo. in c. peruenit. 86. diſt. & hæc ſufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Intimationis exemplum debet edi partibus, antequam fiat relatio.*
2 *Iudex qui vult ſuperiorem conſulere, debet conſultationis copiam partibus edere.*
3 *Iuris ciuilis diſpoſitio etiam obtinet de iure canonico.*
4 *Iudex pro deciſione cauſæ poteſt Principem conſulere.*
5 *Conſilium ſapientis a iudice peti poteſt etiam inuitis partibus.*
6 *Iudex relaturus negocium ad ſuperiorem, debet copiam relationis partibus edere.*
7 *Iudex qualiter referre debeat, ſi partes diſcordent ſuper relatione negocij, vel ſuper forma relationis.*
8 *Conſultatio facta per hæc verba, quid iuris, dicitur generalis conſultatio de omnibus dubitationibus.*
9 *Iudex qui vult euitare onus iudicandi, efficitur infamis, & punitur pecuniariter.*
10 *Lex canonica cum non fuerit vſa pœna iuris ciuilis, ſed alia, videtur eam excluſiſſe a foro ſuo.*
11 *Relatio negocij ad ſuperiorem, pluribus de cauſis fieri poteſt.*
12 *Remiſſio cauſæ facienda ad principem poſt talem terminum, an valeat, ſi ante facta fuerit.*
13 *Relatio ad ſuperiorem poteſt fieri ob aliquod dubium emergens.*
14 *Relationis materia per quatuor caſus examinatur.*
15 *Tacens in iudicio pro conſentiente habetur.*
16 *Appellare prætermittens, conſentire videtur.*
17 *Relatio facienda ad ſuperiorem, an aperta, vel clauſa tradenda ſit. & vide caſus.*
18 *Appellans non tenetur accipere apoſtolos clauſos, vel ſigillatos.*
19 *Appellatio non datur a pronunciatione iudicis de conſultatione facienda.*
20 *Appellare licet a ſententia ſecundum reſponſionem principis facta.*
21 *Appellatio datur a iudice obtento de conſenſu partium.*
22 *Relatio negocij ad ſuperiorem, quo tempore fieri debeat, quæritur.*
23 *Relatio facta non ſecundum formam commiſſionis, non valet.*
24 *Probationes non ſunt recipiendæ poſt relationem.*
25 *Conſultor nunquid conſulere poteſt, vt iudex deferat iuramentum.*
26 *Conſilium ſapientis non valet, niſi formam commiſſionis ſeruauerit.*
27 *Conſultatio an refutari poſſit de conſenſu partium.*
28 *Dignitas nunquam moritur, licet perſona moriatur.*
29 *Sententia nunquid valeat, ſi cum iam commiſſa eſſet ad conſilium ſapientis, eo non expectato ſententiam tulit.*

C A P. LXVIII.

1 INtimaſti. Exemplum † intimationis debet edi partibus, antequam fiat
relatio. vel ſic, ſi † iudex de iure dubitans vult cõ-
2 ſulere ſuperiorem, debet conſultationis copiam
partibus edere alias conſultationi fides non adhibetur, hoc
dicit. & iſtud facit ad tertiam partem Rubricæ.
Et pro intellectu præmitte, quod Papa ex multis cauſis
impugnat relationem factam per iudicem, ideo dicit, præterea &c.
Nota primo ibi, legitimas ſanctiones, quod in materia relationis, & conſultationis fiendæ etiam in foro eccleſiaſti-
3 co, ſtandum eſt † diſpoſitioni iuris ciuilis, ex quo ius ciuile
expreſſe approbatur, vt hic in tex. idem tamen eſt dicendum
in aliis materiis. vbi leges non contradicunt canonibus, vt
in c. j de oper. noui nunc.
4 Nota ſecundo, quod † iudex ſubſiſtente cauſa poteſt in deciſione cauſæ conſulere principem. & remittere cauſam ad
eum, vt hic, & in l. j. C. de relat. & ſimiliter poteſt iudex pe-
5 tere † conſilium ſapientis, etiam ſi inuitis partibus, dummodo malitioſè non faciat, vt in l. j. & ibi glo. C. de ſent. ex periculo reci & hoc tenet Ange in dicta l prima. C. de relatio &
idem ſentit glo. in cap. vt debitus in verbo, cauſa ſupra eod.
vbi plene dixi.
6 Vltimo nota, quod quando † iudex vult referre negocium
ad ſuperiorem, copia relationis debet edi partibus, & illa editio fit, vt partes poſſint contradicere dubio formato per iudicem, ſi veritatem occultauit, & mendacium miſcerat. &
idem dicendum eſt, vbi iudex vult committere cauſam conſilio Sapientis, quia articulus ſuper quo debet conſulere Sapiens, debet edi partibus, & ſi partes conſentiunt ſuper formatione articuli ſeu dubij, ſeu relationis, debet hæc copia
ſcribi manu notarij, vel duorum bonorum virorum, vel ſigillari ſigillo authentico vt nihil poſſit immutari, argumẽ.
c. pat. quoniam contra falſam. ſupra de probatio. ita dicunt
Doct. & ſequitur etiam dom. Abb.
7 Sed dubium eſt, quid ſi partes diſcordent † ſuper formatione articuli, vel ſuper formatione relationis. do. Abb. hic
in 1. colum. dicit, quod iudex poteſt compellere partes ad
concordiam, & poterit ſi voluerit interloqui factum ſic ſe
habere, prout ipſe formauit articulum, & niſi appellent, ſtabitur ſuæ interlocutoriæ. l. fin. C. de relat. & dicit dom. Abb.
hæc eſſe notanda in ſimili materia, ſcilicet quando iudex habet conſulere iuris peritum ex neceſſitate ſtatuti, quia fides
non adhiberetur puncto formato per iudicem, niſi interueniat conſenſus partium modo prædicto, vt in dicta l. ſ. C. de
relat. ſed Ange. ibi dicit, quod non poſſet eſſe melius conſilium, quando partes diſcordant in formatione puncti, quod
petatur conſilium, & quod conſultor conſulat quid iuris
8 viſis actis, & proceſſu: nam † conſultatio facta per hæc verba, quid iuris, dicitur generalis conſultatio de omnibus dubitationibus, quæ ex actis, ſeu proceſſu colligi poſſunt, vt in l.
eius qui in prouinciam. ff. ſi cer. pet vbi notabiliter dicit Ange. quod conſultus per illa verba, quid iuris, debet conſulere
de omnibus eam concernentibus iuſtitiam cauſæ, quam ordinem iudicij, & non ſolum de principali, ſed etiam de omnibus acceſſoriis. & idem dicit Ioan de Imo. in l. 40 ff. ad leg.
Falcid & Bal. in l. huiuſmodi. §. ſi Stichum. ff. de leg. 1. & in c. j.
§. 1. de controu. inue. vbi dicit, quod conſultus per illa verba
quid iuris, niſi de omnibus conſulat, non videtur conſilium
reddidiſſe, quia illa verba referũtur ad omne dubium, quod
ex pũcto colligi poteſt, ita dicit Ang. in l. cum ſtipulatus ſim
mihi a Proculo. ff. de verbor oblig & nota iſta verba, quod ſi
formatur punctus, vt conſultor conſulat quid iuris, viſo toto proceſſu, & omnibus ſcripturis, quod tunc neutra pars
poteſt contradicere formationi puncti articuli. & quod conſultor tenetur conſulere ſuper omnibus dubitationibus quę
colligi poſſunt, ſiue illæ dubitationes reſpiciant merita cauſæ, ſiue ordinem iudicij, & quod niſi conſuluit ſuper omnibus non videtur conſuluiſſe, & ſic arctabitur ad formãdum
conſilium ſuper omnibus, niſi tempora conſulendi, & deponendi conſilium eſſent lapſa, quia tunc eſſet functus officio
ſuo, & eſſet neceſſe, quod fieret noua commiſſio, & hoc tene menti.
In glo diuide ipſam in quatuor partes.
In prima parte gl. quærit, an iudex in qualibet cauſa poſſit conſulere principem.
In ſecunda, an liceat conſulere principem ſuper dubio
iuris.
In quarta, an poſſit appellari, poſtquam princeps reſcripſit. ſecunda ibi, ſi vero vult euitare tertia ibi, ſi vero iudex dubitat. quarta ibi, ſi autem non appellatur.
In prima parte gl no. glo. in qualibet cauſa tam ciuili, quã
criminali poteſt iudex conſulere principem.
Et ex hoc infertur, quod etiam ſi cauſa ſit criminalis iudex poteſt eam committere conſilio Sapientis, & hoc videtur probari hic, dum facit mentionem de proceſſu inquiſitionis quod tene menti.
9 In ſecunda parte glo dic, quod ſi † iudex fingeret ſe dubitare, vbi non dubitat ad hoc, vt euitet onus dubitandi, quod
efficitur infamis, & puniri debet in triginta pondo auri, in
l. 2. C de legib ſed Hoſtien. & Ioan. And dicunt, quod illa pęna non habet locum in iudicibus eccleſiaſticis, cum ſatis ſit
pœna cap. cum ę terni de re iudic. in vj & Doct. communiter
hoc ita tenent. ſed domi. Abb dicit, quod licet iſta opinio
tanquam æqua in iudiciis eſſet ſeruanda, tamen mero iure
poteſt dici contrarium, quia cap cum ęterni, non loquitur
in materia relationis, ſed in iudice iudicante contra iuſtitiã,
& contra conſcientiam, vnde cum ſit diſpoſitio generalis,
non debet referri ad alias pœnas in ſpecie prouiſas l. ſancio
legum ff de pęn.
Secundo dicit, quod ſaltem concurrere debet vtraque pęna, quia cum pęna cap. cum ęterni. ſit ſpiritualis, non debet
tollere pęnam cap. cum ęterni, temporalem, ſecundum no.
in cap pro humani. de homicid in vj. facit cap felicis § per
hoc de pęn eod lib. ſed poteſt dici ſuſtinendo opin Hoſt. Io.
10 And. & Doct quod ex quo lex † canonica non ſuit vſa pœna
iuris ciuilis, ſed impoſuit aliam pęnam, videtur noluiſſe vti
pęna impoſita per ius ciuile in foro ſuo. facit quod notat
glo. in ſimili, in cap. primo. in verbo, tractatus, de rebus eccl.
non alien.
In tertia parte glo do. Abb. dicit, quod ex tribus cauſis po
11 teſt † referri negocium ſuperiori.
Primo ex natura ipſius eccleſiæ, vt quia eſt de maioribus cauſis ſoli principi reſeruatis, vt in c. maiores de bapt. &
in c. ut debitus ſ. eo. & per glo. in c. quod tranſlationem ſ de
offi leg & in hac relatione nõ habet locum diſpoſitio huius
cap. & quia cauſa eſt decidenda in auditorio principis.

Secundo

Secundo modo fit relatio virtute delegationis iam factæ,
vt quia princeps delegauit cauſam cognoſcendam, & inſti-
tuendam, & poſtea remittendam a iudice,qui eam commi
ſit, vel ſi princeps, ſeu ſuperior ſimpliciter committit,vt in-
fra certum terminum cauſa inſtructa remittatur ad eum, &
in hac relatione non habet locum adhuc diſpoſitio huius
cap quia totus proceſſus eſt remittendus ad ſuperiorem,nec
ſtatur verbis iudicis, niſi quatenus conſtitent ex proceſſu,vt
in cap.quoniam contra de probat.& de iſta relatione loqui
tur tex.in cap cum Bertholdus de re iudic.& in cap.fin infra
de accuſat & ibi Innoc.dicit,quod talis delegatus poteſt aſſi
gnare terminum partibus, infra quem fit remiſſio cauſæ.&
idem dicit dom.Abb in cap cum Bertholdus.

Quid autem ſi princeps commiſit alicui cauſam infra cer
tum terminum decidendam:puta infra tres menſes,& quod
12 alioquin,remittat cauſam,† nunqd ſi iudex remittat, ante fi-
nitum terminum valeat remiſſio Ioan.And hic dicit,quod
non, & Bal.hic in fi argum.l in fideicommiſſi. §.cum Polli-
dius ff.de vſur & idem dicit hic Ioan.de Imo.in vlt.col. con-
cludens, quod poſt lapſum termini habet poteſtatem refe-
rendi, non autem procedendi vlterius, vel diffiniendi, niſi
antequam lapſus eſſet terminus, fuiſſet prorogatus de con-
ſenſu partium,arg.cap.de cauſis,de offic deleg & ſic conclu
de, quod ante lapſum termini iudex non poteſt remittere,
ſed poſt lapſum termini tunc tenetur remittere, nec poteſt
in cauſa procedere,antequam terminus laberetur eſſet pro-
rogatio, vt dicto cap.de cauſis.de offic.deleg & ff.de iudi. l.a.
ſi iudex.

13 Tertio modo poteſt fieri relatio † ſuperiori cauſa conſu-
lendi cum ſuper aliquo dubio iuris. & hoc caſu loquitur iſte
tex.& l.1.& 2.& 3 C.de relat. nam quia tunc non remittitur
totus proceſſus ad principem, ne fatigetur, ſed ſolum elici-
tur ex actis articulus, ſuper quo dubitatur, & iudex poſſet ar
ticulum non bene formare, ideo non ſtatur relationi, niſi
copiam dederit partibus, vt ſic de conſenſu partium ſit for-
matus articulus, & in hoc do.Abb.conſiderat tres caſus,ſed
14 melius eſt facere quatuor † caſus.

Primus eſt, quando articulus cõſultationis formatur par
tibus conſentientibus,ſeu ſaltem non contradicentibus.

Secundus, quando altera ex partibus contradicit, vel ap-
pellat.

Tertius eſt caſus,quando altera ex partibus eſt abſens per
contumaciam.

Quartus caſus eſt,quando eſt abſens ſine contumacia.

Primo caſu ſi partes nõ contradixerunt conſultationi for
matæ per iudicem,non poſſunt amplius contradicere,ſecũ-
dum dom.Abb.& idem dicit Innoc.& Ioan.And.& commu
niter Doct. & do.Abb. ad hoc allegat notabile dictum Bart.
in d.l.2. C.de relat.vbi dicit,quod ſi iudex aliquid dicit, vel fa
cit præſente parte,& non contradicente,cenſetur pars con-
ſentire, & ideo dat cautelam, quod ſcribatur in actis parte
præſente,& contradicente,& ſi pars contradicit,quod ſcriba
tur parte præſente,& non conſentiente.

Et ex hoc no.pulchram limitationem ad regulam,qui ta-
cet.in 6.& ad no. per Innoc in cap in Geneſi. vbi dicit, quod
tacens non habetur pro conſentiẽte in his quæ poſſunt eſſe
præiudicialia ipſi tacenti,licet ſecus in his quæ ſunt appetibi
lia, & fauorabilia : nam hoc fallit in iudicialibus, in quibus
15 tacens† habetur pro conſentiente in his quæ fiunt,vel dicun
tur a iudice facit l.cum oſtendimus.§ fin.ff de fideiuſſ. in to.
dicit tamen Bart.vbi ſupra,quod hoc nõ habet locum in ſen
tentiis interlocutoriis,vel diffinitiuis,quia ſi ſunt latæ parte
præſente, & non contradicente non præiudicant, niſi pars
taceat per decem dies,vel alium actum faciat, per quem vi-
deatur tacite conſentire.& illud dictum Bart ſequitur dom.
Abb hic.& in cap quoniam contra.de probat. vnde Bal in l.
ne in arbitris circa fin. C.de arbi dicit,quod ſi notarius dice
ret in fi.ſententiæ, lata fuit ſupradicta ſententia præſentibus
partibus, & audientibus, & non contradicentibus, per hoc
non præiudicatur parti,quin poſſit appellare poſt decẽ dies.
& ſupradictam concluſionem. ſ. ꝙ ſi pars non contradicit,
a non poſſit poſtea contradicere,vel appellare. [a] ſequitur etiã
hic Bal poſt princ.dicit enim, ꝙ ſi articulus eſt editus, ſuper
quo debet fundari conſilium,& pars non contradicit,vr̃ cõ-
fiteri ꝙ articulus ſit verus,& bene formatus, nec põt poſtea
appellare a formatione puncti,quia vr̃ cõfeſſus. prout in ar
ticulo cõtinetur,alleg l.ſi ff de app. reci. vbi dicit caſum eſſe
ſingularem. Et ex hoc ſum expeditus de primo caſu.

In ſecundo autem caſu ſ quando pars eſt præſens,& con-
tradicit.relatio non facit fidem,niſi aliter probetur ex actis,
vt hic,& in l.1 § quæſ.tum.ff eo & in l.2 C.de relat.ſi tamẽ iu
dex interloqueretur.articulum eſſe bene formatum,neceſſa
ria eſſet appellatio,vt dicit hic do Abb plus dicit hic Bal ꝙ
etiam ſi iudices ſint plures, nõ ſtatur relationi,eorum parte
contradicente, niſi coram ipſo ſuperiore ſolemniter teſtifi-
centur an tamen iudex poſſit teſtificari de geſtis coram ſe,di
xi in c cum a nobis.de teſtib.

In tertio caſu ſ.quando relatio ſit parte præſente per con
tumaciam. Innoc & Io.And dicunt, ꝙ non facit fidem, nec
ei creditur,niſi quatenus conſtet ex actis,vt d. c.quoniam cõ
tra.de probat hoc tamen intellige, niſi iudex pronunciaſſet
articulum eſſe formatum.prout res ſe habet,quia neceſſariũ
16 eſſet appellare,vt dicit dom.Abb † nam non appellando vi
deretur conſentire,vt in l.ab eo. C.quomo & quan.iud.& in
l.1.c.ſi ſæpius in integ.reſtit.per.ſue.& in c quod ad conſulta-
tionem.ſ.de re iudic.

In quarto autem caſu ſ.quando relatio eſt facta parte ab
ſente,& non per contumaciam.glo.hic in fi tenet, ꝙ relatio
ſit nulla, quod ei non debet credi, niſi quatenus conſtet ex
actis,cum deberet dari copia parti.

17 Sed iuxta prædicta quæro, † an relatio debeat dari aperta
vel clauſa. & conclude vnico verbo, ꝙ debet dari aperta. &
hoc ſenſit glo.multum not.in clem.2.eod.tit.in verbo,obla
18 tos.in ſi.quæ dicit, ꝙ † appellans non tenetur recipere apo-
ſtolos clauſos,& ſigillatos & pro hoc allegat iſtud cap.& ſic
videtur velle, ꝙ etiam relatio debeat dari aperta. poteſt ta-
men dici, ꝙ ſi pars habuit copiam relationis, ꝙ poſtea rela-
tio poteſt mitti ad ſuperiorem clauſa. Item dic, ꝙ vbi debet
dari aperta, ſi pars reciperet relationem clauſam,& non co
tradiceret, nec appellaret eſſet ſibi imputandum,argu.cap.
cum olim magiſter.ſ.de offic.deleg.ſecundum Io.de Imo.&
hoc eſt de mente glo.præalleg.

In vltima parte glo.do.Abb. dicit quatuor actus eſſe con-
ſiderandos.

Primus eſt,quando iudex pronunciat de conſultatione fa
19 cienda, & ab illo non † poteſt appellari, vt in l.1.§.hinc con
ſequenter.ff eod. ratio eſt,quia iudex non grauat,vt ibi dicũ
tur. hoc tamen intelligas, quando relatio fit in caſu licito,
alias ſi malitrioſe referat, vt euitet onus iudicandi, poterit
pars appellare,& hoc tenet Bal in l.fin.C.de relatio.& Ioan.
de Imo.hic.

Secundus actus eſt ipſa formatio conſultationis,& ab iſto
actu poteſt a principio appellari, ſi iudex verũ nõ exprimat,
vt in l.1.§ j.ff eod.ſed ſi pars conſenſit tacite,vel expreſſe,non
poteſt ante ſententiam contradicere,vt d.l.j C.de relat.

Tertius actus eſt ipſa reſponſio principalis,& ab ea nõ po
teſt appellari,quia facit ius inter partes l.1.ff.de conſti.princ.
& in c.in cauſis.ſ.de re iudic. Tu limita, niſi princeps ſit cir-
cumuentus in narratione facti,quia tunc poſſet appellari,vt
dicit Bal.in l.fi.circa fi. C.de relat.

Quartus,& vltimus actus eſt ipſa ſententia diffinitiua,quã
20 iudex profert ſecundum† reſponſionem principis,& ab iſta
poteſt appellari,vt in l.1 § j.ff.eo nam poterit probari in cau
ſa appellationis,quia punctus nõ fuit bene formatus, ſi pars
non conſenſit formationi puncti, & ſi conſenſit,poterit al-
legare, ꝙ per errorẽ conſenſit,& amplius poterunt fieri pro-
bationes ex nouis actis, qa appellatio a diffinitiua poteſt ex
nouis actis,& ex noua cauſa iuſtificari,vt dixi ſ eo.cum cau
ſam. in glo.fi probatur in c.cum Ioannes Eremita.ſ de ſuin-
ſtrum.& in l per hanc.C.de temp appell.

Et ex hoc infert do. Abb quod licet partes conſenſerint,
vt iudex ferat ſententiam ſecundum conſilium alicuius pe-
riti.& conſenſerunt etiam puncto formato per iudicem, ni-
hilominus poterit appellare a ſententia iudicis lata ſecun-
dũ conſilium Sapientis per rationes ſupradictas.& quia non
conſenſerunt in iuriſperitum tamquam arbitrum, vel in ar-
bitratorem, ſed in virum ſcientificum,allegat in ſimili, quia
21 † a iudice obtento de cõſenſu partium poteſt appellari, ſ
c.cauſam de re iudic.& in l ex conſenſu.ff de appel.ſic etiam
in teſtibus, nam licet producẽdo teſtem approbet ipſius per
ſonam.4.q 3. ſi quis teſtibus. nihilominus poſſum eius dictũ
reprobare.vt not glo & Doct in c.præſentium ſ de teſtib &
hanc concluſionem firmat Bar.in l 1 § 1 & in l ea conſenſu.
ff.eo. de quo articulo vide plenius per Bart. & alios Doct.in
l.ſi conuenerit ff.de re iudi.& in l.1 § ſi plures. ff.de exerci. &
per Innoc & Io.And.& do.Abb.& alios Doct in c.ſi pro de-
bilitate.ſ.de off.dele & per Io.An.in regula,nullus pluribus.
lib 6.& per Io.de Imo.in l j § quæſitum.ff.eod.tit.

22 Extra gl quæro,quo tempore debeat fieri† relatio,de qua
in tex.& dicit Bal prope fi ꝙ debet fieri poſt omnẽ diſcuſſio-
nem cauſæ,quia relatio habet vim concluſionis in cauſa, vt
in c cũ a nobis,de dilat.niſi referentes aliud habeant in man
datis:puta quia eſt mandatum,vt remittat cauſam poſt cer-
tum

ADDITIO.

a ſidem dom.Abb.in c.quoniam contra.18.col.verſ.nunc quæro.de probat.

tum tempus inſtructum, vel non inſtructam: nam tunc de-
23 bet fieri † relatio ſm formam commiſſionis. & ſubdit, ꝙ relatio facta non ſm formam commiſſionis, non valet. & ſubdit, ꝙ ita tenet hic Innoc. & idem dicit de conſilio conſultoris, quia non valet niſi ſeruet formam commiſſionis, allegat l cum qui duobus. §. filius. ff. de acquir. hæred. & idem dicit in quocunque habente auctoritatem ab alio, & eſt, quia debet conſequi mandatum: alias non valet, quod facit, allegat ff. de acquir. hæred. l. ſi quis mihi bona. §. coram. & l. coram. & l. 1. § ſi plures. ff. de exercito. & l. qui Romæ. §. Calimachus. ff. de verbor. oblig. & l. Titium & Mæuium. in princ. ff. de admin. tut. no. bene verba Bal. ex quibus habes duo noranda.

24 Primo, ꝙ poſt relationem † non ſunt recipiendæ aliquæ probationes, quia relatio fit per omnem diſcuſſionem cauſæ, & habet vim concluſionis cauſæ.

Et ex hoc infertur, ꝙ poſtquam cauſa eſt commiſſa conſilio Sapientis, non poteſt fieri aliqua probatio coram conſultore, quia talis commiſſio non fit niſi poſt concluſionem in cauſa, poterit tamen conſultor probationem, quæ reſultat ex confeſſione partis, hoc tenet glo. quæ reputatur ſingularis, in auth. ſed iam neceſſe, & in corpore, vnde ſumitur, de do. ante nup. facit quod no. glo. in l. in contractibus. §. de illo. C. de non num. pec.

25 Sed nunquid † conſultor poterit conſulere iudici, vt differat iuramentum. vide Barto. & alios ſcribentes in l. generaliter. C. de reb. credit. & Ioan. And in Spec. de prolat. ſent. §. iuxta. verſic. ſed iudex. & plura dixi in ca. quod ad conſultationem. ſ. de re iudic.

26 Secundo nota ex verbis Bal. quod non † valet conſilium Sapientis, ſi non ſeruat formam commiſſionis, & idem in quocunque habente auctoritatem ab alio, ſecundum eum. pro quo vide bo. gloſ. in clement. j. in verbo, inhibentes. de iure patrona.

27 Vltimo quæro, nunquid de voluntate † partium poſſit recedi a conſultatione, ſeu relatione fienda per ſuperiorem. & in hoc lo. de Imo. valde inſtat. Sed breuiter conclude, quod aut relatio eſt præſentata ſuperiori, & tunc non poteſt ab ea recedi etiam de conſenſu partium, vt in c. bonæ. ſ. de poſtu. prælat. & in c. licet. in fi. ſ. de offic. lega. & hoc tenet ibi dom. Abb. & ſequitur Ioan. de Imo. hic, & Spec. eod. tit. §. effectus. in fi. Aut nondum eſt præſentata ſuperiori, & hoc caſu Bar. in l. ad principem. ff. eod. vr velle, ꝙ iudex poſſit reuocare relationem etiam inuitis partibus, & ꝙ valeat reuocatio, & proceſſus per eum factus, niſi interponatur appellatio. ſed Ioan. de Imo. hic tenet contrarium, & in l. j. §. quæſitum. ff. eod. licet Ang. ibi ſequatur opin. Bar. ſed Spec. in tit. de relat. §. effectus. in princ. cum quo tranſit ibi Ioan. And. tenet, ꝙ non valet proceſſus iudicis, poſtquam retulit cauſam ad ſuperiorem, cum ab eo ſit abdicata iuriſdictio, & per conſequens proceſſus eſt nullus. Idem vr velle Io. And. in c. legitima. de appell. in 6. hoc tamen procedit, niſi de conſenſu partium iudex reuocaret relationem, quia tunc valeret proceſſus, vt in d. l. ad Imperatorem. & idem tenet Bal. in l. fin. in princ. C. de relat. & dic ſecundum Bal. hic, ꝙ etiam ſi princeps cui eſt facta relatio, ſit mortuus, nihilominus ipſa re-
28 latio non expirat, quia fit † dignitati, quæ nunquam moritur, vt in c. ſi gratioſè. de reſcrip. in 6. ita concludit Bal. hic in 1. col. verſ. & no. quod. in Rubr. de relat.

Nunquid autem ſi iudex commiſit cauſam conſilio Sa-
2 pientis, & iudex † tulit ſententiam, non expectato conſilio valeat ſententia. Bald. hic dicit, quod aut de conſenſu partium eſt aſſignatus terminus conſultori, & non valet ſententia lata ante terminum, ſed elapſo termino ualet ſententia, etiam ſi conſultor non reddiderit conſilium, ut infra eod. ſi- [illegible] ante. tunc enim dilatio non pendet, licet noua ſit dandia dilatio: aut iudex ex primo motu commiſit cauſam conſulendam, & tunc non tenetur expectare conſilium conſultoris, & ſic intelligit Bartol. l. ad principem. & idem tenet Bald. in l. fin. in princip. C de relatio. de hoc dixi in capit. ut debitus. in glo. in verbo, cauſa. ſupra eod. & hæc ſufficiant. Sequitur capitulum, ſignificante.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio licitè conceditur, ſi ante litem conteſtatam per iudicem aliquid innouetur.*
2 *Ius competere poteſt alicui in certo loco, vt victualia vendantur.*
3 *Molendinum conſtruere in loco proprio, quilibet poteſt ſaluo iure publico, & nauigio.*
4 *Ius negatiuum, ſcilicet quod non poſſit in alio loco vendi, non acquiritur conſuetudine, vel præſcriptione, niſi præceſſerit prohibitio, vel patientia aduerſarij.*
5 *Clerici poſſunt habere macellum, in quo vendunt carnes.*
6 *Sacerdos poteſt tenere tabernam per tertiam perſonam exercitam, vel dicta pecunia recipere lucri partem.*
7 *Clericis an liceat negociari.*
8 *Turbari quaſi in ſua poſſeſſione videtur habens priuilegium ſolum vendendi, ſi idem ab alijs venditur.*
9 *Innouare non videtur qui lite pendente vtatur ſua quaſi poſſeſſione, licet talis vſus ſit contra ius principaliter in iudicio deductum.*
10 *Dilatio data de conſenſu partium non poteſt reuocari.*
11 *Impedimentum procuratoris facientis cōtra mandatum domini, præſtat domino ſecundum annum ad proſequendam appellationem.*
12 *Procurator habens mandatum legitimum, poteſt impetrare iudicem ſuper ipſa appellatione.*
13 *Appellans ex pluribus cauſis copulatiuè deductis, poteſt iuſtificare appellationem, probando alteram cauſam tantum.*
14 *Poſſeſſio non debet interdici lite pendente.*
15 *Poſſeſſio etiam contra ius commune non debet turbari lite pendente.*
16 *Dictio præſertim, pro maximè ſumitur.*
17 *Officium iudicis quando implorari poſſit.*
18 *Iudex delegatus poteſt facere ſequeſtrum ante litis conteſtationem.*
19 *Delegatus poteſt abſoluere partes ab obſeruatione iudicij, ante litis conteſtationem.*
20 *Lis pendere quando dicatur quo ad reuocationem attentatorum.*
21 *Dilatio data de conſenſu partium non reuocatur.*
22 *Appellari poteſt etiam ab actu nullo.*
23 *Dilatio per iudicem data, in qua certum eſt nihil facere partem, quia nimium ſe arctauit, an expectanda ſit, vt pertranſeat.*
24 *Reus an poſſit renunciare ſuis defenſionibus in cauſis inferentibus pœnam ſanguinis.*
25 *Dilatio de iure naturali non datur delinquenti.*
26 *Dilatio, & termini aſſignatio ſunt de iure poſitiuo, ſecundum Bal.*
27 *Appellans poteſt expreſſe renunciare appellationi.*
28 *Suſpectus de fuga poteſt capi pendente dilatione.*
29 *Tertius comparens pro ſuo intereſſe, pendente dilatione eſt audiendus.*
30 *Dilatio eadem, an poſſit aſſignari ad plures actus ſucceſsiue faciendos, ſeu diuerſos.*
31 *Dilationis aſſignatio, dilatione pendente non habetur pro innouatione, maxime cum ſit ad alios actus faciendos.*
32 *Procurator excedens fines mandati, non præiudicat domino.*
33 *Pacta quod non vendatur alteri, uel niſi pro tali precio, non ualent.*
34 *Pactum præiudicans publicæ vtilitati non debet valere.*
35 *Officiales poſſunt ſtatuere certum precium rebus.*

CAP. LXIX.

Significante. Si ante litem conteſtatam aliquid innouetur per iudicem circa principale negocium, vel abſque cau-
1 ſa diem aſſignatam præuenit, licite † appellatur, & ſi procurator in proſecutione appellationis non ſeruauit formam mandati, auditur appellans etiam poſt annum. hoc dicit. In prima ponitur appellationis narratio. In ſecunda cauſæ cognitio. ſecunda ibi, ideoque.

Nota primo ex tex. quod poteſt alicui in certo loco ius
2 † competere, vt alibi, quam in locis ſuis victualia non vendantur. & idem dicit dom. Abb. in furno, uel in molendino, ſcilicet vt non coquantur panes, præterquam in furno ſuo, vel molatur frumentum, præterquam in ſuo molendino, & idem in ſimilibus. nam hoc ius poteſt competere ex conſuetudine, vel priuilegio, idē dicit hic Bal. dicit enim, quod hoc ius negatiuum, quod ſcilicet alibi non poſſint uendi carnes, poteſt competere ex conſuetudine, & quod etiam poteſt præſcribi, & dicit, quod ualde intereſt habere talia loca, quia tales ſtationes, ſiue ſtallæ ſunt magni ualoris, & dicit, quod eodem modo poteſt præſcribi ius negatiuum, quod ciues non poſſint ire ad molendinum, niſi ad molendinum meum, uel quod ſolus habeam molendinum, & quod aliud non poſſit conſtrui in meū præiudicium. & hæc omnia probantur in iſto tex. notabili. de iure autem com-
3 muni quilibet in ſuo ſolo poteſt conſtruere † molendinum ſaluo iure publico, & nauigio. l. quominus. & ibi per Barto. ff. de flumi. facit capitulum, ſuper quibuſdam. §. præterea. de verborum ſignificatio. vbi patet, quod poteſt ius colligendi vectigal, ſeu pedagium acquiri conſuetudine, ſeu præſcriptione. dicit tamen dom. Abb. hic in primo notabili, quod requiritur, quod uolentes alibi exercere, fuerunt prohibiti, & quod acquieuerint prohibitioni per tempus legitimū ad præſcriptionem complendam, allegat not. per Cyn. in l. 2. C. quæ ſit longa conſuet. facit l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſeruit.
4 vend. & in hoc bene dicit dominus Abbas, quia † ius negatiuum, quod non poſſint in aliquo loco uendi uictualia,

uel iri ad molendinum , uel ſimili non poteſt acquiri con-
ſuetudine,uel præſcriptione,etiam tanti temporis, cuius ini
tij non eſt memoria. niſi præceſſerit prohibitio, uel patien-
tia aduerſarij & de hoc eſt tex in l.1. C.de ſeruit.& aqua. ſe-
cundum vnum intellectum.facit ff.de vſucapio.l.ſequitur.§.
ſi viam de quo vide bo.glo.in c.Abbatem in glo.3 . de verb.
ſign.& in l qui luminibus.ff.de ſerui.vrb præd alias ſi quis ſta
ret per mille annos, ꝙ nõ venderet carnes in domo ſua.poſ
ſet vendere niſi fuiſſet prohibitus,& acquieuiſſet prohibitio
ni per tempus ſufficiens ad præſcriptionem .& Idem ſi quis
per mille annos tenuiſſet domum ſuam depreſſam , poſſet
eam eleuare altius, nec vicinus poteſt prohibere,quod non
eleuet,vt offuſcentur ſua lumina.l.altius. C.de ſeru.& aqua.
& hoc niſi fuiſſet prohibitus , & acquieuiſſet prohibitioni
per tempus legitimum ad præſcriptionem.

Ex quo conclude, quod iura negatiuum,ſeu ſeruitus nega
tiua,non poteſt acquiri præſcriptione, vel conſuetudine,ni-
ſi interueniat prohibitio , & acquieſcatur prohibitioni per
tempus ſufficiens ad præſcriptionem. facit l hæc autem in-
ra.ff de ſeruit.vrba.præd.

5 Secundo no.ex iſto tex ꝙ clerici † poſſunt habere macel-
lum in quo vendantur carnes,ſed ꝯ hoc facit clem.1 de vi.&
hon.cler.vbi patet,ꝙ clerici non poſſunt exercere officium
macellariorum, nec tabernariorum, immo ſi clericus exer-
cet perſonaliter,& tertiò monitus nõ ſe correxerit, ꝑdit pri
uilegium clericale. & hoc vr̃ etiam tenere glo in c.j. in ver-
bo,ignominioſam.de vi & hon cler.in 6. quæ dicit,ꝙ ſicut
non licet clerico ingredi tabernam, multominus licet eam
tenere:ſed reſponde,ꝙ hoc eſt verum,qñ exercet perſonali-
ter,vt dicit glo.in d clem.1.in verbo,perſonaliter.ſed per aliũ
tñ poteſt exercere ꝑꝑ neceſſariam, & honeſtam negociatio
nem,vt dicit gl.not.88.diſt.negociatorem.& ita loquitur iſte
tex nam decanus,& capitulum faciebant per alios vẽdi car-
nes,& ſic non exercebant hoc officium perſonaliter.

6 Et ex hoc infertur, ꝙ ſi † ſacerdos in domibus eccleſiæ te-
neat tabernam vẽdendo vinum, ꝙ recolligit de poſſeſſioni-
bus eccleſiæ, non tamen exercẽdo hoc officium in propria
perſona,ſed per alium,ꝙ non incurrit pœnam.d cle.& hoc
vult glo præalleg.ibi,in verbo,perſonaliter. Item infertur,ꝙ
ſi ſacerdos contrahit ſocietatem cum tabernario , vel cum
macellatore,& ponat pecuniam, tabernarius vero,vel ma-
cellator ponat induſtriam , ꝙ ſacerdos licite poſſit accipere
partem lucri acquiſitum in illo exercitio. hoc tamen intel-
ligas, dummodo non apponatur pactum,ꝙ capitale rema-
neat ſaluum , quia tunc eſſet vſura , de quo dixi in c. per ve-
ſtras.ĩ.de dona.inter vir.& vxo vbi examinaui,an ualeat pa
ctum,ꝙ capitale remaneat ſaluum, & ꝙ non ſubiaceat ca-
ſui fortuito,de quo per glo.in c.plerique. in verbo, negocia-
toribus.14.q.3.

7 Sed quantum ad principalem quæſtionem, an liceat † cle
ricis negociari,vel tenere tabernam.vel macellum, exercẽ-
do officium per alium. dic vt per Dom.Dom.in c.vnico. de
vi.& hon cler & per dom.Card. & lo.de Imo in clem 1. ĩ.eo.
tit.& per Doct.in c.fi ĩ eod tit.& in c.j.ĩ ne cler.vel mon.vbi
Doc examinant,an liceat clericis,vel laicis negociari,& per
S.Tho.2.2.q.77.art 4.& in 4.ſentẽ.diſt.17.q.8. in reſponſione
ad quartum articulum.

Tertio no ꝙ eo ipſo,ꝙ carnes,vel victualia vẽduntur ali-
8 bi,vr̃ † habẽs tale ius turbari in ſua quaſi poſſeſſione ipſius iu
ris ſic reſtricti ad certum locum. hinc eſt,ꝙ pro iſtis honorã
tiis, & iuribus incorporalibus, ſeu iuriſdictionalibus, datur
interdictum vti poſſidetis, ne turbetur in ſua quaſi poſſeſſio
ne.& de hoc eſt tex in c.licet.in prin & in fi ſ.de proba. facit
l.ſi quia diuturno.& l.ſicut.§. Ariſto ff.ſi ſerui.vendi.

9 Quarto no. ꝙ non dr̃ quis † innouare ꝯ ſtatum litis, ſi lite
pendente vtatur ſua quaſi poſſeſſione,licet talis vſus ſit con
tra ius principaliter in iudicio deductum.pro quo vide bon.
tex.in c.1.ſ.vt li.pen.& bo.glo.in c non ſolum.in glo.mag. de
appell.in 6.& vide ꝙ habetur in c. cum veniſſent.ĩ.de inſtit.

10 Quinto no. ꝙ † dilatio data de conſenſu partium non põt
reuocari altera parte inuita,& ꝙ pendente dilatione iudicis
officium conquieſcat,& ita ad hoc ſemper allegatur iſte tex.
& in l.ſiue pars. C.de dilat. de quo infra dicetur ſuper glo.in
verbo,præuenire.

11 Sexto nota,quod † impedimentum procuratoris facien-
tis contra mandatum domini præſtat iuſtam cauſam domi
no habendi ſecundum annum ad proſequendum appella-
tionem,de quo tamen infra dicam ſuper glo.fi.

12 Septimo no.a ꝯrio ſenſu, ꝙ † procurator habens mãdatũ
ad cauſam appellationis proſequẽdam,poteſt impetrare iu
dicem ſuper ipſa appellatione, & valet impetratio, niſi dñs
inhibuerit,ne impetret certum iudicẽ,& procurator ipſum
impetrauerit contra formam mandati. de quo vide bo.tex.
in c.cum olim.de cau poſſ.& proprie.& glo.2 ibi.

Vltimo no. ꝙ a,pellãs † ex pluribus cauſis copulatiue de-
13 ductis, poteſt iuſtificare appellationem probando alteram
cauſam tantum,& ſic deducens plura in appellatione,vel in
libello non cenſetur ſe obligare ad probandum quamlibet
partem copulatiue:ſed ſufficit, ꝙ vnam tantũ cauſam pro-
bet,quæ ſufficiat,vt probat iſte tex in fi & in c.exhibita.de iu
di.& ibi vide glo.fi.cui concordat in fi.hic,quæ vr̃ velle idem
eſſe, qñ plures cauſæ copulatiuè cõtinentur in reſcripto,nã
ſufficit vnam probare,quæ ſufficit. hoc etiam firmat glo in
c.2. ſ.de reſcrip. vbi etiam per Doct.& ibi dicam Deo dante.

In glo j ex hac glo eliciuntur duo intellectus ad illũ tex.

Primus.qñ epſ erat in poſſeſſione iuris, ꝙ carnes deberẽt
vendi in ſuis ſtationibus , ſed capitulum dicebat hoc ius ad
ſe pertinere.& iſte intellectus eſt verus in ſe,& ratio dubitã-
di erat, quia iſta quaſi poſſeſſio eſt contra ius commune,ſed
ratio decidendi fuit,quia lite pendente ſuper hoc iure nõ de
bebat epſ prohiberi vti ſua poſſeſſione,quia nõ debet inter-
14 dici † poſſeſſio lite pendente,& ſi ſit de iure ſpeciali. de quo
eſt bo.tex.in c.1.ſ vt li pend vbi patet, ꝙ exiſtens in poſſeſſio-
ne faciendi deferri crucẽ ante ſe, & in aliena prouincia non
15 debet turbari lite pendente,quamuis iſta † poſſeſſio ſit ꝯ ius
commune.facit optime c porro. de diuort. Non obſtat c.ad
decimas.de reſtit.ſpol in 6. quia loquitur in ſpoliato poſſeſ-
ſione,quo caſu non debet fieri reſtitutio, niſi ſpoliatus pro-
bet titulum vt ibi dr̃ ſed iſte tex & iura præall.loquuntur in
nõdum ſpoliato,qui non debet moleſtari in poſſeſſione,do
nec lis decidatur, & ita dicit Dom.Dom.in d.c.ad decimas.
& dicit Bal.hic,ꝙ ſiue poſſeſſio ſit certa,ſiue dubia, quia du
bium debet declarari per ſententiam diſſinitiuam, vt eſt tex.
hic notab. ſm eum, non poterit moleſtari ſuper ipſa poſſeſ-
ſione priuſquam feratur ſententia diffinitiua, & priuſquam
fuerit executioni mandata, vt in l.j. C.de exec.rei iudic. cum
16 ſimilibus.Et ſm iſtum intellectum dictio † præſertim,poſita
in tex.ſtat proprie, quia accipitur pro maxime,& importat
idem in caſu contrario,vt dicit glo.in d c.ad abolendam.de
filus preſbyt.& in c.auditis. in verbo, maxime. de elect.& ſic
erit ſenſus huius litteræ,ꝙ idem eſſet faciendum,etiam ſi lis
fuiſſet conteſtata,quia debet expectari ſententia diffinitiua,
Non enim dr̃ aliquid innouari in præiudicium litis , ſi aliqs
vtatur ſua poſſeſſione,ſicut prius,immo diceretur fieri inno
uatio, ſi prohiberetur vti ſua poſſeſſione, vt d c.j. ſ. vt li.pen-
den.& per glo.in c.non ſolum in glo.mag eod.tit.in 6.

Et ex hoc habes primum intellectum expeditum , ſed vt
dicit do.Abb.iſte intellectus non conuenit litteræ, quia una
eſt neceſſarium ſupplere ad iſtum tex.verbum maxime,pro-
ut facit gloſ.ſeq. cum in tex.ſit dictio præſertim, quod idem
importat, niſi dicatur ſm eum, ꝙ ſuppletio glo.procedit re
ſpectu totius temporis litis pendentiæ , quia non debet ali-
quid innouari in præiudicium poſſeſſionis toto tempore
quo pendet lis . ſed meo iudicio iſte primus intellectus ſans
cõuenit literæ, nec credo quod ſit neceſſarium ſupplere ver
bum, maxime , ex quo dictio præſertim , quæ idem impor-
tat, eſt poſita in tex.

Secũdus intellectus glo.eſt,ꝙ capitulum erat in iſta quaſi
poſſeſſione, & agebat negatoria contra epm turbantem ne
gando hoc ius competere epõ,vel forte agebat confeſſoria
dicendo, hoc ius macelli competere capitulo ſoli . & ratio
decidendi fuit , quia non potuit implorare officium iudicis
ante litem conteſtatam,& ſecundum iſtum intellectum nõ
oportet ſupplere verbum, maxime. gloſ tamen non aperit,
quare hoc officium iudicis non potuerit implorari ante li.
conteſt.ꝯ inquietãtem, & innouantem circa poſſeſſionem.

Sed glo.infra in verbo,ſuper his.ponit duas rationes.

Prima eſt, ꝙ eſt ſpeciale in delegato, cum adhuc poſſ.. ue
cuſari ante lit.conteſt.vnde non debet ei licere impartiri of
ficium iudicis circa negocium principaliter commiſſum ,
cum adhuc non ſit firmata eius iuriſdictio.

Secunda ratio glo eſt, ꝙ officium iudicis non poteſt prin
cipaliter implorari ante lit. conteſt.quia ſuccedit loco actio
nis,ſiue deſeruit actioni intentatæ;ideo debet primo lis con
17 teſtari , ſecus vbi officium † iudicis imploratur incidenter,
quia tunc non eſt neceſſaria litis conteſtatio , & ſic reſpon-
det glo.ad c.2 ſ.de iud.& adde glo.in Rubr.ff.de interr.actio.
quę dicit ,ꝙ officium iudicis miſericorditer imploratur,nec
in eo requiritur libellus,vel litis cõteſtatio.ſed Bal.hic dicit,
ꝙ illa glo.debet intelligi,qñ imploratur officium iudicis cir
ca ordinatoria litis : puta circa interrogationes faciendas ,
antequam lis moueatur,de quibus per gl.fi.& Doct.in c.pe.
ĩ.de iuram caſum.de quibus interrogationibus habetur per
totum tit.ff de interr.act. glo.ergo prædicta loquitur,quan-
do imploratur officium iudicis circa ordinatoria iudicij .

Sed hæc gloſ. intelligitur , quando imploratur circa ea,
quæ

quæ reſpiciunt deciſionem litis, ita dicit Bald.hic, ſed multi reprobant iſtum intellectum gloſ.& præſertim Butr.dicens, quod ea quo capitulum erat in hac poſſeſſione, poterat implorari officium iudicis etiam, ante litem conteſtatam, vt nihil innouaretur in præiudicium poſſeſſorum. ſed domin. Abb. dicit ſe credere, quod hæc lectura poſſit ſatis intrinſece ſuſtineri intelligendo, ꝙ ille eṗs negabat capitulum eſſe in hac poſſeſſione,& ſibi in hoc ius cõpetere,& de hoc erat contentio inter ipſos,ideo lite pendente ſuper his non debebit eṗs prohiberi in hac facultate a iure non reprobata, vnde non erat licitum iudicibus ſuper hoc aliquid interloqui lite non conteſt.arg.c.conſultationibus. de offic deleg. pro quo dicit dom. Abb eſſe optimum tex.in c.2.iuncta glo.fin. vltra medium.ſ.de reſtit in integ & ideo non erat licitum iudicibus delegatis ſuper hac poſſeſſione ſe interponere ante litem conteſtatam,cum de ea eſſet contentio, ſed poſt litis conteſta. ea quo agebatur de poſſeſſione,& proprietate,potuiſſent interloqui, ſi prius conſtitiſſet de poſſeſſione,quàm de proprietate,ad hoc c.cum veniſſent.ĩ.de inſtit.

Fatetur tamen dom. Abb. ꝙ ſi conſtitiſſet de poſſeſſione actoris,nec de ea eſſet contentio, ꝙ licite poſſet etiam delegatus officium ſuum impartiri,& reuocare omnia attentata in præiudicium poſſeſſorum etiam li non conteſt. pro quo allegat bo.tex cum glo in clem.2.vt li pend.

Et ea his verbis dum. Abb poteſt inferri,an delegatus poſſit impartiri officium ſuum,hoc eſt ſequeſtrare poſſeſſionẽ, vel eum facere deponi , vel abſoluere partes ab obſeruatione iudicij: nam multi tenẽt, ꝙ delegatus non poſſit hoc facere ante li.conteſ.& hoc tenuit glo & etiam Bal.in l.ſi reus

18 paratus ff.de procur. vbi dicit, ꝙ † iudex delegatus non poteſt facere ſequeſtrum, vel depoſitum ante lit conteſt.vt in l. conſentaneum. C.quo. & quan. iud. dixit, ꝙ delegatus ante li.conteſt.non poteſt abſoluere partes ab obſeruatione iudicij.& idem tenuit glo.in l j.in princ. C.ſi a non compet iudi.& in l.2.C.de iuriſd.omn.iudi. & iſtam opin.etiam firmat Bal.in c.1.in 5.col.in princ ſ.de ſequeſtr.poſſ.& fruct. vbi tenet, ꝙ delegatus ante lit. conteſta. non poteſt facere ſequeſtrum.ſed Innoc.ſ.eod.ſæpe. ſenſit ꝯrium.vbi voluit,ꝙ officio iudicis delegati etiam ante lit conteſt. contumax poſſit condemnari in expenſis,& etiam mulctari.& idem Inno.in

19 c.conſuluit.de offic.deleg. tenuit expreſſe, ꝙ † delegatus etiam ante lit. conteſt. poſſit abſoluere partes ab obſeruatione iudicij.& pro iſta opin.eſt bo tex in c.2 de do.& contum. vbi delegati ſequeſtrauerunt poſſeſſ.ante lit.conteſt. & licet iſte tex. loquatur de delegato principis , tamen idem dicendum eſt in delegato inferioris, quia eſt eadẽ ratio. & de hoc eſt bo.tex in c cum veniſſent.ſ.de eo qui mit.in poſſ vbi delegati legati de latere miſerunt actorem in poſſeſſionem ꝑꝑ contumaciam rei. & iſtam opin.etiam hic tenet Bur. & do. Abb & Hoſt.& Io de Imo.hic.& Spec.in tit.de offic.iud.§ diſcemit.verſic.ſed quæritur.& ibi per Io. And in addit.in titu.de ſequeſtr.in fi.& But & dom. Abb.in c.pen de ſeq poſſ.& fruc. vbi dicũt, ꝙ delegatus poteſt facere ſequeſtrum. iſtam opi. etiam tenet Bart.in d.l.ſi reus paratus.ff.de procur.vbi reprobat glo ibi dicens, ꝙ etiam ante lit.conteſt. iudex delegatus poteſt facere fieri depoſitum, nec in hoc requiritur litis conteſtatio.quia per cõteſtationem delegatus non efficitur dominus litis,vt in l.iudicium ſoluitur ff.de iudic. & idem ſenſit in l.j. C.de iudic. & in l.ſi quis miſſum §.j. ff de dam.infec. ſed Innoc.hic dicit, ꝙ attentata circa rem principaliter petitam,& ſuper iniurijs, & damnis,& fructibus circa illam, ſi talia contingunt poſt lit.conteſt. poteſt officium iudicis delegati implorari, ſecus ſi contingunt ante lit conteſta. & ita dicit poſſe intelligi iſtum tex.approbauit ergo Innoc.intellectum glo. ſ.ꝙ officium iudicis delegati non poſſit implorari ante li conteſt. in his quæ tangunt rem principaliter petitam.ſed Io.de Imo.hic in 3 col. iſtum intellectũ reprobat, quia eadem eſt ratio ante,vel poſt lit.conteſt. cum in vtroque caſu fiat innouatio lite pendente & ideo concludit, ꝙ ſiue aliquid attentẽt ſeparatum a re principaliter contenta in reſcripto,ſiue circa ea quæ contingunt ipſam rem,de qua agitur,poteſt delegatus ſe intromittere,etiam ſi pro illo contingente incipiat noua actio competere. l.non ſolum. ff. de rei vendic.& hoc tenuit Bart.in d l.ſi quis miſſum § j ff de dam. infec.& in l.1. C.de iudic.ſed concorda opiniones, & facias tres caſus.

Primus eſt, qñ officium iudicis delegati imploratur circa ea quæ ſunt ſeparata de re principaliter petita: puta ſi petatũ fieri ſequeſtrum,vel depoſitum in ipſa re,vel ſi petitur reum abſolui ab obſeruatione iudicij ꝑꝑ ineptitudinẽ libelli,vel ſi petitur contumacem condemnari in expenſis ante lit.cont. vel ſi petitur ipſum excommunicari, vel ꝙ ꝯ ipſum fiat immiſſio in poſſeſſionẽ ꝑꝑ contumaciã,vel ꝙ alio modo mulctetur,& in his,& ſimilibus poteſt officium iudicis delegati implorari ante lit.conte.& in hoc concordat cõmunis opi.

Secundus caſus eſt,qñ officium iudicis delegati imploratur circa reſpicientia ipſam rem,de qua eſt quæſtio : puta ſi moleſtatur in poſſeſſione ipſius rei.de qua eſt quæſtio,& ſumus in caſu,in quo conſtat de poſſeſſione illius qui moleſtetur,& hoc etiam caſu officium iudicis delegati poteſt implorari ante lit conteſt. quia omnia attentata lite pendẽte ſunt reuocanda officio iudicis ſine aliquo libello, & ſine li.cont.

20 vt dicit glo.in cle j.vt li. pendẽ dr̃ tamen lis pendere quo ad reuocationem attentatorum , quando præceſſit citatio . & iſtam concluſionem tenet hic Hoſt. & communiter Doct. & ſequitur etiam hic dom. Abb.vt ſupra dixi.

Tertius caſus eſt, qñ cõtingit innouatio circa reſpicientia rem petitam,qñ nõ conſtat quis ſit in poſſeſſione,quia vterque dicit ſe eſſe in poſſeſſione,prout erat hic & hoc caſu nõ põt implorari officium iudicis ſuper reuocatione talium attẽtatorum ante lit cõt. oportet enim.ꝙ cõſtet quis ſit poſſeſſor, antequam talia attentata reuocentur,ſed non poteſt conſtare niſi ſeruato ordine iudiciario ſ porrecto libello li conteſ. & etiam ſeruatis alijs quæ ſunt de ordine iudiciario, vt in c. conſultationibus,de offic.deleg & not glo j in d.clem.2.vt lite pend.& eſt bo.tex.iuncta glo. vltra medium,in c.2 de reſt. in integ ſed poſt lit.cõteſt ſi agitur de poſſeſſione, & proprietate,ſi prius conſtiterit de poſſeſſione,quam de proprietate, poterit ſuper ea interloqui.& reuocari tale attentatum, arg. c.cum veniſſent.ĩ.de inſtit & in hoc caſu loquitur iſte tex & ita debet intelligi Innoc. & iſtam concluſionem firmat hic do. Abb.& hoc etiam modo intellige glo hic, tamen in hoc caſu non eſt facienda dr̃ia inter iudicem delegatum, & ordinarium,quia etiam ordinarius nõ poſſet impartiri officium ſuum ante lit.conteſt. circa ea quæ concernunt rem principaliter petitam , vnde non eſt differentia aliqua quo ad hoc inter delegatum , & ordinarium . Et ea his habes iſtum articulum plene declaratum: nam quotidie fit remiſſio ad iſtam Decret. an officium iudicis poſſit ante litem conteſtatam impartiri .

In glo in verbo,præuenire no. ex iſta glo. duo.

21 Primo , quod vbi eſt data dilatio † de conſenſu partium , iudex non poteſt eam immutare,vel reuocare, niſi interueniat conſenſus partium , vel niſi ſubſit iuſta cauſa reuocãdi.

Secundo no. ex glo. ꝙ pendente dilatione iudex nihil facere poteſt alteri parte inuita.& ſic gl ſentit, ꝙ ſi iudex procederet pendente dilatione proceſſus eſſet nullus ipſo iure. & hoc etiam tenet hic Bal. & in l.ſiue pars. C. de dilat. & in l pen. C de arbit.circa fin vbi poſt Cyn dicit, ꝙ geſta per iudicem pendente dilatione intantum ſunt nulla,quod etiam non poſſunt ratificari , & de expreſſo conſenſu partium , licet ante factum poſſint partes renunciare dilationi Nec obſtat iſte tex. qui vr̃ innuere , quod ſit neceſſaria appellatio :

22 nam † etiam ab actu nullo poteſt appellari,vt in l.ſi expreſſim.ff.de appell.& in c.exhibita. de iud & in c.dilecto.ſ.eod. vbi dixi,& hoc modo intellige iſtum tex.

Sed circa primum dictum glo.ſ.an iudex poſſit dilationẽ ſemel datam reuocare.dom. Abb.diſtinguit tres caſus.

Primus eſt, quando dilatio fuit data ſine cauſæ cognitione ea officio iudicis,& tunc eodem modo ſine cauſæ cognitione poterit reuocari , vt in l.diem proferre. ff. de arbitr. & per Innoc.in c.querelam.ſ.de elect. vbi dicit , ꝙ actus poteſt reuocari ea ſolemnitate qua eſt factus , & ideo ſi dilatio eſt data parte non citata , eodem modo poteſt reuocari parte non citata. & idem dicit Bart.in l.quod iuſſit.ff.de re iudi. & Bal in l.ſi pacto quo pœnam.in princ.C.de pact.vbi refert,& ſequitur illud dictum Innoc. in d c.querelam. & idem ſequitur hic dom. Abb.& idem dixit in c.cum ceſſante. ſ eod. vbi dixit, ꝙ interlocutoria lata parte non citata, poteſt eodem modo reuocari. & iſta eſt clauſula generalis , ꝙ ea quæ ſunt facta de facto, poſſunt eodem modo reuocari de facto, vt ibi dixi.& iſtud dictum tene ſemper menti.

Secundus caſus eſt, quãdo dilatio fuit data cum cauſæ cognitione, & interuenit conſenſus partium , & hoc caſu non poteſt abſque conſenſu partium reuocari,vnde altera parte contradicente reuocari non poſſet,argum.cap.i.de regu.iur. & hoc eſt verum,quando iuſta cauſa non ſubeſſet,alias ſubſiſtente iuſta cauſa poſſet reuocari, vt dicit glo.iſta. & idem ſequitur Hoſt.& Io And.dom.Abb.& Io.de Imo.

Ex quo infert dom. Abb.quod interlocutoria lata de conſenſu partium, non poteſt altera parte inuita reuocari , niſi ſubſit iuſta cauſa,de quo plene dictum eſt in d c.cum ceſſante. & adde Bal.in l.j. in fi. C.ſent.reſcin. non poſ. vbi dicit, ꝙ dilatio aſſignata de conſenſu partium non poteſt per iudicẽ prorogari, niſi interueniat conſenſus vtriuſq; partis. & idem dicit Butr.in cap.2.in fi. ſ.de dilatio. ſed hoc debet intelligi,

dicit ꝙ ſic ſacit c.licet cauſam.ſ.de probat.idem tenet Spec.
in tit.de dila.⁏ ſequitur deliberatorie. & ver.ſeq poterit ergo
dicere iudex,aſſigno tibi decem dies ad producēdum teſtes,
& decem alios dies ad producendum inſtra hoc tamen limi
tat Ioan.de Imo.& dom.Abb.hic,niſi ſecundus actus habe
ret connexitatem cum primo, uel ei afferret præiudicium.
Exemplum,ſi iudex aſſignauit terminum decem dierum ad
faciendas poſitiones,& alios 10.dies ad probandum: tam ta
liter iudex non poteſt aſſignare dilationē: forte enim aduer-
ſarius cōfitebitur omnes poſitiones,vnde fruſtra daretur ſe-
cunda dilatio,vt in c.1 de confeſ.in 6.& forte omnes poſitio
nes negabuntur,vnde longiore dilatione opus eſſet, & ideo
expectandus eſt finis primæ dilationis;ſecus eſt, ſi actus ſint
omnino diuerſi,quia nihil prohibet plures dilationes,ſeu ter
minos ſimul accumulare, nec tunc dr̃ aliquid innouari dila
31 tione pēdēte,ex quo aſſignant̃ †dilationes ad diuerſos actus
ſucceſſiue fiendos, vt dicit Inno.in c.conſuluit de offi.deleg.
idem tenet Bal.in d l ſiue pars. C.de dilat.& adde glo in cle.
ſæpe.in verbo,datorem.de verb.ſign & vide omnino Ioā de
Imo.ſuper ea.& adde ibi Bart.in l quamdiu ff.de acq hæred.
vbi dicit,ꝙ iudex pendente prima dilatione poteſt dare ſecū
dam cum hoc,vt incipiat currere finita prima. & adde glo.
not.in l.1. C.de ſucceſſ.edic. quæ dicit, ꝙ vbi plures habent
ſucceſſionem in hæreditate ordine ſucceſſiuo intra tp̃a pri-
mi,poteſt ſecundus interrogari,an velit adire hæreditatem,
ſeu petere bonorum poſſeſſionem, & tene menti has limita
tiones,quæ ſufficiant.

In glo.in verbo,audiebant.Iſta glo.fuit expedita cum gl.j.
ſ.eod ideo ipſam aliter non repeto.

In glo.fi.diuide ipſam in tres. In prima,& ſecunda oppo-
nit, & ſoluit. In tertia dicit,ꝙ ex triplici ratione iſte ep̃s fuit
auditus ſecunda ibi,ſed vl. tertia ibi,& ita auditur ep̃s.

In prima parte de hoc dic,vt in c.cum olim,alleg.in gl.&
in glo.2.ibi, & teriğ ſ.in 7.notab.

In ſecunda parte glo l loſt.ſoluit ɔ̃trium,alio modo dicēs,
32 ꝙ †procurator exceſſit fines mandati, & ideo non præiudica
uit dn̄o,& ſic non tenebitur dn̄s primo agere ɔ̃ procuratorē
quia impetratio facta per eum non ſeruata forma nō valuit,
vt in l.diligenter.ff.mand.ſed dicit do.Abb hæc reſpōſio po-
teſt procedere quo ad ipſam interpretationem, non autem
quo ad ſuperiorem appellationis, cum procurator non fue-
rit eam proſecutus infra annum. vnde ſolutio glo. eſt me-
lior,quam do.Abb.dicū eſſe notandam pro intellectu iuriū,
quę tribuunt ſm̃ annū impedito:nam ſi impeditur facto ter
tij,non datur ſecundus annus,ſi eſt ſoluendo,ſed agitur ɔ̃ ip
ſum ad intereſſe,ſed ſi non eſt ſoluēdo, tunc appellans reſti
tuitur vt hic,de quo dic,vt dixi ſ.eo.ex ratione vbi eſt ſimilis
glo.ſed do.Abb. aliter ſoluit ɔ̃trium, dicens ꝙ ɔ̃trium proce-
dit,qñ tertius eſt in dolo, ſed iſte procurator non erat in do-
lo,quia fuit circumuentus,vt quia forte fuerunt ei præſenta
tæ litterę falſæ,quæ erant reuocatoriæ illius inhibitionis,vn
de cum procurator non eſſet in dolo,non poterat agi cōtra
ipſum ad intereſſe,ideo debuit dari ſecundus annus.

In vltima parte glo.dic.ꝙ glo.bene dicit,quia tenebat̃ iſte
ep̃s probare impedimentum contingens ex facto procura-
toris ad hoc,vt ſibi non obſtaret lapſus anni,ſed quantū ad
iuſtificandam appellationē ſufficit probare alteram ex dua
bus cauſis,quę fuerunt expreſſę in appellatione.ſ.quia implo
rabatur officium iudicis ante li conteſt.vel quia iudices pē
dente dilatione noluerunt audire partem aduerſam,vnde li
cet iſtæ cauſæ eſſent expreſſæ copulatiue, & coniunctim in
appellatione,tamen ſufficit alteram probare.

Et ex hoc infert gloſ. quod dato, quod Papa in reſcripto
mandet plura coniunctim probari, ſi tamen alterum per ſe
ſufficit, ſatis eſt alterum probari. & idem dicit glo. in d.c.ex
parte ſupra de reſcrip quod tene menti.

Extra glo.oppono contra tex in l.1. C.de monopo.vbi pa
33 tet,ꝙ non ualet pactum,†ꝙ aliis non liceat vendere,quam
certis perſonis, vel ꝙ non liceat vendere niſi pro tanto pre-
tio,vel ꝙ alios non inſtruant in aliqua arte:nam talia pacta
ſunt prohibita,vt in d l.j.Inno.hic tripliciter ſoluit.

Prima ſolutio eſt, ꝙ ibi loquitur de pactis, ſeu ſtatutis ip-
ſorum artificum,quę non valent,ſed Bal.in l.j.hoc intelligit,
niſi artifices haberent arbitrium ſtatuendi a ciuitate, uel a
ſuperiore, vel niſi eſſent ſtatuta ipſius ciuitatis.quæ bene va
lent,licet non ualeant ſtatuta ipſorum artificum,quia colle
gium artificum non habet hanc poteſtatem,vt d l j.

Secunda ſolutio Innoc.eſt,quod licet in prædictis non va
leant pacta,vel conuentiones, valet tamen conſuetudo,vel
priuilegium,vt hic.& hoc ſequitur hic dom.Abb.in fi.& ita
etiam reſidet hic Io.de Imo.

Tertia limitatio eſt, ꝙ prohibitio ſolum fit in d.l.j de per-
ſonis,vel rebus ſ.ꝙ ſolum certę perſonę poſſint vendere,vel
ꝙ certæ res poſſunt pro tanto vendi pretio, non pro mino-
ri,hoc eſt enim prohibitum in d.l.j. ſed ꝙ uendatur in certo
loco tantum,non eſt prohibitum,ita loquitur hic.ſed dom.
Abb.in fi dicit,ꝙ præcedēs ſolutio eſt uerior, & ſecurior.ſ.ꝙ
licet reprobetur pactum,ſeu conuentio tanquam captioſa,
non tamen reprobatur priuilegium,vel conſuetudo.ſed Io.
de Imo. expreſſe reprobat iſtam tertiam ſolutionem Innoc.
quia per eam non tollitur ratio d l.1.vbi prohibetur pactum
quia per illud incommodatur, vel reſtringitur publica utili-
tas,unde ſi ſit pactum, ꝙ uictualia nō uendantur,niſi in cer-
34 to loco,†hoc præiudicabit publicæ utilitati,vnde non debet
ualere tale pactum. facit l.1. § cura carnis. ff.de offic.præfec.
vrb.& l.item ſi verberatum.§ j.ff.de rei vendic. in quibus pa-
tet, ꝙ iudex poteſt ſtatuere certum precium in victualibus,
ita ut non liceat ultra uendere fauore publicæ utilitatis, ne
uendantur certo foro, pro quo etiam eſt optimus tex. in c.
quicunque in fi.de pa.tenen.vbi patet,ꝙ ſtatuere, vt uictua-
lia uendantur certo precio, pertinet ad pacificum ſtatum
Re.pub ita ꝙ faciens contra,incidit in pœnam,de qua ibi.vn
35 de † officiales habentes arbitrium ſuper bono, & pacifico
ſtatu ciuitatis,poſſunt ſtatuere ꝙ uictualia vendantur certo
precio,ut patet in c.quicunque. poteſt etiam prætor,vel iu-
dex ciuitatis partium ſoluere in uictualibus, ut in d.§. cura
carnis,ubi per Bart & in d.l item ſi uerberatum.§ 1. ff.de rei
uendi.ſed ſi tu uis ſubſtinere opin.Innoc.dic,ꝙ ualet pactū,
& conuentio,ꝙ uictualia non uendantur,niſi in certo loco,
quando per hoc nō incommodatur utilitas publica, & hoc
modo poteſt reſpondeni ad d l.1. nam ꝙ uictualia non uen-
dantur minori precio,uel quod non uendantur niſi per cer
tas perſonas,eſt contra publicam utilitatem,ſed ꝙ non ven
dantur niſi in certo loco, non eſt ſemper contra publicam
utilitatem, & ubi non eſt contra publicam utilitatem, ualet
pactum,& conuentio.& hoc modo intellige Inno.& ſic om
nes tres ſolutiones Innoc. poſſunt ſaluari, & ſunt notabiles,
& tenendæ menti. Sequitur cap.interpoſita.

S V M M A R I V M.

1 *Probatio cauſæ pro iuſtificatione appellationis debet fieri coram iudice ad quem.*
2 *Appellatio non iuſtificatur per ſolam reiectionem exceptionis.*
3 *Iudex non dicitur grauare partem, ex quo repellit legitimam exceptionem.*
4 *Iudex debet potius exceptiones admittere, quam repellere.*
5 *Exceptio propoſita coram iudice, & oblata probatione, ſi fuerit recepta ipſo facto, cenſetur iuſtificata.*
6 *Exceptio nulla in dubio præſumitur eſſe vera.*
7 *Mora temporis modica non affert periculum.*
8 *Excipiens non habent neceſſe offerre probationem coram iudice, ſed ex ſuperabundantia offert.*
9 *Probationis oblatio qualis eſſe debeat.*
10 *Excipiens quilibet tenetur probare ſuam exceptionem.*
11 *Soluere qui tenetur, debet non verbis, ſed realiter ipſam pecuniam offerre in iudicio, & coram notario numerare.*
12 *Excipiens licet teneatur probare, non tamen in continenti probare tenetur.*
13 *Malitiæ præſumptio videtur tolli, ſi excipiens incontinenti ſe offerat probaturum.*
14 *Excipiens qui ſe aſtrinxit ad probandum, an ſi infra terminum non probauerit, admitti poſtea debeat ad probandum.*
15 *Excipiens ſe probaturum coram iudice a quo, ſi non offerat, tenetur coram iudice ad quem veritatem probare.*
16 *Probatio ſuſpitionis non debet fieri coram iudice recuſato, ſed coram arbitris.*
17 *Malitioſè quis in dubio præſumitur excipere, qui eam proponendo non offert ſe paratum probare.*
18 *Intellectus c.ex parte de teſtib.hic ponitur.*
19 *Oblatio probationis facta poſt appellationem, nihil operatur.*
20 *Iudex procedendo extra iudicium, procedit tanquam pars.*
21 *Iudex non debet pati notorium deduci ad iudicium.*

C A P. L X X.

INterpoſita. Famoſa eſt hæc Decret. &
multum allegabilis,& quo-
tidiana, & continet quatuor partes. ſecunda ibi,
eidem quoque.tertia ibi,ille denique. quarta ibi,
ſanc. & legatur per partes, ſicut eſt diuiſa per §. & hoc dicit
principium, vſq; ad §. eidem quoque. ad iuſtificandam ap-
1 appellationem oportet probare † veritatem cauſæ,coram
iudice ad quem, niſi coram iudice a quo fuerit oblata pro-
batio,& reiecta,hoc dicit.

Nota primo, quod ex reiectione exceptionis legitimę nō
2 iuſtificatur † appellatio, niſi coram iudice ad quem probe-
tur veritas exceptionis: nam potuit iudex moueri ad illam
repellendam, quia forte putabat illam falſam, ideo cum nō
præſumatur grauamen, debet expectare, donec proctui ve
ritas ipſius exceptionis.
3 Ex quo infertur notabilis regula, ſcilicet quod † iudex
non dicatur grauare partem, ex quo repellit exceptionem
legitimam, licite enim potuit eam repellere putando illam
eſſe falſam,& ideo ad hoc vt iudex dicatur grauaſſe requiri-
tur, vt probetur poſtea de veritate ipſius exceptionis, aliter
non dicitur iuſtificata appellatio. & ita etiam tenet Lap. in
ſua ſecunda allegatione in 2.colum.per iſtum tex.& per cap.
ex parte A.de teſtib.& vide Innoc.in cap.poſt electionem de
conceſſ. præben. vbi dicit, quod licet prima facie appareat
exceptio probabilis & legitima,tamen quando iudex vehe-
menter ſuſpicatur, quod non ſit vera,poteſt iudex huiuſmo
di exceptionem repellere, nec debet timere, quia non caſſa
bitur eius proceſſus, niſi in cauſa appellationis probetur de
veritate exceptionis, vt hic. dicit tamen, quod ſi exceptio eſ
ſet peremptoria:puta exceptio pacti de non petendo,vel ex-
ceptio præſcriptionis,iudex nō debet eam repellere,niſi ma-
iore ſuſpitione moueatur contra excipientem:vbi autem ſu
4 ſpitio non eſſet vehemēs, debet † iudex potius exceptiones
admittere, vt eſt tex.notab in capi licet cauſam.in princ. de
probatio.& adde notabilem cautelam, quam ponit Ioann.
Andr in cap quod ſicut.in fi de elect. vbi dicit,quod ſi iudex
vehemēter ſuſpicatur, quod pars aliquid petat, vel opponat
calumnioſe, poteſt eam aſtringere ad certam pœnam ,ſi in
probatione defecerit.facit c finem litibus.de do.& contum.
& vide tex.cum glo.in c ſtatutum, in fi.de reſcrip in 6.vbi da-
tur cautela contra illos, qui malitioſè petunt remiſſionem
ad partes longinquas pro teſtibus producendis . dic tamen,
quod etiā ſi nulla eſſet præſumptio malitiæ contra excipien
tem , nihilominus tenetur coram iudice ad quem probare
veritatem exceptionis, vt probatur hic,& hoc habet locum
ſecundum dom.Abb. ſiue iudex reiecerit exceptionem dila-
toriam,ſiue peremptoriam.& iſtud dictum mihi placet,quia
tex loquitur indiſtincte, ideo debet intelligi indiſtincte, ſiue
iudex reiecerit exceptionem dilatoriam , ſiue peremptoriā.
iſtud etiam tenent Doct.in c.ex parte.de teſtib.
Secundo no.aliam,& ſecundam regulam, quod ſi propo-
5 nitur coram iudice † exceptio , & etiam offertur probatio ,
ſi iudex tunc admittit exceptionem,ſtatim & ipſo facto cen
ſetur iuſtificata appellatio , ita quod ſufficit corā iudice ap-
pellationis probare exceptionem legitimam fuiſſe oppoſitā,
& probationem fuiſſe oblatam,& quod iudex exceptionem
oppoſitam,& probationem oblatam non admiſit,& iſte eſt
tex.hic ſingularis, quo in iure non reperitur melior, & ſem-
per allegatur ad hoc ratio autem diuerſitatis inter primum,
& ſecundum dictum huius tex.ſecundum Inno. & do.Abb.
eſt, quia cauſa immediata appellationis eſt ipſum grauamē,
vt in c.vt debitus.§.eod. & ex ſola repulſione exceptionis,li-
cet legitimæ , & probabilis , non infertur neceſſario graua-
men, quia cum iudex habeat compeſcere malitiam litigan-
tium, vt in l.quidam ęſtimauerūt. ff.ſi cer.pet. & in clem.j.de
re iud potuit moueri ex iuſta cauſa ad illā repellendam,quia
ſæpe occurrit,quod exceptio in ſe apparet legitima,& tamē
non eſt vera, vt in cap j.de excep.in 6. vnde dicit Bal.quod in
6 dubio nulla † exceptio præſumitur eſſe vera, allegat tex.no.
in l.omnes ff de reſtit.in integr. ſed poſtea quando coram iu
dice appellationis probatur veritas ipſius exceptionis, con-
ſtat , tunc iudicem grauaſſe , & male motum fuiſſe ad reii-
ciendum exceptionem, ſed quando excipiens obtulit ſe pro
baturum incontinenti, tunc iudex non admittens, non ha-
bet aliquam excuſationem, quod non grauauerit, quia om
nis præſumptio malitiæ, quæ erat contra excipientē,fuit pur
7 gata ex oblatione probationis: nam in mora † modici tem-
pus non eſt periculum. l.ſi debitori. ff.de iudic. vnde cum iu-
dex reiecerit, oſtendit ipſo facto iniquitatem ſuam contra
excipientem, vnde hoc ſolum ſufficit probare ad iuſtifican-
dum appellationem , dato quod veritas aliter exceptionis
non probetur , & hoc habet locum, ſiue ſit exceptio dilato
ria,ſiue peremptoria , licet glo. aliter dixerit in c.ex parte A.
de teſtib.ſed communiter reprobatur per Doct.vt ibi dixi.
8 Ex quo infertur,quod licet† excipiens non habeat neceſſe
offerre probationem coram iudice , ſed ex ſuperabundanti
offeratur, argum.l.2 §.1.ff.quorum lega.& l.2 §.ibidem.ff.ad
exhib. ſed ipſe iudex debet requirere probationem aſſignan
do terminum ad probandum, argu.c.prudentiam.§ ſexta.de
offic.deleg & io c.veniens.el ſecondo.§.de teſti. Tamen opti
ma cautela eſt, ꝙ ſi pars velit releuari ab onere probandi in
cauſa appellationis,ꝙ vltro ſe offerat,vt hic.

Sed circa hoc quæro,† qualis debeat eſſe iſta oblatio pro-
9 bationis,& circa hoc ſunt duæ opiniones.
Prima eſt Hoſt qui dicit,ꝙ ſufficit verbalis oblatio:puta ſi
pars dicat,offero me probaturum hanc exceptionē,iuxta il-
lud quod hr̃ in l.ſi is a quo.ff.ut in poſſ.leg. vbi dr̃,hodie con-
ſtat,hodie agitur.& pro iſta opin facit iſte tex.ibi,ſe offerens
probaturum,& ſimiliter ēt loquitur tex.in c.exhibita.de iud.
Secunda opi.eſt Io.And qui exigit oblationem probatio-
nis eſſe realē:puta ꝙ ſecum habeat teſtes,vel infra,& ei offe
rat iudici:ſi enim iudex tunc ſpreuit,& ex hoc appelletur,iu
ſtificata eſt appellatio hoc ſolo probato.
Mouetur,quia ex contraria opi.ſequitur abſurditas; nam
facile eſt excipienti falſo probationem verbaliter offerre.itē
10 quia verbalis oblatio nihil operatur in hoc,cū quilibet† exci
piēs teneatur probare ſuam exceptionē.l.j ff.de exce. & ideo
ſaltem dēt nominare teſtes,& petere eos citari per iudicem,
ſm Io. And.hic.& idē tenet Io.And.in Spec.eo.tit.§.qualiter.
verſ quibus & § pen.ſuper verſ illud.pro hac opi.facit ꝙ not.
Bart.in l prætor §.ſi quis paratus.ff.de oper no.nunc.vbi no-
tabiliter dicit,ꝙ ille qui tenetur dare fideiuſſores, non ſuffi-
cit,ꝙ verbo ſe offerat paratum dare fideiuſſores,ſed dēt ſecū
11 eos ducere,& dicit,ꝙ ēt ille qui tenetur ſoluere,† nō ſufficit,
ꝙ verbaliter offerat ſe paratum ſoluere , ſed dēt ire cum pe-
cunia in manu parata.facit ēt ꝙ no.Bar.in l.cum ſeruus ff de
cond.& dem.vbi dicit,ꝙ in iudicio dēt offerri marſupiū,hn̄s
pecuniam, & ibi numerare eam coram teſtibus, & notario.
facit etiam l.ſi reſiduum C.de diſtra.pig.vbi dr̃, ꝙ qn̄ agit̃ de
vendēdo pignore,non ſufficit ad impediēdam venditionem
pignoris, ꝙ debitor dicat ſe eſſe paratum ſoluere pecuniam
creditori,ſed dēt realiter offerre ipſam pecuniam. ſed But.&
do.Abb.hic ſequuntur opi.Hoſ.dicētes,ꝙ ſufficit,ꝙ excipiēs
ſe offerat incontinēti,quia p hoc ſatis purgatur malitia præ
ſumpta.& p iſta opi.allegat tex.in c.literis.de reſt.ſpo.vbi ille
dr̃ probare incontinēti, qui dilationes nō petit longiores. &
ad rōnem Io.And.rn̄de, ꝙ excipiēs & non offerēs probare
12 incōtinēti,licet† teneatur probare, nō tn̄ tenet̃ probare in-
continēti.Nec ob.aliud motiuum Io.An.ſ.ꝙ falſo poſſit offer
ri probatio, quia dēt timere condēnationem expenſarū: ſic
enim non probabit incontinēti, vel dato modico interual-
lo condēnabitur in expēs,vnde nō eſt veriſimile,ꝙ offerat ſe
incontinēti probaturum,niſi crederet ſe veraciter poſſe pro
bare.& de hoc eſt optimus tex in d.c.literas.vbi patet,ꝙ tol-
13 litur præſumptio † malitię,ſi offertur probatio incontinēti.
iſtam opi.ēt ſequitur hic Io.de Imo.& Bal hic in prin.qui di
cit ita tenere Pau de Eleaz.& ita practicari. & ad hoc alleg.
l.ſi is a quo.ff.vt in poſſ.leg.Nō ob ꝙ no.per Bar.in l.prætor.
§.ſi quis paratus.ff.de oper.no.nun.quia loquitur,qn̄ quis te
netur ad aliquid dandum; puta ad dandum fideiuſſores, vel
ſoluēdum pecuniam,& ēt loquitur in l.cū ſeruus.ff.de cond.
& dem.quia ibi loquitur,qn̄ aliquis tenetur aliquid dare nō
enim ſatisfacit,niſi det,& ſequatur realis oblatio.hoc etiam
modo pōt rn̄deri ad d.l.ſi reſiduum. C.de diſtrac pig quia de-
bitor tenetur ſoluere pecuniā creditori ad hoc , vt impediat
diſtractionē pignoris, vnde ad ſuam moram purgandā non
ſufficit oblatio verbalis,ſed requiritur realis oblatio,de quo
tn̄ dic,vt no.in l.acceptam. C.de vſur.ſed plus dicit hic Io.de
Imo ꝙ non requiritur,ꝙ excipiēs offerat ſe incontinēti pro
baturum:ſed ſatis eſt,ꝙ ſe offerat probaturum; nā iſtud ver-
bum incontinenti, non ponitur hic, nec in c.exhibita. §.de
iudi.& iſta opi.forte eſt verior,licet But.& do.Abb.velint, ꝙ
addatur uerbum incontinenti,ſed ipſi mouentur per c.litte-
ras.de reſtit.ſpol.vbi tex. dicit, ꝙ debent offerri probationes
incontinenti paratę & pro iſta opi.facit quod no.Bar.in l.ſi.
ff.pro ſuo.& in l.nā & poſtea.in prin.ff.de iureiur. vbi voluit,
ꝙ quando opponuntur exceptiones peremptoriæ in uim di
latoriæ ad impediendum proceſſum, ꝙ excipiēs debet offer
re ſe incontinenti probaturum,alias exceptio eſt reſeruāda
poſt lit conteſta.vnde ante factum credo tutius eſſe tenere
opin.But. & do.Abb ſed poſt factum.ego tenerem opin Io.
de Imo.quia iſte tex.non requirit, quod excipiens ſe offerat
incontinenti probaturum , & ſimiliter loquitur tex.in c.ex-
hibita.de iudic.talis enim oblatio intelligitur ſecundum for
mam iuris , ſcilicet quod fiat probatio infra breue ſpatium,
& quod non petit longam dilationem.
14 Vltimo quæro,quid ſi † excipiens aſtrinxit ſe ad proban-
dum exceptionem incontinenti, non probauit infra termi-
num aſſignatum per iudicē, an admittatur poſtea ad probā
dum.Bal.hic in 2.col.dicit,ꝙ nō, ſed ꝙ lapſo termino rema
net perpetuo excluſus,allegat tex.not.in l.ſi is a quo.ff.ut in
poſſ.leg.hoc tamen intelligas, qn̄ talis exceptio non concer
nit cauſam principalem,nec reddit iudicium retro nullum,
alias licet eſſet excluſus in cauſa principali,poſſet tale grauā
mē reparare in appellatione a diffinitiua,vt in c ſi.eo.ti.in 6.
In

In gloſ.2.reſponde ad contraria allegata in gloſ. & primo
ad cap.cum cauſam. de offic.deleg. quod ideo ibi appellans
non tenebatur probare cauſam appellationis coram iudice
ad quem,quia de ea conſtabat ex tenore reſcripti: nam fuit
appellatum,quia duo delegati procedebant ſine tertio,pp ꝙ
fuit appellatum,& ex tenore reſcripti apparebat,ꝙ duo non
poterãt procedere ſine tertio,quia cauſa fuerit delegata tri-
bus ſimpliciter. Ad c.vt debitus.reſponde,ꝙ ibi dicitur,ꝙ ad
hoc vt appellatio valeat, debeat exprimi cauſa probabilis,
quæ probata debet legitima reputari, ſed ibi non dicitur,
quod appellans nõ teneatur probare cauſam appellationis
ad iuſtificandam appellationem.immo tenetur vt hic,& in
clem.appellanti eod.tit.ad dictum cap.dilecto.ſupra eod re-
ſponde,quod ibi conſtabat de veritate cauſæ appellationis
per confeſſionem aduerſarij.

Et ex his ſolutionibus habes duas limitationes ad primã
15 regulam poſitam in tex.§.quando † excipiens non offert ſe
probaturum coram iudice a quo, tenetur coram iudice ad
quem probare veritatem exceptionis: nã hoc limitatur pri-
mo,quando ex tenore reſcripti apparet de veritate cauſæ ap
pellationis. vt in d.c.cum cauſam de offic.deleg.

Secunda limitatio, quando de veritate cauſæ appellatio-
nis per confeſſionem aduerſarij,vt in d.c.dilecto.

Tertia limitatio eſt, quando recuſatur iudex vt ſuſpectus,
& quia non vult admittere exceptionem recuſationis,inter
ponitur appellatio:nam ad irritandum proceſſum iudicis re
cuſati, & ad iuſtificandam appellationem, ſufficit probare,
quod noluerit admittere exceptionem recuſationis,& pro-
pter hoc ab eo fuerit appellatum,vt in c.ſuper quæſtionum.
16 in fi.ſ. de offic.deleg. ratio eſt,quia probatio † ſuſpitionis nõ
eſt faciẽda coram iudice recuſato,ſed coram arbitris.de quo
plene dixi in c.cum ſpeciali in princ ſ. eod.

Quarta limitatio eſt in omnibus caſibus, in quibus graua-
men non ſubiacet probationi: puta ſi denegentur induciæ
deliberatoriæ, vel ſi denegetur copia ſententiæ,vel aliorum
actorum,vel ſi petatur quarta dilatio ad producendum te-
ſtes cum ſolemnitate legali, de qua in ca.vltra tertiam.& in
c.ſignificauerunt ſ. de teſti.vel ſi petatur,quod libellus obſcu
rus declaretur, & in hoc denegat, propter quod interpona-
tur appellatio, vt in c.ſignificantibus ſ.eod.

In his enim,& ſimilibus caſibus nõ tenetur appellans pro
bare cauſam appellationis coram iudice ad quem,vt in d.iu
ribus.de quo etiam eſt bo.tex.in c.ſi perpetuus.ſ. de ſi.inſtru.
& hoc ſequuntur hic communiter Doct.

Et ex his infertur quinta limitatio, quia in omni caſu in
quo cauſa grauaminis detegitur per ſolas allegationes iuris
abſque alia probatione facti non eſt neceſſaria, quod appel
lans probet veritatem grauaminis coram iudice ad quem,
niſi per ſolas allegationes iuris: puta ſi iudex interloquitur
aliquem eſſe incarcerandum, vel torquendum, vel ſeque-
ſtrum faciendum & iſtam limitationem ponit Bal.in l.mino
ribus. C.de his quib vt indig.& ſic intellige,quod no.Innoc.
in c.2 de noui oper.nunc.

Sexta limitatio eſt, quando excipiens habet intentionem
ſuam fundatam in iure communi: puta ſi petuntur decimæ
a Rectore eccleſiæ,qui excipit,ꝙ illæ decimæ colliguntur in
ſua parochia, & quod ad ipſum pertinent: nam ſi exceptio
non admittitur,& appellatur,non tenetur appellans proba-
re veritatem grauaminis exceptionis,arg.c.ad decimas.de re
ſtit.ſpoliat.in 6.& ita tenet hic But. & Io.de Imo. vnde tene-
batur ſolum probare, quod illæ decimæ colliguntur in ſua
parochia ſecundum eos. & idem eſt dicendum ſecundum
Doct.ſi quis diceret beneficij collationem ad ſe pertinere,&
diœceſanus exciperet,quod eſt in ſua diœceſi,& iudex exce-
ptionem non admitteret,& ipſe appellaret:nam ad iuſtificã
dum appellationem ſufficeret probare, quod illud benefi-
cium eſt in ſua diœceſi,quia intentio ſua de iure communi
eſt fundata,quia omnia beneficia pertinent ad collationem
epi,quæ ſunt in ſua diœceſi,vt in c.bonæ ſ.eod. & 63.diſtin.
cap.in plebibus.& 16 q.7. omnes Baſilicæ & ī.de inſtit. cum
veniſſet.& hoc verum,niſi per partem aduerſam probare-
tur collationem ad ipſam pertinere,vt d.c.ad decimas.& ita
dicunt hic Doct.

Septima limitatio eſt,quando appellatur a ſententia diffi
nitiua:nam quantum ad reuocationem attentatorum non
tenetur appellans probare veritatem cauſæ appellationis,vt
in c.non ſolum.in ſ reſpon eod tit. in 6. quod tamen intelli-
ge,niſi appelletur in caſibus, in quibus in iure prohibitũ eſt
appellare,vt in c.Romana.§.quod ſi obiiciatur. eod.tit.in 6.
& quod dixi ſ.eod.cum cauſam.in glo.fi.

Octaua eſt limitatio in cauſis beneficialibus, In quib.quo
ad deuolutionem negotij principalis,quãdo eſt appellatum
ad Papam, ſufficit, ꝙ appellatio interponatur ex probabili,
licet poſtea aliter non probet de veritate cauſæ appellatio-
nis,vt in c.quamuis & ſi poſtquam de elect.in 6.

Nono,& vltimo limitat hic But.quando iudex ex leui præ
ſumptione repelleret exceptionẽ partis in his quæ ſunt gra-
uis præiudicij, quia dr̃ grauare partem. etiam ſi non fuerit
oblata probatio,allegat no.per Innoc in c poſt electionem.
de conceſſ præben.& in c licet cauſam de probat.ſed Ioã de
Imo hic in 3.col reprobat hanc limitationem, quia iure nõ
probatur,nec Inno.dicit cõtrarium,quia debet intelligi ſm
diſtinctionem iſtius tex & iſta opi.mihi placet, quia vt ſ. dixi
poſt do. Abb diſtinctio iſtius tex.habet locum,etiam ſi iudex
repellat exceptionem peremptoriam.& idem not.Doct in c.
ex parte A ſ.de teſtib & tamen repulſio exceptionis perem
ptoriæ eſt grauis præiudicij,vt conſtat, & hæ limitationes ſuffi
ciant quo ad primum dictum poſitum in tex §.quando exci-
piens non offert ſe probaturũ exceptionem, ſed quo ad ſm
dictum §.quando offert ſe probaturum,dicam in glo ſeq.

In glo in verbo,offerens.no.glo in fi. dum dicit,ꝙ propo-
nens exceptionem coram iudice,& non offerens ſe probatu
17 rum,præſumitur in dubio † malitioſe ipſam opponere.facit
ꝙ dixi in 2 nota ſm Bal. qui dicit, ꝙ in dubio nulla exceptio
præſumitur eſſe vera, quando excipiens non offert ſe proba
turum ſed inquantum gl opponit in c.ex parte A. ſ.de teſti.
dic,ꝙ ille tex.loquitur,qñ iudex nõ tenebatur probationem
admittere:nam iudex tũc nõ tenetur admittere probationẽ
exceptionis, quæ opponitur ꝯ perſonã teſtis ante examina-
tionem ipſius teſtis,ſed poteſt probationem reſeruare in tp̃s
publicationis teſtiũ,vnde ſi iudex repellit exceptionẽ oppo-
ſitam ꝯ teſtem,& probationem oblatam,& interponitur ap
pellatio,tenetur appellans probare veritatem exceptionis co-
rã iudice ad quẽ,quia non grauat niſi in eo,ꝙ non admittit
exceptionem,non autem in eo,ꝙ non recipit probationem,
ex quo iudex non tenebatur tunc recipere probationem &
18 Iſte eſt verus † intellectus illius cap quem ſequitur hic Ioã de
Imo in 5.col.& etiam do.Abb ibi.& hic in 2.col.

Ex quo habes ſingu limitationem ad iſtum tex.dum dicit,
ꝙ ſi excipiens offert ſe probaturum exceptionem coram iu
dice a quo,nõ tenetur in cauſa appellationis probare verita-
tem exceptionis:nã hoc eſt verum,qñ iudex tenebatur tunc
recipere probationem exceptionis,ſecus ſi poterat eã reſer-
uare,quia tunc oblatio probationis nihil operatur,& perio
de habetur,ac ſi non obtuliſſet ſe probaturum.

Ex qua limitatione infertur,ꝙ diſpoſitio huius cap nõ ha
bet locum in caſibus,in quibus iudex poteſt reſeruare exce-
ptiones,vel probationes ipſarum in fine cauſæ, vel in tp̃s pu
blicationis teſtium,vel in aliud tp̃s.ſm ea quæ hñt in c.ad diſ
ſoluendum de deſpon impub & per Bart.& Io.de Imo in l.il
le a quo.§ ſi de teſtã.ff.ad Treb.& p alios Doc.in l.ſi ff.p ſuo.

Ex quo ſecundo infertur,ꝙ iſte tex nõ habet locum in ar-
bitrariis,hoc eſt,qñ relinquitur arbitrio iudicis,an exceptio
vel eius probatio ſit admittenda, vel reſeruanda, quia tunc
nõ iuſtificatur appellatio ex ſola oblatione probationis,ſed
debet probari veritas ipſius exceptionis, & hoc tene menti.

Secunda limitatio eſt.qñ appellãs obtulit ſe probaturum
poſt appellationẽ:nã iſte tex.requirit,ꝙ excipiat,& offerat ſe
probaturum ante interpoſitã appellationẽ, vnde ſecus eſſet
ſi exciperet,& qa nõ admittit exceptio,appellationem inter
poneret, & deinde offerret ſe probaturũ: nã hoc nõ obſtãte
tenet̃ probare veritatem exceptionis corã iudice ad quẽ, qa
19 illa † oblatio probationis facta poſt appellationẽ, nihil ope-
ratur,ita dicit Spe.e.ti.§ qualiter. ī ſi 6.col ver.forma ga me.

Tertia limitatio eſt,ſm do.Abb. qñ interponit̃ appell. ex-
traiudicialis,ẽt ſi appellet̃ a iudice procedente extraiudicia-
liter:nã tunc nõ obſtãte oblatione probationis tenet̃ proba
re veritatẽ cauſę appellationis,alleg.Imo.hic.& in c.cũ inter
canonicos.& in c.qa pp de elec & in c.ad diſſoluendũ. de de
ſpõ.impu.& nõ eſt,ſm do.Abb.nã oblatio probationis ex eo
iuſtificat appell qa detegit iniquitatẽ iudicis nolẽtis recipere
probationẽ exceptionis legitimæ iuxta officiũ. ſed hæc rõ
ceſſat in appel extraiuditiali.cũ nõ ſit ibi iudex qui hẽat offi
20 ciũ recipiẽdi probationes, cũ † iudex procedat extra iudiciũ,
tanq̃ pars,nõ n põt eſſe iudex in cã propria 4.q.4.c.1 & C.ne
quis in ſua ca.iu in rubro,& in nigro.& iſtã limit.ſeqtur ẽt hic
Bu.p qua eſt bo.tex in c.1.ī de his q̃ ſi a ma.par ca.vbi ſm &
Io de Imo.hoc firmãt per illũ tex.& iſtam limitatio ẽt poſui
in c.bonę ſ.eo.inter drãs appell.iudicialis,& extraiudicial s.

Et ex hoc infertur, quod ſi ab executore procedente, vt
merus executor appelletur pro eo,quia non admittit ratio-
nabilem exceptionem, & probationem oblatam, non iuſti
ficatur appellatio ex ipſa oblatione probationis, quia non
tenebatur recipere probationem,ex quo procedebat,vt me
rus executor, ita dicit But. ſupra eod dilecto.& idem tenet
ibi Ioan.de Imo.in 2.col.

Quarta limitatio eſt, quando appellatio interponitur in
abſentia iudicis, quando eius præſentia haberi non poteſt, iu
xta ea quæ dixi ſ. eod ſuggeſtum nam ſi appellans in præſen
tia honeſtorum virorum offert ſe probaturum in continen
ti exceptionem, ex quo non eſt ibi iudex qui eā recipere poſ
ſit, nihilominus tenebitur in cauſa probare corā iudice ad
quem veritatem exceptionis, ſecundum Io. And hic, & dom.
Abb. hic. qui dicit hoc tenere Doct. Idem tenet Ioā de Imo.
in 2. col. & vt illa limitatio procedat, intelligas quod offerat
ſe probaturum exceptionem oppoſitam coram iudice, &
quia non habet copiam iudicis, ideo coram ipſo interponit
appellationem. nam etiam ſi appellaret corā iudice, & poſt
appellationem offerret ſe probaturum exceptionem, illa o-
blatio nihil operaretur, vt dixi in ſecunda limitatione.
Quinta limitatio eſt, quando offertur probatio contra rei
euidentiam, vt ſi volo probare Titium viuum, de quo noto-
rie conſtat, q eſt mortuus. facit c. euidentia de accuſat. non
31 enim debet pati † iudex notorium deduci ad iudicium, vt eſt
tex. not. in c. quoniam. de fil. presby. hæc enim euidentia rei
confundit præſumptionem probationis oblatæ, ideo tunc
erit neceſſe ad iuſtificandam appellationem, q probetur ve
ritas ipſius rei, quam habebat tollere, & cōfundere notorie-
tatem, hoc dom. Abb. tenet hic in 2. col & Ioā. de Imo. in 6.
col. idem tenet Specul. eod. tit. § nouiſſime. circa fin. illud au
tem certum eſt.
Sexta limitatio eſt quando commiſſa fuit cauſa, appella-
tione remota, nam tunc oblatio probationis nihil operatur,
niſi interponatur ex cauſa in iure expreſſa, vt dixi ſ. eod pa-
ſtoralis. in prin. c. de quo eſt bo. tex. in c. 1. in prin. ī. de his quæ
fiunt a maio. par. cap. vbi tenet hoc Io de Imo.
Septima limitatio eſt. quando non ſtat per iudicem, quo
minus admittat probationem oblatam, ſed impeditur exci-
piens per tertium, per id quod not. Arch. d. 2. q. 6. teſtes.
Octaua limitatio eſt, quando appellatur a diffinitiua: pu-
ta opponitur exceptio peremptoria corā iudice, & offertur
probatio debito tempore, & non fuit admiſſus, immo iudex
ſtatim tulit ſententiam diffinitiuam: nam tunc ſi appellatur
ab ipſa diffinitiua, talis oblatio probationis nō iuſtificat ap-
pellationem a diffinitiua, quia in ipſa appellatione intendit
conſequi finalem effectum, & victoriam ipſius exceptionis,
ideo oportet, quod illa probetur, & ita procedit dictum ca.
ex parte A. ſ. de teſtiu. ſecundum alium intellectum. ita di-
cit hic Ioā de Imo. in 5. col. hoc tamen intellige, quando ſo-
lum appellatur a diffinitiua, ſecus ſi primo interponeretur
appellatio a grauamine, & ſecundo a diffinitiua, quando ſi
proſequeretur appellationem a grauamine haberet locū iſte
tex & ipſa diffinitiua veniret reuocanda per viam attentati,
& ita dicunt Doct. in d. c. ex parte A de pro quo vide glo. in
clem. ſi ante in glo. ma. de do. & contu. in fi. & tex. in c. 2. in fi.
ſupra vt li. non conteſt.
Nona limitatio eſt ſecundum But. hic, quia ſi aduerſarius
offerētis ſe probaturum exceptionem offerret ſe probatu-
rum contrarium, tunc in cauſa appellationis tenetur proba
re veritatem ipſius cauſæ appellationis. pro quo allegat no.
per Innoc. in c. Romana eod tit in 6. ſed Ioan. de Imo. hic te-
net contrarium, quia iſte tex indiſtincte loquitur. Item quia
ſi dilatio ad probandam exceptionem fuiſſet aſſignata ipſi
excipienti, fuiſſet communis vtrique parti, vt in l. a procedē-
te. C. de temp. in integ. reſtit. petē. Sed mihi placet limitatio
But. quia ceſſat iniquitas iudicis, ex quo aduerſarius excipiē-
tis obtulit probare exceptionem non competere ſibi. & tex.
loquitur, quando ſolus excipiens offert ſe probaturum, &
ceſſat ratio, quæ poteſt aſſignari, quando aduerſarius obtu-
lit ſe probaturum ſibi exceptionem non competere: tunc
enim non ceſſat præſumptio malitiæ, ergo tenetur probare
veritatē exceptionis. alias limitationes poſſem addere, quas
Doct. hic referunt, ſed quia ipſas retuli in d. c. ex parte A. ſ. de
teſtib. ideo ipſas hic prætermitto. Sequitur §. eidem quoque.

§. Eidem quoque.

Si appellatio non ſit rece-
pta a iudice, vel approbata a parte, ſufficit † appellanti mittere procuratorem ad
1 impetrandum, vel contradicendum, licet pars appellata ſit
parata in curia proſequi. h. d. vſque ad § illa denique.
2 No. primo, q ſola † approbatio appellationis facta per iu-
dicem, vel per partem appellatā, facit cauſam eſſe in curia,
vt appellato proſequente perſonaliter, ſeu per procuratorē
teneatur appellans ipſam appellationem proſequi.
Ex quo infert dom. Abb. q ſola approbatio facit cauſam
eſſe in curia, licet terminus non ſit præfixus per iudicem, vel
per partem ad proſequēdam appellationem, de quo dictum
fuit ſ. eod ſæpe. & c. Nicolao.
3 Secundo nota, quod ſola † approbatio partis appellatæ ſuf
ficit, vt cauſa dicatur eſſe in curia, vt ibi tractetur, licet iudex
appellationem non recepit.
Ex quo infertur, ſm do. Abb. q licet ſit in facultate appel
lantis ad quem iudicē appellet, nō tamen eſt in eius facultá-
te, q cauſa ibi tractetur, ſed eſt in voluntate partis appellatę,
quia ſi approbat appellationem, cauſa erit in curia tractan-
da, vt eſt tex. h. c.
Vltimo no. quod quando iudex non defert appellationi,
nec pars eam approbat, licet appellatio deuoluat cauſam
ad iudicem ad quem, nō tamen deuoluit, vt ibi tractetur in-
4 uito appellante, ſed eſt facienda † commiſſio in partibus. ſed
nunquid diſtinctio illius tex habeat locum in appellationi-
bus interpoſitis ad Metropolitanum, hoc eſt, vtrum Metro
politanus poſſit compellere appellantem proſequi appella-
tionem in curia ſua, ſi neq; iudex a quo, neq; pars appellata
appellationem approbauit Doct. non tangunt, ſed vī, q di-
ſtinctio illius tex. locum habeat in appellationibus interpo-
ſitis ad Metropolitanū, quia eſt eadem ratio in appellatio-
nibus ad eum interpoſitis, & ſic ſi iudex non detulit appella
tioni, nec appellatus eam approbauit, vī q teneatur cōmit
tere cauſam in partibus, nec appellans compellitur eam ibi
proſequi, ſed ſi eſt approbata a iudice, vel a parte, vī q tunc
teneat appellans ipſam ibi proſequi petente appellato, alias
condemnabitur in expenſis tex. tamen in c. vt litigantes. de
offi. ordi. in 6. vī tribuere facultatem Archiepō, q cauſas ap-
pellationis cognoſcat, vel cōmittat in propria diœceſi, vel
in diœceſi, in qua cauſæ pendent. idem probatur in c. Roma
na. §. cum autem. & § ſeq. eod. tit. in 6. vbi patet. q ſi cauſam
appellationis conſtat ad ipſum deuolutam, vt quia appella-
tio fuit legitime interpoſita, poteſt cognoſcere de appellatio
ne, nec ibi diſtinguitur, an appellatio fuerit, vel nō fuerit ap
probata a iudice, vel a parte, cogita tamen.
5 Vlterius quæro pro declaratione tex. nunquid † appellans
poſſit inuito appellato proſequi cauſam appellationis in cu
ria iudicis ad quem, ſi appellatio non fuit approbata nec ab
ipſo, nec a iudice a quo. & Inno tenet hic q ſic, quia iſte tex.
non prohibet appellantem proſequi appellationem coram
iudice ad quem, ſed dicit, q permittitur ei impetrare iudicē
ad quem, ſi ſua appellatio non fuerit recepta poteſt ergo nō
vti hac permiſſione ei conceſſa in eius fauorem, argu. l. non
quicquid. ff de iudic. Ex quo enim appellanti ad Papam, po-
terit proſequi cauſam appellationis in curia ſua etiam appel
6 lato contradicente, cum † iudicium reddatur in inuitum, vt
in c. intelleximus ſ. de iud ſed ſi nō vult proſequi in curia, ſed
impetrare iudicem extra, nō poteſt appellans ɔ̄dicere, qa de
bet conqueri de ſe ipſo: ſi enim volebat cauſam proſequi in
curia, prius debebat appellationem approbare, vt eſt tex.
hic, & ſ. eo ſæpe & hoc ſequitur hic dom. Abb. & de iſta ma
teria plene dixi in d. c ſæpe & in c. Nicolao. ſ. eod.
Sed aduerte, quia iſte tex non procederet in cauſis benefi
7 cialibus, quia ſi interponitur † appellatio ad Papam, cauſa eſt
in curia, etiam ſi appellatio non recipiatur, nec a iudice, nec
ab appellato, vt in c. 1 & in c. vt circa. & in c. cupientes. de ele
ctio. in 6. Sequitur §. ille denique.

S V M M A R I V M.

1 *Appellans poteſt mittere procuratorem ad impetrandum & contradicen-*
dum, ſi appellatio non fuit a iudice recepta.
2 *Approbatio ſola appellationis per iudicem, vel per partem facit cauſam*
eſſe in curia.
3 *Approbatio appellationis ſufficit ad tractandam cauſam in curia.*
4 *Commiſſio eſt facienda in partibus, quando iudex non detulit appellatio*
ni, vel eam non approbauit.
5 *Appellans nunquid proſequi poſſit cauſam in curia iudicis ad quem, appel*
latione non approbata.
6 *Iudicium redditur in inuitum.*
7 *Appellatio interpoſita in cauſis beneficialibus ad Papam, ſemper cau-*
ſam in curiam introducit.

S V M M A R I V M.

1 *Appellans ante inceptam proſecutionem appellationis poteſt, ſi vult, re-*
nunciare ſuæ appellationi.
2 *Appellationi ſua re integra appellans poteſt appellare.*
3 *Appellans renuncians appellationi in expenſis condemnari debet, quas*
fecerit appellatus cum limitationibus.
4 *Appellans non poteſt renunciare appellationi alteri delegatæ inuito ad-*
uerſario.
5 *Pars an poſſit renunciare appellationi ante grauamen illatum.*
6 *Renunciatio appellationis fit, vel in iudicio, vel extra.*
7 *Renunciatio appellationis ſine ſcriptura facta, an valeat.*
8 *Promiſſio facta cum iuramento de ſtando ſententiæ, an habeatur pro re*
nunciatione.

9 Re-

9 *Renunciatio appellationis an valeat lite non exiſtente certa.*
10 *Remenciatio generalis refertur ad incogitata, quando uerba non poſſunt reſtringi ſalua ratione recti ſermonis.*
11 *Reſtitutio poteſt peti aduerſus ſententiam dolo latam, non obſtante appellationis renunciatione etiam pacto firmata.*
12 *Renunciatio, an poſſit fieri de conſenſu partium, ſi iudex detulerit appellationi.*
13 *Procurator, an renunciare poſſit appellationi.*
14 *Procuratoris renunciatio diſtinguitur in tacitam, aut expreſſam.*
15 *Prælatus habet maiorem poteſtatem in rebus eccleſiæ, quam habeat tutor in rebus pupilli.*
16 *Appellatus, an poſſit petere confirmationem ſententiæ poſtquam appellans renunciauit appellationi.*

§. Ille denique. Ante inchoatã proſecutionẽ appellationis poteſt appellãs
1 † ſi vult renunciare ſuę appellationi inuito appellato, & pe-
tere, quod remittatur ad iudicem a quo, condemnatur ta-
men in expenſis factis per partem aduerſam occaſione ip-
ſius appellationis. hoc dicit vſque ad § ſane.
2 Nota appellantem poſſe re integra ſuæ † appellationi re
nunciare. ad hoc l. ſi quis libellos C. eo. canonizata ij. quæſt.
6. ſi quis libellos. re vero non exiſtente integra, non poteſt in
præiudicium aduerſarii renũciare, quia hoc caſu appellatio
eſt facta communis. hoc tamen intelligit dom. Abb. quan-
do appellans approbauit appellationem, ſecus ſi nunquam
appellationem approbauit aduerſarii, quia tunc nõ poteſt
ſe iuuare ex ea, vt in re. ex eo. libro ſexto, & in capit. olim. de
cenſi. & in l. poſt legatum. ff. de his qui. vt indignis.
3 Secundo nota, quod appellans † renuncians appellatio
ni, debet condemnari in expẽſis factis per appellatum, quod
tamen limita tribus modis.
Primus eſt, quando appellans habuiſſet iuſtam cauſam,
quia tunc non deberet in expenſis condemnari, vt in ca. j. in
fi. de elec. in ſexto, & in l. qui ſolidum. §. etiam. ff. de le. ij. nota
in c. cum ueniſſent, ſ. de eo, qui mitt. in poſſ. hoc tamen intel
ligas, quando manifeſte apparet de iuſta cauſa litigãdi, alias
in dubio præſumi debet habuiſſe iniuſtam cauſam litigandi
vt hic, vbi ſimpliciter dicitur, quod renuncians appellationi
debet condemnari in expenſis.
Secundo limita, quando appellans dicit iudicem a quo,
eſſe bonum virum, & quod ex mente nõ grauauit, & quod
contentaretur, quod ipſe iudex cognoſceret de cauſa, dum
modo reuocaret grauamen: tunc enim non eſſet locus con
demnationi expenſarum, cum appellans nõ renunciet ſim
pliciter appellationi, ſed ita demum ſi reuocet grauamẽ. ita
dicit hic Abb. antiquus, & ſequitur Ioan. And. & idem dicit
Ioan. de Imo. hic in prin.
Tertio limita, quia iſte text procedit in expenſis factis ab
appellato in proſecutione appellationis interpoſitæ per ap
pellantem qui miſit procuratorem ad curiam, & alias expẽ
ſas fecit pro proſecutione appellationis, ſecus ſi appellatus fe
ciſſet expenſas in faciendo pronunciare appellationem eſſe
deſertam, quia ad tales expenſas appellans non eſt condem
nandus: fuit enim ſibi licitum tacite renunciare appellatio-
ni, & pati eam deſeri inuito appellato, & ita dicunt Dom. de
Rota, deci. 44 quæ incip item ſi a diffinitiua. in fi. & hoc ſe-
quitur hic Butr ſed Ioan. de Imo. hic, in fi. hoc intelligit eſſe
verum, quando appellans nihil facit in cauſa, ſecus ſi com-
paruiſſet, & contra dixiſſet ſententię ferendæ ſuper ipſa deſer
tione, & ſic fatigaſſet aduerſarium, tunc appellans victus de-
bet appellato uictori condemnari in expenſis, ut in c. finem
litibus, de do. & contuma. & in l. properandum, §. ſi autem.
C. de iudi. & dicit Ioan. de Imo. hoc eſſe notandum pro limi
tatione d. deci Dominorum de Rota.
Potes addere quartam limitationem, quando renunciat
re integra antequam aduerſarius faciat aliquas expenſas, &
iſtud eſt clarum, & eſt etiam de mente glo. in ca. quamuis, in
uerbo, partibus. de elect. in ſexto. de quo dixi ſupra eodem,
accepta.
Vltimo nota, quod poſtquam cauſa appellationis eſt al-
4 teri delegata per ſuperiorem, non poteſt † appellans renun
ciare appellationi inuito aduerſario. ſed Ioan. And tenet cõ
trarium, & ad iſtum tex ſupplet maxime. uel ideo ſecundũ
cum litera facit mentionem de delegatione, quia poſtquam
cauſa eſt delegata, ad ipſum delegatum pertinet remittere
renunciantem appellationi ad iudicem a quo.
In gl. de hoc articulo, ſ. an appellans poſſit renunciare ap-
pellationi ab interlocutoria, vel diffinitiua, plene dixi in c. ac
cepta, ſupra eod. ideo hic non repeto, quamquam hic dom.
Abb. latius examinet, quam ibi. ſed quæram de aliquibus q̃-
ſtionibus ibi non examinatis.
5 Et primo, an † pars poſſit renũciare appellationi ante gra
uamen illatum, vel ante latam ſententiam. & dicendum eſt,
quod ſic, quia de hoc eſt tex. in l. fi. in fi. C de temp ap. & per
Bal. ibi, in prin ſed circa hoc dubitatur, an ualeat ſimplex re
6 nunciatio alterius partis tantum & conclude, quod aut † re
nunciatio fit in iudicio, & ualet etiam in abſentia alterius
partis, & de hoc eſt tex. in l. j. § j. ff. a quibus appell. non licet.
Aut renunciatio fit extra iudicium, & tũc non ualet ſi fit in
abſentia alterius partis, ſed ſi fit utraque parte conſentiente
vel ſaltem præſente, & tacente, valet renunciatio, & hoc te-
net gl. in d. l. j. §. primo. ff. a quibus appel non licet, & Bart. &
Ang. & Ioan. de Imo. ibi, & Dom. de Rota. deci. 337. quæ in-
cipit, item quod licet appellationi interponendæ, & iſta eſt
communis opin. Doct. licet aliqui contradicant.
7 Secundo quæro, an valeat † renũciatio appellationis abſ-
que ſcriptura, an vero requiratur ſcriptura. & text in l fi. §. fi.
C. de temp. app. uidetur velle, quod renunciatio fiat in ſcri-
ptis, ſed gl. ibi tenet, quod non requiratur ſcriptura, & ad illũ
tex. reſpondetur, quod notat accidentia facti, non iuris mi-
niſterium, & iſtud etiam ſequitur Ange. conſil. ſuo 197. quod
incipit, A. & B. contraxerunt, & iſtud tenent communiter
Doct. & dicit Saly. in dicto § fi. licet ipſe teneat contrarium,
ſ. quod requiratur ſcriptura. pro communi opin facit, quod
notat glo. magna, in cap j. de cenſi. in ſexto, quæ enumerat
caſus, in quibus ſcriptura requiritur, nec iſtum inter ipſos e-
numerat.
8 Tertio quæro, an ſi partes † promiſerint cum iuramẽto
ſtare ſententiæ ferendæ, & mandato ipſius iudicis cenſeatur
per hoc renunciaſſe appellationi uide tex. cum gl. ſingulari,
ſexta quæſt. 4. c. quod bene, & plene dixi in c ad hoc, el ij. ſu-
pra eodem.
9 Quarto quæro, an ualeat † renunciatio quando lis nõ eſt
certa, verbi gratia, ſi pars renunciat appellationi ſuper qua-
cunque lite mouenda. & Spec. eodem titu §. fi. in fi. tenet, ꝙ
non ualet renunciatio. pro quo optime facit, quod notant
Do. de Rota, deci. 287. quæ incip. item, ꝙ licet appellationi.
Sed Bar. contrarium ſentit in d. l. j. §. j. & idem tenet Saly. in l.
fi. in fi. C. de temp. ap. idem tenet But. ſ. eodem, paſtoralis, in
3. colum ubi dicit, quod etiam in lite futura, quæ non ſit in
rerum natura poteſt renunciari appellationi per pactum, &
idem ẽt Ang. in prædicto conſilio 197. in penult. colum. vbi
reſpondet ad dictum Spec. dicens, quod non probatur iure,
& quod Spec. ibi non loquitur affirmatiue, cum referat opi-
10 nionem, & hanc opin. puto ueriſſimam, quia † renunciatio
generalis refertur ad incogitata, quando uerba nõ poſſunt
reſtringi ſalua ratione recti ſermonis, quia ſufficit cogitaſſe
in genere, licet non in ſpecie, ut in l. qui in re militari. ff. de te
ſtam. milit. & hoc tenet Bart. in l. ſi de certa. C. de tranſact. &
Bal. in l. ſub prætextu. eodem tit. & But. & Ioan. de Imo. in c.
primo, ſupra de tranſact. ubi dixi.
Dicit tamen, quod ſi ſententia eſſet lata dolo aduerſarii,
non obſtante, quod eſſet renunciatum appellationi per pa-
11 ctum etiam iuramento firmatum, poſſet peti † reſtitutio in
integrum aduerſus ſententiam, ut in l. ſeruo inuito, §. cum
prætor. ff. ad Trebel. & ſi eſſet lata contra abſentem, eſſet nul
la ipſo iure, ut in l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iudic. ita dicit
Ang. in conſi. prælleg. & Bal. & Ang. in l. tale pactum §. qui
prouocauit. ff. de pact. in repet. ſua. immo puto dicendum,
quod etiam renunciatio cum iuramento, non impediat re-
tractationem ſententiæ, quando eſt ſententia manifeſte in-
iuſta. pro hoc uide bo. tex. in c inter cætera, ſupra de reiudi.
vbi patet, quod clauſula, appellatione remo. nihil operatur,
quando ſententia continet manifeſtã iniuſtitiam, & de hoc
etiam eſt bo. glo. in cap. ex conqueſtione, ex glo penult. ſ. de
reſtitut. ſpolia. vnde eodem modo non debet valere renun-
ciatio appellationis, quando ſententia continet manifeſtã
iniuſtitiam.
12 Quinto quæro, nunquid ſi iudex detulit † appellationi poſ
ſit ei renunciari de conſenſu partium, ſ. appellantis, & appel
lati rediri iudicem a quo. & glo. in c cum appellationibus in
uerbo, refutari. & in uerbo, remittẽda, videtur ſentire, quod
non, dum dicit, quod iudex qui detulit appellationi poteſt iu
riſdictionem reaſſumere, nec in cauſa procedere, niſi ad eũ
fiat remiſſio de conſenſu partium, & iſtam opi. ſequitur hic
dom. Abb in prima colum. & Io. de Imo. hic, in princi 4. col.
ſed Dom. de Rota deci. ſua 363. quæ incipit, ex hoc inſurre-
xit, in fi. hoc intelligunt in iudice delegato, ſecus in ordina-
rio, uel in alio qui poſſet adiri per uiam querelæ, quia tunc
de conſenſu partium poteſt ad eũ rediri non obſtante, quod
detuliſſet appellationi per no. in ca. Romana, eodem titu in
vj. & in c. primo, circa prin. de fo. compe. eodem libro. ſed cir
ca hoc. vide ea quæ dixi in c cum ceſſante, ſupra eodem, in il
la limitatione, ſ. an iudex delegatus qui detulit appellationi
poſſit eam reuocare, maxime de cõſenſu partium, & per ibi
dicta

dicta eſt concludendum. quod partes communi conſenſu poſſunt recedere ab appellatione etiam ſi iudex delegatus deſtitit appellationi, cum poſſit reuocare delationem de conſenſu partium, ut dixi in d. c. cum ceſſante.

13 Sexto quæro, an procurator † poſſit renunciare appellationi & diſtingue, quod aut vult renunciare tacite, puta non appellando ĩ. decem dies, vel poſtea deferendo appellationem, tunc talis renunciatio valet, & præiudicat domino, ut in l. j. in fi. ff. quando app. ſit. tamen ſi non eſſet ſoluendo poſſet dominus petere reſtitutionem in integrum, ut ibi ſentit Bal. & eſt bo. tex cum glo. fi. ſ. eo. ſignificante.

14 Aut vult renunciare expreſſe, & tunc nõ poteſt, quia hoc eſſet donare ita dicit Bal. in l. prima. §. fi. in 2. col. C. de tempo. app. Idem tenet Ang. & Ioan. de Imo. in l. ab executore, in fi. ff. de appell. ubi plus concludunt, quod etiam ſi procurator ſit factus dominus litis, non poteſt expreſſe renunciare appellationi, & Bal. in d. §. fi. dicit idem eſſe dicendum in prælatis eccleſiarum, ut non poſſit expreſſe renunciari appellationi facit, quod no. in c. per tuas, ſ. de arbit. Sed ſupradictã conclusionem limitat notabiliter Bal. in c. ex parte G. in fi. ſ. de reſcriptis. vbi concludit, quod ex iuſta cauſa poteſt procurator expreſſe renunciare appellationi, ar. text. notabilis, in l. ſi hominem. ff. mandati, & idem eſt dicendum in prælato eadẽ

15 ratione, quia † prælatus habet maiorem poteſtatem in beneficio, cui præeſt, quam tutor in adminiſtratione rerum pupilli, ut dicit gl. no. v. q. 3. c. fi.

Ex his conclude, quod nec prælatus, nec procurator poteſt renunciare appellationi, niſi ſubſit iuſta cauſa renunciãdi, licet tacite indiſtincte poſſint renunciare, ut ſupra dixi.

16 Vltimo quæro, an † appellatus pro quo eſt lata ſententia poſſit petere confirmationem ſententiæ poſtquam appellãs renunciauit appellationi. & dic, quod licet in his caſib in quibus valet renunciatio non poſſit proſequi appellationem, tamen poteſt impetrare literas ſuper confirmatione ſententiæ, vel petere ſententiam pro ſe latam confirmari, ut in ca. oblatæ, & in c. per tuas, ſ. eodem, & dixi ſupra titu. proximo. in ca. ea quæ, & hoc tenet hic dom. Abb. in fi. & plene dicam in c. j. in ſi. de confir. utili. vel inuti. & hæc ſufficiant. nam cætera quæ concernunt materiam iſtius. §. examinaui in c. accepta, ſ. eod. ſequitur §. ſane.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex ad quem poteſt definire articulum appellationis parte abſente per contumaciam etiam lite non conteſtata.*

2 *Appellatio ab interlocutoria poteſt definiri abſque litis conteſtatione.*

3 *Litis conteſtatio, an requiratur in appellatione a diffinitiua, ſe remittit.*

4 *Litis conteſtatio, de rigore iuris requiritur in appellatione.*

5 *Clauſula, rigore prætermiſſo, importat prætermiſſionem conteſtationis litis.*

6 *Appellatio ab interlocutoria nihil petit, ſed tantum iudicem redarguit.*

7 *Pars qualiter conſtitui dicatur in contumacia.*

8 *Appellatus non debet neceſſario citari in partibus, ſed ſufficit, quod in curia in locis publicis citetur.*

9 *Appellans citato aduerſario poteſt quandocunque appellationem proſequi, appellatus uero tantum in ultimo menſe poteſt.*

10 *Cauſa appellationis debet regulari ſecundum cauſæ principalis naturam.*

11 *Iudex non eſt citandus in diſcuſſione articuli appellationis.*

12 *Sententia, vtrum ſit in totum reuocanda ſi in uno articulo fecit iuſtitiã, & malo grauauit.*

13 *Laudum arbitratoris propter enormem læſionem poteſt in totum caſſari ſecundum Bal.*

14 *Sententia non poteſt reſeruari corrigenda in poſterum.*

15 *Compromitti, an poſſit de re iudicata.*

16 *Partes reponi in priſtinum ſtatum dicuntur, quando ſententia, vel actus in totum reuocantur, ſecundum Bal.*

17 *Appellatio interpoſita ab uno articulo tantum, porrigitur ad capitula connexa, ſecundum Bar.*

§. Sane, & infra. Articulus appellationis ab interlocutoria, uel grauamine poteſt

1 diffiniri per iudicem † ad quem, parte abſente per contumaciam etiam lite non conteſta. in cauſa appellationis, vel in cauſa principali. hoc dicit.

2 Nota primo ex tex. quod † appellatio ab interlocutoria poteſt examinari, & diffiniri abſque lit. conteſtatione, parte abſente per contumaciam ex quo infertur, quod in deciſione appellationis ab interlocutoria requiritur citatio, ſed parte contumace poteſt procedi contra ipſam lite non conteſtata.

Quid autem ſit in appellatione a diffinitiua, an requira-

3 tur † litis conteſtatio. vide quæ dixi in capitu. per tuas, ſupra eodem.

Secundo nota, quod † litis conteſtatio requiritur ex iuris

4 rigore, quia rigor eſt remiſſus, quando proceditur in cauſa appellationis.

Et ex hoc infertur, quod ſi Papa committeret cauſam cũ

5 clauſula, † quod iudex procederet omni iuris rigore prætermiſſo, poſſet procedere lite non conteſt.

6 Vltimo nota, quod in † appellatione ab interlocutoria nil petitur a parte, ſeu ab aduerſario, ſed tantum iniquitas iudicis redarguitur agitur enim de facto iudicis a quo appellatur, & ne iuriſdictio ſua deuoluatur ad iudicem ad quem, ut in c. ſi a iudice. eodem titulo, in vj. Bal. autem colligit ex tex. quod grauamen in proceſſibus potius concernit iniquitatem iudicis, quam aduerſarii, quia proceſſus pendet ex officio iudicis, quæ uerba tene menti.

7 Sed pro text. declaratione quæro, † qualiter pars dicatur conſtitui in contumacia. & Doc. reſpondent, quod cenſetur conſtitui in contumacia, quãdo fuit citatus ab homine, vel a iure. ut in c. j. de elect. in vj. ſiue ex præfixione termini præfixi ad appellationem proſequendam, iuxta diſpoſitionem ca. ſæpe, ſupra eo. ſiue ergo iudex appellationis citet, ſiue citatio fiat a canone, ut dicto capitu. j. & ca. ut circa, & c. cupientes de elect. in 6 ſiue præfigatur terminus ad proſequendam appellationem, dicitur pars contumax, niſi comparcat in termino coram iudice ad quem, & non obſtante eius cõtumacia poteſt procedi in cauſa appellationis lite non conteſt. & hoc eſt, quod vult dicere tex. Et aduerte, quia Hoſ. & Io. An. ponunt hic unum bonum dictum dicentes, quod abſente contumace appellante poteſt appellatus proſequi appellationem, vltimo menſe anni, per ea quæ habentur 2. quæſt. 6. appellatore, & in auth. ei qui. C. de temp. ap. & quod non eſt

8 neceſſarium, quod appellans † citetur in partibus, ſed ſatis eſt, quod citetur in curia iudicis ad quem, in locis publicis: ſi enim oporteret ipſum citari in partibus, totus annus laberetur, & poſſet eſſe ita remotus, quod infra menſem, vel paulo minus non poſſet fieri citatio perſonalis in partibus, & ideo iura dicunt appellantem requirendum eſſe, & non citandũ, ut d. c. appellatore, & dicta auth. ei qui. ubi Barto. idem tenet idem tenent hic But. & dom. Abb. & Ioan. de Imo. & eodem modo eſt dicendum, quando appellãs proſequeretur appellationem, circa finem anni abſente appellato, ſecus ſi ante finem anni uellet proſequi appellationem, quia tunc deberet facere citari ſpecialiter aduerſarium in partibus, nec ſufficeret generalis citatio in curia iudicis ad quem, ut dicunt hic But. & Ioan. de Imo. de quo plene dixi ſ. eodem. oblatæ, & nota bene uerba Hoſt. & Doct. quia voluit, quod appellatus debet differre proſecutionem appellationis uſque ad fi-

9 nem anni, hoc eſt uſque ad ultimum menſem. † appellans uero poteſt quandocunque proſequi appellationem citato aduerſario, ut dixi in d. c. oblatæ.

In glo. in verbo, lite non conteſtata, in fi. Aduerte quia in §. ſexta hic allegato per ipſam glo. in addi. tenet contrarium dicens, quod in exceptionibus dilatoriis, uel peremptoriis non eſt neceſſario lis conteſtanda, & hoc tenent etiam ibi Doct. & per hoc Ioan. And. & Butr. dicunt, quod glo. iſta male dicit, dum vult, quod in cauſa appellationis parte præſente debeat lis conteſtari, quia hoc eſt contra nota per gloſ. & Doct. in dicto §. ſexta, & hanc concluſionem etiam ſequitur dom. Abb. ſupra eod. per tuas, in ſecunda columna. & idem clarius firmat in c. Raynaldus, in ti. colum. de teſta. Idem tenẽt Dom. de Rota deci. 465 circa medium, quæ incipit, item quod auditor. ſed Bal. hic ſentit, quod lis ſit conteſtanda in appellatione ab interlocutoria parte præſente, idem ſentit Bart. & Bal. in l. ab hoſtibus, §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex qui. cau. ma. Idem tenet hic Ioan. de Imo. & Ioan. And. in c. Raynaldus, infra de teſtam. & iſtam opin. puto veriſſimam, quia de hoc eſt tex. a contrario ſenſu. facit. quod no. glo. in uerbo, non ſeruatum, in c. per venerabilem, infra qui fi. ſint legit. vnde cõclude, quod in appellatione ab interlocutoria, uel grauamine eſt lis conteſtanda, ſi ambæ partes ſint præſentes, ut eſt caſus hic a contrario ſenſu. Non obſtat illud, quod no. gl. in dicto §. ſexta, quia loquitur, quando ſimpliciter opponitur exceptio in cauſa principali. nam tunc non requiritur libellus. ſed iſte tex. loquitur, quando interponitur appellatio ex eo, quia iudex noluit admittere exceptionem nam cauſa appellationis habet nouam inſtantiam, quia ad proſequẽdum appellationem habet annum, & ex cauſa biẽnium, ut ſupra eod. cum ſit, & in auth. ei. C. de temp. app. & ideo ſuper appellatione debet porrigi libellus, & lis conteſtari parte præſente,

10 ſente, & adde vnum dictum valde notand. quod cauſa † appellationis regulariter regulatur, ſecundum naturam cauſæ principalis. vnde ſi cauſa principalis erat ſummaria, etiã cauſa appellationis erit ſummaria, nec in ea requiri debet litis conteſtatio, vt dicit ſingulariter Ange. in l. prima. ff. cum qui appell. per illum tex. pro quo eſt bo. tex. in l. j. ff. an per ali. cau. appel. facit, quod notat glo. 12. diſt. illud, & hoc tene menti.

In glo. ſi illud, quod dicit glo. fuit expeditum, ſupra eo. per tuas. vbi eſt ſimilis glo. Et nota bene iſtam gloſ. quæ videtur
11 ſentire, quod ipſe † iudex non ſit citandus, in diſcuſſione articuli appellationis, & hoc etiam probatur in tex. in quo patet, quod ſufficit ſola contumacia appellanti, ad hoc ut poſſit procedi lite non conteſtata, nec aliqua ſit mentio de iudice, de quo vide bo. tex. in c. venerabilibus, poſt prin. §. ſed ſi excommunicatus. de ſent. excommu. in ſexto. & bo. glo. in c. cum ſpeciali. § porro, in fi. in verbo, coram ſuperiore, quæ incipit, qualiter, & in ca. ſacro, in uerbo, ſi conſtiterit. de ſentent. excomm.

Extra glo. quæro, ſecundum Bal. nunquid ſi iudex grauauit
12 nit in vno articulo, & in alio fecit iuſtitiam, † ſententia ſit in totum reuocanda. & dicit quod non, ſed ſolum pro parte, qua iniuſte pronunciauit. allegat l. generaliter. § primo. C. de rebus cred. Tu autem allega c. Raynutius, & Raynaldus, infra de teſtam. & in c. cum Ioannes, in ſi infra de fi. inſtrum. in quibus ſententia, quo ad aliquos articulos fuit confirmata, quo ad alios retractata. dicit tamen Bal. quod Archid. 11. quæſtio 3. priuilegium. ponit vnum notabile verbum, dicẽs, vbi læſio eſt enormis, totum reſcinditur, non autem modificatur. ſed Bald. dicit, quod Archid. non loquitur in ſententia, ſed in priuilegio, quæ multum no. ex quibus habes, quod priuilegium eſt in totum reuocãdum, quãdo alicui infert enorme præiudicium. idem ſenſit glo. prima, in fi. in c. ſuggeſtum, infra de deci. & glo. in regula, decet, libro ſexto.

13 Et ex his infert Bald. quod propter enormitatem † læſionis poteſt laudum arbitratoris in totum caſſari, & non modificari, reducendo tamen utrãque partem in priſtinum ſtatum. ſed dicit, quod glo. in l. placuit. ff. de vſu. tenet contrariũ dicens, quod ubi non peccatur in toto, ſed in tanto, factum ultra modum reducitur ad modum ſed Bal. dicit hoc eſſe arbitrarium, vel reducere ad modum, vel partes in priſtinum reponere, arg. ff. de contrahen. empt. l. domum. quia arbitramentum magis accedit contractui, quam ſententiæ: nam
14 ſententia debet modificari, non in totum aboleri, quia † ſententia non poteſt reſeruari corrigenda in poſterum. l. vlt. C. quando prouo. non eſt ne. & per hoc dicit Bal. quod in ſententia partes non poſſunt reponi in priſtinum ſtatum, allegat l. ſi diuerſa. C. de tranſact. ubi eſt glo. ſingularis, quod ubi prima ſententia tranſiuit in rem iudicatam, non valet ſecunda ſententia ei contraria, etiam de conſenſu partium. hinc
15 eſt, quod de re iudicata non poteſt † compromitti, ut notat Archid. ſecunda quæſtio 6. diffinitiua. niſi fieret compromiſſum pendente appellatione, quia tunc ualeret, ut in cle. quãdiu, eodem titulo. & de hoc articulo dixi in c. ſæpe, ſupra eo. nota bene verba Bal. inquantum vult, quod ſi laudum enormiter lædit, eſt in facultate ſuperiorum, vel illud in totum reuocare, uel modificare, de quo uide, quod dixi poſt domi. Abb. in c. Quintauallis. in prin. de iureiur.

16 Secundo nota ex uerbis Bal. quod partes † dicuntur reponi in priſtinum ſtatum, quando ſententia, vel actus geſtus in totum reuocatur.

Tertio nota ex uerbis Bal. quãdo ſententia iudicis eſt partim iuſta & partim iniuſta, partes non poſſunt reponi in priſtinum ſtatum, quia ſententia non eſt in totum reuocanda, ſed modificanda. hoc tamen intelligas, quãdo capitula ſunt diuerſa, ſeu ſeparata, ſecus ſi eſſent connexa. quia tunc ſententia eſſet in totum reuocanda, ut in l. etiam §. 1. ff. de mino. & hoc tenent Doct. in dicto c. Raynutius. & cap. Raynaldus, ſ. de teſta optime faci, quod notat Bar. in l. appellanti, ff. eod.
17 ubi poſt Dy. dicit, quod † appellatio interpoſita ab uno articulo tantum, porrigitur ad capitula connexa. mouetur per dictã l. etiam. § primu, ff. de mino. & hæc ſufficiant, ſequitur cap. inquiſitioni.

S V M M A R I V M.

1 *Clauſula, appellatione remota, in medio literarum poſita, reſpicit tantum præcedentia, quibus annectitur.*
2 *Clauſula, appellatione remota, operatur effectum ſuum etiam hodie, ſecũdum Abba.*
3 *Clauſula poſita in medio plurium negociorum, ſeu capitulorum ſeparatorum, reſpicit tantum præcedentia.*
4 *Clauſula, in fine poſita, ad omnia præcedentia refertur.*
5 *Pœna in fine legis poſita, atque ad omnia præcedentia refertur.*
6 *Dictum in principio, cenſetur repetitum in fine.*
7 *Qualitas in principio poſita, an cenſeatur repetita in fine: diſtingue, aut in ultima voluntate, aut in contractu, aut in lege, vel ſtatuto.*
8 *Clauſula de per ſe poſita, ad quæ referri præcipue debeat.*
9 *Clauſula, poſita in medio, ad quæ præſertim ſit referenda.*
10 *Clauſula, poſita in principio, uel in fine, ad quæ ſit referenda.*
11 *Verba, ſolus annua, bima, trima die, quid importent.*
12 *Clauſula, poſita in fine, refertur ad ſuperiora, ſi verbum, præmiſſis, & præfertur, apponatur.*
13 *Clauſula, poſita in proœmio, uel euidentialibus, ad quæ referenda ſit.*
14 *Verba indefinitiua, an referantur ad futura nondum diſpoſita.*
15 *Clauſula, pro ſe & filiis, ad poſthumos etiam, an trahatur.*
16 *Conceſſio præſumitur eſſe realis, quatenus uerba patiuntur.*

C A P. LXXI.

1 INquiſitioni. Clauſula, † appellatione remota, in medio literarum poſita reſpicit ſolum præcedentia, in quibus annectitur, non autem ſequentia, niſi in fine literarum repetatur, & hoc ſi negotia ſint ſeparata. hoc dicit. non diuiditur.

2 Nota primo, ſecundum dom. Abb quod † clauſula, appellatione remota, in reſcripto poſita, etiam hodie operatur effectum ſuum. nam cum iſtud c. emanauerit poſt ca. ut debitus, ſupra eod. non poteſt dici, quod corrigatur per illud c. & ſic falſa eſt opinio gloſ. ibi, & ſequentium, qui volunt hanc regulam hodie nihil operari per illud c. ut debitus. Nec obſtat ſi dicatur, quod hic fiat mentio de clauſula, appellatione remota, cauſa exempli. quia non adduxiſſet nos ad iſtum errorem, cum ſine commemoratione ipſius ſuffeciſſet dicere, quotiens aliqua clauſula in medio ponitur, &c. & habuiſſemus diſpoſitionem magis generalem: poſuit ergo ſerioſe exemplum in remotione appellationis, ut haberemus inde maiorem claritatem, tam reſpectu huius clauſulę, quam reſpectu aliarum clauſularum.

Secundo nota, quod vbicunque in eadem diſpoſitione an-
3 nectuntur plura negotia, ſeu capitula ſeparata, † clauſula in medio eorum poſita non concernit totam diſpoſitionem, ſed dumtaxat præcedentia, quod dicit dom. Abb. eſſe menti tenendum ad ſtatuta, & ad alias diſpoſitiones.

Vltimo nota, quod clauſula in fi. diſpoſitionis poſita, nõ
4 reſtringitur ad immediate præcedentia, ſed concernit † omnia in diſpoſitione contenta. per hoc dicit Bal. in l. quiſquis.
5 C. ſi certum petatur, in princ. quod ſi in fi. † legis determinatur aliqua pœna, & præcedant multa capitula, omnia videntur ab eadem pœna determinari. & Bald. in l. doli. ff. de ſer. corrup. dicit, quod ſi ſtatutum dicat, quod ſi quis cum armis iuerit, vel aliquem percuſſerit de nocte puniatur in centum, quod illud uerbum, de nocte, debet referri ad utrunque, ſ. quod de nocte vadat cum armis, vel quod de nocte aliquem percutiat. & quod dicitur ita de clauſula hic in fi. poſita, multo fortius habet locum in clauſula poſita in princi. quia clauſula præcedens eſt maioris efficaciæ ad determinationem ſequentium, quam ſeqnẽs ad determinationem pręcedentiũ, vt dicit glo. in l. quiſquis. ff. de leg. iij. quam ſequitur ibi Bart. & idem dicit Barto. in l. auia. in princ. ff. de cond. & demonſ. & hoc tene menti pro declaratione huius tex.

In gl. diuide ipſam in duas partes. In prima opponit, & ſoluit. In ſecunda colligit argumentum, & cõtra illud opponit, & non ſoluit. Secunda ibi, & eſt argumentum.

In prima parte gl. de uno negotio continente plures articulos. pone exemplum in capit. cum dilecta, ſ. de reſcriptis. De pluribus uero negociis, pone exemplum per ca. cum veniſſent, ſ. de teſti.

In ſecunda parte gl. in fi. Hoſt. & Ioan. And. dicunt, quod non poteſt dari certa doctrina, ſed ſecundum diuerſitatem caſuum fit relatio. nam quandoque id, quod ponitur in principio, concernit omnia ſequentia, & idem de eo quod ponitur in medio, ut in c. ſecundo requiris ſ. eod.

Quandoque clauſula ſolum cõcernit præcedẽtia, ut hic:
6 quandoque † dictum in principio intelligitur repetitum in fi. vt in c. apoſtolus, hic allegato in glo.
7 Sed tu dic, quod aut quæritur, an † qualitas poſita in prin. intelligatur repetita in ſequentibus, & tunc ſi in ultima voluntate, dic ut habetur in l. licet imperator, ff. de leg. j. & ibi p Bar. & alios. & in l. in repetendis. ff. de leg. 3. & in l. Seia. §. Caio. C. de fundo inſtru. & in l. Iulius Paulus, ff. de conditio. & demonſtr.

In cõtractib. uero dic, ut per Bar. & alios ſcribentes, in l. ſi ita ſtipulatus. § Griſogonus. ff. de uerb. obli. ſi uero in alia diſpoſitione,

ſpoſitione, vt in lege, vel ſtatuto, dicūt per Bar.in l.j § prnla
de.ti.de publica.& in l.prætor.§.j.ff.vi bo.rapt.
8 Quandoque uero in diſpoſitione ponitur aliqua † clau-
ſula, de per ſe, & dubitatur ad quem debeat referri, utrum ad
omnia præcedentia, vel ad proxima tantum, vel etiam ad
ſequentia, & iſta eſt noſtra materia quæ principaliter tradi-
tur hic, & in c.ſecundo requiſitis, ſupra eodem, & per Bart. in
l.talis ſcriptura.§.fi.ff.de le.j.& in l.j.C.de libe præte.& in plu
ribus aliis locis, & Bald.etiam hic latius tangit, quàm alibi,
licet in pluribus locis iſtum articulum perſtingat, quam pu-
to ſuperfluum recitare. tractat etiam Spec. in titu. uel inſtru.
edic.§.nunc autem, ver.item excipe.& in titu. de diſputatio-
ne, & allegatione §.poſt, verſi.vel quod, & per domin. Abb.
in capitu. ſecundo requiſitis, ſupra eodem, in princ.vbi dicit,
quod aut clauſula ponitur in medio, aut ponitur in princi.
vel in fi.
9 † Primo caſu, dic quod aut ſunt diuerſa negotia in eadem
diſpoſitione contenta, & ſic clauſula concernit dumtaxar
præcedentia, maxime, quando materia eſt odioſa, ſicut eſt
clauſula, appellatione rem.hoc probatur hic.
Aut eſt unicum negotiū habens plures articulos, & tunc
ſi illa clauſula concernit illum articulum tantum, tunc eſt
pars vnius articuli, & ad ipſum ſolum debet referri, ut in l.
3 §.filius ff de libe.& poſthu.exemplum, committo tibi cau-
ſam inter Titium, & Semproniū ſuper tali, & primo uideas
de ſpoliatione, & facias appellatione remo. reſtitutionem
fieri. Secundo des adminiſtrationem, & c.ut in c.venerabili.
de offi.deleg.illa enim eſt clauſula poſita in medio illius ar-
ticuli, concernentis reſtitutionem, ergo non debet referri
ad alios, ſecus ſi poſita eſſet inter plures articulos, quia tunc
referretur ad oēs illos articulos ſi non eſſet ratio, quare ma-
gis deberet referri ad vnum articulum, quam ad alium, quia
tunc ad illum ſolum referri debet, ex quo ratio ſuadet, quod
magis referatur ad illum articulum, quam ad alium, ita di-
cit tex.in l.j.C de libe præte & hoc declarabo in ſecundo ca-
ſu. Aduerte tamen, quia ſi clauſula poſita in medio ſui natu
ra deberet præcedere, perinde haberi debet, ac ſi eſſet poſita
in prin.ut in ca.cauſam quæ, ſupra de reſcrip. & idem dicen-
dum eſt, vbi clauſula poſita in medio ſui natura deberet ſe-
qui, quia tunc perinde habetur, ac ſi eſſet poſita in fine.
vnde tunc idem per omnia eſſet dicendum, ut dicam in ſe-
quenti.
10 In ſecundo vero caſu, ſ.quando † clauſula ponitur in prin
cipio, vel in fi. tunc eſſet referenda ad omnia capitula, uel
ad omnia negotia, vt eſt tex hic, nec eſt facienda differentia,
vt dixi, an ponatur in principio, vel in fi. hoc tamen recipit
plures limitationes.
Prima eſt, quia non refertur ad articulos habentes ſuas
determinationes, vt in l.ſi quis legata.ff.de condi. & demon.
vbi patet, quod teſtator fecit multa legata pure, demum di
11 xit, quod volebat illa † ſolui annua, bima, trima die ideſt vnā
partem in primo anno, ſecundam in ſecundo, tertiam par-
tem in tertio anno demum in fi.fecit legatum impuberi, ut
ei ſolueret cum perueneri ad pubertatem: quærebatur, nun
quid ei effecto puberi eſſet ſoluendum in tres partes, ſicut a-
lia legata.& ibi reſpondetur, quod non, quia iſtud legatum
factum impuberi habebat ſuam determinationem, ſ.cum p-
uenerit ad pubertatem.illa ergo clauſula, quod ſoluatur an
nua, bima, trima die, non refertur ad illud legatum, ex quo
habet ſuam determinationem, quod dicit do.Abb. eſſe no-
tandum ſed iſtud exemplum loquitur, quando clauſula po
nitur in medio.ſed vide Bald. in l prima. prope fi.C.de legit.
hæred.vbi dicit conſuluiſſe, quod quādo prima clauſula ha-
bet propriam, & ſpecialem determinationem, clauſula ulti-
mo poſita non refertur ad illam, allegat l.j.§.deinde.ff.de po
a ſtul. & l.talis ſcriptura.ff.de leg.j.[a]
Secunda limitatio eſt, vbi eſt facta diuiſio per §. vel uerſi-
culos, clauſula poſita in uno.§.vel ver.non refertur ad aliud,
vt dixit glo in c.j.in verbo, ſi ſic.de poſtu præla.in ſexto, & in
c.vt circa.in verbo, coram.de elect.in vj.vnde Bal.hic dicit, ꝙ
quando loquitur de c.vel §.clauſula non refertur ad omnia,
quia §.idem eſt, quod ſeparatio, ut in l.non cogendum. §.Sa
binus.ff.de procur.ſed quod dicit de §.dicas idem de uerſ. vt
dicunt gl prælleg.
Hoc tamen intellige, niſi poneretur verbū, propter quod
b appareret, ꝙ intenderet facere relationem, vt eſt uerbum,[b]
12 vt præfertur, & verbum præmiſſis, quia tunc clauſula † poſi-
ta in fi. refertur ad ſuperiora etiam ſi eſſet facta diuiſio per
§ vel ver.hoc tenet glo.no.in cle cauſam, in verbo, ut præfer
tur, de elec & in cle.quamuis, in § ſane, in verbo, præmiſſis,
de ſo. compet.
Tertia limitatio eſt.quādo ſequeretur abſurditas, quia tūc
non deberet fieri relatio, ad hoc do Abb.allegat glo. in cle.
ne in agro, in § certarum.de ſtatu monach. Sed tu vide gl.in
l.prima.§.eum qui, in verbo, à ſuperioribus de poſtulan quę
dicit, quod clauſula non refertur ad ſuperiora, quando com
mode non poteſt referri.
Quarto limito, quando præcedentia capitula, & ſequen-
tia eſſent contraria, quia tunc clauſula in fi.poſita, non poſ-
ſet referri ad capitula præcedentia, quæ eſſent contraria.l. ſi
idem cum eodem, in fi.ff de iuriſdict om.iud.
v· Quinta limitatio eſt, quando ex tali relatione diſpoſitio
ad quem fit relatio redderetur inutilis, vt in l. eum vulgari.
ff.de do præle.Vnde dicit Bal in l j.C.de libe.præte. quod vbi
non pōt fieri relatio ſalua ratione recti ſermonis, tunc non
eſt facienda relatio, arg.l.Plantius.ff de au.& arg. lega. & di-
cit, quod vbi in iure reſultat abſonus intellectus, vt quia fit
conſtructus cum malagrammatica, vel cum mala puncta-
tione in grammatica, non eſt facienda relatio.
Sexta limitatio eſt, vbi clauſula in fi poſita, ſi referatur ad
præcedentia habet reſtringere diſpoſitionem ſui natura fa-
uorabilem, quia tunc non refertur ad præcedentia.caſus eſt
ſingularis in c.cum dilecti, in fi.ſecundum vnum intellectū,
infra de dona.& ibi hoc tenet Bu.& Ioan.de Imo. vnde dicit
ibi dom.Card.quod clauſula in fi.poſita, reſtringens diſpoſi
tionem debet ſolum referri ad illa præcedentia, quæ ſunt ſi
milis conditionis, non autem ad illa quæ ſunt diſſimilis cō
ditionis, & hanc limitationem tene perpetuo menti ad iſtū
textum.
Septima limitatio eſt, quia clauſula in fin. poſita non re-
fertur ad ea quæ non ponuntur principaliter in oratione,
ſed cauſa demonſtrationis, ita dicit Bar in l.ſi §.Titia.de li. le
ga.ad idem, quod notat Bar.in l.In actionibus.ff.de in lit.iurā
do. vbi dicit, quod clauſula poſita per viam narrationis in
vna parte legis, non debet referri ad aliam partem eiuſdem
legis, & hoc probat per illam l iuncta l.j.eo.tit.
Octaua limitatio eſt, quādo clauſula in fi.poſita, nō prin-
cipaliter poſita propter ſe, ſed eſt poſita ad aliam diſpoſitio-
nem qualificandam. exemplum: teſtator fecit plura lega-
ta, & in ultimo legato inſerit conditionem, vel modum. nā
modus, vel conditio non debet referri, niſi ad vltimum le-
gatum, cui eſt appoſitus, vel appoſita.hoc tenet Bar. in l.fin.
ff.de rebus dubiis, & per l.filium.ff.quando dies lega.cedat.
c Vltima limitatio generalis eſt quæ ad multos caſus[c] po-
teſt referri, quando ſuccedet ratio, vt clauſula referatur ad a-
liqua, & non ad omnia ſuperiora, quia tunc non debet refer
ri, niſi ad illa in quibus ratio dictat, vt ad ipſa potius refera-
tur, quam ad alia de hoc eſt tex.in l.1.in fi.C.de lib.præter.&
ibi hoc etiam ſentit Bar.& in d.l.talis ſcriptura.ff.de lega.j. &
hæc ſufficiant de iſto articulo.
Quærit tamen Bal quid de clauſula poſita in procœmio,
13 vel in euidentiali, an talis clauſula † debeat referri ad ſequē-
tia.& Bal.dicit, quod ſic, dūmodo ratio poſſit adaptari, alias
ſecus, allegat l.fi.ff.de hæred.inſtit.& de hoc plenius dixi in c.
ſecundo requiſitis, in prin & in c.cum ceſſante, ſ.eo.
14 Quærit etiam Bal.an verba indiffinitiua † referantur ad fu
tura nondum diſpoſita.& dicit, quod non, allegat l.per retē
tionem.C.de vſur.Et ex hoc infert, quod ſi aliquis fecit pacē
pro ſe, & hæredibus ſuis cum certa obligatione, quod intelli
gitur de adhærentibus præſentibus, & non de illis qui poſtea
fecerunt adhærentiam.& dicit, quod optime facit, quod no
tat Archi.in c.excellentiſſimus, 11.quæſtio.3. & l.ſi a colono.
ff.de verborum oblig.& c.penult.ſ.de iureiur.
15 Et ex hoc infert, quod ſi quis † obligauit ſe ad pacem ſer-
uandam pro ſe, & filius, non includuntur poſthumi, ut in l.ſi
quis ita.ff.de teſta.tute.ſecus dicit in actu fauorabili, puta, ſi
quis accipiat emphyteuſim pro ſe, & filiis, quia intelligitur,
tā de natis, quàm de naſcituris.ſed dicit, quod hoc procedit
propter naturam illius rei, ſ.emphyteuſis, allegat no. per gl.
in l.etiam ff.ſolu.mat.& idem dicit in indulgentia conceſſa
alicui pro ſe, & filiis, quia videtur de omnibus cogitatum, ut
in l.placet, & in l cum quidam.ff.de libe.& poſthu.quia qua-
16 tenus uerba ponuntur, † conceſſio præſumitur eſſe realis, ut
in l.voluntas.C.de fideicommiſ.& in l.pater.ff.de ſeruu.lega.
allegat etiam no.in l.forma.ff.de cenſi.& in c. cum veniſſet.
de inſti.

ADDITIONES.

a Adde Alexan.Imo. in conſil.119.in ſecunda colum.verſi. confirmatur, in 4.volumine.

b ¶ Vtrum autem oratio imperfecta ſuppleatur per præcedentem perfectā vide Bald.conſil.444.in princip. verſic.illi ſunt coniuncti re & uerbis, & ſequen.

c Adde, quod vbi clauſula, in fine appoſita, poteſt referri ad omnia præce-dentia, debet tantum referri ad proxima.Ang.in l.deinde, in fi.ff.de po-ſtulat.

de in ſtit vbi habetur,an in dubio præſumatur conceſſio eſſe
perſonalis,vel realis,& habetur etiam per Bart. in d. i pater.
Nota iſta verba Bal.licet non pertineant ad propoſitum,ſed
concernant materiam cap.quia j.de priuil.& l.ſi ita.ff.de au.
& arg lega.vbi habetur,an uerba indefinita extendantur ad
futura.nam ex iſtis verbis Bart. habes ſi agitur de obligatio-
ne contrahenda, vel de materia onerosa, verba indefinita
non extenduntur ad futura,ſed beneficii materia eſt fauora
bilis, ſequitur c.vna.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio vnius prodeſt alteri ſi iure communi iuuentur,& idem ſit ne
gocium.*
2 *Condemnatio,licet ſit facta de pluribus, poteſt tamen per unum appel-
lari.*
3 *Sententia lata contra unum, ut alteri proſit, plura ſunt neceſſaria, quæ
vide.*
4 *Beneficium perſonale ſequitur perſonam,nec alteri communicatur.*
5 *Reſtitutio vnius minoris non prodeſt alteri minori,quia non poteſt peti ſi-
ne ſpeciali mandato.*
6 *Facilius impediuntur facienda, quam facta dirimantur.*
7 *Ius municipale,an proſit etiam conſorti.*
8 *Contumace uno appellante,& uincente,alter contumax,an iuuetur.*
9 *Victoria correi,quando ad correum extendatur.*
10 *Vno ex condemnatis appellante,deinde elapſis decem diebus ſi componẽ
te cum aduerſario, an præiudicet cæteris in proſecu[illegible] appellatio-
nis.*
11 *Appellans non poteſt renunciare appellationi in præiudicium tertij, vel
eius qui adhæret.*
12 *Victus qui appellauit ſi appellationi renunciauit, an vincente proſequen-
te appellationem, poſſit in expenſis condemnari.*
13 *Plures contra unum obtinuerunt,is contra unum tantum appellauit, an
cenſeatur contra cæteros appellaſſe.*
14 *Sententia lata contra plures,cum fuerit per unum per nullitatem labefa
ctata,an cæteris proſit.*
15 *Supplicatio facta per unum ex condemnatis,an cæteris proſit.*
16 *Supplicatio quid ſit,& quis eius effectus.*
17 *Vnus ex excommunicatis appellando,an alteri etiam proſit.*
18 *Excommunicatus,nunquid poſſit abſolui per procuratorem.*

C A P. LXXII.

1 VNa. Appellatio † vnius prodeſt alteri ſi iure
communi iuuentur, & ſit idem negotiũ
& eadem cauſa defenſionis, & eadẽ ſentẽtia ſint
condemnati.hoc dicit,& non diuiditur.& victo-
ria vnius prodeſt alteri,non condemnatio vnius nocet alte-
ri,glo.in c interrogatum.in verbo,profitetur,ſecunda, quæ-
ſtione tertia:
2 Nota primo,quod licet plures ſint condemnati in † eadẽ
ſententia,tamen unus ex eis poteſt appellare, licet alii non
appellant.
In glo.j.in fi.pro declaratione huius tex.& glo.vide nota.
per Bar.in l.ſi quis ſeparatum §.fi.ff.eo.& per Cy.Bart.& Bal.
in l.3.C.ſi vnus ex pluribus appel.
Ex quorum dictis conclude,quod ad hoc,vt ſententia la
3 ta contra vnum † alteri proſit contra regulam, res inter a-
lios acta.vt in ca penult.ſupra de re iud.cum ſimilibus,plura
requiruntur.
Primo,quod vna ſententia ſint condemnati. nam ſi non
fuiſſent in iudicio correi, nec condemnati eadem ſententia
ceſſat diſpoſitio huius ca in quo requiritur,quod una ſentẽ-
tia feratur,vnde tunc ſententia lata pro uno,vel contra vnũ
non prodeſt,nec noceret alteri,licet vterque eodem iure iu-
uaretur per nota.in l.denunciaſſe.ff.de adul.& ij quæſt.3. in-
terrogatum,& hoc tenet gl.fi in c.dilecto,j. de præben. Bar.
vero in d l.ſi quis ſeparatum,in fi dicit,quod etiam condem-
natus in diuerſis ſententiis,dummodo ſit facta vna proba-
tio contra omnes,& eadem cauſa defenſionis ſubſit,& con
currant alia de quibus in tex.ſententia lata pro uno in cau-
ſa appellationis prodeſt alteri.mouetur per d l ſi quis ſepa-
ratum.in verſi ſed cum aduerſus,& idem tenet hic But.& do
mi.Abb ſed Ioan de Imo hic in prima colum. dicit dictum
Bar.non eſſe tutum,quia in dicta l.ſi quis ſeparatum, non di-
citur,quod plures eſſent ſententiæ, ſed facit mentionem de
vna ſententia tantum,& contra Bat.facit iſte tex. qui requi
rit vnam ſententiam ferri. ergo ſecus ſi plures,tamen in iu-
dicando non puto eſſe recedendum ab opin.Bar.cum Butr.
& dom.Abb.ipſam ſequantur.Nec obſtat iſte tex.qui requi
rit vnam ſententiam ferri,nam vbi vna probatio pro omni-
bus tantum interuenit,& alia requiſita concurrunt in effe-
ctu dicitur eſſe eadem ſententia,licet ſeparatim pronuncia-
uerit contra ipſos.
Secundo requiritur,quod ſententia ſit in cauſa appellatio
nis,ſecus in ſententia lata in cauſa principali, quia lata cum
vno regulariter non prodeſt,nec nocet alteri,vt in d.c.penul
ti.& hoc tenet glo & Bar.in d.l.ſi quis ſeparatum, & Butr.&
Io.de Imo.& do.Abb.hic.hoc tamen intellige, quando ſen-
tentia eſt lata ſuper re corporali.Secus ſi lata ſit ſuper incor
porali indiuidua pro vno,& eodem iure, quia tunc prodeſt
alteri,licet non fuerit in iudicio l.loci corpus § ſi fundus.ff.
ſi ſerui.vendi.& hoc tenent Docto.hic, & ſequitur etiam do
min.Abb.
Tertio requiritur, quod condemnati eadem ſnĩa iuuen-
tur iure communi,ſecus ſi iuuarentur iure ſpeciali puta fa-
uore minoris ætatis,ſeu fauore eccleſiæ victoria vnius obti-
nentis de iure ſpeciali non prodeſt alteri, licet concurrant
4 omnia alia in hoc c.contenta.ratio eſt,quia † beneficium p
ſonale non communicatur alteri,ſed ſequitur perſonam,vt
in regula,priuilegium,in ſexto.probatur in l.vnica.C.ſi in cõ
muni eademque cauſa.hoc tamen fallit, ſecundum do. Ab.
ſi ageretur de re indiuiſibili.nam tunc fauor ſpecialis porri-
gitur ad alium, vt in l.ſi communem ff quemadmodum ſer-
ui amit.facit,quod notat glo ſingularis.in ca.vnico.de iure-
patr in vj.
Et ex hoc nota,quod ſi vnus obtinet per viam reſtitutio-
nis in integrum victoria ſua non prodeſt alteri etiam ſi alia
requiſita concurrant,dummodo res ſit diuiſibilis,quia bene
ficium reſtitutionis in integrum eſt ſingulare,& ideo non ha
bet conſortem.ut dicit hic Bal plus dicit,quod etiam ſi vter
5 que conſors eſſet minor,† reſtitutio vnius non prodeſſet al-
teri,quia non poteſt peti ſine ſpeciali mandato , vt ff.de mi-
no.l.illud.§.fi.cum l.ſequen.& in l.patri pro filio,ff.de mino.
hoc etiam tenet But. hic. Dicit enim , quod ſi duo minores
ſunt læſi ex eodem contractu , & alter petat reſtitutionem
in integrum, ſententia lata pro uno non proderit alteri mi-
nori,quia reſtitutio in integrum eſt beneficium perſonale,
quod non egreditur perſonam,de priuil.ſane.& quia regula-
riter res inter alios acta alijs non nocet,neque prodeſt,& li
cet glo.in l j.C.ſi in communi eademque cauſa, hoc intelli-
gat,quando ius ſuper quo eſt petita reſtitutio in integrum
eſt diuiduum,ſecus ſi ſit indiuiduum per l.ſi communem ff.
quemadmodum ſerui.amit.tamen Cyn. ibi indiſtincte dicit
quod etiam ſi res ſit indiuidua, reſtitutio conceſſa vni non
extenditur ad alium,& ad l.ſi communem, reſpondet, quod
ibi priuilegium minoris prodeſt ad totam ſeruitutem con-
ſeruandam,quia propter priuilegium impeditur,ne ſerui. a-
mittatur.ſed ex hoc non ſequitur,vt priuilegium minoris p
6 ſit ad recuperandum,quod eſt amiſſum,quia † facilius impe
diuntur facienda,quam iam facta dirimantur l.patre furio-
ſo.ff.de his qui ſunt ſui,vel alie iur & in c. quemadmodum,
de iureiuran.ita dicit But.& idem dicit Ioan Andr. in addit.
Spec eod.titu.ver.22.vt refert But.pro hoc facit gl.in c. dile-
cto.de præben.
7 Sed circa hoc quæro,quid ſi ſit † ius municipale,quomo-
do iuuatur ipſe appellans, an proſit conſorti ſi alia concur-
rant.& Bal.licet effundat multa verba,in effectu concludit,
quod ſic,quia ius municipale eſt ius ciuium, & reputatur eſ-
ſe ius commune illius ciuitatis,& territorii,& hoc puto eſſe
veriſſimum,quod tene menti.
Quarto requiritur,quod ſit idem negotium,ſecus ſi eſſet
diuerſum,puta plures tutores fuerunt condemnati ex diuer-
ſis adminiſtrationib.& unus appellauit: certe victoria vnius
non proderit aliis:ceſſat enim ratio iſtius tex.propter diuerſi
tatem adminiſtrationum , quia non poteſt dici vnicam eſ-
ſe ſententiam propter diuerſitatem adminiſtrationum,vt in
l.etiam.§.j ff de mino.
Quinto requiritur,quod ſit eadem cauſa defenſionis, po-
ne exemplum.vt hic in glo.in fi.Sed dom. Abb.ponit exem-
plum magis clarum,quod etiam eſt de mente glo. pone,plu-
res fuerunt fideiuſſores vnius non renunciãtes beneficio au
then.de fideiuſſo.ſ.vt prius conueniatur principalis , de quo
etiam in authentica , præſente.C.de fideiuſſ.omnes fuerunt
condemnati eadem ſententia,vnus appellauit, & obtinuit ,
vt prius haberetur recurſus ad principalem. hæc ſententia
proderit aliis confideiuſſoribus,quia eadem eſt cauſa defen-
ſionis,ſecus vbi eſſet diuerſa,ut hic in glo fi.
Sed quid ſi ſunt tres,& duo habent eandem rationem de-
fenſionis,ſed tertius non.dicit Bald hic, quod victoria illius
proderit duobus propter connexitatem cauſæ, ſed non ter-
tio,& iſta quinque requiſita colliguntur in tex. Doct.addunt
alia tria requiſita.

Sexto

Sexto ergo requiritur,quod agatur de re corporali , ſecus
ſi agatur ſuper re incorporali,& hoc volunt glo.j hic,ſed cer
te non eſt verum.ideo dic,quod tex.habet locum,ſiue ſentẽ
tia feratur ſuper re corporali,ſiue ſuper re incorporali, ſiue
diuidua,ſiue indiuidua,vt dicunt hic Doc.& ſequitur hic do
mi.Abbas.

Septimo requiritur,quod aliter qui non appellauit tacue-
rit,ita quod ſententiam expreſſe non approbauit,nam ſi ap
probaret expreſſe ſententiam victoria conſortis ſibi non ꝓ-
deſſet,quia quantum ad eum ſententia tranſiuit in rem iu-
di.ad hoc c cum ſuper,in ratione ſui,ſupra titu.proximo,&
l.non tantum.ff.eod. titu. per locum a ſpeciali, & hoc tenet
Barto.in dicta l.ſi quis ſeparatim,& Doct. hic , & ſequitur ẽt
domin.Abb.

Sed quæro circa hoc:pone, quod duo ſunt condemnati q
8 fuerunt vere contumaces,† vnus appellauit , & errorem iu-
dicis obtinuit,quia verus contumax non poteſt appellare ,
nunquid victoria illius proſit alteri.& Bal.dicit quod non,q̃a
ei non erat apertum ius appellandi,arg.ff.ad Trebell.l. debi-
tor §. fi. & eadem ratione idem dicendum eſt ſi vnus eſt ue-
rus contumax, alius non,& ille qui non erat contumax ap-
pellat,& obtinet.nam victoria illius non proderit conſorti,
qui fuit verus contumax,& ſic appellare non poterat. vnde
quo ad eum ſententia tranſiuit in rem iudicatam.

Octauo requiritur,quod ille ſciuerit conſortem appellaſ-
ſe,tunc enim cenſetur approbaſſe eius appellationem , nec
præſumitur tacite ratificaſſe ſententiam, ex quo ſciebat ap-
pellationem alterius ſibi prodeſſe,vt hic:ſecus,quando igno
rauit conſortem appellaſſe,& tacuit per decem dies,tunc e-
nim quantum in eo eſt,cenſetur approbaſſe ſententiam , &
ideo ſentẽtia poſtea lata in cauſa appellationis pro eius cor-
reo,ſibi non proderit,ita dicit Bar in d.l. ſi quis ſeparatim,&
Bur.& Abb.hic & etiam Ioan de Imo.& dicit Butr. & Abb.
9 hic,quod quando ſcit correum appellaſſe,& tacet,†victoria
correi ſibi prodeſt,etiam ſi appellans dixerit , ꝙ appellabat
pro ſuo reſpectu ſui intereſſe,& ſui præiudicii tantum . nam
nihilominus effectus extenditur ad alium,vt l ſi poſt mortẽ,
in fine ff.de contratabul. idem tenet Barto. in l. a ſententia.
ff.eodem.

Quid autem ſi vterque appellauit . & Barto.reſpondet in
dicta l.ſi quis ſeparatim, quod tunc victoria vnius non pro-
derit alteri.ex quo ſibi prouidit interponendo appellationẽ
& idem tenet Bar.in l.a ſententia,eo.tit.

10 Sed quæro . circa prædicta,quid ſi vnus ex pluribus † con-
demnatis appellauit,aliis ſcientibus & tacentibus,deinde la
pſis decem diebus appellans componit ſe cum eius aduerſa
rio, an hoc noceat alii , quod non ualeãt proſequi illam ap-
pellationem & dicendum eſt, quod talis compoſitio tãquã
perſonalis,non nocet aliis poſt ius quæſitum per illam ap-
pellationem. arg.l.ſi poſt mortem,§ fi.ff.de contratabu.& in
l petendæ.C.de tempo.in integ.reſt.pe.& ſic alii non obſtan
te tali compoſitione poterũt eius appellationem proſequi ,
& hoc tenet Spec.in titu de app.§.j.ver ſed quid ſi ille, & ſe-
quuntur etiam Doc.hic.Non obſtat.l.ſi iudex circũuento.ff.
de mino.vbi aduerſario non prodeſt reſtitutio ſi minor ei re-
nunciat,quia ibi reſtitutio fundatur ſuper fauore minoris,&
ad alium extenditur.quando minor vtitur ipſa reſtitutione.
ergo ſi deſiſtit in eius odium non debet retorqueri, ſed ap-
pellatio hic extenditur ad conſortem ex iuris communis di
ſpoſitione,nec appellatio eſt producta in fauorem ſolius ap
pellantis,immo etiam in fauorem conſortis,qui non appel-
lauit,& ideo ius ſibi quæſitum,non poteſt tolli per appellã-
tem renunciantem,& hoc dictum ſequuntur hic,But.& do.
Abb.& etiam Ioan.de Imo.& communiter Docto. idem in
effectu voluit Bald in auth.hodie,in fi.C.eod.vbi dicit,quod
11 † appellans non poteſt renunciare appellationi in præiudi-
cium eius qui ei adhæſit pro ſuo intereſſe pro hoc etiam fa-
cit glo.in capi.vt circa,in verbo, adhærentes.de elect. in 6.&
c.ſuper eo,cum ibi no.ſ̃.de elect.Butr. autem ad hoc allegat
no.in Specu.de adi.§.in quibus,ver.32. vbi iiſdem rationibus
12 dicit,quod ſi † victus ᵃ appellauit renunciet appellationi,ni
a hilominus vincens poterit eam appellationem proſequi, ut
obtineat condemnationem expenſarum omiſſam a iudice
a quo,quia appellatio iam eſt facta communis aduerſario ꝑ
l.omnem. C.quando prouo.non eſt neceſ̃.& hoc tenet Ioã.
And.ſuper illo verſicu.de quo dixi ſupra de exceptio.ſignifi-
cauerunt.

Secundo quæro:pone,quod plures egerunt contra vnum
13 † & omnes vicerunt , quia omnes obtinuerunt ſententiam
pro ſe, tamen iſte victus ſolum appellauit contra vnum de
vincentibus, contra alios vero nõ appellat: quęritur modo,
an ſententia in cauſa appellationis lata proſit , vel noceat
aliis, contra quos non fuit appellatum.& glo.in l 3.§ fi.ff.eo.
videtur concludere,quod ſic,ſed But.& Ioan.de Imo.hoc in
telligunt,quando appellatur contra vnum, & non approba
tur ſententia quo ad alios,& quando plures vicerũt vna ſen
tentia concurrentibus etiam aliis de quibus in tex.& hoc ꝓ
cedit in terminis illius decre ſecus foret in aliis terminis , &
hoc ideo ſi vnus ex pluribus condemnatis appellauerit vi-
ctoria illius non prodeſt aliis , nec cenſentur alii appellaſſe.
a.quæſt.ſexta,ſunt quorum.verſi.quandoque plures,& hoc
tenet Spec.eod.titu §.qualiter, verſi hoc etiam nota.vbi etiã
dicit, ſecus eſſe econtra,quia licet ſit cautum exprimere no
men aduerſarii in appellatione , ſi tamen non exprimitur
non nocet,immo ſi plures habẽt aduerſarios, & quorũdam
nomina non expreſſit in appellatione, poterit contra alios
etiam ipſam appellationem proſequi,vt dicit Spe. vbi ſupra.
de quo in l.prima,in fi.& in l.ſequ.& l.3.ff. eodem, & ibi per
Doctor.

Aduerte tamen,quia Spe.debet intelligi,dum dicit , quod
ſi vnus ex pluribus condemnatis appellat , quod victoria il-
lius non prodeſt aliis,quando omnia requiſita non concur
runt,vel ſi concurrunt,uictoria vnius prodeſt aliis,vt eſt tex.
hic,& in d.l.ſi quis ſeparatim,ff.eo.& in l 3. C. ſi vnus ex plu-
ribus app.

Tertio quæro,nunquid iſte tex.procedat in cauſa nullita-
14 tis,puta ſi plures ſint condemnati, & † vnus dixit ſentẽtiam
nullam,an ſententia lata ſuper nullitate proſit aliis condem
natis & dicendum eſt , quod ſic,dummodo concurrant alia
requiſita,& hoc tenet Cyn. & Barto in l j.C. ſi vnus ex pluri
bus hoc tamen eſt intelligendum, quando ſententia fertur
ſuper nullitate ſententiæ,ſecus ſi feratur ſuper nullitate con
tractus , vt dicit Barto. in dicta l. vbi aſſignat rationem dif-
ferentiæ.

15 Quarto quæro,nunquid ſi alter ex condemnatis † ſuppli-
cauit a ſententia contra ipſum,& obtinet retractationẽ ſen-
tentiæ,nunquid illa victoria proſit alteri.& Bal hic,in penul
tima colum in fi.diſtinguit, quod aut fuit communiter ſup-
plicatum,licet ad vnum tantum fuerit reſponſum , & tunc
victoria illius proderit alteri,vt in l. ſi libellum . C.de diuer.
reſcriptis.

Ex quo nota,quod quantũ ad effectum, vt victoria vnius
proſit alteri.magis inſpicitur ſupplicatio,quã reſponſio prin
cipis.vnde dato,quod princeps ſignet ſupplicationem ꝓ vno
tantum,& committat cauſam pro uno tantum , nihilomi
nus victoria ipſius proderit alteri,ex quo nomine vtriuſque
fuit ſupplicatum.

Aut ſupplicatum fuit pro vno tantum , qui ſupplicauit ꝓ
ſe ſolo,& tunc dicit Bal.quod victoria illius non proderit al-
teri per d.l.ſi libellum,quæ eſt notabilis ad hoc.

16 Quid autem ſit † ſupplicatio, & quis eius effectus , dic vt
in ca ex literis.de reſti in integ.vbi plene dixi.

17 Vltimo quæro,quid ſi ſunt duo excommunicati,& †vnus
appellat a ſententia excommunicationis , an victoria vnius
proderit alteri . & Bald. hic in vlti. concludit , quod ſic,quia
talis prouocatio magis accedit ad naturam appellationis, q̃
ad naturam ſupplicationis, & vocatur appellatio , vt ſ̃ eod.
requiſiſti,& in c.paſtoralis.§ j Item ſi aliter diceretur,ſequere
tur abſurdum,ſecũdum eum , quia ego qui vici remanerem
interdictus,quia ſi ſocius meus eſt excommunicatus, ſtatim
debeo eum vitare,vt no. Archid 11. quæſt.3 . quoniam. vnde
quodammodo negocium eſt indiuiduum , quia non poteſt
mihi conſuli ſi non conſulitur meo ſocio.l. ſi is qui duos. ff.
de libera.lega.quam dicit eſſe notabilem ad hoc.ſed iſta vlti-
ma ratio non eſt bona,quia non ſequit̃, quod ſi ſocius meus
eſt excommunicatus,quod ego ſim interdictus , licet debeã
ipſum vitare , quemadmodum alii tenentur eum vitare.

Tu autem aduerte,quia aut excommunicatio declaratur
nulla,& tunc procedit dictum Bal. quia victoria vnius pro-
derit alteri,concurrentibus aliis requiſitis de quibus ſupradi
ctum eſt.Aut iudex ad quem declarauit ſñiam excommuni
cationis iniuſtam,& per conſequens excommunicatum ab-
ſoluendum eſſe abſque difficultate,& tunc etiam victoria il
lius proderit alteri,quia per hoc etiam conſtabit excommu
nicationem contra ipſum latam eſſe iniuſtam , & ſe pariter
eſſe abſoluendum,abſque difficultate non erit abſolutus ab
excommunicatione, niſi faciat ſe abſolui, & hoc modo in-
tellige Bal.

18 Tangit etiam hic Bald in fi.nunquid † excommunicatus
poſſit

A D D I T I O.

a ¶ Quid ſi victus appellauit,& renunciauit appellationi.an vincens pote-
rit eam proſequi? Idem dicit Bal.in l.ſi reus.ver.iſta faciant.ff.de pact.qui
reus non poteſt renunciare dilationibus, ſibi a iure conceſſis , ſi illis uti
poterat actor,quod eſt notandum.

poſſit abſolui per procuratorem. & dicit, quod per manus impoſitionem non poteſt reconciliari per procuratorem, ſed bene poteſt per procuratorem pronunciari iniuſte excõmunicatus, & dicit, quod ita notat Archi. 11. quæſtio. 3. cum aliquis.

Ex quo infert, quod per ſocium qui obtinuit in cauſa appellationis declaretur ſententiam latam contra ipſum eſſe iniuſtam, & ſic ex perſona ſocii obtinet, quod ſententia excommunicationis contra ſe lata eſt iniuſta, quod no. ſequitur c. ſi iuſtus metus.

S V M M A R I V M.

1 *Appellare in abſentia iudicis poteſt, qui metu coram eo appellare eſt prohibitus.*
2 *Metus iuſtus excuſat etiam, quod quis culpa ſua in metum incidat.*
3 *Proteſtatio ex ordine debet præcedere appellationem, vbi metus de appellando interuenerit.*
4 *Proteſtari coram amicis, quando ſufficiat.*
5 *Appellare coram honeſtis viris, quando ſufficiat.*
6 *Romani hodie peſſimam conſcientiam poſſident.*
7 *Appellans coram bonis viris, quot bonos viros requirere debet.*
8 *Appellare, an ſufficiat coram ſacerdote, vel tabellione, iuſto exiſtente metu de appellando coram iudice.*
9 *Appellare, an liceat coram vicino propter metum.*
10 *Bonus vir coram quo appellari poſſit, an intelligatur laicus, an clericus.*
11 *Proteſtatio metus appellationis, debet fieri infra tempus appellationis.*
12 *Metus quid ſit, vide.*
13 *Metus quot modis inferri poſſit, vide.*
14 *Metus, an probetur ex minis conſanguineorum.*
15 *Factum a famulis, & nuncijs, cenſetur de voluntate domini factum.*
16 *Factum diſtinguitur in momentaneum, & ſucceſſiuum.*
17 *Pars quando impediatur appellare propter metum iudicis.*
18 *Metus, an cenſeatur probatus, probando, quod iudex ſemel male tractauit appellantes ab eo.*
19 *Actus amicus hominis non probat conſuetudinem ipſius.*
20 *Fugitiuus quis dicatur.*
21 *Intimatio videtur neceſſaria, vbi appellatio non fit coram iudice propter metum.*
22 *Metus, an ſit iuſtus, arbitrio iudicis relinquitur iudicandus.*
23 *Metus illatus ante appellationem, puta incarceratio, an ſatis probet metum ob quem noluit appellare.*
24 *Metus legis, vel ſtatuti prohibentis appellationem, dicitur iuſtus metus.*
25 *Proteſtatio de appellando, an requiratur, vt non currat tempus impedito appellare.*
26 *Impedimentum ex propria perſona non requirit proteſtationem.*
27 *Impedimentum fortuitum requirit proteſtationem.*
28 *Proteſtatio quo in loco fieri debeat.*
29 *Proteſtatio facienda propter abſentiam iudicis debet fieri in loco tribunali.*
30 *Apoſtoli, an ſint petendi appellatione facta in abſentia iudicis.*
31 *Cautela in appellatione facta abſente iudice, eſt petere apoſtolos teſtimoniales ab honeſtis viris.*
32 *Apoſtolos reuerentiales ſolus iudex tradere poteſt.*
33 *Metus, quando impedit curſum dierum appellationis.*
34 *Proteſtatio coram bono viro qualiter concipienda ſit.*
35 *Appellatio, nunquid ſit interponenda coram iudice, ſi poſt proteſtationẽ metus ceſſauerit.*
36 *Proteſtatio per emptorem venditore abſente, quare fieri ſolet.*
37 *Proteſtatio, an idem operetur quo ad deuolutionem, ſicut operatur appellatio.*
38 *Proteſtatio, an fieri poſſit de nocte coram iudice pro habenda eius præſentia.*
39 *Appellatio, an poſſit interponi in die feriato in honorem Dei.*
40 *Appellationis copia, an ſit danda iudici, ſi eam petit.*
41 *Copia appellationis, cuius expenſis fieri debeat, an ſcilicet appellati, vel petentis.*
42 *Appellatio quomodo ſit interponenda ſi plures fuerint iudices, qui ſimul tulerunt ſententiam.*
43 *Apoſtolos vnus iudex dedit delatorios, alter reuerentiales, quia coram duobus appellauit, an valeat talis datio apoſtolorum.*

C A P. LXXIII.

1 SI iuſtus. Non valẽs ratione metus coram iudice † appellare poteſt in abſentia iudicis cauſas appellationis proteſtari, ſecundum formam hic deſcriptam, & habebit pro appellante. hoc dicit, & non diuiditur.

Nota primo, quod ad hoc, vt quis excuſetur ratione metus ab appellatione interponẽda requiritur, quod ſit iuſtus, vel probabilis metus. nã vanus ſeu improbabilis metus nõ excuſat, vt hic a contrario ſenſu, & in c. 4. & in ca. cum dile-
a ctus, ſ. quod met. cau. † iuſtus autem metus excuſat etiam ſi culpa ſua quis in metum inciderit, vt in c. veniens, ſ. de ſponſa. ita dicit hic Hoſt. de quo vide quod dixi, ſ. eod. vt debitus. in glo. in verbo, rationabiliter.

Secundo nota ordinem literæ, nam text. vult, quod prius
3 debeat fieri † proteſtatio coram iudice a quo, ſi eius copia haberi non poteſt, etiam ſi iuſtus metus excuſat ab appellatione interponenda, & ſi eius copia haberi non poteſt, quod interponatur proteſtatio coram honeſtis perſonis. vnde dicit hic dom. Abb. quod quandoque quis timet a iudice appellare, non tamen timet coram eo proteſtari, & tũc debet proteſtari coram iudice, ſi eius copiam commode habere poteſt, quia quandoque iudex magis prouocatur ex ipſa appellatione, cum per eam ab eo recedatur, quam per proteſtationem, qua non obſtante nihilominus paret ipſi iudici. & maxime, quando proteſtans vtitur verbis generalibus, dicendo, grauaſtis me in tali, & in tali articulo, libenter appel-
b larem [b] ſi auderem. hæc enim ſimplex proteſtatio ſufficit, vt non videatur conſenſiſſe grauaminibus iudicis, dummodo poſtea tempore debito probet iuſtum metum, ſecus dicit ſi timeret appellare, & etiam proteſtari corã iudice, quia tunc poterit proteſtari coram perſonis idoneis, & habebit locum ſecunda pars alternatiuæ huius tex. quia non dicitur habere copiam iudicis propter ipſius metum, & dicit, quod hoc ſatis ſentit Ioan. And. licet explicite non loquatur. Sed tu dic quod hoc dicit hic Bal. aperte. dicit enim, quod ſi quis timet
4 proteſtari, ſicut appellare † non eſt neceſſe, quod proteſtetur in faciem iudicis, ſed ſufficit, quod coram amicis proteſtet. allegat l. de pupillo §. ſi quis ipſi prætori. ff. de no. ope. nun. &
c in l. 2. C. de his qui per me. iu. non app. [c]

Quid autem ſi quis timet vim populi, quam aduerſarius concitauit, propter quod ire timet ad tribunal iudicis. Bald. dicit hic in ſecunda colum. quod eſt iuſtus metus, & quod ex-
5 cuſatur ab appellando, & quod ſufficit † appellare coram honeſt. viris, vt hic in tex. & dicit, quod hoc maxime procedit in curia Romana, vbi populus concitatur ad rumorem. nam Romana, ſecundum eum, dicitur eſſe caput auaritiæ, & fru-
6 ctuationum, quia hodie Romani † peſſimam conſcientiam poſſident, vt no. in l. ſequitur ff. de vſucap. ſed de vitiis Romanorum, dic vt Ioan. Mon. in caput. fundamenta. de electio in ſexto.

7 Nota tertio, quod in defectum iudicis debet appellari † in præſentia bonorum virorum. Vtrum autem ſufficiat vnus bonus vir, vel requirantur plures. dom. Abb. remittit ad Spe. in ti. de ſecundo decreto §. nunc de effectu, ver. ſed nunqd, & in tit. de inſtrum. edit §. nunc vero. ver. item pone. vbi videtur velle, quod ſufficiat vnus bonus vir, dummodo fiat coram aliis teſtibus. Et ſubdit, quod videtur ſufficere ſi coram
8 ſimplice † ſacerdote fiat. Item dicit, quod ſufficit ſi fiat corã tabellione, & teſtibus, & ita etiam reſidet Lapus in alleg. ſua 38. in ſecunda colum. in fi. Sed dom. Abb. hic circa princ. tenet, quod licet ſufficiat vnus honeſtus vir, tamen requiritur quod fiat in præſentia aliorum teſtium, nec ſufficit, ſecundum eum, ſolus notarius, & teſtes. facit, quod not. gl. in c. vt circa. de elect. in ſexto. & dicit hoc eſſe no. in textu. opinionẽ tamen Spe. & Lap. ſequitur hic But. in penult. colum. verſic.
9 quæro, an † ſufficiat appellare coram vicino. & ab iſta opinione non eſt recedendum in iudicando, nam notarius poteſt cõficere inſtrumentum, qualiter talis appellauit coram ipſo in præſentia talium teſtium, &c.

Sed quo ad principale dictum, ſ. quod ſufficiat vna honeſta perſona, licet canon loquatur in pluri. ſ. de pluribus honeſtis perſonis ſequuntur Doct. in ca. paſtoralis. § 1. de offi. ordi. vbi dixi.

10 Sed vtrum ſufficiat, quod † bonus vir ſit laicus, an vero requiratur, quod ſit clericus. & Bal. hic circa princ. tenet, quod ſufficit, quod ſit laicus, & idem ſentit Spe. & Docto. dum dicunt, quod poteſt iſta proteſtatio fieri coram notario, & teſtibus

A D D I T I O N E S.

a ¶ Citatus in remotis timens excommunicari, ſi appellat a citatione corã perſona honeſta, licet appellatio non ſit intimata, non tenent geſta cõtra eum, Ale. Ne. in c. ſuggeſtum, 8. col. circa me. ſupra eod.

b ¶ Vide dom. Abb. hic, & Car. qui ponit practicam appellandi in hoc caſu, & Lanf. in repe. ca. quoniam contra, in verbo, appellationes, quæſt. 16. de probatio.

c ¶ Idem tenet Phi. in c. appellatio. eo. ti. qui dicit, quod etiam eſt neceſſe, quod hoc intimetur appellato, alias non valeret appellatio, nec poſſet procedi in cauſa appellationis.

ſtibus: n[illegible] notarius debet eſſe laicus, vt in c. ſicut, ne cle. vel mon. [illegible]chi.

11 Quarto nota, quod proteſtatio † de qua in tex. debet fieri infra tempus appellandi, vt patet ibi in littera, dummodo infra tempus, quod licite prouocatur &c. & ratio eſt, quia iſta proteſtatio ſubrogatur loco appellationis. vnde debet fieri infra tempus, infra quod licite eſt appellandum, vt in l. bonorum ff. rem ra. haberi. pro quo vide bo. glo. & multum notandam, in d. c. vt circa, in verbo, adhærentes de electio. in ſexto. & vide etiam Bald. in l. ſi puella. C. ſi manci. ita fuerit alie. vbi dicitur, quod licet recedatur a perſona, non tamen receditur a forma, & iſtud fuit originaliter dictum Ioã. And. in c. publicato, de elect. facit clem. j. infra de ſuppl. negl. prælat.

In glo. j. hæc gl. in effectu, vult quod non ſufficiat metus, niſi interueniat proteſtatio. vnde pro declaratione videnda ſunt quatuor.

Primo quid ſit metus.

Secundo, quot modis poſſit inferri iuſtus metus, & qualiter probetur.

Tertio, an requiratur proteſtatio, vbi interuenit metus, vel aliud iuſtum impedimentum.

Quarto, an ſint petendi apoſtoli, quando interponitur appellatio coram honeſtis perſonis propter metum iudicis.

12 Quo ad † primum dicit Bald. quod metus eſt mentis concuſſio: ſiue trepidatio prouenient ex aliquo terribili, ſiue in proprio corpore, ſiue in coniunctis perſonis, & ex hoc ſum expeditus de primo.

Circa ſecundum dicit do. Abb poſt Ioan. And. But. quod
13 tribus † modis poteſt inferri iuſtus metus. Primo per aduerſarium. Secundo per iudicem. Tertio ratione ſtatuti, ſeu legis municipalis prohibentis appellare.

Quo ad primum, ſ. quãdo timet appellare propter aduerſarium poterit, ſecundum dom. Abb. proteſtationem facere ſecundum ordinem literæ, & poſtea probare metum, puta ꝓbando, quod per ipſum, vel eius conſanguineos, vel familiares ſuit ei minatum, ſi interponeret appellationem coram iudice.

14 Vtrum autem probando, † quod fuerit ſibi minatum per conſanguineos, vel familiares, cenſeatur proceſſiſſe ex conſenſu partis aduerſæ Bar. dicit, quod ſic in l. de pupillo § ſi qs ipſi prætori. in ſecunda quæſtione ff. de no. ope. nun. vbi dicit quod ſi familia iudicis intulit metum appellare volenti præſumitur hoc factum de uoluntate iudicis, & hoc dictum ſequitur etiam hic But. & etiam Io. de Imo. in penul. colum in l. hæres meus. § ſi ff. de condi. & demonſtr. & idem dicit Bar. in l. j. § ſi. ff. quod vi aut clam. vbi dicit, quod prohibitus a domeſticis, vel coniunctis meis cenſetur prohibitus de uoluntate mea: mouetur per tex. in c. conſtitutus, el ſecondo, ſ. de reſti. & per cle. cauſam, ſ. de elect. Sed Bal. tenuit contrarium in l. quicunque. C. de ſeruis fugi. & in l. ad inuidiam. C. quod metus cauſa pro quo videtur tex. in c. cum ad ſedem. de reſtitu. ſpo. vbi nuncius epiſcopi ſpoliauit hoſpitalarios, & tamẽ non præſumitur ibi, quod ſpoliauit de voluntate epiſcopi.
15 & Inno. etiam vbi tenet, quod † factum a famulis, & nunciis cenſeatur factum de voluntate domini, & iſtum articulum examinant latiſſime moderni in d. § ſi quis ipſi prætori. Sed
16 ego ſic dicerem, quod aut factum † eſt momentaneum, & tunc non præſumitur factum de voluntate conſanguinei, vt in d. c. cum ad ſedem, & quod ibi notat Innoc. & hoc modo etiam procedit opinio Bal niſi aliæ coniecturę ſubſint, & hoc modo poteſt procedere opi. Bar. & ſic etiam poteſt intelligi tex. in c. Petrus. de homi. vel ibi Papa mandauit, quod probaret, quod inhibuiſſet conſanguineis, & amicis, ne occiderent, vel vulnerarẽt illum Abbatem, quod in ſupplicatione ita fuit expoſitum Papæ pro parte ipſius Petri, vnde Papa mandauit, quod probaret, quia onerauit ſe onere probandi. l. circa eum. ff. de probat. & iſta concluſio eſt de mente Ludouici de Roma in d. § ſi quis ipſi prætori. Aut factum eſt ſucceſſiuum, & tunc præſumitur impedimentum eſſe adhibitũ de voluntate eius de cuius fauore agitur, vt d. c. conſtitutus, & idem tenuit domi. Abb. & hoc quo ad primum.

17 Quo ad ſecundum, ſ. † quando pars impeditur appellare propter metum iudicis, dic ſecundum Ioan And quod probatur iuſtus metus probando, quod iudex conſueuit capere & incarcerare appellãtes, vel male ipſos tractare facit, quod notatur in clemen frequens. de exceſſi. præla. & in l. vel vniuerſorum. ff. de pigno. act. Idem ſi probaret, quod iudex fuiſſet minatus ei expreſſe, quod peſſime eum tractaret ſi procederet ad appellationem, optime facit, quod notat glo. in ca. cum ſuper Abbatia, ſupra de officio deleg. & hoc tenet Bar. [illegible] dicto §. ſi quis ipſi prætori, & Butr. hic. ſed do. Abb. di[illegible] hoc eſſe intelligendum, quando erat talis iudex de quo poterat, & debebat timere.

18 Numquid autem ſufficiat probare, † quod iudex ſemel male tractauit appellantes ab eo. Bar. dicit, quod non in dicto §. ſi quis ipſi prætori, arg. l. quid ſi fugitiuus ff. de ædilitio edi-
19 cto, & hoc ſequitur do. Abb. dicens, quod vnicus actus † hominis non probat conſuetudinem ipſius hominis, ſed ſaltẽ exigitur binus actus, vt notanter dicit Archi. 12. diſt. illud. ꝓ quo dom. Abb. allegat c. ita nos Sillanorum 25. quæſt. ij & l. 3. C. de epiſco. audi. hoc tamen intelligo, quod non ſufficiat iudicem male tractaſſe ſemel appellantes, ſ. quo ad alios, ſed quo ad ipſum male tractatum ſufficit, quod ſemel male tractauerit, ita dicit Bal. in l. ij. C. qui per metum iudicis non appella. allegat l. ſi quis prouocatione. C. eo. & l. non diſtinguemus §. cum quidam. ff de arbi. & ſupra, quod metus cauſa, §. j. dicit etiam Barto in d. §. ſi quis ipſi prætori, quod non ſufficit probare iudicem male tractaſſe appellantes in vno officio, niſi probetur, quod male tractet in eo officio, de quo agitur, id eſt in eo magiſtratu, in quo tũc temporis præſidet, argu. l. 3. §. quæri poteſt ff. de ſuſpec. tuto. Subdit etiam Bal. ibidem, quod non ſufficit ſimpliciter probari iudicem eſſe cõſuetum incarcerare homines, cum potuerit iuſte facere. vnde tunc non eſſet iuſta cauſa timoris, arg. l. ſi quis fugitiuus.
20 §. primo. ff. de ædil. edic. vbi dicitur, quod † ille dicitur fugitiuus qui iuſta cauſa aufugit. Oportet ergo, quod probatio cõcludat, quod iudex hoc conſueuerit facere contra ius: ſufficeret tamen probare metum excommunicatoris, ſecundũ Bar. ibi, & Butr. hic, puta ſi conſueuit iudex poſt appellationem ab eo interpoſitam formare inquiſitionem contra appellationes, & poſtea ſecuta renunciatione appellationis abſoluere ipſos ab inquiſitione formata, arg. in c. officii. ſ. de electio & in l. ſed Iulianus. §. proinde ff. ad Maced. & in l. ſi ventri. §. in bonis. ff de priui. cred. ſufficeret etiam, ſecundum eos probare per ſolam famam, quod iudex conſueuerit inferre violentiam appellãtibus ab eo, idem ſi probaretur iudicem intuliſſe minas conſanguineis, vel colonis appellantis, arg. clem. j de hæreti. & in l. hæres meus § quod in fraudem. ff. de cond. & demonſt. & in c. ſciant de elect. in vj. vide tu Lap. in tertia alleg quæ incipit, An valeat appellatio vbi voluit, ꝙ valeat ſummarie probare metũ, & alias cauſas ꝓpter quas licitum eſt appellare in abſentia iudicis, quia ex hoc non in-
21 fertur præiudicium iudici, vel parti, donec † appellatio ſit eis intimata. Poſtquam autem erit intimata ceſſat præiudiciũ iudicis, & partis, cum poſſint ſe defendere contra appellationem. vnde dicit Lap. quod ſufficeret probatio per iuramentum ſi allegaretur impedimentum infirmitatis inſpecta qualitate cauſæ, & perſonæ, ut in l. quæſitum, & ibi per Bart. ff. de re iudi. & per eundem in l. ſecunda. § quod diximus. ff. ſi quis caut. vel per alias probationes ſummarias, de quibus in Spe. eodem titulo, §. nunc breuiter, uer. quid ergo, vbi Spec. ita reſidere videtur, & hoc eſt notandum, quia in caſibus ſupradictis, & aliis no. per Bar. in d. §. ſi quis ipſi prætori, ſufficiunt ꝓbationes ſummariæ, dum tamen neceſſario concludant, ut ſupradixi, de quo plene etiam dixi, ſupra eodem, ex ranone.

22 Et ſi dubitetur, an † metus ſit iuſtus, vel non, relinquitur arbitrio iudicis, ut notabiliter dicit Innoc. in capit. primo, & in c. cum dilectus, quod metus cauſa, & idem dicit Bal. in d. l. ij. C. de his qui per me. iud. non app.

23 Sed circa prædicta quæro, quid ſi eſt illatus † metus in actu præcedenti, puta, dum quis vellet appellare a grauamine iudex fecit eum incarcerare, propter quod renunciat appel. demum iudex tulit contra eum ſententiam diffinitiuam, numquid præcedens incarceratio ſit iuſtus metus non appellandi ab ipſa diffinitiua Bald. in dicta l. ſecunda. in fi. dicit, quod ſic, allegat nota. per Innoc. in cap. bonæ memo. Ma. de elec. in ver. j. & in ver. vi. vbi dicit, quod non eſt neceſſe, quod quis expectet violentiam, ſed ſufficit iuſtus metus. ad idem l. 3. §. ſi quis viris armatis, & quod ibi notat Ange. ff. de vi & vi arma. & quod notat glo. & Doct. in l. metum. ff. quod met. cau. Et ex his ſum expeditus de ſecundo caſu.

24 Venio nunc ad tertium, ſ. an † metus ſtatuti, vel legis municipalis prohibentis appellationem, & imponentis pęnam appellantibus, prout vt nota. in ca. grauem, infra de ſent. excom. ſit ſufficiens. & dicẽdum eſt, quod talis metus eſt iuſtus dummodo proteſtetur hoc, quod non audet appellare propter ipſum legem municipalem. hoc tenet hic Io. And. But. & dom. Abb.

Ex quo nota, & tene menti, quod ſufficit timor legis municipalis, ut habeatur quis pro appellante, dummodo hoc proteſtetur prout hic in tex. facit, quod notatur in ca. 2. ſupra de præſcrip.

Et ex his ſum expeditus de tertio caſu.

25 Nunc venio ad tertium principale, ſcilicet † an requiratur proteſtatio ad hoc, vt non currat tempus impoſi-

a to.[a] Et in hoc dic, ꝙ aut quis impeditur ex facto tertii, puta, ex facto iudicis, vel aduerſarii, vel legis municipalis, & tunc requiritur proteſtatio, vt dicit hæc glo. idem tenet glo. in ca. plerumque de reſcriptis, & in c. cupientes. § quod ſi per 20. verbo, propoſita. de elect. in vj.

26 Aut quis † impeditur ex propria perſona, puta, quia eſt infirmus, vel iuſte abſens, & tunc tale impedimentum excuſat abſq. aliqua proteſtatione, niſi ſit caſus in quo debet dimittere procuratorem. not. in c. querelam, ſupra de procur.

Sufficit ergo, quod tempore quo ſe excuſat probet impedimentum etiam ſi non appareat de aliqua proteſtatione. facit quod no in l. ij. ff. ex qui. cau. maio.

27 Aut impedimentum procedit ex caſu fortuito, puta, propter aeris intemperiem, periculum maris, diſtantiam viarũ, & ſimilia, & hoc caſu Bar. in l. ij. § quod diximus. ff. ſi quis caut. tenet, quod requiratur proteſtatio per legem qui commeatus. ff. de re milit. Sed Ioan. de Imo hic. in ſecunda colũ. tenet, quod proteſtatio in hoc caſu non ſit neceſſaria, & reſpondet ad l. qui cõmeatus, quod nihil ibi dicitur de proteſtatione, ſed ſolum, quod ita demum excuſatur, quando infra tempus debitum fecit præparamenta. ita quod ſi non ſuperueniſſet impedimentum potuiſſet illum actum expedire. pro hoc facit dicta l. ij. ff. ſi quis cau. ubi nihil aliud dicitur, niſi quod impedimentum caſus fortuiti debet probari, nec fit mentio aliqua de proteſtatione facienda. dicit tamen Io. de Imo quod ad opiniones uitandas, optima eſt cautela in omni caſu proteſtari de impedimento, & quod per eum nõ ſtetit, neque ſtat quo minus expediat illum, quod facere tenetur, & hoc tene menti, de quo tamen dixi plenius in capitu. ex ratione. ſupra eodem, & in capitulo ex tranſmiſſa. de præſcrip.

28 In quo autem loco ſit facienda † proteſtatio [b] concludit
b poſt Butr. hic, quod aut eſt faciendus coram iudice, quo ad ius ſuum conſeruandum, & tunc proteſtatio eſt facienda coram alio iudice in iudicio, ut in l. vt perfectius. C. de ann. except. & 16 quæſtio. 3. §. poteſt, & in cap. paſtoralis. §. j. de offi. ord.

Et ſi actus uenit explicandus extra iudicium, tunc ſufficit proteſtatio ei fieri coram vicinis, vt in d. §. ſi quis ipſi prætori, & ſic ſufficit proteſtationem fieri coram honeſtis perſonis. Aut loquitur, quando datur carentia iudicis in caſu appellationis interponendæ, & hoc caſu proteſtatio debet fieri coram tribunali iudicis, vbi ius appellato reddere conſueuit, debet enim proteſtari, quod modo appellari non poteſt quia non inuenit iudicem in loco ſui tribunalis nam nec alibi tenetur eum requirere l. j. §. adeundi. ff. quando app. ſit. ſed ſi adeſt metus iudicis, tunc ſufficit vbique proteſtari coram honeſtis perſonis. ita dicit Bart. in §. ſi quis ipſi prætori. & ſequitur But. hic.

29 Ex quo nota, quod vbi † proteſtatio eſt facienda propter abſentiam iudicis, ꝙ debet fieri in loco tribunalis, & hoc etiam tenuit Archid. & Ioan. And. & Dom. Dom. in ca. ab eo, § j eodem titu. in vj vbi dicunt, quod quando appellatur in abſentia iudicis locus tribunalis eſt locus congruus appellãdi, aut ſubeſt metus, & tunc in quocunque loco poteſt fieri proteſtatio, & hoc notabis.

Et ex his ſum expeditus de tertio caſu principali.

30 Venio ad quartum, ſcilicet, an petẽdi ſint † apoſtoli,[c] quã
c do appellatur in abſentia iudicis & Bald hic, in fi. primæ colum dicit quod non, quia non eſt iure cautum, quod petantur apoſtoli, niſi in appellatione proprie ſumpta, & hoc tenet But. hic in penultima colum. ad uniuerſ. aduerte tamen. faciens regulam generalem, quod vbicunque legitima cauſa excuſat ab appellando coram iudice, vel propter abſentiam iudicis a loco iudicii, vel propter metum excuſat etiam a petitione apoſtolorum. & allegat Domi. de Rota deciſio 366. vbi dicit eos ponere hoc dictum notabile. Idem tenet Spec. in quarta parte Spe in tit. de appel § ſequitur uidere, ver. notandum igitur. vbi dicit, quod apoſtoli ſunt neceſſario petẽ
31 di, ſed † ad cautelam poſſunt peti apoſtoli teſtimoniales ab honeſtis uiris, & quod non ſit neceſſarium tunc petere apoſtolos tenet Bal. & Ang in dicta l. ij C. de his qui me. iu. non app & aſſignat rationem, quia nullus alius præterquam iudex a quo, poteſt dare apoſtolos refutatorios, vt in ca. ut ſup.
32 & in c. ab eo, eod titu. in vj. Item nullus poteſt dare † apoſtolos reuerentiales, niſi iudex a quo, quia nullus alius poteſt abſoluere appellantem ab eius iuriſdictione, niſi ipſe iudex a quo. vnde coram iudice ad quem, non ſunt petendi apoſtoli, ut dicit Bal. in dicta l. ij. vnde ſatis eſt, quod iudex a quo ſit requiſitus in eius abſentia congruo loco, & tempore, & quod proteſtatum fuit de apoſtolis, & de appellatione, ſcilicet, quod libenter appellaret, & apoſtolos peteret a iudice a quo, ſi eius præſentia haberi poſſit. unde iudice poſtea reuerſo non erit amplius neceſſarium ire ad eũ pro petendis iterato apoſtolis. Sufficit enim, quod congruo loco, & tempore iudex fuerit ſemel requiſitus, & locus tribunalis eſt locus cõgruus, vbi appellatur in abſentia iudicis, vt dicit Arch di. & Ioan. And in c. ab eo, §. j. eod tit. in ſexto, & plene dixi ſ. eod. ſuggeſtum.

Sed quando eſt timor iudicis ſufficit proteſtatio infra debitum tempus, & ſi poteſt debet adire iudicem, ſecundum Archid. & Ioan. And ſed intellige ipſos pro appellatione interponenda, non autem, quod ſit neceſſe ab eo petere apoſtolos, quia eos dare non poteſt, ut dicit Bal. in dicta l. 2.

Et ex hoc ſum expeditus de quarto articulo principali.

In gloſ. ij. nota iſtam gloſ. ex qua habes, quod ſi appellans poteſt habere copiam iudicis a quo, non debet coram alio proteſtari, ſed tunc demum cum eius copia haberi non poteſt, & dicit, quod hoc probat iſte text ex ordine verborum, & in hoc bene dicit. Deinde colligit eſſe argumentandum ex ordine uerborum, allegat 43 diſtin ſit rector, in fi. ſed de hoc ultimo, dic ut dixi ſupra eodem, Nicolao, in primo notabili. intellige tamen gloſ. ut ſupra dixi in tertio notabili, ſcilicet, quando abſque metu poteſt proteſtari coram iudice, nam ſi eſſet iuſtus metus qui excuſaret a proteſtando coram iudice, ſufficeret proteſtari coram honeſtis perſonis, im-
33 mo etiam ſi eſſet tantus † metus iudicis, quod non auderet proteſtari coram honeſtis uiris, non curreret tempus decem dierum, qui dantur ad appellandum, ut dicit Ange. ſuo conſilio triceſimo vigeſimooctauo, quod incipit, in Dei nomine, & c. Ex facto propoſito, in fi. Et idem ſentit Specu. eod. titu. § reſtat, verſicu ſed nunquid hoc tempus.

In glo. fi. hæc glo ſentit in effectu, quod non ſit neceſſario interponenda appellatio, quando adeſt metus iudicis ſed dicit domi. Abb. quod aut appellatur coram honeſtis perſonis propter abſentiam iudicis, & tunc appellatio eſt interponenda in præſentia bonorum virorum Archid. capit. paſtoralis, in fi. de officio ordina. Aut appellatur in abſentia iudicis propter iuſtum metum, & hoc caſu dicit, quod Domin. Cardin. hic tenet, quod appellatio eſt conficienda, ac ſi eſſet interpo-
34 nenda coram iudice, & poſtmodum † proteſtabitur coram bono viro, quod niſi timeret iudicem libenter appellaret coram eo, & debet poſtmodum legere tenorem appellationis, quam interpoſuiſſet coram iudice. Sed dom. Abb. tenet contrarium per iſtum textum, qui ſolum requirit, ut proteſtetur, & cauſas appellationis exprimat, & ex hoc reputatur appellaſſe. ergo non eſt neceſſe formare appellationem in hoc, quia ſufficit proteſtatio, ut hic dicitur. vnde de nihilo ſeruiret iſte text. ſi requireretur appellatio, ſicut in præſentia iudicis. hoc etiam uidetur tenere Bal in dicta l. ſecunda. vbi dicit, quod talis proteſtatio debet continere cauſas metus, non autem cauſas appellationis. Et idem dicit domin. Abb. hic, in fi. ſed ſalua utriuſque reuerentia, iſte text. in fi. loquitur de cauſis appellationis, non de cauſis metus, ut patet ibi cauſas appellationis duxerit exprimendas. Et ita loquitur tex in dicta l. ſecunda unde meo iudicio hic eſt caſus, quod debet interponi appellatio coram honeſtis uiris, nam exprimere cauſas appellationis eſt appellare in effectu, ut in capi. dilecti. & in capitu. ad audientiam, ſupra eodem vnde manifeſte probat iſte tex appellationem eſſe interponendam, ex quo dicit cauſas appellationis eſſe exprimendas, quia exprimere cauſas appellationis eſt appellare, vt ſ. dixi, & iſtum articulum plene examinaui, ſupra eodem, ſuggeſtum, ubi firmaui iſtam concluſionem. dic tamen, quod aut eſt appellandum ab interlocutoria, & tunc cauſæ appellationis ſunt exprimendæ in ſpecie, vt in clem appellanti, eodem titulo, & plene dixi in cap. cum cauſam, in glo. fina. ſupra eodem aut eſt appellandum a diffinitiua, & tunc ſufficit, quod cauſæ appellationis exprimantur in genere, puta, quod dicat ſe grauatum iniqua ſententia iudicis, & hæc diſtinctio eſt de mente iſtius gl. quæ in hoc bene dicit.

35 Extra glo. quæro de pluribus, & primo quid ſi † metus ceſſat infra tempus, infra quod appellari deberet, nunquid poſt proteſtationem debeat interponere appellationem coram iudice a quo. Butr. hic, in fi. ſecundæ col. uerſ. aduerte tamen, conclu-

ADDITIONES.

a ¶Quando requiratur proteſtatio ad hoc. ut non currat tempus impedito. adde glo. ult. in ca. quia diligentia, de elect. & in cap. plerunque, in fin. de reſcriptis.

b ¶Quo in loco ſit facienda proteſtatio. vide dom. Alex. in ca. ſuggeſtum, 4. col. uer ſed circa hoc, ſupra eo.

c ¶An petendi ſint apoſtoli, quando appellatio eſt in abſentia iudicis, vide dec. Rotæ Bella. dec. 3X1. quod ſi iudex ſe abſentat, ualet appellatio coram perſona honeſta, nec tenetur intimare appellationem, nec accipere apoſtolos.

concludit, quod ſic dicens, quod alias propter negligentiā in appellando repelleretur. mouetur per nota. per Bar in §. ſi quis ipſi prætori, in 3. oppoſitione, vbi dicit, quod ſi emptor fuit proteſtatus, ſe non poſſe denunciare venditori litē motam; quia neſcitur vbi ſit, tamen ipſo uenditore poſtea reuerſo debet ſibi denunciare, alias prima proteſtatio non ſufficeret. facit quod not. glo. in ca. cupientes, §. quod ſi per viginti. in verbo, propoſita, in fi. de elect. in ſexto. & iſtam etiam opi. ſequitur hic Ioan. de Imo. in fi. penult. colum. ſed Bald. in dicta l. tertia, circa fi. C. de his qui per me. iud. non ap. & ſi quis uellet tenere eius opinio. poſſet reſpondere ad dictum Bart. in dicto §. ſi quis ipſi prætori nam quando ſit proteſtatio † ꝑ emptorem venditore abſente interponitur ad conſequendum ius de nouo, ſcilicet, vt habeat actionem de euictione contra uenditorem, iuxta ea quæ habentur in c. fin. de empt. & uend. In caſu autem noſtro non fit proteſtatio ad conſequendum ius proteſtantis, ſed iſta non eſt bona reſponſio, quia etiam emptor per proteſtationem cōſeruat actionem ſibi de euictione. vnde tene opin. Ioan de Imo. & Butr.

37 Secundo quæro, nunquid iſta proteſtatio † deuoluat cauſam appellationis. & Bald. hic in ſecunda colum dicit. quod ſic, quia eſt eadem ratio, allegat l. primā. §. j. ff. ſi quis teſta. li. eſſe ius. ſu. Et ſubdit, quod eodem modo formabitur libellus coram ſuperiore.

38 Tertio quæro, an iſta proteſtatio poſſit fieri de † nocte coram iudice. & Bald. hic in prima colum. dicit, quod ſic ſi habetur eius præſentia, alias ſecus, quia non intelligitur iudex ſui præſentiam non facere, ſed facere non debere, ut in l. prima. § dies, ver quicquid igitur. vbi dicit tex eſſe ſingularem q eſt canonizatus. ſecunda quæſt. vj. biduum, verſi. quid ergo, ſi conditio. Et idem dicit Bald. in authen. hodie, in fi. penult. colum vbi dicit, quod appellatio poteſt interponi de nocte, ſi iudex ſedet pro tribunali, quia forte ob multitudinem cauſarum cuius expedire non potuit, ſed in cōtrarium facit gl. in ca. ab eo, in glo. antepenult. quæ eſt in uerbo, loco, eodem titu in ſexto. quæ dicit, quod apoſtoli non debent peti de nocte, vel quando iudex a quo eſt in prandio, vel in menſa. ſed illa glo. debet intelligi, quando iudex non ſedet pro tribunali, ſed ſi ſederet pro tribunali, tunc poſſet peti de nocte. & ꝙ
39 Iſta proteſtatio, vel † appellatio poſſit fieri de nocte, probatur, quia hæc appellatio eſt actus extraiudicialis, & poteſt interponi etiam die feriato in honorem Dei, ut in l. miles, §. ſexaginta. ff. de adulteriis, & per Bald. in l. prima. C. de feri. per But. & dom. Abb. in cap fi. ſupra de iudic. & in c. fi. de feri. vnde cum actus extraiudiciales facti de nocte valeant, ut in l. non minorem. C. de tranſact. & in l. more Romano. ff. de feriis, & per Innoc. & Doct. in ca conſuluit, ſupra de offic. delega. eadem ratione eſt dicendum, quod ualeat appellatio, uel proteſtatio, licet ſit de nocte facta.

40 Quarto quæritur, an † copia appellationis ſit danda iudici a quo appellatur, ſi eam petit. & But. hic in penult. col. verſi. nunquid autem, tenet quod non, & dicit, quod ita concludit Fede de Sen. conſilio ſuo 251. & 253. & aſſignat rationem quia inſtrumentum appellationis eſt adhuc proprium, & non commune, & quia poteſt renunciare appellationi. ſed glo ſenſit contrarium, ij. quæſt. 6. biduum. vbi videtur velle, quod copia appellationis ſit danda iudici ſi eam petat, ar. l. eos. §. ſin autem. C. eo. facit c appellatio. eod. tit. in vj. ſed Do. Domi. ibi diſtinguit cōcordando opiniones, quod aut in appellatione requiritur expreſſio cauſæ, puta, quando appellatur ab interlocutoria, vel a diffinitiua in caſibus, in quibus ꝓhibitum eſt appellari, vt in c. Romana. §. ſin autē, & §. quod ſi obiiciatur, eodem titu. in vj. & tunc eſt danda copia iudici petenti, ut poſſit deliberare ſuper cauſis expreſſis, & ut poſſit cauſas exprimere in traditione apoſtolorum, ut in c. j. eod. titu. in vj. & ſi appellans tunc non daret copiam, & perſeueraret uſque ad finitum tempus dādorum apoſtolorum haberetur appellatio pro deſerta, ex quo debito modo non petiit apoſtolos, ut in c. vt ſuper, eod. tit. & lib.

Aut in appellatione non requiritur expreſſio cauſę, ut cōmuniter contingit, quando appellatur a ſententia diffinitiua, & hoc caſu non vitiatur appellatio, licet appellans iudici petenti non tradat copiam appellationis, ex quo iudex non habet aliter deliberare, & in dubio eſt deferendum appellationi, vt dicit Inno. in ca. dilectus, el ij. ſupra de reſcriptis. intellige ergo Fed. de Se. & Butr. quando in appellatione non requiritur expreſſio cauſæ, & vide quod no. Ioan. de Imo. in cle. cauſam, ſuper glo. in verbo, conſimili in fi.

41 Cuius autem † expenſis debeat fieri copia appellationis, an expenſis appellantis, vel petentis copiam, vide glo no. in d. clem. cauſam, in uerbo, porrectum, & in clem. 2. in uerbo, oblatos. de app.

Quinto quæro, quid ſi plures iudices ſimul tulerunt ſen-
42 tentiam, quomodo ſit ab eis appellandum. † & diſtingue, ꝙ aut ſunt tres, vel plures, & tunc etiam ſi poſſit ſimul haberi eorum præſentia, nihilominus poteſt interponi appellatio ſeparatim a quolibet iudice, & ſufficiet, quod interponatur ſeparatim appellatio a maiori parte ipſorum iudicum, vt in clem j. iuncta glo. 3 eo. titu Aut tantum duo iudices tulerūt ſententiam, vel ſi ſunt plures non poteſt haberi maior pars ipſorum, & hoc caſu glo. in dicta cle. in verbo, maiori. dicit quod facta proteſtatione poterit appellare coram illo, uel coram illis quos, vel quem poteſt habere, & ſi nullū poteſt habere ipſorum, poterit appellare coram publicis, & honeſtis perſonis, ut hic, & in ca paſtoralis, §. j. ſupra de offic. ordi. & nota illam glo in his verbis inquantum vult, quod appellatio debet interponi coram honeſtis perſonis, & ſic intellige iſtum tex. quod coram honeſtis perſonis eſt interponenda appellatio, & ſic tenet opin. de qua dixi ſuper glo. fi. ſubdit tamen illa glo. quod ſi poſſet haberi copia iudicis ad quem, quod coram illo eſſet appellandum, & de hoc plene dixi in c ſuggeſtum. ſ. eodem. ſed Bald. in auth. hodie, in ulti. colum. ver. quæro, an duobus iudicibus. tenet, quod ab uno ex duobus iudicibus non poſſit appellari, & quod etiam non poſſit vnus ſolus dare apoſtolos, vt in l. j. ff. de offic. conſul. ſed concorda opi. quia Bald. debet intelligi de appellatione proprie ſumpta. ſed glo præd. loquitur de appellatione non proprie ſumpta, quod patet, quia requirit proteſtationem procedere, ſecundum formam illius ca.

43 Sed quid ſi appellauit a duobus, & unus dedit † apoſtolos delatorios, alter uero refutatorios. dicēdum eſt, quod nō valet datio apoſtolorum, quia apud diſcordes nulla eſt iuriſdictio. l. Pedius §. fina. ff. de arbitris, & ideo perinde eſt, ac ſi apoſtoli nullo modo eſſent dati, ita dicit Bal. in d. auth. hodie. ubi etiā plus dicit, ſ. ꝙ ſi vnus dedit apoſtolos, & alter poſtea ratificat, uel defert appellationi, quod non valet ratificatio, uel delatio, allegat nota. in l. 2. C. de iure fiſci.

Sed iſtud vltimum dictum Bal. non eſt verum: nam cum ſufficiat diuiſim appellare, ut d. cle. j. & apoſtoli ſint pars appellationis, ut in c. vt ſuper. & in c. ab eo, eodem titu. in vj. ſatis debet ſufficere ratificatio, dummodo fiat ĩ. tempus debitum, vt in l. bonorum. ff. rem ra. haberi. & quod notat gl. in c. ut circa, in verbo, adhærentes. in fi. de elect. in ſexto, & in ca. quam ſit, in uerbo, petere, in fi. eo. tit. & lib. Et hæc ſufficiant in iſto cap. quia alia, quæ concernunt materiam huius cap. examinaui in c. ſuggeſtum, ſupra eo. Et ex his etiam ſum expeditus de iſto notabili tit. de appellationibus.

ADDITIO.

a Idem tenet Phil. in c. legitima, in fi. eo. tit. in vj.

¶ De Peregrinantibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Peregrinantes in multis gaudent priuilegio appellantium.*
2 *Nigrum non ſemper debet reſtringi ad rubrum.*
3 *Peregrinationum ſpecies ſeptem enumerantur.*
4 *Piratæ peregrinari dicuntur, ſed mala peregrinatione.*
5 *Mercatores peregrinari dicuntur, & eſt bona peregrinatio.*
6 *Mercatores non debent moleſtari, & moleſtantes excommunicantur.*
7 *Mercatura, an poſſit ſine peccato exerceri, tam a laicis, quam clericis.*
8 *Scholares peregrinari dicuntur, & eſt melior peregrinatio, quia fit cauſa uirtutis acquirendæ.*
9 *Viſitantes limina Apoſtolorum dicuntur peregrinari, & eſt optima peregrinatio.*
10 *Tempeſtate maris, uel fluminis acti peregrinari dicuntur ex ui diuina.*
11 *Prælati uocati, dum accedunt ad Papam, vel concilium, dicuntur peregrinari.*
12 *Peregrinari dicuntur qui appellationis gratia ad ſedem Apoſtol. eunt.*
13 *Beneficia curialium decedentium in peregrinatione, a quibus conferri debeant.*

CAP. PRIMVM.

HAec Rubrica cōtinuatur ad præcedentem hoc modo, ſupra uiſum eſt de appellatio-
1 nibus. ſed quia peregrinantes † in multis gaudent priuilegio appellantium, merito ſubiicitur hæc Rubrica de peregrinantib. ſed in nigro reſtringitur ad peregrinantes ad ſe. Apoſt. & ſic quandoque nigrum ſtrictius loquitur, quā
2 rubrum. Ex quo nota, quod † nigrum non ſemper debet reſtringi ad rubrum. vide glo. in ſimili, in Rubrica. C. etiam ob chirogra. pecu. & probatur in Rubrica, de officio delega. in ſexto, iuncto capitu. ſi ſuper gratia, & capitu. primo, & fi. eo. eodem titulo: nam in Rubrica ſolum fit mentio ibi, de delegatis,

delegans, & tamen in nigro tractat non ſolum de delegatis,
ſed etiam de conſeruatoribus, vt in dicto capit. primo. & ſi.
Et de executoribus datis ad beneficia, vt in cap. ſi ſuper gra-
tia. vnde ibi nigrum eſt latius, quam rubrum hic, & eō rubrū
reſtringitur per nigrum, quia rubrum loquitur de peregri-
nantibus in genere, ſed nigrum loquitur tantum de peregri
nantibus ad ſedem apoſtolicam, de quo vide quod notatur
per Burr. & Doctores in prima conſtitutione huius volu-
3 minis, & Bal. hic in rubrica ponit ſex † ſpecies peregrina-
tionum.

Prima eſt mala, ſ. quando aliquis mittitur in exilium, vel
4 eſt † pirata in mari. nam contra iſtos poſſunt fieri proceſſus
ut notatur in l. ad cognitionem. ff. ex quibus cauſ. maio. vbi
eſt glo. optima, ſecundum Bal.

Secunda peregrinatio eſt bona, tamen pro lucro captan-
5 do, vt eſt peregrinatio cauſa mercantiæ, † ut faciunt Veneti,
& Ianuenſes, & iſta peregrinatio eſt amica populis, ſecundū
eum, quia mundus non poſſet ſine mercationibus viuere di
cit tamen, quod talis peregrinatio nō eſt munita aliquo pri
uilegio redacto in corpore iuris, ſed gratioſe a principibus
ſæpe obtinent multas immunitates, & exemptiones, quæ
eis benigne, & ſine cauillatione ſunt cuſtodiēdæ. Tu autem
dic, quod mercatores habent priuilegium, ne moleſtentur
6 nouis uectigalibus, ſeu nouis exactionibus, & † moleſtans
debet excommunicari, & in excommunicatione detineri,
donec ſatisfaciat. de hoc eſt tex. in capitu. ſi quis Romipetas
24 q 3. cum ſequenti.

Dicit tamen Bal quod municipia non poſſunt has immu
nitates concedere, vt in l. vacuatis, & ibi per Bart. C. de decu.
lib. 10. & in l. hi qui. ff. de iu. immun.

7 Vtrum autem mercantia † poſſit exerceri abſque pecca-
to, tam a clericis, quam a laicis. dic ut per Docto. in cap j. ne
cleri. uel monachi. & plures dedi remiſſiones in capit. ſignifi
cante, ſupra eod.

Tertia peregrinatio eſt melior, ſcilicet quæ fit pro uirtute
8 acquirenda, ſcilicet, quando quis peregrinatur † cauſa ſtu-
diorum, & iſta in aliquibus eſt priuilegiata, ut patet in auth.
habita C. ne filius pro pa.

Quarta peregrinatio eſt optima, ſcilicet quæ fit pro ſalu-
9 te animarum, † ut quando viſitantur limina Apoſtolorum
vigeſimaquarta, quęſtio. tertia, ſi quis Romipetas, cum duo-
bus ca. ſequentibus, & iſti ſunt cum omnibus rebus ſuis ſub
protectione apoſtolica, ita quod iniuriam inferētes, uel ſpo
liantes, vel prædātes, niſi ſatisfecerint infra triginta dies, ſunt
arcendi ab ingreſſu eccleſiæ, & etiam excommunicandi, &
iſtud non ſolum habet locum in peregrinantibus cauſa uiſi-
tandi limina Apoſtolorum, ſed etiam uiſitandi cauſa quem
cunque alium ſanctum exiſtentem in aliis locis, ut in ca. illi
qui 24. quæſt. 3.

10 Quinta peregrinatio eſt † impetuoſa ex ui diuina, puta, ſi
ex tempeſtate maris, vel vi fluminis, quis deportetur ad alie-
na loca. l. Cęſar. ff. de publ. & in l fluminum. §. ſeruus. ff. de dā.
infecto.

11 Sexta eſt neceſſaria, & præciſa, ut eſt quando Papa † uo-
cat prælatos ad concilium, ſupra titu. proxi. cum parati.

Septima eſt neceſſaria, ſed non præciſa, vt eſt, quando quis
12 peregrinatur † cauſa appellationis exercendæ. Et hæc nota.
Item Ioan. And. hic in Rubrica, dicit, quod propter longam
peregrinationem poteſt reuocari procurator etiam ſi litem
13 fuerit conteſtatus, vt in c. ij. de procur. libro 6. De † beneficiis
vero curialium qui moriuntur in peregrinatione, Ioan. An.
remittit ad c. præſenti. §. j. de præben. in ſexto. vbi eſt bonus
tex. qui declarat ad quem pertineat collatio beneficii, quan-
do curialis decedit in peregrinatione.

SVMMARIVM.

3 *Proficiſcentes ad ſedem Apoſtolicam cenſentur ſub eius protectione eſſe, contra quos nihil innouandum eſt.*
2 *Presbyteri etiam tempore antiquo bona patrimonialia poterant poſſidere præter eccleſiaſtica.*
3 *Patrimonialia clericorum gaudent priuilegio, quo gaudent eccleſiaſticæ res.*
4 *Appellatio tuetur appellantem, quo ad articulum appellationis tantum.*
5 *Peregrinantes moleſtari non debent ſub pœna excommunicationis.*
6 *Peregrinantes non poſſunt capi pro repræſaliis.*
7 *Mercatores iure repræſaliarum non comprehenduntur.*
8 *Repræſaliæ, an ſint licitæ, & qui ſub his comprehendantur.*
9 *Spoliatus occaſione peregrinationis reſtitui debet per huius tituli remedium.*
10 *Peregrinantes qui ſint priuilegiati, ſeu contenti ſub titulo de peregrinantibus.*
11 *Remedium huius tituli pro peregrinantibus, quem effectum pariat.*
12 *Facta contra peregrinantem poſt iter arreptum ſunt reuocanda.*
13 *Immiſſio facta in poſſeſſionem, poſt appellationem eſt reuocanda in uim nullitatis.*
14 *Verba, quicquid innouatum, ſeu attentatum inueneris, quid importent.*
15 *Iudex non poteſt reuocare attentata poſt iter arreptum.*
16 *Poſſeſſorij cauſa requirit ordinem iuris.*
17 *Iudex non poteſt per uiam inquiſitionis ex officio ſuo attentata reuocare.*

CAP. II.

1 Conquerente. Hoc dicit † Peregrinan-
tes ad Papam cum rebus
ſuis ſub protectione apoſtolica conſiſtunt. hoc
dicit ſecundum Ioan. And vel ſic, ſecundum do.
Abb. contra peregrinantem, ſeu proficiſcentem ad ſedem
Apoſto non eſt aliquid innouandum. hoc dicit. In prima po
nitur querela. in ſecunda prouiſio. Secunda ibi, licet.

Nota primo ex tex. ibi, res ſuas, & eccleſiæ ſuæ, quod etiā
2 antiquo tempore † presbyteri poterant poſſidere bona pa-
trimonialia vltra res eccleſiæ: hodie autem hoc eſt clarum,
quod clerici poſſunt habere patrimonialia, & hoc probatur
in c. j. de peculio cle. & in ca. epiſcopi, & in ca. manifeſta, & in
ca. ſint manifeſtę, 12. quæſtione prima. Amplius probat iſte
3 tex. ſecundum dom. Abb quod † patrimonialia clericorum
gaudeant priuilegio tributo rebus eccleſiaſticis. de quo vide
glo in cap. ſimiliter, 16. quæſt. j & in capi. ex literis, in glo. pe-
nult. de pigno. & in ca. quamquam, in uerbo, ipſarum, de cen
ſi. in ſexto quæ tamen dicit hoc non eſſe vniuerſaliter uerū.
vnde But. & do. Abb in c. ſi diligenti, ſ. de præſcr. concludūt,
quod clerici in bonis patrimonialibus non gaudent priuile-
gio eccleſiæ, niſi in caſibus in iure expreſſis. uide etiam do.
Abb. poſt Inn. in c. ſi clericus laicū, & in c. cū ſit, ſ. de fo. cōp.
Et dum dicit, ꝙ clerici in bonis patrimonialibus ſaltem in
multis gaudent priuilegio, quo gaudent res eccleſiæ, intelli-
gas in caſibus expreſſis, quia in multis caſibus in iure eſt ex-
preſſum, ꝙ res clericorum gaudeant eo priuilegio, quo gau
dent res eccleſiæ. Aduerte tamen, quod iſte tex. non probat,
ꝙ res clericorum gaudeant priuilegio, quo gaudent res ec-
cleſiæ, quia hoc priuilegium conceditur eo, quia acceden-
tes ad ſe. Apoſt. ſunt ſub protectione Apoſtolica cum rebus
ſuis. Et ſic iſtud priuilegium cōceditur ratione protectionis,
& iſtud priuilegium haberet etiam laicus, qui eſſet de tem-
porali iuriſdictione eccleſiæ.

Secundo nota ibi, quando ad nos acceſſit, quod remediū
huius tituli, non debet reſtringi ad peregrinantes cauſa uiſi
tandi limina Apoſtolorum, ſeu vrbem Romanam propter
ſanctorum merita, ſed etiam habet locum in accedentibus
ad ipſum ſummum Pontificem, ut patet in uerbo, ad nos, ꝙ
bis ponitur in litera.

Tertio nota, ꝙ quemadmodum appellantes ſunt ſub pro
tectione ſuperioris ad quem appellauerunt, ita & peregrinā
tes, & dicit do. Abb. quod latius prouidet remedium huius
4 ca quam remedium appellationis, quia † appellatio tuetur
appellantem ſolum reſpectu articuli appellationis, ut in ca.
propoſuit, & in c. ad hæc ſi in una, ſ. titu. prox ſed remedium
huius c. prouidet in omni cauſa, & quis ſit proprius effectus
huius c j. dicetur cum gl. ij. Sed Io And. in verbo, non poſue
rit, dicit ꝙ ſi iſte presbyter expreſſe poſuiſſet ſe ſub protectio
ne apoſtolica, æquipararetur appellationi. vnde idem dicen
dum eſſet, quod de appellatione, ut ſ. tit. prox. ad audientiā.

5 Quarto quæro, ꝙ † peregrinantibus non eſt moleſtia in-
ferenda, immo dicit Hoſt. quod curia Romana denunciat
excommunicatos ter in anno, eos qui tales offendunt eun-
do, vel redeundo. dicit tamen, quod iſte caſus non eſt in iure
expreſſus ſaluo, quod habetur de rapt. c. excommunicationi,
6 & dicit hic Bal. quod iſti peregrinantes † non poſſunt capi ꝑ
repręſaliis, quia ſunt ſub protectione eccleſię & dicit de hoc
eſſe caſum hic. ſed hoc melius probatur in d. c. ſi qs Romipe-
tas, cum duob. ſequ. 24. q. 3. in quibus patet, quod peregrinan
tes non debent moleſtari, & imponit pœna excommunica
tionis moleſtantibus.

Et hoc bene nota, quia ſæpe una ciuitas concedit repręſa-
lias contra aliam ciuitatem nam in talibus non compręhē-
duntur peregrinantes, ut hic, & in dictis iuribus, nec etiam
7 † mercatores, ut eſt tex. in d. c. Romipetas, & ſic tales non de-
bent capi pro repręſaliis.

8 Vtrum autem † repręſalię ſint licitę, & qui non compræ-
hendantur, quando repręſaliæ conceduntur, dic ut in c. j. de
iniur. in vj. & per Bar. in ſuo tractatu de repręſaliis.

Vltimo no. ibi, ſubtractum eſt, vel ablatum, quod ſiue pe-
9 regrinans ad ſe. apoſt. † ſpolietur rebus mobilibus, ſiue im-

mobilibus iſta ſpoliatio reuocabitur per remedium huius tituli.

Ex quo infertur, quod ſi fructus, vel pecunia, vel alia res mobilis eſt ablata, eſt facienda reſtitutio per remedium huius tituli, de quo infra dicetur.

In glo.ij.ibi, cauſa peregrinationis ſupple, & cætera.dom. Abb.dicit, quod hæc verba glo ſunt ponderanda, quia videtur reſtringere iſtum textum ad proficiſcentem ad ſedem apoſtolicam, dumtaxat cauſa peregrinationis, & Doctor in hoc uarie loquuntur, vnde duo ſunt videnda. primo, in quibus peregrinantibus habeat locum remedium huius tituli. Secundo quid ſit eius effectus, cum per alia iura ſatis ſit prouiſum contra ſpoliantes. ſeu rapientes aliorum bona, nã poteſt agi interdicto vnde ui, ſi quis ſpoliatur re immobili, & ſi ſpoliatur re mobili poteſt agi actione vi bonorũ raptorum, & etiam aliis remediis, de quibus vide bo.glo. in cap.paſtoralis, in uerbo, quod de recuperanda, quæ incipit, ad intelligentiam no ꝫ.de cau pol.& propriet.

10 Quo ad primum, ſ.† in quibus peregrinantibus habet locum remedium huius capitu. Ab antiquus ſenſit enim opin. glo.ſcilicet, vt ſolum habeat locum in his, ſ qui publice recipiunt in eccleſia baculum, & peram, vt ſtent per tempus deputatum peregrinationi. Eandem opinio. tenet hic Goſte. dicens, quod iſte tex loquitur in his qui uiſitant limina apoſtolorũ ſed Innocen intellexit magis large, ſcilicet, ut procedat in quocunque accedente ad curiam ex cauſa neceſſaria vt pro appellatione proſequenda, vel oppreſſione vitanda, ſecunda quæſtione ſexta, omnis oppreſſus, & tribus capi ſequen. & de dila.capitu fina. quo caſu etiam habet ius reuertendi domum, vt nota.de ſoro compet.cap.ſi. Hoſt uero ad huc intellexit latius, vt procedat in quolibet accedente ex quacunque cauſa ad ſedem apoſto Sed Innocen ſupra titulo proximo, ut debitus, dicit, quod ex quacunque cauſa probabili ad ſe apoſt accedens gaudet priuilegio huius tituli adeo quod etiam nuncii, & procuratores accedentes pro aliis gaudent hoc priuilegio. pro hoc ſupra titu proximo, dilecti, & de hoc dixi in dicto cap ut debitus, ſuper quarta glo. ſed dom. Abb hic dicit, quod opin Hoſtien. poteſt procedere ſi ex remedio huius tituli prouideatur tantum contra attentantes de facto, ut ex quacunque cauſa accedentes ad ſe. apoſt. poſſint recuperare ſibi ablata de facto remedio huius capituli. & pro hoc facit litera iſta, quæ non mandat inquiri de cauſa neceſſaria, vel probabili ad ſe. apoſtol. Opi. autem Innocen in dicto capitu ut debitus, ſcilicet, vt requiratur cã probabilis itinerandi, habet locum cõtra iudicis factum aliquid attentantis, ſeu procedentis contra itinerantem, quia non uidetur æquum, ut accedens ex cauſa omnino uoluntaria habeat ſuſpendere iuriſdictionem iudicis. ſed mihi placet opin. Innocen. indiſtincte, ſcilicet, quod remedio huius tituli non detur, niſi itineranti ex cauſa probabili, ſiue contra proceſſum iudicis, ſiue contra attentantes de facto, nec iſte tex. debet habere duos intellectus, ſed vnicum tantum, & idõ debet intelligi, ſiue procedatur per iudicem, ſiue aliquid attentetur de facto per partem nam habebit remedium huius tituli etiam contra partem attentantem de facto, nec erit neceſſe agere interdicto vnde ui, nec alio remedio poſſeſſorio vbi autem acceſſiſſet ad ſedem apoſtolicam, abſque cauſa probabili, nec reuocaretur proceſſus iudicis factus poſt itineris arreptionem, nec etiam attentatum per partem per remedium huius tituli, ſed erit neceſſe agere via ordinaria. Et iſtam opin. ſcilicet, quod itinerans ad ſed. apoſto. non habeat remedium huius capitu. niſi accedat ex cauſa probabili, tenet dom. Abb in dicto capit. vt debitus, & ibi dixi ſuper 4 glo Et hoc quo ad primum.

11 Quo ad ſecundum, ſcilicet quem effectum producat † remedium huius capituli, ſimiliter ſunt opinio. nam Hoſtien. videtur ſentire, quod iuſte acta non reuocentur, ut in capit. audita, & in capitu. conquerente de reſtitutione ſpoliat. nec retractatur ſi de fructibus aſſignetur vicario, ut officiet interim eccleſiam, ut in capitu. peruenit, ſupra titulo proximo. Et dicebat Abb. quod contra talem legitime citatum, & nõ defenſum poteſt procedi, ſecundum ea quæ habentur in ca. conſultationibus, de officio delega Hoſt. autem dicit, quod multum ualet hæc forma, ſi iudex eſt pars, & quod iſtoc uerba, & mens huius conſtitutionis habent locum contra iudicem, tanquam pars procedentem, vt notatur ſupra titulo proximo. dilecti.

Et dicit Hoſtien. poſſe dici, quod cum talis peregrinatio habeat uim appellationis, nec ordinarius, nec delegatus poteſt procedere contra talem, etiam ſi alias iuſte procederet.

Ex quo in propria perſona acceſſit, de quo remittit ad capitu. vt debitus, in gl dixit Inno ꝫ.tit. proximo.

Et hoc intelligit Hoſtien. niſi ante iter arreptum fuiſſet præuentus per ordinarium, vel delegatum, arg. capit. penul. ꝫ. de ſoro compet.

Vel ſecundum Ioan. Andr prouidet iſte titulus ut iſte peregrinans audiatur ex facilioribus probationibus. dom. Abb. dicit, quod iſte tex. intelligitur in quolibet accedente ad Papam etiam ex cauſa uoluntaria, prout ſenſit Hoſtien. & tunc non ſuſpenditur iuriſdictio iudicis, quia fuit in culpa in non dimittendo procuratorem. Et dicit, quod iſte tex. etiam hoc caſu producet nouum remedium. nam ubi alias tentando interdictum, vnde ui, eſſet neceſſe probare ſpoliationem factam ab ipſo nouo poſſeſſore intentando remedium huius tituli ſufficiet probare, quod tempore arrepti itineris poſſidebat talem rem, quæ nunc reperitur penes tertium, & ex hoc capite obtinebit. vnde dicit dom. Abb. eſſe ponderanda verba huius capitu. quia ſunt impersonaliter compoſita, ut patet ibi, quicquid poſt iter arreptum &c. & ſic non requirunt, quod reus conuentus iter arripuerit, ſed ſatis eſt, quod peregrinanti illa res fuerit ſubtracta, uel ablata. ſed tenendo opinio. Innoc. vt procedat tantum in accedente ad Papam ex cauſa neceſſaria, uel probabili, tunc proceſſus factus per iudicem inferiorem non tenebit, etiam ſi alias ſit iuſte fa-

12 ctus, quia quicquid repetitur † factum contra peregrinãtem poſt iter arreptum eſt reuocandum. & dicit, quod hoc aperte uoluit Innocen. in dicto capitu. vt debitus, vbi dixit, quod contra accedentes ad ſe. Apoſto ex cauſa probabili etiam ſi ſint nuncii, vel procuratores aliorum, nõ eſt procedendum & ſi fuerit proceſſum non valet proceſſus, allegat capi. dilecti, el primo, ſupra titulo proximo vbi hoc probatur, ſecundum unum intellectum, ut dicit hic dom. Abb. immo etiam ibi probatur, quod excommunicatio lata ꝯ talem proficiſcentem non ualet, quod dicit dom. Abb. eſſe notandum. tu autem dic, quod intellectus Innoc. eſt uerior ad iſtum textum, vnde, vt ſupradixi, accedens ex cauſa non probabili, non habet remedium huius tituli, ſed debet contra attentãtem agere uia ordinaria, ſed accedens ex cauſa probabili habet remedium huius tituli, tam contra iudicem, quam contra partem attentantem, ita quod proceſſus factus per iudicem ipſo iure non ualet, niſi fuiſſet præuentus per citationẽ antequam iter arriperet, ut dicto capitu. propoſuiſti, de ſoro compet.

Dicit tamen, quod poteſt epiſcopus, ſeu ſuperior ponere vicarium, qui deſeruiat eccleſiæ non obſtante arreptione itineris, ut dicto capitu peruenit, ſupra titulo proximo. Item quantum dicit Abb ante, quod contra talem legitime citatum, & non defenſum poteſt procedi, ſecundum ea quæ habentur in cap. conſultationibus, de officio deleg. dicit dom. Ab. hoc dictum eſſe notandum, quia ſentit, quod poſſit procedi ad immiſſionem in poſſeſſ. ſi non defendatur in partibus, & ſic ſentit opinio. quam tenuit dom. Abb. in capitu. ut debitus, ſupra titulo proximo. vbi tenuit, quod contra peregrinantem ex cauſa probabili poteſt procedi ad immiſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto, ſi nõ defenditur in partibus, ſicut etiam poteſt fieri immiſſio contra abſentem cauſa reipub. ſi non defenditur, ut in l. ignorate. C. de reſtitu. milit. Et iſtam opinio. firmat etiam hic domin. Abb. ſed ego in dicto capit. ut debitus, eius opin. reprobaui per iſtum qui mandat, quicquid fuerit attentatum poſt iter arreptum retractari, & ideo cum iſte tex. uniuerſaliter loquatur, etiã immiſſio in poſſeſſio. eſt reuocanda. Nam iſte iter arripiens eſt ſub protectione apoſtolica, & interim exemptus a iuriſdictione ſui iudicis. vnde Hoſtien. hic dicit, quod talis peregrinatio habet uim appellationis, & quod nec ordinarius, nec delegatus poteſt contra ipſum procedere etiam, ubi alias iuſte procederet, ex quo in curia in propria perſona acceſſit, vnde ſicut appellatio in totum eximit appellantem a iuriſdi-

13 ctione iudicis a quo, ita quod etiam † immiſſio in poſſeſſ. facta poſt appellationem eſt reuocanda in uim nullitatis iuſtificata appellatione, ut in capitu. non ſolum. §. primo. de appella. in ſexto, & dixi ſupra titulo proximo, in capit. ſæpe, ſuper glo. in verbo, tata manet, ita etiam immiſſio facta poſt itineris arreptionem debet reuocari.

Extra glo. quæro poſt Innocen. an clerici poſſint peregrinari abſque licentia prælatorum ſuorum. & diſtinguunt, quod aut clericus vult accedere cauſa merę peregrinationis, aut propter deuotionem, & hoc non poteſt facere ſine licentia ſuperioris, ut in cap. non oportet, de conſecratio. diſtinct. quinta, etiam ſi ſint epiſcopi, vt in capit. magnæ, infra de uoto. aut nolunt peregrinari cauſa deuotionis, ſed pro appellatione proſequenda, vel pro oppreſſione vitanda, & tũc poſſunt ire ad Papam, uel ad alium ſuperiorem etiam inuitis prælatis ipſorum, ut ſecunda quæſtione ſexta, omnis oppreſſus.

Dicit tamen Inn. quod de honeſtate eſt petẽda licentia a

prælato

prælato, ſed ſi denegatur, ex quo cauſa ſubeſt, nihilominus poteſt peregrinari, vt in ca licet, de regulari. & in cap conſilium, in fi de obſeruatio ieiu. Aut vult accedere, & peregrinari pro utilitate propria ipſius accedentis, & dicendum eſt ſecundum Innoc quod ex quo vult peregrinari ſine cauſa neceſſaria, debet habere, vel licentiam ſui prælati, vel Domini Papę, vt in Authen de ſanctiſſ.epiſc.§.interdicimus. & hæc dicta Innocen. ſequuntur Docto. & etiam dom. Abb. quod tene menti.

Vltimo quæro, quid importet forma illa literarum, reuo-
14 ces † quicquid inueneris attentatum, poſt iter arreptum, & ſimiliter poteſt quæri de illa forma, quicquid poſt litem cęptam innouatum inueneris, id ſtude reuocari. ad hoc ſupra de conſtitut. cum M Ioan Andr. remittit ad nota. per Innocen. in cap. epiſcopi, de reb. eccl. non alien. vbi Innoc. dicit, quod in prædictis formis continetur nedum petitorium, ſed etiã poſſeſſorium, nam utrũque eſt connexum, ut ſupra de ſequ. poſſ. & fruc cap primo.

Dicit tamen Innocent. quod in formis prædictis non poteſt iudex ex officio procedere, quia talis forma uidetur includere cauſæ cognitionem, cuius merita paruum aſſertione panduntur l fin. C. ſi per vim, vel alio modo, & illud dictũ ſequitur hic But. in dicto capit. epiſcopi, vbi etiam Ioan. de Imo in fi. commenti idem ſequitur. Nota ex his verbis duo.

Primo quod ſi Papa mandat reuocari quicquid fuerit innouatum poſt litem cœptam, vel poſt iter arreptum, talia verba compræhendunt petitorium, & poſſeſſorium.

Secundo nota ex eiſdem uerbis, quod iudex non poteſt re-
15 uocare † attentata poſt iter arreptum, vel poſt litem cęptam ex officio ſuo, quia in tali reuocatione requiritur cauſæ cognitio. Et ex hoc videtur inferri, quod in reuocatione talium attentatorum requiritur ordo iudiciarius. Et hoc uidetur eſſe contra glo. in cle. ij. in glo. prima, vt lite penden quæ dicit, quod non ſolum ea quæ poſt litem conteſta. ſed etiam quæ ante, ſaltem poſt citationem attentantur, debent reuocari in priſtinum ſtatum, ſine libello, ex puro & mero officio iudicis. Sed reſponde, quod licet requiratur cauſæ cognitio, tamen iſta reuocatio debet fieri ſummarie, & ſine aliquo libello, & ſine lit conteſt. & hoc clare probatur hic, in fi. quia Papa mandat attentata reſtitui, nec requirit aliquem iudiciarium ordinem ſeruari, & eſt de mente ſcribentium hic, & tenet hic expreſſe Bald dicit enim, quod ſicut attentata pendẽte appellatione reſtituuntur leuato velo, ita erit hic, & dicit quod ſufficit quæcunque querela expoſita iudici, licet non in modum libelli, allegat gloſ quam dicit eſſe notabilem ꝫ. quæſtio. 4 quia præſulatus. quæ dicit, quod in poſſeſſoriis nõ requiritur concluſio libelli, ſed ſufficit dicere, conqueror me ſpoliatum. ſed illa glo. communiter reprobatur, quia quan-
16 do † agitur poſſeſſorio requiritur ordo iuris, vt in cap. conſultationibus, cum ibi nota de offi. deleg. notat glo in dicta clem ſecunda in fi. primę glo. vt lite penden. dictum tamen Bal eſt verum, quia reuocatio quæ fit in vim attentati fit ſine aliquo libello ex puro, & mero officio iudicis.

Et ex his nota tertio, quod licet iudex ex puro, & mero officio poſſit attentata reuocare parte hoc requirente, ta-
17 men ex officio ſuo † per uiam inquiſitionis, non poteſt ea reuocare, vt dicit Innocen. Ioan. And. Butr. & Ioan. de Imo in dicto cap epiſcopi, & But. hic. hoc tamen intelligo, niſi eſſet cauſa, in qua iudex poſſet procedere ex officio, puta, cã electionis prælati, uel cauſa matrimonialis, vel alia cã, in qua de periculo animæ agatur, vt in ca. oblatæ, in fi. ſupra titulo proximo. & ibi dixi poſt Hoſt. & Io. Andr. & hęc ſufficiant.

¶ De confirmatione vtili, vel inutili. Rubrica.

¶ Continuatur hæc Rubrica ad præcedentem, hoc modo. viſum eſt ſupra de ſuſpenſione iuriſdictionis iudicis, quæ fit remedio appellationis ſeu peregrinationis: ſed quia ſententia, ſeu proceſſus iuriſdictionalis, quandoque confirmatur per ſuperiorem, & poteſt dubitari de ualiditate, vel inualiditate confirmationis, merito ſubiicitur hæc Rubrica. Et de formis confirmationum, & caſus, in quibus ſecundum ſtilum curiæ non dantur literæ confirmatoriæ, remittit Ioan. Andr. in Specu de reſcripti præſentatione §. ratione formæ, verſ. ſequitur videre.

S V M M A R I V M.

1 *Inferior non cognoſcit de confirmatione facta per Papam, niſi res litigioſa fuerit tempore confirmationis.*
2 *Confirmatio facta de re litigioſa eſt ipſo iure nulla.*
3 *Poſſidere pacifice quis dicatur.*
4 *Confirmatio facta per pontificem, præcludit manus inferiorum, ne poſſint de ea cognoſcere.*
5 *Lis mota ſuper poſſeſſione rei, an impediat proprietatis alienationem.*
6 *Res litigioſa, quomodo efficiatur, & in quibus caſibus alienatur, ſe remittit.*
7 *Confirmatio facta in forma communi, quid operetur.*
8 *Clauſula ex certa ſcientia, idem operatur, quod ſpecialis derogatoria.*
9 *Confirmatio facta ex certa ſcientia, quid operetur.*
10 *Confirmatio ex certa ſcientia, actum nullum reddit ualidum.*
11 *Notorium dicitur, quod conſtat ex tenore literarum Papæ.*
12 *Deus nulli dat licentiam peccandi.*
13 *Poſſeſſor pro quo lata eſt ſententia, an poſſit petere confirmari eam.*
14 *Sententia nulla confirmari non poteſt, cum ſit nihil.*
15 *Nullitas ſententiæ fruſtra obiicitur poſt confirmationem factam illius.*
16 *Practica pro recedendo de loco aliquo, optima.*
17 *Confirmatio ſententiæ, quando ſolum a Papa, vel imperatore peti poſſit.*
18 *Poſſidens poteſt petere ſe in poſſeſſione confirmari.*
19 *Victor poteſt petere victo ſilentium perpetuum imponi.*
20 *Appellatus appellante non proſequente poteſt petere ſententiam confirmari.*
21 *Iudex requiſitus de confirmatione ſententiæ, utrum eam poſſit caſſare, ſi uiderit iniuſtam.*
22 *Nullitas ſententiæ poſt tres conformes opponi, an poſſit.*
23 *Nullitas diſtinguitur, ut proueniat ex defectu iuriſdictionis, aut notoria, aut non notoria.*
24 *Exceptio nullitatis, an impediat executionem ſententiæ.*
25 *Sententia nulla, quando efficiatur valida.*
26 *Confirmatio ſententiæ nullæ, vt ualeat, an requiratur, quod fuerit ſuper nullitate diſputatum.*
27 *Error iuris in ſententia vetat eius confirmationem.*
28 *Statutum reiiciens exceptionem nullitatis, nunquam uidetur reiicere eã quæ iudici conſtat.*
29 *Nullitas quæ eſt in actis, cenſetur etiam in ſententia confirmatoria eſſe.*
30 *Petens confirmationem ſententiæ, quid teneatur probare.*
31 *Reus in exceptionibus cenſetur eſſe actor.*

C A P. P R I M V M.

1 SI quis. De confirmatione facta per Papam, non cognoſcat † inferior, niſi tempore confirmationis res ſit litigioſa, vel ipſa ꝯfirmatio ſubreptitia. hoc dicit cum ca ſeq. Diuiditur in duas partes, prout duo continet dicta. Secũda ibi, ſed ſi.
2 Nota primo, quod confirmatio † facta de re litigioſa eſt ipſo iure nulla vnde ea non obſtante poteſt iudex inferior procedere ad ulteriora, tam in cognoſcendo, quam in decidendo Sed hoc eſt intelligendum, niſi in confirmatione eſſet facta mentio de lite, quia tunc valeret confirmatio, ſecundum Bal & dom. Abb hic.

Secundo nota, ſecundum But. quod quis dicitur pacifice
3 † poſſidere, quando ſibi non mouetur lis ſuper re ꝙ poſſidet.

Ex quo nota, quod non dicitur pacifice poſſidere ille, cui eſt mota lis in iudicio, licet non impediatur aliter in poſſeſſione rei pro quo uide bo. glo. in c. commiſſa §. j. in uerbo, pacificam, de elect. in vj.

4 Vltimo nota unum notabilem effectum † confirmationis factæ per Papam ex certa ſcientia, quia ita debet intelligi tex. in ſecundo reſponſo, ut dicit hic But. & do. Abb. nam præcludit manus inferiorum, ut amplius nõ poſſint cognoſcere ſuper re confirmata. nec de ualiditate ipſius confirmationis. ſimile in c. cum uenisſent, ſupra de iud. de quo ĩ. dicetur cum glo ſi.

In glo. j. diuide ipſam in duas partes. In prima tractat, quãdo dicatur res eſſe litigioſa. In ſecunda parte, an cõfirmatio, vel priuilegium, vel alienatio de re litigioſa ualeat. ſecunda ibi, & ſuper re litigioſa.

In prima parte glo. nota ipſam, quod quæſtio mota ſuper
5 † poſſeſſione rei non facit ipſam litigioſam ſuper proprietate, & ideo pendente lite ſuper poſſeſſione poteſt proprietas, ſeu dominium ipſius rei alienari, ar. in auth litigioſa res, allegata in glo. & hoc tenet hic But. & do. Abb. Poteſt tamen aliter intelligi gl. ſ. ꝙ ipſa poſſeſſio non efficiatur litigioſa, ex quo non agitur de dominio ipſius rei, ſed hoc reprobãt hic But. & do. Abb quia licet proprietas non efficiatur litigioſa, ipſa tamen poſſeſſio ſuper qua lis pendet, efficitur litigioſa, & idõ non licet eam transferre in aliũ li pen. & de iſta mã dic ut plenius habetur in c. eccl. el j. §. vt li. pen. & ibi gl. in uerbo, de uitio litigioſi, & per Doc. ſuper ea, vbi habetur quæ ſit pę-
6 na alienantis rem litigioſam, & quomodo efficiatur † res

litigioſa, & in quibus caſibus licet alienare rem litigioſam.

In ſecunda parte glo.dic,quod glo.bene dicit,nec indiget aliqua ſuppletione.

In glo.ſecunda, & tertia,vide glo.in ca.quia diuerſitatem, in verbo,ſub forma communi, infra de conceſſ. præben.& vt habeas clare totam materiam huius gl. facias duos caſus.

Primus eſt,quando confirmatio fuit facta in forma communi.

Secundus caſus eſt,quando fuit facta ex certa ſcientia,ſeu cum cauſæ cognitione.

7 In primo caſu,ſcilicet quando fuit facta in forma † communi,talis confirmatio nihil operatur, niſi quod ſolet plus timeri, ſeu haberi in maiori reuerentia id quod eſt confirmatum per Papam,vt dicit glo.& etiam, quia præſtat cauſam præſcribendi,vt dicam infra ca. penultimo.vnde iudex inferior poterit cognoſcere de validitate iuris confirmati, ſeu de iure competenti ei qui obtinuit confirmationem,qa talis confirmatio non operatur, niſi illud, quod ſupra dixi, & de tali confirmatione non loquitur iſte text. nec capi. ſequens, ſed loquitur de confirmatione facta cum cauſæ cognitione,& ita intelligit glo.fi.in fi. & ſequuntur Doctor. & Butr.& dom.Abb.Bald.autem hic in prima colum verſ. adde dicit Innocen.dicit, quod quando confirmatio eſt facta ſine cauſæ cognitione, inferior non poteſt cognoſcere, an confirmatio ſit vera, vel falſa, ſed ſolus Papa poteſt cognoſcere, ſed de rebus confirmatis iudex qui inceperat cognoſcere poteſt de ipſis cognoſcere,puta ſi inceperat cognoſcere de beneficio,vel de electione,vel de dominio alicuius rei, nam non obſtante confirmatione facta in forma communi poteſt de ipſis rebus confirmatis cognoſcere, & ita dicit velle Innoc.hic.

Et nota bene glo.fina.in fi.dum dicit, quod in confirmationibus,quæ fiunt in forma communi,ſolet apponi clauſula,ſicut iuſte poſſides,quæ debet exponi, ideſt ſi iuſte poſſides,ſecundum glo.hoc tamen intellige,ut dicetur in cap.pe. infra eodem.

8 Vnde dicit hic Bal. quod † clauſula ex certa ſcientia,quæ idem operatur,quod ſpecialis derogatoria,nec clauſula,nõ obſtante,non apponitur in confirmationibus,quæ fiunt in forma communi.

Et nota bene verba Bal.dum dicit,quod clauſula ex certa ſcientia,idem operatur,quod ſpecialis derogatoria. tu tamẽ vide glo.ſingularem in cap.ad hæc, ſupra de reſcriptis, quæ dicit,quod clauſula ex certa ſcientia, idem importat,quod clauſula,de plenitudine poteſtatis.

Ex quo do.Abb. ibi infert vnum dictum ſingulare, quod vbicunque in materia requiritur plenitudo poteſtatis principis,ſatis eſt principem dicere,quod illud facit ex certa ſciẽtia.Et adde pulchrum dictum Innoc.in cap.innotuit,de ele. vbi dicit, quod Papa ſine cauſa non debet uti plenitudine poteſtatis.& iſtud dictum refert,& ſequitur dom.Abb.in dicto cap.ad hæc.Et vide ea quæ plene ſcripſi in cap.primo,ſuper glo.fina ſupra de tranſact.vbi examinaui quid importet verbum ex certa ſcientia,& verbum,proprio motu.Et quid ſi omnia coniungãtur, vt quia dicatur in reſcripto,proprio motu,& ex certa noſtra ſcientia,& de plenitudine noſtræ poteſtatis,vbi vide,quia plene examinaui.

9 In ſecundo autem caſu,ſcilicet,quando † confirmatio eſt facta ex certa ſcientia, tunc iſta confirmatio operatur tria. primo,quia per confirmationem ſententia confirmata, uel actus confirmatus efficitur maioris auctoritatis, vndecima diſt.quis neſciat.Secundo operatur,quia inferior non poterit amplius de illa re,vel ſententia cognoſcere, ſcilicet utrũ iuſte,vel iniuſte poſſideat,vel utrum ſententia ſit iuſta,vel iniuſta,ut hic,& in cap.ſeq.Tertio operatur, quia ſi impetrans confirmationem prius iniuſte poſſidebat,poſt confirmationem incipiet iuſte poſſidere,& ſi ſententia erat nulla per cõ
10 firmationem efficietur valida, quia † confirmatio facta ex certa ſcientia actum nullum,facit ualidum,ut in cap.primo, ſupra de tranſact.& 3.quæſtione ſexta, hæc quippe. Et iſtos tres effectus,ponit glo.in capit.quia diuerſitatem,in uerbo, ſub forma communi,infra de conceſſione præben.& in iſta confirmatione,ſecundum glo.hic, nulla ponitur conditio, ſed fit ſimplex confirmatio.Sed dom.Abb.dicit, quod ſolet apponi clauſula ex certa ſcientia,uel clauſula, ſupplentes de plenitudine poteſtatis omnem defectum &c.

Glo.tamen iſta hoc limitat duobus modis.

Primus eſt, quando confirmatio eſſet ſubreptitia, puta, quia fuit obtenta ſuper re litigioſa, non facta mentione de lite,uel alio modo peccat in ſurreptione. non enim ualet talis confirmatio,ut hic,& in cap ſequen Sed dom. Abb.dicit hoc eſſe intelligendum,quando notorie conſtat de vitio ſurreptionis,ut dicit Innocen in ca.ſequen.Et ponit hic exemplum Inno.& Doct.quando pars confitentur confirmationem eſſe ſubreptitiam,vel conſtat ex tenore reſcripti.

Et dicit dom.Abb.hoc dictum eſſe multum notandum, ſcilicet, illud, quod conſtat ex tenore literarum Papæ eſſe
11 † notorium, & ita loquitur tex.in capitu.ſequen.ibi,aut certum ſit &c.Tu autem uide glo. ſingularem in ca.ſtatutum, in uerbo,literatum.de reſcriptis,in ſexto.quæ dicit, quod illud,quod continetur,ſeu deprachẽditur ex tenore reſcripti, dicitur procedere ex certa ſciẽtia Papæ, licet clauſula ex certa ſcientia,non inſeratur in reſcripto, & illam glo. multum notat ibi Dom.Dom.& eam inducit ad quæſtionem. ſecus dicit dom.Abb.ſi probabilis eſſet dubitatio ſuper ſubreptione: tunc enim non poteſt inferior de hoc cognoſcere, ſicut etiam non poteſt cognoſcere de ualiditate priuilegiorum Papæ, ſi eſt dubium probabile,an ualeant,vel non ualeant, ut eſt tex.in ca.cum ueniſſent,ſ̃. de iud. ſecus ſi dubium eſſet leue,ut ibi nota.& ſequitur dom.Abb.

Secunda limitatio eſt in his quæ orta ſunt poſt confirmationem,vel conceſſionem Papæ,puta, ſi accuſatur de crimine poſtea commiſſo, propter quod priuari meretur beneficio,vel dignitate.nam per hoc non eſt ſublata poteſtas inferioribus iudicibus cognoſcendi,& priuandi talem, ut notanter uoluit iſta glo quam dom.Abb. dicit eſſe menti tenẽdam.Sed tu dic,quod idem dicit Innocen.& Doct.in capi de cætero, ſupra de re iudi & Ioan.And.& Docto.in capi ſuper eo,de officio deleg.ſuper tertia glo.ſed do.Abb. hic aſſignat rationem, quia ſi diceremus oppoſitum, ſequeretur quod confirmatio præſtaret exemptionem reſpectu delictorum, & quodammodo præſtaret licentiam peccandi,quam Papa non poteſt dare,quia Deus, nec Petro, nec eius ſucceſſorib. dedit licentiam peccandi, ut dicit tex.40.j.diſt.cap.primo,&
12 alibi dicit tex.quod Deus † nulli unquam dedit,nec dare poteſt licentiam peccandi 24.quæſtione ſecunda,legatur.& uide quæ ſcripſi in capi.& ſi Chriſtus, verſi.quædam enim prohibentur,ſupra de iureiuran.

Tertiam limitationẽ addit Bal.hic:dicit enim, quod prædicta habent locum in confirmatione ſpeciali,ſecus in generali,quia confirmatio generalis nunquam addit robur inualidis,alleg.no.in l.j.ff.de his qui ſunt ſui,uel alie.iur. & in ca.j. de lege Conra.

Extra gl.quæro, an poſſeſſor pro quo eſt lata ſentẽtia poſſit petere eã confirmari, & quid habeat probare petens confirmationem ſententiæ.

13 Circa primum,ſ.an † reus,pro quo eſt lata ſententia,poſſit petere eam cõfirmari.Inn.diſtinguit,ꝙ aut a ſententia eſt appellatum,& clarum eſt,quod reus, pro quo eſt lata ſentẽtia,poteſt eam petere confirmari,ut in auth.ei qui.C.de tẽp. app.& idem ſequitur hic Ioan.And.& Butr.idem tenet Bart. in l.ſi expreſſim,in fi.ff.de app.& in l.j.in fi.C.quando prouo. non eſt neceſ.allegat l.fi.C.quando prou. non eſt neceſ. & in Auth de his qui ingre.ad app.§.volumus.aut a ſententia nõ eſt appellatum infra x.dies,& ſic tranſiuit in rem iudi.& Innoc primo arguit, quod non poſſit petere eam confirmari, ex quo elapſi ſunt x.dies, qui dantur ad appellandum, quia ſententia iam non eſt in poteſtate iudicis.item confirmatio nihil operaretur,ex quo,trãſiuit in rem iudicatam, ſed eſſet inanis,& fruſtratoria,de re iud.cum inter nos,ad fi. & ſi ſen-
14 tentia eſſet † nulla ipſo iure,vt quia lata eſſet a non ſuo iudice,vel non ſeruato ordine iuris,tunc etiam non ualeret confirmatio,quia quod nihil eſt,non poteſt confirmari, ar.ſ̃. de elect.auditis.Item poſſeſſori non eſt actio prodita,ut ſ̃.de iudi.examinata.niſi forſan inquietetur, uel infametur,ut ĩ.qui fi.ſint legi.cauſam.& C.de inge & manu l.diffamari. Sed his non ob.Inn.tenet contrarium.dicens, quod poterit ſententia confirmari,& quod prodeſt multum confirmatio, quia ſi ſententia prima erat lata a nõ ſuo iudice,uel alias erat nulla, ſi iudex eam confirmat ex certa ſcientia,facit eam haberi pro ualida,de tranſac.c.j.nec inferior poterit de ipſa de cętero cognoſcere,ut hic.

Ex quo infert,quod ſi Archiepiſcopus cognoſcens de appellatione interpoſita a ſententia epiſcopi ipſam ſententiã confirmauit,& poſtea coram epiſcopo uolente ipſam exe-
15 qui † obiiciatur de nullitate,non auditur excipiens, nec de hoc cognoſcet epiſcopus, ex quo non fuit ab archiepiſcopo appellatum.& poſito, quod fuiſſet appellatum ab archiepiſcopo,adhuc nõ cognoſcet epiſcopus, ſed debet differre executionem ſententiæ quouſque fuerit per ſuperiorem Archiepiſcopi diſcuſſa appellatio,argu.ſ̃.de re iudi de cætero. quin immo,& plus,ſecundum Innoc.ſi prima ſententia erat nulla per ſecundam confirmatoriam latam,cum cauſæ cognitione redditur ualida, niſi a ſententia confirmatoria fuerit appellatum.

Secundo, quia ſecunda confirmatoria non eſt lata ꝫ ius ſcriptum,

ſcriptum, dummodo alias in ea ordo iudiciarius ſit ſeruatus, ſed contra ius litigatoris tantum, ergo ſi non ſit appellatum tranſit in rem iudicatam, & ſic prima ſententia, quæ erat nulla ſumit vires ex viribus ſecundæ ſententiæ. facit, quod nota. in cap. primo, & in cap. cum inter uos. ȝ. de
a re iudic. §. fi. [a]

Secus dicit ſi ſententia confirmetur extra iudicium, vel ſine cauſæ cognitione, ſeu ſine informatione, & non ex certa ſcientia, tunc enim parum, aut nihil operatur talis cõfirmatio, & ſic loquitur, ſecundum eum, ſupra de fi. inſtrum. inter dilectos, §. cæterum. verſi. fin. Ad arg. factum in contrarium, ſcilicet, quod poſſeſſori non eſt prodita actio &c. reſpõdet Innocen quod illud eſt verum in rei vendicatione, quia poſſeſſor non poteſt agere rei vendicatione, ſed ille qui habet ius in eccleſia, dummodo habeat cõtradictorem, poteſt petere, quod pronuntietur ſe canonice inſtitutum, ut patet infra de præben. dilecto, & de conceſſione præben. cap. primo, libro ſexto.

Non obſtat l. diffamari, nec ca. cauſam, qui filij ſint legitimi. quia illa loquuntur, quando pars non vult agere, ſed vult aduerſarium cogi ad agẽdum, infra certum terminum: nam tunc neceſſe eſt præcedere diffamationem, vel moleſtationem, & in hoc ultimo vide quod ſcripſi poſt Innocen. in ca. conquerente, ſupra de offic. ordin. & poſt Hoſt. & Doctor in cap. lator, qui fi. ſint legi. vbi concluſio, quod ſiue præcedat diffamatio, ſiue ſit timor de moleſtatione futura poteſt peti a iudice, quod præfigat terminum actori infra quẽ agat.

16 Et ideo ſeruat † practica, quod quando ſcholaris vult recedere de loco ſtudii, facit præfigi terminum omnibus prætendẽtibus ſe creditores, vel habere aliquod ius contra ſcholarem, quod infra certum terminum agant, ne dum ſcholaris erit in receſſu patiatur aliquam moleſtiam per illos, qui forte prætendunt ſe creditores, vel habere aliquod ius contra eum. Et idem ſenſit gloſſa in Rubr. C. ut nemo inui. agere, vel accu. cog. & hoc expreſſe tenet Bal. in dicta l. diffamari, & ita conſului ſuperioribus diebus. & cum his dictis Innocen. tranſit hic Ioan. And. & etiam ſequitur Butr. niſi prima ſententia haberet expreſſum iuris errorem, quia tunc ſecunda ſententia cenſeretur habere eundem errorem, & ſic non valeret, & hoc tenet Barto. in l. ſi expreſſim. ff. de appel. & in l. prima. C. quando prouoc. non eſt neceſ. & in l. prima. C. de errore cal. facit l. prima § primo, & quod ibi notatur ff. quæ ſententiæ ſine app reſcin. de quo etiam habetur in Specu. de app §. iuſta, verſic. ſed quid ſi ſententia. ſed domi. Abb. hic tenet, quod quando ſunt lapſi decem dies ad appellandum, ita quod non eſt locus appellationi non poſſit peti † confir-
17 matio ſententiæ ab inferiore a Papa, vel imperatore, ſed bene a Papa, vel imperatore facit ſecundum eum, quod no. in cle. ſi appellationem, de app. & mouetur per nota. per Inn. in c. cauſam, qui fi. ſint legit. vbi videtur tenere, quod quis non poſſit petere ſe pronunciari eſſe legitimum, vel matrimoniũ eſſe validum, vel quid ſimile, niſi de hoc moueatur ſibi quæſtio principaliter, vel diffametur, ut in dicta l. diffamari. C. de inge. & manu. vel incidenter hoc petatur in iudicio, ut puta, ſi contra agentem de hæreditate opponatur de defectu natalium, nam tunc propter contradictionem bene poterit petere ſe pronunciari legitimum. Sed tu teneas opinio. Innocen. hic, quam Docto. communiter ſequuntur. Et iſtam concluſionem, ſcilicet, quod poſſit peti confirmatio ſententiæ dato, quod non fuerit appellatum ab ea, tenet Barto. in l. ſi expreſſim. ad fi ff. de appellatio. & in l. prima, in penultima quæſtione. C. quando prou. non eſt ne. & in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de ope. no. nunc. Non obſtat dictum Innoc. in dicto capit. cauſam, qui fil. ſint legit. & in contrarium allego tex. cum glo. l. tertia. §. miſſum ff. de Carbonia. edic. vbi patet ſecundum vnam lecturam, † quod quamuis poſſideam, tamen poſſum petere me in poſſeſſio confirmari, & idem tenet gloſ. & Barto. in dicta l. de pupillo. §. qui opus. ff. de noui ope. nuncia. de quo plenius dicam in capit. ſequen. Et concludendo dicta Innocen. & Barto. in d. l. ſi expreſſim, & in aliis locis ſupra allegatis, facias tres caſus.

Primus eſt, quando victus appellauit, & appellationem proſequitur, & hoc caſu, ſicut victus poteſt petere ſenten-
19 tiam per iudicem appellationis retractari, ita victor † poteſt petere ſententiam confirmari, & ipſi victo imponi perpetuum ſilentium, & de hoc eſt text. in l. ultima. C. ut lite pendente.

Secundus caſus eſt, quando victus appellauit, & non eſt
20 proſecutus † appellationem, & tunc victor poteſt ingredi iudicium ſuper illa appellatione, & petere ſententiam confirmari, ut in l. fin. C. quando prouoc. non eſt ne. & in Auth. de his qui ingr. ad app. §. volumus.

Tertius caſus eſt, quando victus non appellauit, & iſte caſus eſt magis dubius, tamen Innocent. hic, & communiter Doctor tenent, quod poſſit victor etiam ſi ſit reus petere ſententiam pro ſe latam confirmari, licet dom Abb in hoc ultimo caſu teneat contrarium, vt ſupradixi, ſed tene opinio. Inn. quam ſequitur Bar. in d. l. ſi expreſſim, & in d. l. de pupillo. § qui opus.

21 Nunquid autem † iudex aditus, vt confirmet ſententiam poſſit eam caſſare, ſeu reuocare ſi uiderit eam iniuſtam, vel nullam. & Barto in dicta l. ſi expreſſim. dicit, quod ſic, ſicut etiam iudex appellationis poteſt ſententiam confirmare, ſi viderit eam confirmandam: nam in vtroque caſu eſt eadem ratio, ſecundum Barto. & dixi ſupra, de appella. ex ratione.

Sed vlterius nota ex verbis Innoc. quod ſi ſententia eſt confirmata cum cauſæ cognitione, etiam ſi eſſet nulla ex defectu iuriſdictionis, vel ratione iudiciarii ordinis non ſeruati, efficitur valida ſi a ſententia confirmatoria non fuerit appellatum, vel alio modo tranſierit in rem iudicatam, ſed in contrarium valde facit gloſ. fina. in clemen. vnica, de ſequeſt. poſ. & fruc. & per illam glo. dicit Ange. in dicta l. de pupillo. § qui opus. ff. de no. ope. nuncia. quod licet valde utile ſit facere plures ſententiam confirmari, quia poſt habitas tres ſententias conformes non poterit contra executio-
22 nem earum aliquid opponi etiam ſi de † nullitate quis vellet opponere, vt in clemen prima, de re iudi. tamen ſi opponeretur de nullitate ſurgente ex defectu iuriſdictionis, illa nunquam videtur excluſa, & mouetur per gloſ. in dicta clemen. vnica, de ſequeſt. poſ. & fruc. & idem dicit Ang. in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. & Lapus, & Petrus de Anchar. in dicta clem. prima, in ſeptimo notabili, de re iud. gl. tamen ibi, in verbo, pendere, ſentit, quod quando tres ſentẽtiæ ſunt concordes, quod exceptio nullitatis etiam ex defectu iuriſdictionis procedens, non impediat executionem ipſarum ſententiarum, vnde illæ duæ gloſſæ videntur contrariæ, & Doc. ibi, & Ioan. de Imo. in l. ſi expreſſim. ff. de appellatio. & in dicta l. de pupillo §. qui opus. ff. de noui ope. nun. ponunt plures concordantias ad illas gloſ. ſed mihi placet concordia, quam ponit Bald. in l. vnica. C. ne lic. tertio prouoc ubi dicit,
23 quod † aut nullitas proueniens ex defectu iuriſdictionis eſt manifeſta, ſeu notoria, & tunc poteſt opponi etiam ſi tres ſententiæ ſint conformes.

Aut non eſt manifeſta, ſed requirit probationem, & hoc caſu non impedit executionem, vbi tres ſententiæ ſunt conformes, & hoc modo loquitur gloſ. in dicta clem prima, in verbo, pendere. nam illa gloſ. dicit, quod etiam ſi appellans ab interlocutoria, diceret ſe obtinuiſſe in cauſa appellationis, & per conſequens ſentẽtiam diffinitiuam poſt ſecutam eſſe nullam ex defectu iuriſdictionis, quia per appellationẽ ſuſpenſa fuit eius iuriſdictio, vt in capit. ſi a iudice, de app in ſexto, & alibi dicitur, quod appellans eximitur a iuriſdictione iudicis a quo, vt in capit. paſtoralis §. verum, ſupra de appella. vnde illa glo procedit, quando nullitas non eſt manifeſta, ſeu notoria, & iſtam concordiam etiam poſuit Ioann. de Imo. in dicto § qui opus, vbi etiam dicit, quod Domi. de Rota tenent hoc in deciſionibus nouis, ſed But. in dicta clemen. prima, de re iudic. dicit, quod illa glo. procedit etiam ſi nullitas ſit notoria, vt quia pateat ex tenore ſententiæ. & Io. de Imo. ibi dicit, quod hoc ſeruaretur in practica, ſed mihi magis placet concordia ſupradicta, quia ceſſat ratio calumniæ, quando nullitas eſt notoria. nam ideo non poteſt opponi exceptio nullitatis, quando tres ſententiæ ſunt conformes, vt obuietur calumniis litigantium, ſed quando nullitas eſt notoria ceſſat ratio calumniæ, & vide quæ dicam infra in ſecũda limitatione, vbi alias auctoritates allegabo. poteſt & alia dari concordia inter dictas glo. nam gloſ. in clem. vnica, de ſequeſt. poſſ. & fruc. loquitur, quando iudex carebat funditus iuriſdictione, ſed iudex a quo eſt appellatum, non caret funditus iuriſdictione, unde per appellationem non extinguitur iuriſdictio, ſed ſuſpenditur, vt dicto capit. ſi a iudice, de appella in ſexto. Item ante appellationem iudex a quo habebat iuriſdictionem, licet ex accidenti, id eſt propter appellationem eam perdat, ſi appellatio iuſtificetur, vnde non poteſt dici, quod ſententia feratur a carente funditus iuriſdictione, & hoc caſu procedit, gloſ.

ADDITIO.

a ¶ Idem Dom. de Rota, in titulo, de re iudicata, ſecunda columna. verſic. vbi ſententia, in antiquis. Dic tamen, quod ſi in prima eſt expreſſus error, ſecunda confirmatoria etiam erit nulla. Alex. Imo. conſil. 79. 2. col. verſi. bene fateor, 2. volu.

gloſ.in dicta clementina prima. de re iudicata & iſtam concordiam etiam poſuit Ioan.de Imo. in dicto §. qui opus, & iſtam concordiam poſuit etiam Bald.in l. prima. C.ſi a non competen.iudice. Et iſta concordia eſt tutior, quam præcedens.

Aduerte tamen, quia hæc non faciunt contra opinio. Innocen.& Doctor hic:nam Inno.loquitur, quando ſententia confirmatoria fertur a iudice competenti, quia tūc ſupplet defectum primæ ſententiæ etiam ſi ſit nulla ex defectu iuriſdictionis. Et ideo dicit, quod aut ſententiæ ſunt latæ a iudice incompetenti, & tunc etiam ſi tres ſententiæ ſint cōformes non valent.

24 Vtrum autem † exceptio nullitatis, tunc impediat executionem ſententiæ.dic vt in dicta clem.prima, de re iudic. & plene per Ioan.de Imo.in l.ſi expreſſim ff de appella & in l. de pupillo.§.qui opus.ff.de ope.no.nunc.vbi etiam per alios modernos. Aut ſententia nulla eſt confirmata per iudicem
25 competentem ſeruato ordine iuris, & tunc † ſententia nulla
a efficitur valida, etiam ſi ſit nulla ex defectu iuriſdictionis.[a]

Et ex hoc habes ſingularem limitationem ad glo in dicta clem.vnica, in gloſ fina.de ſequeſt. poſſ.& fruct.quæ dicit, ꝙ exceptio nullitatis procedens ex defectu iuriſdictionis, nunquam intelligitur excluſa.nam illa glo.procedit; niſi lata ſit ſententia confirmatoria ſeruato ordine iuris a iudice com-
b petente.[b]

Nunquid autem requiratur, quod ſit diſputatum, ſeu co-
26 gnitum ſuper nullitate ante † confirmationem ipſius materiæ. & quidam dicunt Barto in l ſi expreſſim.ff.de app.in tertia colum.verſ videndum eſt &c.& in l prima, poſt medium. C.quando prouoc.non eſt neceſſe, quod requiratur, quod de nullitate ſit cognitum, antequam ſententia confirmetur. Sed male intelligunt, quia Barto.mouet quæſtionem, an ſuccumbens in appellatione poſſit agere de nullitate, & diſtinguit Barto.quod aut iudex tantum pronunciauit male eſſe appellatum, & tunc poteſt de nullitate agere, niſi de nullitate fuerit cognitū. Aut iudex pronūciauit male appellatum, & bene iudicatum, & quia iudex non ſolum declarauit appellantem male appellaſſe, ſed etiam ſententiam iudicis cōfirmauit, non poteſt de nullitate agere etiam ſi de nullitate, nihil fuiſſet oppoſitum, & hoc etiam tenet Ioan. de Imo. in dicta l.ſi expreſſim.vbi tenet, quod licet coram iudice appellationis non ſit de nullitate oppoſitum, tamen ſi confirmauit ſententiam, non poteſt amplius allegari nullitas ſententiæ, niſi ſit appellatum a ſententia confirmatoria, & idem tenet dominus Abb in dicto capitu.dilecto, ſupra de appella. in tertia columna, in verſi ſed circa prædicta. dicens, quod etiam hoc tenet Ioan. de Ligna in clem. ſi appellationem, in vltima columna, de appe.limita tamen ſupradictam concluſionem tribus modis.

Et prima limitatio eſt, quando ſententia quæ confirma-
27 tur haberet expreſſum † errorem iur. quia tunc idem error cenſeretur eſſe expreſſus in ſententia confirmante, & ſic nō valeret, vt dicit Barto in dicta l.ſi expreſſim.ff.de appel. & in dicta l.prima.C.quando prouo.non eſt ne. & in l.prima.C. de erro.cal.& ſequitur etiam Butr.hic.

Secunda limitatio eſt, quando nullitas primæ ſententiæ eſt notoria, vt quia de ea conſtaret in actis. hoc uidetur tenere Bald.& Salyc.in l prima. C.ne lic.tertio prouoc & Ioan.de Imo in dicta l.ſi expreſſim. in vj charta. & in vltima charta, in antepenultima colum.facit optime, quod notat Petr. de Ancha in ſuo conſilio 260 quod incipit, in Chriſti nomine
28 de iure communi vbi dicit, quod † ſtatutum reiiciens exceptionem nullitatis, nunquam videtur reiicere illam, de qua conſtat iudici in actis, allegat nota.per glo mag. in l.vbi pactum.C.de tranſact. & per Inn.in cap.primo, de offic.vic. vbi dicit, quod iudex poteſt repellere agentem ex ſuo officio, licet pars non opponat, quando conſtat de non iure agentis ex actis, pro hoc allego theoricam Innoc in cap.fraternitatis, infra de frigi. vbi dicit, quod licet error non ſit expreſſus, in ſententia, tamen ſi iniuſtitia eſt notoria ſententia eſt nulla, & idem dicunt ibi Docto.idem dicunt dom.Abb.& Butr. in capitu.primo, ſupra de re iudic.ſed illud, quod conſtat ex actis iudicialibus dicitur eſſe notorium, vt dicit Innoc.in ca. ex inſinuatione, in ſi ſupra de appell.

29 Ex quo ſequitur, quod ſi † nullitas patet ex actis, illa eadē nullitas videtur eſſe in ſententia confirmatoria, & per con-
c ſequens reddetur nulla.[c]

Et ex hoc etiam ſequitur, quod Butr.& Ioan.de Imo. male dixerint in dicta clemen.prima.ſuper verbo, pendere, de
d re iudi[d] dum dicunt illam gloſſam procedere etiam ſi nullitas eſſet notoria, vt quia pateret ex ſententia: nam hoc eſt falſum, nec illa glo.hoc dicit, nec etiam Bart. in dicta clem. prima, immo potius probatur contrarium, quia quando nullitas eſt notoria ceſſat calumnia, ut ſupra dixi. & iſtud etiam videtur eſſe de mente Cardi.in dicta clemen §.penult. qui incipit, ſimiliter, vbi dicit, quod dummodo non appareat a tertia ſententia appellatum, ſemper iudex mittet executioni etiam ſi diceret ſe obtinuiſſe in cauſa appellationis ab interlocutoria, & ſic ſentit, quod ſi conſtaret de nullitate tertiæ ſententiæ non haberet locum illa clem. hoc tamen intelligo, niſi ſententia notorie nulla eſſet confirmata per Papā ex certa ſententia, quia poteſt ſententiam nullam red-
e dere validam, ut ſupra dixi.[e]

Tertia limitatio eſt, quando ſententia fuiſſet confirmata extra iudicium, uel ſine cauſæ cognitione, quia tunc ſententia nulla non efficeretur valida, cum talis appellatio paruum aut nihil operetur. & dicit Innocen quod hic loquitur de ſi. inſtrumen.inter dilectos, §.cæterum, ver ſi. & idem ſequuntur Doc.hic, & ex his ſum expeditus de primo.

Venio ad ſecūdum, ſcilicet quid teneatur probare ille qui
30 † petit confirmationem ſententiæ & Innocen.& Doctor dicunt, quod debet probare ſententiam fuiſſe latam a ſuo iudice, & ſeruato ordine iuris, nō autem habet probare, quod ſit iuſta, cum etiam iniuſta ſententia transeat in rem iudicatam, vt ſupra de re iudic. quod ad conſultationem. intellige Innocen.& Docto. in ſententia a qua non fuit appellatum, uel aliter tranſiuit in rem iudicatam, ſi fuiſſet appellatum, & appellans proſequeretur appellationem appellato petente confirmationem ſententiæ, tunc ad quem pertineat probatio, vide quæ dixi poſt dom.Abb in cap.per tuas. ſupra de appel.vbi dixi ad quem pertineat probatio in cauſa appellationis, ſcilicet, an pertineat appellanti, vel aduerſario, de quo etiam per Barto.in l.hi qui ad ciuilia.C.de app.ſecus dicit Innocen.in petente executionem ſententiæ, quia tunc incumbit probatio reo, contra quem petitur executio. & ratio eſt, ſecundum eum, quia excipiens, quod ſententia non ſit mit-
31 tenda executioni eſt actor, cum † reus in exceptionibus cenſeatur eſſe actor. l.prima.ff.de exceptio.& in l.in exceptionibus.ff.de probat.actori autem incumbit probatio, ſexta quæſtio.vlt. actor, & in cap.ex literis, ſupra de probat.item omnia præſumuntur ſolenniter acta, ut ſupra de re iudic. in ca. cauſam, & quod ibi notatur, & hoc dicit Innoc eſſe uerum, niſi in caſibus, in quibus executio ſententiæ poteſt impediri, de quibus in cap.quod ad conſultationem, ſupra de re iudi.nam tunc ſufficit reo allegare caſum, in quo executio ſententiæ debet impediri, circa quod me non extendo, ſed dixi in ca quod ad conſultationem, & ſufficiant hæc in iſto ca.loquitur c.de confirmationibus.

ADDITIONES.

a ¶Idem tenet Alex.conſil.primo, 14.colum.circa princip.4.volum. Fely.in c.paſtoralis, 4.colum.verſi.retenta ergo gl.de except.

b ¶Idem tenet Rota, in tit de re iudi.in antiquis, deciſ.incipiente, vbi ſententia nulla.de hoc diffuſius per Phil.in repetitione ca.dilecto, 41.q.quæ incipit, 41.quæritur, de app.intellige tamen de diffinitiua, quæ tranſiuit in rem iudicatam Lanfran.in repet.c.quoniam contra, in uerbo, interlocutiones, quæſt.44.de probat.
¶Item hoc fallit, quando in prima ſentētia eſt expreſſus error, ſecunda cōfirmatoria referens ſe ad primam etiam redditur nulla ſine prima. Alex. conſi.79.uer.bene fateor, 2.volu.

c ¶Idem dom.Alex.ſupra eo.in ca.dilecto, vltima colum.in princ. Idem tenet Bal.conſi.449.in ſi 4.vol.& Alex.Imo.conſi.79.2.volum.vide omnino Fely.in c.ea quæ, 2.col.de re iud.

d ¶Reprobatur opin.Butr.& Ioan.de Imo.idem tenet Alex. Imo.conſi.77.2.vol.& Lanfr.in repet.ca. quoniam contra, in verbo, interlocutiones.40.q. de probat.& Alex.Nc.in ca.cum contingat, penul.col.de iureiur. Adde ꝙ licet ſententia lata die feriata confirmetur per aliam ſententiam, tamen ſententia prior nulla eſt, Bal.in l.cū antea.3.col.uer. quæro vlterius ſciendum eſt.C.de arbit.
Adde, quod ſententia nulla confirmata per ſecundā, non poteſt amplius dici nulla. Rota, in tit.de re iud. in antiquis, incip.vbi ſententia.item ubi prima ſententia eſt fundata ſuper falſa cauſa, ſeu expreſſo errore, ſecunda confirmatoria eſſet nulla, ſicut prima.Ale.Imo.cōſ.79.2.vol. uer.bene fateor, & conſi.3.2.col.v.vol.in prin.& Bal.conſi.221.v.vol.2.colum.
¶Item confirmatio ſententiæ nullæ, non valet.Fely.in c.2.ver.leges inſertæ, 2.col.uer.ſed ad priora.de reſcri.Adde Alexandrinum, d.c.dilecto 19.col. ver.fallit 3.de app vbi dicit, quod licet ſtatutum tollat omnem exceptionem, non tamen tollit illam, quæ conſtat in actis.
¶Item an ſententia, vel poſſeſſio nulla poſſit peti confirmari, vide Alex. Imo.in cle.3.C.de Carbo.edic.
¶Item, an poſſit dici de nullitate contra tres ſententias conformes, do. Abb.conſi.98.3.col.

e ¶Si hoc exprimit in ſententia. Fely.in c.2.gl.ſua legis inſertæ, in ſi.de reſcri.

SVMMARIVM.

1 *Inferior non ſe intromittit de iuribus confirmatis a Papa, niſi eius mandato.*

2 *Surreptio debet eſſe certa, ſeu notoria, ut inferior poſſit de ea cognoſcere.*

3 *Certum dicitur eſſe notorium.*

4 *Excle-*

4 Excluſio inferioris a cognitione cenſetur facta circa ea, in quibus cadat probabilis dubitatio.
5 Iudex inferior non cenſetur exemptus a cognitione, niſi appareat firma voluntas ſuperioris.
6 Iudex inferior non obſtante clauſula, ex certa ſcientia, poteſt examinare an confirmatio ſit facta ex certa ſcientia, vel non.
7 Prælatus efficitur per confirmationem: nam eccleſia dicitur vacare vſq; ad confirmationem electionis.
8 Confirmationis quidam effectus referuntur.
9 Contractus in iudicio a iudice non confirmantur, cum pendeant a voluntate partium tantum.
10 Papa poteſt contractus quantumcunque inualidos facere validos, ab eccleſiis initos.
11 Matrimonium validum pronunciari non poteſt, niſi de hoc quæſtio principaliter moueatur, vel diffametur.
12 Poſſeſſor alicuius iuris, vel rei, poteſt petere illam ſibi confirmari.
13 Petere quis poteſt confirmationem contractus, vel actus a iudice.
14 Confirmationis effectus quis ſit.
15 Actus non validatur contra defectus naturales.
16 Confirmatio Papæ quo ad defectus naturales in contractibus iuris gentium, nihil operatur.
17 Confirmatio ſupplet defectus in actibus ciuilibus, & canonicis in iudicio facta.
18 Defectus poſitiuos validantur per iudicialem confirmationem.
19 Confirmatio extraiudicialis facta de conſenſu partium, habetur pro iudiciali.
20 Inferior a Papa confirmans actum parte contradicente, nihil operatur.
21 Papa largam habet poteſtatem circa bona, & iura eccleſiaſtica, adeo vt defectus naturalis ſupplere poſſit per confirmationem.
22 Confirmatio Papæ, an & quando in rebus priuatorum operetur, & valeat.
23 Re ſua quando quis poſſit priuari.

CAP. IIII.

DE confirmationibus. Summatum fuit cum præcedentibus.

Nota primo, quod de iuribus confirmatis a
1 Papa ex certa ſcientia, non intromittit ſe † inferior abſque mandato Papæ, de quo plene dictum eſt in capitulo, præcedenti.

Secundo nota quod ad hoc, vt inferior poſſit cognoſce-
2 re de ſurreptione ipſa, † ſurreptio debet eſſe certa, id eſt notoria, ita exponunt Hoſtien. & Ioan. Andr. dicentes, quod iudex debet cauere, ne ſumat dubium pro notorio, vt in cap. conſuluit ſ. de appell.

3 Ex quo infertur, quod illud, quod eſt certum, † dicitur eſſe notorium: nam illud eſt certum, quod non indiget aliqua probatione, vt eſt tex. notabilis in capit. perſonas, ſupra de teſtibus.

Tertio nota ſecundum But. quod vbi aliquid excluditur a
4 cognitione inferioris, † intelligitur facta excluſio circa ea, circa quæ cadit probabilis dubitatio, quia circa illa proprie cadit cognitio, de reſcriptis, ab excommunicato, & in capit. cum contingat. & de priuileg lib. 6. cap. cum perſonæ. ſecus ſi non cadit probabilis dubitatio, vt ſi apparet certus defectus, & non probabiliter dubitabilis, vt hic. facit quod not. glo. in c. cum veniſſent. ſ. de iudic.

Et ex hoc infert But. quod quando aliquis actus eximitur
5 a cognitione † iudicis inferioris, ita demum videtur exemptus, vbi datur firma voluntas ſuperioris: nam quando in conceſſione ſuperioris eſt commiſſa ſubreptio, de qua manifeſte conſtat, nō præſumitur eſſe de voluntate ſuperioris, quod inferior de illa ſubreptione non cognoſcat. facit optime c. porrecta. in fi. infra eod.

Vltimo nota ibi, non eſt aliquatenus iudicandum, a con-
6 trario ſenſu, quod quamuis confirmatio ſit facta † ex certa ſcientia, licet inferior non poſſit iudicare de re confirmata, tamen poteſt examinare, an confirmatio ſit facta ex certa ſcientia, an non. ad hoc vt ſciat, an poſſit cognoſcere, & iudicare de re confirmata, ita colligit Hoſt. & Ioan. Andr. in fi. ex hoc tex. facit quod not. Innoc. in cap. paſtoralis. § quia vero. de offic. deleg. vbi dicit, quod iudex a quo eſt appellatum, poteſt apud ſe examinare, an appellatio ſit iuſta, vel iniuſta ad hoc vt ſciat, an debeat deferre, vel non deferre appellationi. facit optime cap. cum perſonæ. de priuileg. in 6. vbi patet, quod allegans ſe exemptum, tenetur oſtendere epiſcopo priuilegium exemptionis ad hoc, vt cognoſcat, an poſſit, vel non poſſit procedere contra eum, quod no.

Scias autem, quod Innoc. ponit unam glo. quæ quotidie allegatur, in qua tractat generaliter de effectu confirmationis, dicens, quod quædam confirmatio tribuit multum iuris, ſicut quando confirmatur electio, nam per confirmationem electionis tribuitur electo poteſtas adminiſtrandi, vt in cap. tranſmiſſa & in cap. qualiter. de elect. & in cap. auaritiæ. de elect. in 6. Immo dic. quod per confirmationem efficitur
7 prælatus: † nam eccleſia dicitur vacare vſque ad confirmationem electionis, & facta confirmatione amplius non uacat, vt in cap. cupientes. de elect. in vj de quo vide bo. glo. in cap. 1. in uerbo, collato. ut li. pend. ad idem vide bo. tex. in capit. fin. de transla. prælat. vbi dicitur, quod inter epiſcopum, & eccleſiam matrimonium ſpirituale initiatur per electionem, in conſecratione autem efficitur ratum, id eſt perficitur matrimonium, in conſecratione autem conſummatur.
8 Quædam † uero confirmatio nihil, aut parum iuris tribuit, vt eſt illa, quæ fit in forma communi, infra eod. examinata, & in cap. illa infra ne ſe vac. Quædam uero confirmatio tantum antiquum ius declarat, tamen illud ſolidat, vt eſt cōfirmatio ſententiæ, uel proceſſus in iudicio facta, contra quam confirmationem non audiuntur partes, poſtquam cum cauſæ cognitione fuerit facta confirmatio, vt in cap. j. ſupra de tranſact. & dictum eſt in cap. præced.

Et ſubdit Innoc. quod idem dicendum eſt de actibus legitimis, ſi confirmentur cum cauſæ cognitione, & partibus præſentibus, vt l. nam ita diuus. ff. de adoptio. Idem dicit de actibus canonicis: puta ſi petitur collationem beneficij, vel inſtitutionem confirmari, de procurato ex inſinuatione. & de electio. cum monaſterium. ſecus dicit in contractibus iuris gentium ſicut emptio. & venditio, & ſimiles. Inſtit. de iure nat. gen. & ciu. §. ius autem gentium. & 1. diſt. ius gentium.
9 & in l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iu. hi enim † contractus, cum a voluntate partium dependeant, non ſpectant ad auctoritatem iudicis, & ideo in iudicio non confirmantur niſi de voluntate partium procedat, dicto capitu. primo. ſupra de tranſactio. uel niſi ſit talis iudex qui ſua auctoritate hoc facere poſſit, vt eſt Papa, qui contractus ab eccleſiis initos quātumcunque inualidos, poteſt reddere ualidos, dummodo ex certa ſcientia confirmentur, argumen. infra de conceſſ. præbendę, quia diuerſitatem. & 3. quæſtione 6. hoc quippe. ſecus in actibus legitimis, qui a iure ſunt initi, vel coram canonicis, vt eſt collatio, inſtitutio, & confirmatio: nam poteſt peti in iudicio præſentibus partibus, vt confirmetur, & iudex procedet cum cauſæ cognitione. ſi aliquis opponere ſe voluerit, & ſi nullus contradictor appareat, tunc iudex legitimo edicto publice propoſito, & nullo cōparente procedet, & diffiniet negocium cōfirmando illud, de quo quęritur, ſi iuſtum appareat etiam lite non conteſtata, arg. ff. de adopt. l. nam ita diuus. & in auth. ſi omnes. C. ſi vt ſe ab hæred. abſti. Et pro hoc dicit, quod ſi peto matrimonium pronunciari canonicum, vel me eſſe legitimum, quod ex matrimonio procedit, quod eſt actus canonicus, vt aliquis ſe opponat, cogitur reſpōdere, & ſi nullus appareat ex officio procedetur, vt patet infra qui fil. ſint legit. cauſam el primo, & ſecondo, & cap. lator. & cap. perlatum. & ſequen. eod. titu. In contractibus autem iuris gentium, ſi petantur confirmari in iudicio, non cogitur pars reſpondere, neque iudex poteſt inuitis partibus procedere ad ſententiam, quamuis ipſis volentibus hoc fieri poſſet. ſ. de tranſact. c. j.

Vltimate dicit Innoc. quod ſibi magis placet illud, quod notatur infra qui fil. ſint legit. capit. cauſam. Remanet ergo ſecundum Innoc. hic differentia inter contractus iuris gentium, & actus ciuiles, vel canonicos, quia contractus iuris gentium non poſſunt confirmari in iudicio, niſi de conſenſu vtriuſque partis, niſi eſſet iudex qui ſua auctoritate hoc
10 facere poſſit, vt eſt Papa, † qui contractus initos ab eccleſiis quantumcunque inualidos, poteſt facere validos, vnde ſi contractus eſſet nullus ex defectu conſenſus: puta quia capitulum non conſenſit, poteſt Papa illum confirmare. facit cap. propoſuit. de conceſſ. præben. & quod not. in cap. conſtitutus, de relig. & in cap. venientes. de iureiur. & 9. quæſt. 3. cuncta per mundum & c. per principalem. & hoc vltimum ſequitur hic But. & dom. Abb. in fine cap. præced. qui tamen dicit, ſecus eſſe in his, quæ non dependent a mera facultate Papæ, vt in clem. paſtoralis. de re iudic.

In actibus autem ciuilibus, vel canonicis vult Innocent. quod quis poſſit petere actum confirmari etiam parte contradicente, & quod ſi nullus velit ſe opponere legitimo edicto, publice poſſit iudex procedere etiam lite non conteſt. ad actum confirmandum. ſed Hoſtien. dicit, quod hanc ſubtilitatem Inno. non plene compræhendit: nam licet contractus ab initio ſit voluntatis, ex poſt facto tamen neceſſe eſt ipſos obſeruari: vnde dicit, quod de ipſis agi poteſt in iudicio, & peti confirmatio, & obſeruatio, quantumcunque

pars

pars contradicat, vt in l.ſicut. C.de actio.& obliga.ſed Butr.
hic,& dom.Abb in cap. præced.ad finem ſequuntur opinio.
Innoc.in cap cauſam.infra qui fil ſint legit. quam Innocen.
hic dicit ſibi magis placere nam ibi Inno.tenet contrarium
illius, quod hic dicit. Dicit enim ibi, quod quis non poteſt
11 petere ſe pronunciari legitimum, vel † matrimonium eſſe
validum, vel quid ſimile, niſi de hoc quæſtio principaliter
ſibi moueatur, vel diffametur, iuxta l.diffamari. C.de inge.
& manu. vel niſi incidenter in iudicio hoc petat: puta quia
agit de hæreditate, & ei opponitur, quod non ſit legitimus:
nam tunc propter contradictionem bene poterit petere ſe
pronunciari legitimum, & hoc eſt verum, ſecundum eum,
niſi petatur confirmatio a Papa, vel Imperatore, quia etiam
extraiudicialiter poſſunt de aliquo nullo facere validum. 3.
quæſt.6.hoc quippe & C.de re vxo.l.j. nam tales poſſunt adi
ri pro confirmationibus actuum, vt illos valident, & defe-
ctum ſuppleant in eis commiſſum, vt in cap.j de tranſactio.
cum ſimilibus. vnde concludit dom. Abb quod ex quo quis
eſt in poſſeſſione, vel quaſi alicuius iuris, vel rei, non poteſt
petere confirmationem ab inferiore a principe, ſed mihi ma
gis placet opin.quam tenet Hoſtien.hic, ſcilicet quod in acti
bus ciuilibus, & canonicis, & etiam in contractibus iuris
gentium poſſit peti confirmatio, & obſeruatio, quantum-
12 cunque pars contradicat. Et ad probandum, quod † poſſeſ-
ſor alicuius iuris, vel rei poſſit petere illam ſibi confirmari,
tenet glo.& Bart in l de pupillo §.qui opus. ff.de operis noui
nunciat.& eſt tex.ſecundum vnum intellectum in l 3. §.miſ
ſum. ff.de Carbo edic. vbi hoc tenet glo.Cy.& Bart. & idem
ſenſit Bart.in l.fin.§.1.in 3.colum.verſi.item quæris glo.quid
de fideicommiſſo vniuerſali. C.de edic.diui Adria.toll.

Et ad prædicta etiam optime facit l.nam ita diuus. ff. de
adopt. vbi patet, quod adoptatus poteſt petere confirma-
tionem adoptionis a iudice vocatis vocandis. ad hoc etiam
allego Innoc in cap. Abbate.in princ.circa 1.colum.de verb.
ſignif. vbi dicit, quod ſi ſum in poſſeſſione alicuius rei, pu-
tans me habere ius in illa re, & dubitās a te moleſtari, quem
credo nullum ius habere in ea re, poſſum agere, & petere a
iudice, vt declaret tibi ius nullum competere, quod dictum
eſt ſingulariter notandum, & quod poſſit peti, vt iudex con
13 firmet † contractū factum a partibus, eſt tex.ſecundum vnā
lectur.in l.ſi quos. C.de decur.lib.10. vbi Bart.tenet, quod in
omnibus contractibus, ſiue actibus ciuilibus, vel iuris gen-
tium, in quibus dubitatur, an quis poſſit petere contractum
infringi, poteſt pars petere contractum, vel actum confirma
ri, & de hoc dicit eſſe caſum ibi, & in l.Iulianus. §.ſi quis col
ludente. ff.de actio. empti. pro hoc facit optime ſecundum
Bart.in cap.fin ſupra de maior.& obed. vbi tranſactio, & ſi-
miles actus petuntur confirmari. & idem tenet Ange.in di-
cta l.ſi quis.

Nunquid autem pars poſſit petere contractum, vel inſtru
mentum declarari nullum, ſeu inualidum. vide Bar.in l.quæ
ſub conditione § fi.ff.de condit.inſtit.

14 Sed quæro poſt prædicta, quis ſit effectus † confirmatio-
nis. & But.hic concludit, quod ſi eſt confirmatio iudicialis
in actibus ciuilibus, & canonicis, operatur effectū, vt actus
efficiatur validus, & quod amplius non poſſit de nullitate
opponi. idem ſi confirmatio iudicialis eſt facta de illo, qui
de nullo poteſt facere aliquid, vt eſt Papa, & Imperator. In
actibus vero iuris gentium, dicit But.quod ſi confirmatio iu
dicialis intercedit, vbi interuenire poteſt, validat actum cō
tra defectus poſitiuos, ſed contra defectus naturales non
ſupplet vere, ſed facit perinde haberi, ac ſi illi defectus non
interueniſſent, vt in l. Iulianus.ff.de condict.indeb.& hoc di
cit procedere, quando principaliter contenditur ſuper illis,
ſecus ſi ex officio proprio motu ſuppleat, quia nō validatur
15 † actus contra defectus naturales, & per hoc dicit But.quod
ſi aliquis pronunciatur procurator meus, qui non eſt, non
præiudicatur mihi abſenti, vt not.in l.licet. C.de procur. &
ſupra de reſcrip.ſuper litteris.vbi per Compo.

In confirmatione autem extraiudiciali dicit But. quod ſi
procedit de voluntate partium, habetur pro iudiciali, & va
lidat actum, ſed ſi altera pars contradicat, tunc confirma-
tio inferiorum a Papa nihil operatur. Confirmatio vero Pa
pæ, qui poteſt de nullo facere aliquid, operatur quo ad bo-
na, & iura eccleſiaſtica, in quibus habet largam poteſtatem.
quia ſunt ſub eius adminiſtratione, quo ad bona autem, &
16 iura priuata confirmatio † Papæ, nihil operatur quo ad de-
fectus naturales, & in contractibus iuris gentium, ſed quo
ad actus ciuiles bene operantur, allegat nota.in clement.pa-
ſtoralis, de re iudic.& in cap.1.de tranſact.& in cap. . . de ele-
ctio. Et vt plenius habeas concluſiones.

17 Prima eſt concluſio, † confirmatio iudicialis ſupplet defe
ctus in actibus ciuilibus, & canonicis.

Secunda concluſio, in actibus iuris gentium, vbi confir-
matio iudicialis poteſt interuenire, validat actum contra de
18 fectus † poſitiuos, ſed quo ad defectus naturales non ſupplet
vere, ſed facit perinde haberi, ac ſi illi defectus non interue-
niſſent, vt in l.Iulianus.ff.de condict.indeb.non tamen præ
iudicat abſenti, vnde ſi pronunciat procurator meus ille,
qui non eſt, non præiudicatur mihi abſenti, vt no.in l.licet.
C.de procur & per Comp.in c.ſuper litteris.de reſcrip.

19 Tertia concluſio, † confirmatio extraiudicialis facta de
voluntate partium habetur pro iudiciali, & validat actum
etiam quo ad defectus naturales.

Quarta concluſio, confirmatio extraiudicialis facta al-
20 tera parte contradicente per † inferiorem a Papa, nihil ope
ratur.

Quinta concluſio, confirmatio Papæ quo ad bona, & iu-
21 ra eccleſiaſtica, in quibus habet † largam poteſtatem,
ſupplet defectus naturales, immo etiam ſi contractus eſſet
nullus ex defectu conſenſus: puta quia capitulum non con-
ſenſiſſet, poteſt Papa confirmare, vt dicit dom. Abb.in cap.
præced in fi.& ſupra dixi.

Sexta concluſio, in contractibus iuris gentium quo ad de-
fectus naturales in his, quæ pertinent ad bona, & iura priua
22 torum, † confirmatio Papæ nihil operatur, ſed quo ad actus
ciuiles bene operatur.

Aduerte tamen in hac vltima concloſione, quia aut tales
priuati non ſunt ſubiecti Papæ quo ad temporalem iuriſdi-
ctionem. & hoc caſu clarum eſt, quod confirmatio Papæ
nihil operatur quo ad eos, pro quo facit, quod notabiliter
dicit Innoc.in cap.inquiſitioni.in fi.de ſent.excomm. vbi di-
cit, quod ſi Papa præcipit aliquid laico, qui non eſt de iuriſ
dictione ſua, nec ratione perſonæ, nec cauſæ, nec alia ratio
ne, non tenetur ei obedire: ſemper tamen debet excommu
nicationem obſeruare, quia cum in poteſtate ſua ſit eccle-
ſia militans, & ad eius mandatum debeant ſacramenta mi-
niſtrari, nullus contra eius mandatum debet ſe in eis immi
ſcere, aut bona ſuper quibus ſit confirmatio, pertinent ad
priuatum patrimonium clericorum, vel laicorum, qui ſunt
de temporali iuriſdictione eccleſiæ. & hoc caſu quo ad defe-
ctus ciuiles, ſeu poſitiuos Papa poteſt confirmare contra-
ctum, ſed quo ad defectus naturales non puto, quod poſſit
etiam ſi confirmaret etiam ex certa ſcientia, ſupplēdo om-
nes defectus de plenitudine poteſtatis, niſi ſubſit cauſa, ex
23 qua Papa, vel Imperator poteſt priuare ſubditum † re ſua,
de quo in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtit. & per Bart.&
Doctor.in l.fina. C.ſi contra ius, vel vtil.publ. Et hæc ſuffi-
ciant. Sequitur capitulum, bonæ.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio ſententiæ pendet, ſi appellatus impetrauit confirmationem, qua tacita appellans iudices appellationis impetrauit.*
2 *Literarum priorum mentio neceſſario fieri non debet in poſterioribus in impetratione, quando facilè elidibiles ſunt.*
3 *Appellans poteſt quandocunque literas impetrare, nec poteſt præueniri.*
4 *Attentata poſt appellationem interlocutoriam non ſunt reuocanda, niſi demum iuſtificata appellatione.*
5 *Littera impetratæ non ualent, niſi fiat mentio de appellatione aduerſarij, & de propria, tres tamen limitationes habet.*
6 *Taciturnitas non uitiat reſcriptum in eo, quod ſi expreſſum fuiſſet, eodem modo fuiſſet conceſſum.*
7 *Termini præfixio nunquid in reſcripto ponenda ſit.*
8 *Monitio generalis de prioribus literis facta non tollit eos, ſed ſpecialis.*
9 *Confirmatio ſententiæ facta in forma communi non præiudicat cognitioni de nullitate ſententia.*
10 *Intellectus ille inter alios eſt eligendus, qui magis conuenit rubricæ.*
11 *Argumentum a ſituatione rubricarum valet.*
12 *Silere, ſeu tacere melius eſt, quam non perfectè uerum dicere.*
13 *Taciturnitas fraudulenta vitiat literas, etiam ſi non fuiſſet mentio leſiua impetrationem.*

CAP. V.

BOnæ. Si appellatus impetrauit confirmatio-
nem ſententiæ, & appellans ſuper cau-
ſa appellationis, hoc tacito iudices impetrauit,
1 iudices appellationis procedent & † confirma-
tio pendet ex euentu appellationis, hoc dicit, ſecundum Io.
Andr. vel ſic, ſecundum dom. Abb. literæ confirmationis
ſuper ſententia, a qua erat appellatum non valent, ſi appel
lans malitioſè præuenit appellātem, alias dependet, donec
de

de appellatione cognoſcatur hoc dicit & illud ſummatium melius conueniet intellectui litteræ. Diuiditur in duas partes.

In prima ponitur conſultatio.

In ſecunda bimembris reſponſio. ſecunda ibi, reſpondemus. & ſecundum membrum eſt ibi, verum.

Primo nota ſecundum dom. Abb. quod quando priores litteræ ſunt nullæ, vel ſaltem per exceptionem elidibiles, nõ
a eſt neceſſe de eis facere † mentionem in impetratione poſteriorum litterarum: nam hic poſteriores litteræ impetratæ per appellantem, nullam faciebant mentionem de prioribus litteris impetratis per appellatum, & tamen valuerũt, de quo vide bo. glo. in cap. ex tenore. in glo magna, in fi. ſupra de reſcrip & in cap. ſuggeſtum in glo penult infra de iure patron. & in cap. cum noſtris. in 4 glo de conceſſ. præben. Et iſtæ duæ vltimæ glo. dicunt idem eſſe in litteris impetra-
a tis ad beneficia. quod dicit dom. Abb. eſſe notandum. [a]

Secundo nota, quod appellans poteſt litteris impetrare,
3 † quantumcunque vult, nec poteſt impetrando præueniri per appellatum, de quo plene dictum fuit in cap. ſæpe & in cap. oblatæ. ſupra de appell.

In glo. 1. dic, quod aut appellatur a diffinitiua, & tunc omnia attentata reuocantur, antequã cognoſcatur de cauſa appellationis, immo etiam attentata infra decem dies, qui dãtur ad appellandum, ante omnia ſunt reuocanda. Attenta
4 ta vero poſt † appellationem ab interlocutoria non ſunt reuocanda, niſi demum iuſtificata appellatione, niſi ſint attentata poſt inhibitionem iudicis ad quem, vt d. c. non ſolum. §. j. de appell. in 6.

In glo 2. nota glo. quod non valent litteræ impetratæ non
5 facta mentione de † appellatione aduerſarij, & hoc probatur in tex. idem dicas in propria appellatione ipſius impetrãtis, nam etiam de ipſa eſt facienda mentio, alias non valent litteræ, vt in capit. ex parte S. ſupra de reſcript. & vide glo. in cap. ſuper litteris. eod. titu. in verbo, litteras dediſſemus. quæ potui caſus, de quibus facienda eſt mentio in impetratione litterarum, & inter cæteros dicit, quod impetrans debet facere mentionem de propria appellatione, vt d. c. ex parte S.
b & de appellatione aduerſarij vt hic. [b]

Et hoc procedit in omni appellatione, ſiue ſit appellatũ ad Papam, ſiue ad inferiorem, vt not. Archid. in c. concer-
c tationi. de appell. in 6. [c]

Item procedit etiam in appellatione extraiudiciali, quia ſimiliter de ipſa eſt facienda mentio, vt dicit Archid. Ioan. Andr. & Dom. Dom. in dicto capitu. concertationi. Et hoc etiam tenet Io. de Imo. in cap. dilecti. in vlt. colum. ſupra de maior. & obed.

Limita tamen glo. & concluſionem ſupradictam tribus modis.

Et primus eſt, quando per talem taciturnitatem non præiudicatur aduerſario. Pone exemplum, aliquis poſſidebat beneficium, in quo nullum ius habebat, alius impetrauit dictum beneficium nulliter, quia litteræ erant ſubreptitiæ, iſte poſſeſſor appellauit a gratia & proceſſu iſtius impetrantis, & intimauit ſibi appellationem, deinde ipſe poſſeſſor, & appellans impetrauit nouam gratiam a Papa ſuper dicto beneficio, nec facit mentionem de gratia aduerſarij, nec de propria appellatione, non valebit impetratio, quia ſi expreſſiſſet Papæ, quomodo aduerſarius nullum ius habet in dicto beneficio, & quod propter hoc appellauit Papa, eodem modo dediſſet ſibi litteras, & gratiam, ſupra de reſcrip. ſuper litteris. ita dicunt Dom. de Ro. deciſ. 310. quæ incipit, item ſi reus. facit quod not. Innoc in dicto cap ex parte S. in verbo, de appellatione. ſ. de reſcrip.

Secundo limita, quando cauſa appellationis includitur in commiſſione. exemplum, impetrans petit per Papam cõmitti cauſam, vel cauſas, quas mouere intendit contra Titium. cum poteſtate citãdi ipſum in curia, & ad partes: nam dato quod nullam mentionem faciat de cauſa appellationis, tamẽ poterit appellationem proſequi interpoſitam ad Papam vigore dictarum litterarum. Et ratio eſt, quia cauſa appellationis includitur in commiſſione, & eſt cauſa, quæ mouetur, vel moueri intendunt, & quia ſi verbum appellationis fuiſſet expreſſum in ſupplicatione, eodem modo litteras obtinuiſſet, vt in dicto cap. ſuper litteris. de reſcript. & ita dicunt Dom. de Ro deciſio. 353. & hoc modo poteſt procedere illud, quod dicit Innoc in cap ex litteris. de offic deleg. vbi dicit, quod licet in aliis litteris multa ſint exprimenda, de quibus in cap. 2. de dolo, & contu. & in cap. inter monaſterium, de re iudica. Tamen in reſcriptis impetratis ſuper appellatione a diffinitiua, ſufficit impetrare ſimpliciter ſuper ipſa appellatione, licet non fiat mentio in litteris de ipſa appellatione: ſecus dicit, ſi fiat impetratio ſuper appellatione ab interlocutoria, quia tunc eſſet neceſſe, quod fiat mẽtio de ipſa appellatione, & de cauſa ipſius appellationis. Tamen ſtilus Romanæ curiæ habet quod ſatis ſit exprimere, quod ſit appellatum a grauaminibus, licet cauſæ grauaminum in ſpecie, aliter non exprimantur.

Tertia limitatio eſt, quando appellatio de iure nõ valet, vel eſt deſerta, vel eſt ei renunciatum tacite, vel expreſſe: nã tunc valet impetratio nulla facta mentione de appellatione. de hoc ex tex notabilis in cap ex parte S de reſcrip iuncta glo 2. & ibi hoc tenet Ioan. de Imo. in vltima char. idem tenet Bal. in l. j. C. ſi contra ius, vel vtil. publ per illum tex. dicens idem eſſe in caſibus, in quibus non poteſt interponi appellatio. Valet enim tunc impetratio non facta mentione
6 de appellatione, quia † taciturnitas non viciat reſcriptum in eo, quod ſi fuiſſet expreſſum, fuiſſet eodem modo conceſſum. tex. eſt in d l. j. & in d. cap. ſuper litteras. ſupra de reſcrip. & has tres limitationes nota.

7 Nunquid autem ſit facienda mentio † de præfixione termini ad proſequendum appellationem. dic quod ſic, & ſic non ſufficit facere mentionem de appellatione, niſi etiam fiat mentio de præfixione termini ad proſequendum appellationem, vt in c. ſæpe. & in c oblatæ. ſ. de appellat. in quibus
d plene dictum eſt. [d]

In glo. in verbo, tamdiu. Ex hac glo. colliguntur duæ lecturæ ad iſtum tex qui videtur ſibi contrarius, quia in principio innuit priores impetratas per appellatum eſſe nullas, ſed in verſic. verum, innuit eas eſſe in pendenti, ſeu quod debeant habere vigorem, donec cognoſcatur de iniqua ſententia.

Prima lectura eſt, vt principium intelligatur, quando appellatus impetrauit litteras ad iudices delegatos, ſed non valuerunt, quia non fecit mentionem de appellatione aduerſarij, & quia nimium præuenit appellantem, iuxta ea quæ habentur in cap. oblatæ ſupra de appel. verſi. autem. verum intelligitur, quando appellatus impetrauit nimiũ non præueniendo iuxta ea quæ habentur in dicto cap. oblatæ. ſupra de appell. Item de appellatione aduerſarij fecit mentionem, tunc enim iudices dati per priores litteras, debent cognoſcere de validitate ſententiæ. Nec obſtat, quod in ſecundis litteris impetratis per appellantem, ſit facta mentio genera-
8 lis de prioribus litteris; nam generalis † mentio non tollit priores litteras; ſed oportet, quod fiat ſpecialis mentio, vt in cap. 2. de do. & contum. & ſecundum iſtum intellectum iſte tex. addit ad dictum cap oblatæ. vt dicit hic dom. Abb. ſcilicet ut priores litteræ debito tempore impetratæ per appellatum, præualeant ſecundis, licet in eis fiat mentio generalis de prioribus per illa uerba, nullis litteris ueritati, & iuſtitiæ præiudicantibus, &c. Et iſte intellectus eſt uerus in ſe, ſed non placet glo. quia non conuenit Rubricæ, quia ſi utræque litteræ fuiſſent impetratæ ad iudices, potius faceret ad titulum de appellationibus Sed quia hic tractatur de confirmatione, tex debet intelligi, quod primum reſcriptum impetratum per appellatum fuit pure confirmatorium ſententiæ, ita quod Papa confirmauit ſententiam in forma communi, ſicut iuſte erat lata, nec mandabatur aliqua cognitio iudicibus. In litteris uero ſecundis impetratis per appellantem, fuit commiſſa cauſa appellationis iudicibus delegatis, & ſic ſolæ litteræ per appellantem impetratæ erant iudiciales, & dubitabatur quæ præualerent, & Papa reſpondet, quod ſecundæ litteræ impetratæ per appellantem non habeant euacuare primas litteras impetratas per appellatum ſuper confirmatione ſententiæ, quia mentio generalis non
9 tollit ipſas primas litteras: tamen quia † confirmatio ſententiæ erat facta in forma communi, non habet præcludere viam cognoſcendi de iniquitate ſententiæ, vt dictum eſt in cap. 1. ſupra eod. Ideo reſcriptum confirmatorium habet interim ſuum vigorem, ſed nihilominus iudices impetrati per ſecundas litteras cognoſcent de cauſa appellationis, & ſi ſententia retractabitur, reſcriptum confirmatorium reddetur nullum, quia fuit factum in forma communi, ſcilicet ſicut ſententia iuſte erat lata: ſi vero ſentẽtia confirmabitur primæ litteræ habebunt ſuum vigorem.

Et ex hac glo. colligit do. Abb. quod vbicunque ex vno tex.
10 poſſunt elici plures lecturæ, ſeu plures † intellectus, ille intellectus

ADDITIONES.

a ¶ Hoc dictum limita, ut infra in fine limitat hic Alex. Neuus.

b ¶ Idem tenet Hoſtien. in ſumma de reſcrip. §. quæ poſſunt obiici. & §. hæc autem. 2. colum. verſic. ac appellatio. & ſub §. ſed ut. 3. colum. verſic. 43. & ſequen.

c ¶ Adde quod etiam debet fieri mentio de interlocutoria. Hoſtien. in ſumma de reſcrip. §. quæ poſſunt obiici. ſub §. ſed ut. 1. col verſic. 66. allegat cap. cum olim. de re iudic.

d ¶ Idem tenet domin. Alexan. Ne. ſupra tit. proximo. in cap. oblatæ. in fine. ibi uide.

tellectus eſt amplectendus qui conuenit Rubricæ, & ſic ſe-
cundum eum ſemper debemus interpretari tex. vt conueniat
tit. ſub quo ſituatus eſt.
Et ex hoc colligit vnum modum arguendi, ſcilicet a ſitua
11 tione Rubricæ, allegat † ſimilem glo. in cap. tibi, qui. de re-
ſcrip. in 6. & in cap. ſi ſuper gratia. de offic deleg. eod. lib. quæ
dicunt executorem datum in litteris beneficialibus eſſe de-
legatum, quia ponitur in tit. de offic. dele. allegat etiam gl. 2.
in c. vnico ſupra tit prox.
Et hanc ſecundam lect. approbat dom. Abb. & commu-
niter Doct. ſed Goffr. Pet. & Abb. dicunt, quod principium
cap loquitur de litteris, quas impetrauit appellans, nulla pe
nitus facta mentione de litteris confirmationis a parte alte
ra impetratis, quia ex quo ſtatim iuit appellans, præſumi-
tur fuiſſe præuentus, & ideo proceditur per ſecũdas. ſed ver-
ſic. verum. loquitur, quando fecit mentionem, ſed non ple-
nam, & ſic præſumitur habuiſſe notitiam litterarum, & fe-
ciſſe, vel tacuiſſe in fraudem, & ideo proceditur per primas,
12 & non ſecundas litteras, & ſic † melius eſt ſecundũ eos om
nino verum tacere, quam non perfecte dicere. facit clemen.
conſtitutionem. §. j. de elect. vbi omittens debitas circumſtã-
tias in exceptionibus criminum contra electum non audi-
tur, etiam ſi per iuramentum probare velit ipſas, vel proba
tiones deueniſſe ad notitiam ſuam de nouo, & tamen ſi in
totum omiſiſſet opponere exceptionem illius criminis au-
diretur, ſi iuraret exceptionem illius criminis nouiter deue-
niſſe ad notitiam ſuam, vt in cap vt circa de elect. in 6. & vi-
de glo. in dicta clem. cõſtitutionem. in verbo, de nouo. in fi.
quæ dicit ſe dicere ſolere, quod interdum expedientius eſt
in totum veritatem tacere, quam non perfecte dicere. & al-
legat illud capitu. vbi hoc probatur ſecundum intellectum
Goffr. Pet. & Abb. & cum iſto intellectu etiam tranſit hic Io.
And. in fi.
Ex quo infero vnam notabilem limitationem ad ea, quę
dixi in primo notabili, ſcilicet quod de litteris, quæ poſſunt
elidi per exceptionem, non eſt facienda mentio: nam ſi fie-
ret mentio generalis ſecundæ litteræ non valerent, quia per
dolum, & fraudem videtur nõ feciſſe expreſſam, ſeu plenam
mentionem. pro quo optime facit cap. ſuper litteris, ſupra de
13 reſcrip. vbi † taciturnitas omiſſa per fraudem, vel malitiam
vitiat litteras, etiam ſi Papa fuiſſet eodem modo conceſſu-
rus. Et hoc tene perpetuo menti pro limitatione, & declara
tione glo. quam allegaui in primo notabili.
Secundus tamen intellectus glo. magnæ conuenit literę.
& hæc ſufficiant. Sequitur cap. cum dilecta.

SVMMARIVM.

1 *Innouatio priuilegiorum confirmationem non inducit.*
2 *Priuilegium vnum habens cum periculo illud, ſecum defert iter faciendo.*
3 *Regiſtratio, ſeu duplicatio ſcripturarum eſt vtilis.*
4 *Sigilla Epiſcoporum, ſeu Abbatum, ſunt authentica.*
5 *Examinatio alicuius ſcripturæ poteſt delegari.*
6 *Sigillo legati adhibetur plena fides.*
7 *Intereſſe poteſt prætendi, ne inſtrumentum, ſeu priuilegium renouetur, ſecundum Abba.*
8 *Caſus etiam exceptus, ex identitate rationis trahitur ad alium caſum.*
9 *Abſentes tribus in caſibus tantum vocandos eſſe aſſeritur.*
10 *Aſſerens caſum eſſe exceptum debet probare.*
11 *Priuilegium ſcribi poteſt, tam in papyro, quam in pergameno.*
12 *Dictio, quaſi, eſt aſſertiua ſimilitudinis, non veritatis.*
13 *Exceptio quando non impediat actum ſummariæ expeditionis.*
14 *Paria ſunt, quod exceptio requirat altiorem indaginem ab initio, vel ex poſt facto, propter appellationem.*
15 *Præſcriptio contra exemptum, immediate Papæ ſubiectum, ſpatio quadraginta annorum procedit.*
16 *Præſcriptio centum annorum currit in omnibus rebus contra Romanam eccleſiam.*
17 *Præſcriptio centum annorum poteſt probari per teſtes.*
18 *Priuilegia, & inſtrumenta ſuccumbentis incidi, & lacerari debent.*
19 *Inſtrumenta inutilia contra tenorem iuris proprij, poteſt quis petere lacerari, & corrumpi.*
20 *Proceſſus ſuper litterarum innouatione, an poſſit fieri lite non conteſtata.*
21 *Litis conteſtatio non eſt facienda pro innouatione ſcripturarum.*
22 *Epiſcopus præſcribens contra exemptos, dicitur præſcribere ex titulo iuris communis.*
23 *Pronunciatio non debet fieri ſuper non petitis.*
24 *Citatio partis an debeat fieri in renouatione priuilegij.*
25 *Citatio an requiratur in conceſſione priuilegij.*
26 *Renunciatio priuilegij nunquid requirat denunciationem, ſicut requirit teſtium receptio.*
27 *Mulier licet non poſſit eſſe procuratrix ad iudicium, poteſt tamen eſſe ad negocia.*
28 *Religioſi nunquid poſſint eſſe procuratores.*
29 *Papa qualiter procedat, quando vult mouere quæſtionem contra ſubditum.*

CAP. IIII.

1 Cum dilecta. Innouatio † priuilegiorum
confirmationem nõ indu
cit, nec nouum ius tribuit, ſed ſi quod compete-
bat, conſeruat, hoc dicit. Diuiditur in ſeptem
partes.
In prima ponitur ſororum petitio, & datio inquiſitorum.
In ſecunda ponitur inquiſitorum relatio, & eorum obie-
ctio.
In tertia iudicum datio, & ab ipſa appellatio.
In quarta monialium iterata petitio, & reorum contra-
dictio.
In quinta Papæ interlocutio, & priuilegij innouatio.
In ſexta, Papa conſtituit ipſam Abbatiſſam procuratri-
cem.
In ſeptima committit principale negocium diffinien-
dum. ſecunda ibi, nos autem. tertia ibi, vnde iudicibus. quar
ta ibi, nuper autem quinta ibi, nos igitur. ſexta ibi, quia vero.
ſeptima ibi, nolentes igitur.
Nota primo ibi, propter viarum diſcrimina, quod haben-
2 ti vnum † priuilegium. vel vnum inſtrumentum duntaxat, eſt
periculoſum illud deferre ad loca remota, quia eo perdito,
vel conſumpto perditur in effectu ius in eo conuentum, arg.
ſupra de reſtit. ſpoliat. ſæpe. Et per hoc Hoſt. hic dicit, quod
3 eſt tutum, vt priuilegia, vel reſcripta † regiſtrentur, & dupli
centur, argum. l. vnum. ff. de teſtam. & Inſtit. de teſtam. §. pen.
nam tunc perdito originali, vel conſumpto, poteſt fieri pro
batio per tranſumptum, ſupra de fide inſtrum. cap. penult. &
vlt. & in cap cum in iure, ſupra de offic. deleg. vbi eſt bo. glo.
& in cap. oblatæ. in verbo, fiat fides. quæ incipit, ex hoc vide
tur. infra de verbor. ſignif.
4 Secundo nota ibi, ſub ſigillis ſuis, quod † ſigilla epiſcopo-
rum, & Abbatũ ſunt authentica. Quid autem de alijs præla-
tis inferioribus, & capitulis eccleſiarum maxime cathedra-
lium. vide per Innoc. in cap. 2. de fide inſtrum. vbi dixi. vide
etiam quod no. in c. poſt ceſſionem. de probat. & in c. ſi cano
nici. de offic. ordin. in 6.
5 Tertio nota. quod † examinatio alicuius ſcripturæ poteſt
delegari, poterit ergo epiſcopus, vel alius ſuperior commit-
tere examinationem alicuius ſcripturæ, & ad relationem il-
lius, cui hoc committit facere ſolemnem tranſumptionem,
licet ipſe originalia non palpauerit, quemadmodum hic
Papa fecit.
6 Quarto nota, quod † ſigillo legati adhibetur plena fides,
ſed Hoſtien. & Ioan. And. hic in verbo, legato. dicunt, quod
ſigillum legati adminiculabatur, ſed fidem non faciebat; cũ
nihil ſibi fuiſſet mandatum, & hoc eſt uerum, ſecundũ eos,
niſi partes in hoc conſenſiſſent, allegat cap. conſtitutis. ſu-
pra de appellat. & in cap. quod ſuper his. de fide inſtrum. vbi
dixi. ſed dom. Abb. hic in penult. colum. verſicu. extra glo. 1.
opponitur. dicit, quod etiam in cauſa commiſſa legato litte
ræ ipſius faciunt adminiculum, ſed plene non probant in
præiudicium alterius, de quo allegat bo. glo. in cap. ſicut. el
tertio, infra de ſenten. excommunicat. & de hoc dixi in iuri
bus prææalleg.
Quinto nota, quod per contradictionem illius, cuius inte
reſt, impeditur innouatio priuilegij, donec cauſa contradi-
ctionis fuerit diſcuſſa.
Ex quo infertur ſecundum domi. Abb. quod quis poteſt
7 prætendere intereſſe, vt † priuilegium, ſeu inſtrumentum al
terius non renouetur, & intereſſe poteſt in eo verſari, quod
timet poſſe moleſtari in futurum ex inſtrumentis, uel priui-
legiis non legitimis. Ex quo ſequitur, & probatur in tex.
quod priuilegia ſublata per pręſcriptionem, vel quę poſſunt
elidi exceptione, non debent renouari, quia in futurum poſ
ſent præſtare materiam litigij, & in hoc tene menti iſtũ tex.
Sexto nota ibi, eiuſdem ęquitatis ſimilitudine prouocati,
& tene ſemper menti, ſecundum domi. Abb. quod nedum
diſpoſitio ſimplex trahitur ad alium caſum ex identitate ra
8 tionis, ſed etiam † caſus exceptus a regula: nam Papa hic ca
ſum exceptum in teſtibus. in cap. quoniam. ſupra vt li. non
conteſt. ſcilicet quod poſſint recipi non ſeruata ipſa iuris ſo-
lemnitate, trahit ex idẽtitate rationis ad innouationem pri-
uilegij.

uilegii & ſic ſecundum dom. Abb eſt hic caſus pro no‑a. in
glo. in l. 1 C de condict indeb. & in l illud. C de ſacroſancti. ec-
cleſ. quæ dicunt, quod ubi ponitur regula caſibus aliquibus
exceptis, caſus excepti extenduntur ad alios caſus non exce
ptos habentes ſimilitudinem rationis cum caſibus exceptis.
& per hoc dicit glo. in c. præſentium. in verbo, ipſorum, de te
ſtib. in 6. & in c. cum in eccleſiis, in glo. penult. de præben. eo
9 dem lib. quæ dicit, quod † abſentes ſunt vocandi ſolum in tri
bus caſibus, in quibus eſt expreſſum: & per hoc dicit, quod
in alienationibus rerum eccleſiæ nō ſunt vocandi abſentes:
nam ſecundum dom. Abb & in aliis caſibus qui ſunt ſimiles
vel grauiores expreſſis ſunt vocandi, & allegat quod no. In-
noc. in cap. 1 infra de noui oper. nunc. & glo. in cap. 2. infra de
his quæ fiunt a maio. par. capit. nam hoc videtur ſentire ibi
glo. pen. dum dicit, quod omnes debent eſſe præſentes, quos
negocium tangit. & quod alias præſentes nihil poſſunt face
re in præiudicium abſentium: ſed hoc Deo dante examina-
bo in c. cum omnes. ſ. de conſtit.

Et ex prædictis dicit dom. Abb. eſſe limitandam regulam
quæ dicit, exceptionem firmare regulam in caſibus non ex-
ceptis, vt in cap. dominus 31. quæſt. 6. & eſt bo. tex. in c. 2. in fi.
de coniu. lep. vnde glo. in Rubrica de reg. iur. in 6. dicit, quod
10 † dicens caſum eſſe exceptum a regula, debet hoc probare:
alias eſt ſtandum regulæ. & idem dicit glo. pen. in clem. ſi de
reſcrip. nam debent intelligi vbi caſus, de quo quæritur, nō
habet conſimilem rationem cum caſibus except. & allegat
dom. Abb notabile dictum Bart. in l ſerui ff de vſucapio. vbi
concludit, quod ſi exceptio eſt facta per dictionem taxati-
uam, nihilominus fit extenſio ad alium caſum, qui in alia
parte iuris reperitur exceptus. Et circa hoc me vlterius non
extendo, de quo plene dixi in c. j de offic. ordin.

Septimo nota ibi, non in pergameno, ſed in papiro, quod
11 † priuilegium poteſt ſcribi non ſolum in pergameno, ſed e-
tiam in papiro de quo vide in Spec de inſtrum edit. §. poſtre
mo. verſic. item quod eſt ſcriptum in papiro. vbi dicit, quod
Inſtrumentum publicum poteſt ſcribi in papiro, de quo etiā
per Bart in l cum tabulis ff. de furt. Et communis concluſio
eſt, quod valet inſtrumentum ſcriptum in papiro. ſed Spec.
vbi ſupra dicit, quod hodie ſaltem reſcripta debent eſſe ſcri-
pta in charta pecorina, & quod debet charta eſſe groſſa, &
& non raſa. de quo etiam in tit. de reſcrip. præſent. § 1. verſic.
item quod literæ. dicit tamen dom. Abb. quod hodie nota
rii præſtāt iuramentum de publicandis inſtrumentis in char
ta pecorina, ſeu pergameno, de quo remittit ad not. in c ſi-
cut. infra ne cler. vel mona. ſed veritas eſt, quod ſi inſtrumē-
tum ſcriberetur in papiro, etiam hodie valeret. priuilegium
autem, vel reſcriptum non valeret propter ſtilum Romanę
curiæ, qui habet, quod priuilegia ſcribantur in pergameno,
ſeu in charta pecorina: nam vbi in litteris non ſeruatur ſti-
lus Romanæ curię, præſumuntur falſæ, vt infra eod. pone-
cta. & in cap. quam graui. de crimi fal. & hoc tenet Speculat.
vbi ſupra.

Octauo nota ibi, quaſi nimia vetuſtate, &c. quod dictio
12 † quaſi, non eſt aſſertiua veritatis, ſed ſimilitudinis: nam hic
denotat quandam diminutionem, nō totalem conſumptio
nem. vt ſ. le tex. cum glo. in capit. ſolitæ. de maior. & obedien
Quandoque tamen ſecundum ſubiectam materiam eſt aſ-
ſertiua veritatis, iuxta illud Euangelii, quaſi vnigeniti a pa-
tre de quo vide bo glo in c prout. ſupra de do. & contuma.
13 Nono nota, quod vbi † exceptio de ſui natura non requi-
rit altiorem indaginem, tamen ſi ea poſt facto propter appel
lationem, vel aliam cauſam efficitur difficilis, & requirit al-
tiorem indaginem, nō tamen edit actum qui eſt ſummariæ ex-
peditionis: nam hic exceptio præſcriptionis poterat impedi-
re innouationem priuilegii, quia poterat incontinenti pro-
bari, ſed quia ex poſt facto propter appellationem reddita
fuit difficilis, & longæua & ideo ea nō obſtante proceſſum
14 fuit ad innouationem priuilegii. † Paria ergo ſunt, vel quod
a principio exceptio requirat altiorem indaginem, & lon-
gum tractum, vel quod ex poſt facto efficiatur altioris inda-
ginis propter diſputationem, ſeu appellationē, & in hoc te-
ne menti iſtum tex. & ita colligunt Bar. & dom. Abb.

Ex quo infertur, quod ſi in cauſa ſummaria ſit oppoſita
exceptio, non habens altiorem indaginem, & per iudicem
admiſſa, & ex poſt facto efficiatur altioris indaginis, nihi-
lominus quatenus fuerit admiſſa, ea non obſtante, cauſa
ſummaria eſt expedienda, ſeruata exceptione in ordinario
iudicio.

Decimo nota in §. quia vero, optimum argum. ſecundum
dom. Abb. quod cōtra exemptum, & immediate ſubiectum
15 Papæ, poteſt præſcribi † ſpatio quadraginta annorum, qua-
tenus præiudicat ipſi priuilegiato, ſed quatenus præiudicat
Papæ, requiritur ſpatium centum annorum; ſi enim potuiſ-
ſet hæc Abbatiſſa deducere ius Papæ in iudicio non fuiſſet
opus, vt eſſet conſtituta procuratrix Papæ ad deducendum
ius ſuum in iudicio, & dicit hunc tex in hoc eſſe tenendum
menti. & allegat id quod notat glo in ſimili in cap 2 de cap.
mo & in c. volumus. 16 q. 4. ſed vide illud, quod dixi poſt do.
Abb. in c ad audientiam. ſ. de præſcrip.

Vndecimo nota ibi, poſſeſſiones & iura, &c. quod eccleſia
Romana gaudet in præſcriptione ſpatio centum annorum
non ſolum in rebus priuatis ipſius Rom eccleſię, ſed etiam
in omnibus iuribus, quæ competunt ſibi. nam hic in pręſcri
ptione libertatis datæ, ſeu exceptionis conceſſæ alicui non
currit contra Romanam eccleſiam minor præſcriptio cen-
tum annorum.

Ex quo infert dom. Abb. quod in omnibus rebus tam cor
poralibus, quam incorporalibus contra Romanam eccle-
16 ſiam non currit minor † præſcriptio centum annorum.
Ex hoc etiam infert, quod contra Romanam eccleſiam,
etiam ſi res ſit mobilis, non præſcribitur minori ſpatio cen
tum annorum, & ſic vſucapio quæ currit in rebus mobili-
bus, & durat triennio, vt Inſtit de vſucap. in princ. non habet
locum contra Romanam eccleſiā. Quid autem in eccleſiis
inferioribus. an contra eas currat vſucapio, plene dixi in c. j.
de reſtit. in integ.
17 Duodecimo nota, quod præſcriptio † centum annorum
poteſt probari per teſtes cuius contrarium dixit glo in c. cū
nobis. ſ. de præſcrip vbi plene dixi.
Vltimo nota ibi, in corrumpendo, quod poſtquam quis ſuc-
18 cumbit in cauſa, debent omnia priuilegia † & omnia inſtru
menta ſua incidi. ſeu lacerari, ne in futurum poſſint præſta-
te materiam diſcordiæ.
Ex quo infert dom. Abb. quod ſi apud te ſint inſtrumenta
19 † ſimilia, quæ quo ad tenorem ſunt iuri meo contraria poſ
ſum petere, vt illa corrumpantur, & lacerentur. pro quo eſt
bo. tex in c. accedens el j in fi. vt li non conteſt. & in l. ſicut. C.
de lib cau & in l diſſolutæ C de condic ex lege. & in c. eccle-
ſia. el 2 ſ. vt li. pend. vbi de hoc.
Antequam veniam ad glo. contra tex opponimr de cap.
quoniam. ſ vt lite non conteſta. vbi patet, quod non poteſt
procedi ad receptionē teſtium nec ad alia quæ concernunt
merita cauſæ lite non conteſtata, vnde non debuit fieri pro-
20 ceſſus ſuper innouatione priuilegiorum, nec procedi ad ſen
tentiam diffinitiuam, niſi lite conteſt. ad hoc. ſ de li. conteſt.
c. vnico & tamen etiam tex in fi. mandat ferri diffinitiuam,
ad hoc dantur multæ ſolutiones.
Prima eſt, quod eſt ſpeciale, vbi agitur de iure eccleſiæ Ro
manæ: poteſt enim tunc fieri inquiſitio, & ferri ſentētia dif-
finitiua li. non conteſt. quod quidem habent pro Euangelio,
ſecundum Hoſtien. Dicit tamen, quod circa hoc non occur
rit ius expreſſum, niſi iſtud cap. & C de iure fi. l. certa forma.
& l ſeq lib. 10 ſacri ſ. de ſuppl negl prælat. licet.
Secunda ſolutio eſt, quod hic proceſſerunt partes coram
Papa, ſecundum ſtilum curiæ, vbi per narrationem, & re-
ſponſionem verbaliter factas, fit lit. conteſtat. coram Papa,
ideo commiſſa fuit receptio teſtium. & iſtas duas ſolutio-
nes nota.
Tertio ſoluit Hoſtien. quod hic requirebatur li. conteſt. &
ob hanc cauſam fuit hic appellatum a prioribus iudicibus,
& quod cauſa iterum committeretur diſcretis viris. ſed iſta
ſolutio diuinat ad iſtum tex. quia non apparet in tex. quod
fuerit ob hanc cauſam appellatum
Quarta ſolutio eſt ſecundum Inno quod hic non require-
batur litis conteſtatio, quia agebatur de innouatione priui-
legii, faciens regulam, quod ubi agitur de innouatione priui
21 legii, vel alterius ſcripturæ, non eſt facienda † litis cōteſtatio,
quod eſt verbum notādum. & iſtam ſolutionem ſequuntur
hic Bar. & dom. Abb quia hæc cauſa eſt ſummaria, & modi-
ci præiudicii, ergo non eſt neceſſaria lit. cōteſt. & dom. Abb.
ad hoc allegat theoricam Bart. in extrau. ad reprimendum.
in verbo, ſummarie. vbi dicit, quod ubicunque verſatur cauſa, ſu
per qua ſententia lata nō infert magnum præiudicium, ſeu
totaliter cauſam non decidit, quin poſſit in alio iudicio gra-
uamen reparari, illa dicitur cauſa ſummaria. ad hoc. l. 3. §. ibi
dem. ff ad exhib. Et dicit do. Abb. quod illam theoricam ſequi-
tur Io. de Ligna. licet non faciat mentionem de Bart in cle.
ſæpe. de verb. ſign. ſed iſte tex. vr facere in contrarium, in ver.
nos igitur. vbi vr innui, quod tunc non requiratur lit conteſt. quā
imminet periculum ſuper conſumptione priuilegiorum, ſi-
cut obſeruatur in receptione teſtium ſed do Abb reſpōdet,
quod hæc ſimilitudo procedit hoc modo, quia ſicut teſtes, qui
non poſſunt alias recipi li. non conteſt. recipiuntur inſtante
neceſſitate. ita innouatio priuilegii, nō debet fieri, niſi diſcu-
tiatur prius exceptio illius, cuius intereſt, inſtante tamen pe
riculo, fit innouatio priuilegii reſeruata exceptione.
Sed

Sed aduerte. quia tex in princ. in ver. licet non videremus. vt innouere, ꝙ Papa debuiſſet, etiam non imminente periculo, facere innouari priuilegia, ſed quod de gratia dederit iudices delegatos, qui inquirerẽt de veritate exceptionis partis aduerſæ. Sed reſponde, ꝙ ſenſus litteræ in d. verſic. eſt, ꝙ licet nõ deberet exceptio præſcriptionis impedire innouationem priuilegiorum, ex quo imminebat periculum conſumptionis ipſorum priuilegiorum, tamen Papa de gratia dedit iudices delegatos, vt inquirerent de veritate exceptionis. Et quia ab eis fuit appellatum, & ſic exceptio propter appellationem exigebat longiorem indaginem, ideo Papa propter periculum conſumptionis priuilegiorum, fecit priuilegia innouari. Et iſte eſt verus intellectus ad iſtum tex. Et iſta ſolutio vltima procedit quo ad innouationem priuilegiorum, ſed duæ primæ concernunt fi. cap. ſ. quantum mandatur, ꝙ feratur ſententia diffinitiua. vel dic, ꝙ facta innouatione ep̃s petijt monaſterium ſibi adiudicari, cum eſſet in ſua diœceſi, & Abbatiſſa negaret monaſterium eſſe ſubiectum ep̃o ꝓꝑ priuilegium exemptionis. & ſic fuit lis conteſtata in quæſtione principali, de quo etiam dicam infra in 3. oppoſitio.

Secundo opponitur contra tex. In quantũ mandat, ꝙ ep̃s probaret præſcriptionem cõtra priuilegium præſcriptionis exemptionis. & ſic vult, ꝙ ep̃s poſſit præſcribere contra priuilegium exemptionis, ſed hoc vr̃ eſſe falſum: nã aut ep̃s ſciebat monaſterium eſſe exemptum, & tunc ꝓꝑ malam fidem non potuit præſcribere, vt in c. fi. de præſcrip. Aut ignorabat monaſterium eſſe exemptũ, & adhuc non vr̃. ꝙ præſcribat, quia non intendit præſcribere, præſcriptio autem non currit ſine poſſeſſione, vt in regula. ſine poſſeſſione lib. vi. ſed In noc. tenet contrarium hic dicens. ꝙ ipſe ep̃s excuſatur a mala fide quia ius commune facit pro ipſo. ꝙ eſt fauorabile, & exemptio odioſa. per quam delicta ſæpe remanent impunita, & per eam ſæpe præſtatur materia peccandi. de offi. ordi. irrefragabili de priuileg. cum & plantare & c. tuarum. vnde exemptio eſt reſtringenda tanquã odioſa, vt in regula. odia, lib. 6. & quia de ſic li reuertitur ad naturam ſuam. ff. de pact. l. ſi vnus § pactus ne peteret. verſ. ꝙ in ſpecie 35. diſt. ab exordio & s̃. de excep. cum venerabilis. Item dato, ꝙ ep̃s ignoret priuilegium, & non intendat præſcribere. ſufficit, ꝙ adſunt comites præſcriptionis. quia poſſidendo in genere, agit quæ ex poſſeſſione ſequuntur, nec præſcribet ſine titulo, quia ius commune habetur pro tit. Et hæc verba no. ex quibus hẽs,

22 ꝙ † ep̃s præſcribens contra exemptos, dr̃ præſcribere ex tit. iuris communis. Item aduerte, quia non eſt verum, ꝙ requiratur in præſcriptione. ꝙ poſſeſſor intendit præſcribere, poſſeſſio enim eſt neceſſaria cum bona fide. Bona autem fides eſt, ꝙ poſſeſſor credat rem eſſe ſuam nõ alienam, vt in c. fi. s̃. de præſcrip. cum ſimil. non eſt ergo neceſſe, ꝙ poſſeſſor credat rem eſſe ſuam, & ꝙ poſſideat eam tanquam ſuam.

Tertio opponitur in eo ꝙ Papa mãdauit pronunciari ſuper adiudicatione ſubiectionis, inquantũ ep̃s probaret præſcriptionem, Abbatiſſa non probante interruptionem, tam ſola innouatio priuilegiorũ fuit hic petita, vt patet in princ.

23 cap. vnde ſuper non petitis non debuit † pronunciari, vt in l. vt fundus. ff. communi diuid. & in c. licet Heli de ſimo. Hoſt. ſoluit, dicens. ꝙ facta innouatione priuilegiorum ep̃s petijt ſibi monaſterium adiudicari, cum eſſet in diœceſi ſua conſtitutum. contra quem legata fuit exemptio, & ipſe replicabat de præſcriptione, & Abbatiſſa duplicabat de interruptione. vnde Papa ſuper his conſtituit Abbatiſſam procuratricem. Et hoc colligitur ex uerbo, ad iudices. & ex verbo, imponens ſilentium. quæ imponunt eſſe latam diffinitiuam ſententiã. pro hoc facit quod not. glo. not. in c. cum olim. in verbo, imponentes de cau. poſſ. & propriet. quæ dicit, ꝙ ſilentium imponitur actori per ſententiam iudicis, ſed reus abſoluitur ab impetitione actoris. & pro iſta opin. facit tex. quia ep̃s erat actor. vnde Papa mandat ei imponi ſilentium, ſi non probauerit præſcriptionem. & iſtum intellectum ad iſtum tex. tene, licet Doct. alias ſolutiones addant.

24 Vltimo quæro, an pars debeat † citari, qñ agitur de innouatione priuilegij. & Doct. dicunt. ꝙ ſic. dicunt tamen, ꝙ ſi innouatio fieret in curia Romana, poſſet fieri parte abſente ẽt non per cõtumaciam. Et ratio eſt quia per plurium manus trãſit litera, & ipſi plus in talibus ſunt experti, & melius perpendunt falſitatem, vel vitium latens, quam ſi eſſet vnus, de quo etiam per Io. And. ĩ. c. pen. vbi dicam. Dicunt tamen Docto. ꝙ ſi pars eſſet præſens in curia, deberet citari, & ſi eius aduentus præſumatur probabiliter eſſe de proximo, debet expectari, vt ĩ de priuil. ex parte el primo. ſed do. Abb. hic in fi. remittit ad plene no. in c. ſignificauit. & in c. Albeneus. s̃. de teſtib. dicit tamen ſe credere, ꝙ niſi ſit periculum in expectãdo partem citandam, non debet procedi ad innouationem ſine citatione. & ꝙ innouatio aliter facta non valet, niſi ille faceret qui de nouo poſſet concedere, probatur in d. c. ſignificauit. iuncto c. quoniam frequenter, in princ. s̃. vt li. non conteſt. nam ſi eſt facienda citatio in receptione teſtium. fortius in renouatione priuilegij. quia ſi originale erat vitioſum, nulla defenſio competit amplius parti aduerſæ cum vitium non poſſit perpẽdi in tranſumpto: vtputa ſi erat falſitas in bulla, uel in filo ipſius originalis, uel ſi carta priuilegij erat prius caſſa, & poſtea tranſcripta. & de hoc etiam vide in c. fi. de fi. inſtrum. vbi habetur de renouatione facienda propter vetuſtatem inſtrumentorum.

25 Nunquid autem in † conceſſione priuilegij pars ſit citanda But. hic in 3. col. dicit ꝙ non, vt in c. cum olim eſſemus. ĩ. de priuil. allegat etiam Lap. in allegatione 63. vbi dicit. ꝙ in diſpenſatione non requiritur partis citatio. & vide quæ dixi in c. inter quatuor s̃. de maior. & obed.

In glo. j. dicit dom. Abb. quod illud, quod dicit glo. vr̃ eſſe contra factum Papæ, cum Papa hic diſtulerit renouationẽ ad contradictionem partis aduerſæ; ergo oportet dicere, ꝙ aliquot intereſſe prætẽdere: poterat pars aduerſa ſatis enim ſua intererat, quoniam conſumpto originali non timet ſibi litem moueri in futurum, ſecus ſi fieret innouatio quia poſſet timere litem in futurum ſibi inferri: hinc eſt, ꝙ ꝓꝑ hoc intereſſe mandatur in fine litteræ, hæc priuilegia corrumpi: ergo ſua intererat, ne fieret innouatio, quia melius eſt ante tempus occurrere, quam poſt, vulneratam cauſam remedium quærere, vt in l. fi. C. in quib. cauſ. in integ. reſtit. non eſt nec. & in c. quemadmodum de iureiur. ſed tu dic, quod ſenſus litteræ eſt, ꝙ Papa non videbat cauſam, quare priuilegiũ non eſſet innouandum, quia imminebat periculum cõſumptionis, & fiebat talis innouatio abſque præiudicio iuris ſui, vt dicitur in tex.

In glo. in verbo ſimilitudine in fi. Quæro nunquid, ſicut quando teſtes recipiuntur li. non conteſt. debet reus conueniri infra annum, vel ſaltem denunciatio fieri de receptione teſtium, vt d. c. quoniam frequenter in princ. vt li. non conte.

26 Ita etiam debeat fieri, quando fit † renouatio priuilegiorum ꝓꝑ vetuſtatem. Et Inno. dicit, ꝙ non. Et ratio eſt, ſecundum Hoſt. quia innouatio nihil noui tribuit, vnde quicquid poterat obijci contra inſtrumentum, antiquum poteſt obijci cõtra inſtrumentum renouatum. In teſtibus vero poſſet imminere periculũ circa probationem exceptionum cõtra ipſos competentium, vt d. c. quoniam frequenter. & iſtud ſequitur hic Butr. in 3. col. ſed Ioan. And. ſuper iſta glo. remittit ſe ad ea quæ dixi in tex. ſuper verbo, innouanda. vbi dicit poſt Hoſtien. quod reus eſt citandus, vt in c. pen. & vlt. s̃. de fi. inſtrum. vel infra annum eſt facienda denunciatio quando ſ. fit renouatio contra abſentem non contumacem. & iſta pars eſt tutior. poſſet enim poſt annum originale in totum conſumi, ita ꝙ non poſſet apparere vitium, quod inerat in ipſo originali. & ideo dic, ꝙ aut innouatio fit contra citatum, & contumacem, & tunc valet ipſa renouatio, nec aliud eſt faciendũ. aut renouatio fit parte abſente non contumace propter euitandum periculum conſumptionis priuilegij, & tunc aut fit ad inſtantiam rei, & nõ eſt neceſſarium ꝙ fiat denunciatio infra annum, ſicut etiam nõ eſt neceſſarium, ꝙ reus denunciet actori infra annum receptionem factam ad ęternã rei memoriam, vt c. ſignificauit. s̃. de teſtib. Aut actor petit priuilegium ſuum innouari reo abſente non per contumaciam, & in hoc ſunt opiniones, ſed tutius eſt tenere opi. eius Io. And. vr̃ adhærere ſ. vt reus, vel contra annum conueniatur, vel ei denuncietur innouatio priuilegij. vt d. c. quoniam frequenter. ſupra vt lite non conteſtata. nam eſt eadem ratio in vtroque caſu, ut ſupra dixi.

In glo. in uerbo, innouanda. in fi. dic ſecundum But. & do. Abb. ꝙ contrarium procedit, quando inſtrumenta. vel priuilegia ſunt adeo conſumpta, vel corroſa, ꝙ non poſſunt legi, quia tunc non eſt fides eis adhibenda, vbi autẽ legi poſſunt, licet cum difficultate, debet fieri innouatio, vt hic dicitur.

In glo. in verbo, procuratricẽ. diuide ipſam in duas partes.

In prima opponit, & ſoluit tripliciter.

In ſecunda quęrit, coram quo debeat agere Papa in cauſa ſua ſecunda ibi, ſed ſi Papa.

1 In prima parte glo. dom. Abb. dicit, quod principium glo. non eſt intelligendum indiſtincte: nam regula eſt, quod mulier non poteſt eſſe, neque procuratrix, nec arbiter, nec arbitratrix, neque iudex, cum iſta ſint virilia officia, vt in §. tria allegato in glo. & no. plene in c. ſciſcitatus ſuper glo. 2. ſupra de reſcrip. ſed iura allegata in prin. glo. loquuntur in caſibus ſpecialibus. ſ. quando mulier habet iuriſdictionem, ut quia ſuccedit in aliqua dignitate: puta in comitatu, uel Regno. Et

27 dicit dom. Abb. eſſe intelligendum, quod † mulier nõ poſſit regulariter eſſe procuratrix ad iudicia, ſed ad negocia bene poteſt conſtitui procuratrix, ut no. in l. ait prætor. ff. de neg. geſt.

peſt. & caſus in quibus mulier poteſt eſſe procuratrix. vide
in Spec. de procur. circa princ. & dicit dom. Abb. quod vlti-
ma ſolutio gloſ. quantum ad tex. vr eſſe verior. De Abbate
28 vero, & de aliis † religioſis, nunquid poſſint eſſe procurato-
res, dom. Abb. allegat bo. glo. in c. de præſentia 16 q. 1. & vide
Innoc. in c. cum I. & A. ſ. de re iudic. vbi dixi. & etiam bo. tex.
§. 1. c. a ſ. de poſtu. vbi etiam dixi. & etiam tex. bo. & glo. in cle.
sel. gloſus, de procur.

In ſecunda parte glo. no. ex ipſa tres modos procedendi,
29 quando † Papa vult mouere quæſtionem contra ſubditum.
Et primi duo modi ſunt honeſtiores. Et inquantum glo.
dicit, quod Papa poteſt iudicare in cauſa eccleſiæ ſuæ, & ſic
vt ſentire, quod in cauſa propria patrimoniali non poſſit eſſe
iudex, dom. Abb. dicit, quod hoc non eſt verum, quia etiam
Imperator poteſt eſſe iudex in cauſa ſua, vt in l. proxime. ff.
de his quæ in teſta. delen. & in l. & hæc Tiberius ff. de hæred.
inſtit. de quo remittit ad not. per ſe in c. cum venissent. ſ. de
iudic. & hæc ſufficiant. Sequitur cap. ad noſtram.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio a religioſo impetrata ſuper prioratu, vel adminiſtratione, nullo modo valet.*
2 *Regulares exiſtentes in eccleſiis cathedralibus, dicuntur canonici.*
3 *Regulares non poſſunt impetrare aliquid perſonale ſibi confirmari, cum non poſſint habere proprium.*
4 *Litteræ emanatæ de curia præter ſolitum ſtylum, præſumuntur falſæ.*
5 *Regulares non poſſunt habere adminiſtrationes proprias.*
6 *Papa non ſolet aliquid confirmare regularibus perſonaliter, ſed tantum in communi monaſteriis.*
7 *Religioſi habentur pro mortuis.*
8 *Negligentia magna, vt cadat in latam culpam, poteſt eſſe cauſa remotionis ab adminiſtratione.*
9 *Adminiſtratio collata a Papa, an efficiatur perpetua.*
10 *Impetratio non vitiatur, licet facta non fuerit mentio, quod beneficium ſit annale.*
11 *Beneficium quod Papa reſeruat, deinde confert, an efficiatur perpetuum.*
12 *Statuto cauente, vt adminiſtratio a quocunque conferatur, non tranſit collatio vltra annum.*
13 *Beneficium quoad perpetuationem collationis diſtinguitur, vt aut ſit temporale, aut in mera poteſtate ſuperioris.*
14 *Adminiſtratio conceſſa per Abbatem regulari, quoad vixerit, an poſſit ad libitum reuocari.*
15 *Conſuetudo nunquid introducatur aliqua circa perpetuationem adminiſtrationis.*
16 *Opponendi poteſtas, an perdatur per non vſum.*
17 *Regularis remotus ab adminiſtratione omni ceſſante cauſa, an implorare officium iudicis, vel ſuperioris poſſit.*

CAP. V.

1 AD noſtram. Non valet † cōfirmatio, quā
religioſus impetrauit a Pa-
pa ſuper adminiſtratione, vel prioratu, ſi in ea ta-
cuit ſe regularem, ſi vero hoc expreſſit reſcriptū,
cenſetur falſum, quia Papa hoc non conſueuit concedere,
hoc dicit, cum cap. ſequen. Communis diuiſio. ſecunda ibi,
quia igitur.

a No primo, quod † regulares exiſtentes in eccleſiis cathe-
dralibus dicuntur canonici: nam iſta eccleſia Nemenſis eſt
cathedralis, & regularis, vt refert hic Ioan. And. & ſatis colli-
gitur ex tex. poteſt tamen ſecundum do. Abb. intelligi, quod
erāt regulares canonici. ſ. de ordine S. Auguſtini: nam quidā
ſunt mendicantes, & iſti non ſunt canonici, poteſt etiam in-
telligi ſecundum dom. Abb. in monachis eccleſiæ cathedra
lis, quia iſti poſſunt appellari canonici, vt eſt tex. cum glo.
58. diſt. in cap. 2. de quo plene per dom. Abb. in cap. cauſam. ſu
pra de iudic.

Secundo nota, quod regulares non poſſunt impetrare ali
3 quid perſonale eis confirmari, † quia non poſſunt habere
proprium, ſed quicquid acquirunt, acquirunt monaſterio,
qualitercunque acquirunt. 18. q. 1. c. 1. & q. 2. Abbates. vbi bo.
tex. cum glo. Et ibi etiam habetur quid de vagabundo, & fu-
gitiuo, an talis acquirat monaſterio, de quo etiam per gloſ.
penult. in cap. 1. infra de ſang. & cap. oſ. vbi plene dixi poſt do-
mi. Abb.

4 Tertio nota ibi, conſueuit, quod † litteræ emanatæ de cu-
ria præter ſolitum ſtilum curiæ præſumuntur quandoque
falſæ: nam ſi in eis ſuit tacita veritas, præſumuntur ſurrepti-
tiæ, ſed ſi nihil tacetur, tñ conceſſio deuiat ab omni honeſta
te, & ſtylo curiæ, præſumuntur falſæ, vt in c. ſeq. vbi dicetur.

vide gl. 1. in c. cauſam, quæ no. in fi. in verbo, obuia rationi, de
teſti. quæ dicit, quod priuilegium emanatum præter ſtylum
præſumitur falſum.

Vltimo no. quod non ſolum regulares alicuius monaſte-
5 rii, ſed etiam canonici eccleſiæ cathedralis, ſi ſint † regulares,
non poſſunt tenere perpetuo adminiſtrationes, quas habent.
Dicit tamen do. Abb. quod hoc non eſt intelligēdum, quod
regularis poſſit eſſe canonicus in eccleſia cathedrali ſæcula-
ri, vt in c. ſuper eo. ſ. de regul. & hoc vr ſentire glo. in c. quo-
rundam. 74. diſt. & iſtud quod regularis non poſſit promo-
ueri ad beneficium, ſimpliciter tenet Feder. de Sen. conſilio
ſuo 136. & plene dixi in cap. quod Dei timorem de ſta. mon.
intelligit do. Abb. quod poteſt eſſe canonicus, quando eccleſia
eſt cathedralis, & regularis, & hoc modo loquitur iſte tex. &
tenet glo. 58. diſt. cap. 2.

In glo. 1. dum dicit, quod confirmatio perſonaliter facta ta
cita veritate, quod ſit regularis &c. dicit do. Abb. quod licet
dictum glo. ſit verum in ſe, tamen non eſt bona expoſitio ad
illud verbum. perſonaliter, poſitum in tex. nā ſenſus litteræ
6 eſt, quod ſedes Apoſtolica † non conſueuit aliquid confir-
mare regularibus. ſ. vt ipſe perſonæ regulares habeant nomi
ne proprio, ſed realiter bene conſueuit confirmare dando. ſ.
priuilegium ipſi rei. ſ. monaſterio, vel ordini. Ratio diuerſita
tis eſt, quia collegium in communi eſt capax, ſed perſonæ
particulares non, quia a ſe abdicauerunt omnia, & poſue-
runt prælatum ſuper caput ſuum loco Dei, vnde non habēt
velle, nec nolle. 12. q. 1. non dicatis & in c. ſi religioſus. de ele-
7 ctio. in 6. Item religioſi † habentur pro mortuis 16. q. 1. placuit.
Et per hoc eſt etiam expedita glo. 2. hic.

Aduerte tamen, quia do. Abb. male reprehendit gloſ. vni-
cam; nam intentio glo. non fuit exponere verbum, perſonali
ter, prout intelligit dom. Abb. ſed intentio eius fuit dicere, quod
ſi confirmatio fuit facta perſonaliter tacito, quod ſit regula-
ris, litteræ ſunt ſubreptitiæ, & ſi hoc fuit expreſſum litteræ
ſunt falſæ, vt in c. ſequen. iſta fuit mens glo. & hoc modo in-
telligendo glo. bene dicit.

Extra glo. do. Abb. vt habeatur materia huius cap. & ſeq.
mouet hic aliquas quæſtiones.

Et primo quærit, quæ fuit ratio decidendi in iſto tex. & di
cit, quod aut poterunt remoueri ab adminiſtrationibus ad
nutum ſuperioris, vt in c. cum ad monaſterium. verſic. nec ali
cui. ſ. de ſtatu mona. aut erant perpetui, iuxta illud quod ha-
betur in c. 2. in fi. de ſta. mo. & vtroque caſu diſſoluebatur bo-
num obedientiæ occaſione huius confirmationis; nam cum
alias potuiſſent remoueri ad nutum Abbatis, vel ſaltem ex
facili cauſa, quando erant perpetui vigore confirmationis,
non poterunt remoueri ad nutum ſuperioris, & ſic quodā-
modo per has confirmationes faciebant contra bonū obe
dientiæ appropriando ſibi hoc ius tenendi perſonaliter. ſed
Ioan. And. hic, & But. intelligunt iſtum tex. & ca. ſeq. in obe-
dientiariis, qui poſſunt remoueri ad nutum ſuperioris Ab-
batis, & iſte tex. & c. ſeq. proprie de eis loquitur, non autem
de illis, qui ſunt perpetui, nec poſſunt remoueri ad nutum
ſuperioris: tales enim non poſſunt remoueri ex facili cauſa,
licet contrarium dicat dom. Abb. nam non poſſunt remoue
ri, niſi pro graui crimine: puta ſi fuerint dilapidatores, vel in-
conuenienter vixerint, vel aliud commiſerint, pro quo ſunt
merito remouendi, ſeu priuandi, ita dicit tex. in c. 2. in fi. de
ſta. mon. vnde propter negligentiam non poſſent remoueri,
8 niſi eſſet magna † negligentia, ita quod cadat in latam cul-
pam, vt dicit glo. in cap. cum monaſterium. in verbo, negli-
gens. eodem tit.

Fateor tamen, quod ex leuioribus cauſis poſſunt remoue
ri, quam clerici ſæculares, vt in ca. per tuas. in fi. ſ. de ſimo. &
iſte tex. & c. ſequēs proprie loquuntur de illis regularibus, qui
poſſunt remoueri ad nutum ſuperioris, & impetrant, vt re-
maneāt in ipſa adminiſtratione quoad vixerunt, ſed in aliis
qui ſunt perpetui, nec poſſunt remoueri ſine cauſa iſtius ca-
pit. & ſequen. ſed glo. & Ioan. Andr. tenent in c. ſequen. opin.
dom. Abb. & idem ſequitur ibi Bu. ſed ſi confirmaretur talis
adminiſtratio ex certa ſciētia Papæ in tali adminiſtratione,
non poſſet deinceps remoueri ſine licentia Papæ, vnde vbi
primo erat obedientiarius Abbatis, efficitur vigore confir-
mationis obedientiarius Papæ, vt dicit Hoſt. & Io. An. in c. ſe
quē. ſed vide Innoc. in c. niſi eſſent. ſ. de præben. & Doct. in c.
cum inter R. ſ. de elect. & in clem. 1. de ſuppl. neglig. præl. dicit
tamen do. Abb. quod non debet intelligi, quod per hanc confir
mationē eximatur a iuriſdictione ſui ſuperioris, ſed in om-
nibus ius ſuperioris competens remanet illæſum, de quo eſt
bo. tex. licet ipſum non alleget in cap. per tuas. ſ. de maio. &
obed. ſed hoc operabitur confirmatio facta ex certa ſciētia,
quia non poterit ſuperior cognoſcere, vel tollere ius confir-
matum, vt in c. 1. & 2. ſ. eod. niſi ex nouo delicto, vt dicit glo.

in

in c. 1. & 2. 3. end vbi dixi. & idem dicit Fede. de Sen. conſi. ſuo 155 vnde iſte in manibus ſuperioris poteſt renũciare, & permutare. & alia facere, quæ faciunt alij ſæculares in ſuis beneficiis, hoc etiam tenet But. in c ſeq & dom Abb hic.

Secundo quæro, quid ſi Papa facit collationem talis ad-
9 miniſtrationis, † an efficiatur perpetua. iſtam quæſtionem mouet dominus Abbas hic. & Butr. in cap. ſequen. & ibi But. allegat Lap in ſua allegatione 9. in qua plene diſputat iſtum articulum, vnde in hoc ſunt conſiderandi tres caſus.

Primus eſt, quando Papa contulit ex iure deuoluto: puta per negligentiam inferiorum fuit deuoluta collatio ad Papam, & hoc caſu non vr̃ alterata natura talis adminiſtrationis, & ſic poteſt remoueri ad nutum Abbatis vt in clem. vnica, de ſuppl. negl prælat. & hoc tenet Lap. in prædic. alleg. & But. in c ſeq & do. Abb. hic.

Secundus caſus eſt, quando beneficium eſt manuale, uel annuale ex conſtitutione eccleſiæ, vel monaſterij, & Papa illud contulit, & in hoc ſunt opiniones: nam Io. Cald. in quadam quæſtione diſputata per eum, dicit, ꝙ Papa cõtulit gratioſè vr̃ alterata natura ipſius adminiſtrationis, ſeu beneficij Et ſic erit perpetuus. & idem ſenſit Io. And. in c cum inter R. ſ. de elect. & Archid. 16. q. 1 ſi monachus. & in c. præſenti de offic ordi. in 6. ſed contrarium ſenſit Collectarius in c. per tuas. de maior & obed. illam opin ſenſit etiã Lap in prædicta alleg vt dicit Bu in c. ſeq. quando Papa mandat tale beneficium conferri non præcedente reſeruatione: nam mandando conferri non vr̃ voluiſſe alterare naturam beneficij, ſeu adminiſtrationis. Et dicit Lap. vnum notabile verbum in prædicta alleg ꝙ etiam ſequitur But in c ſeq ꝙ licet in im-
10 petratione † non ſit facta mẽtio, ꝙ beneficium ſit annale, vel manuale, nõ pp hoc dr̃ gratia ſubreptitia, quia taciturnitas eorum, quæ Papa non tollit, nec derogat reſcribendo, ſed remanẽt in ſuo integro ſtatu non vitiat litteras: puta ſi taceat, ꝙ prior iurare tenetur ſe ſeruaturum conſtitutiones, vel ſi diſponit ſtatutũ, ꝙ non poſſit conſentire collationi, niſi prius habeat licentiam ab aliquo prælato: nam ex quo non fit derogatio per reſcriptum Papæ, non eſt neceſſe facere mentionem, & hoc tene menti: ſed quoad articulum principalem, do. Abb diſtinguit, ꝙ aut Papa in collatione expreſſe dicit, ꝙ confert ſibi adminiſtrationem, vt quoad uixerit, debeat eã poſſidere, & tunc non poteſt remoueri per ſuperiorem abſq; noua cauſa. & de hoc eſt tex in c cum inter. R. ſ. de elect. & ſic intelligit no. ibi per Doct. Aut ſimpliciter confert, & tunc dicit, ꝙ poterit remoueri per ſuperiorem; mouetur, quia Papa concurrit in collatio. beneficiorum cum omnibus ordinariis, vt in c. ſi a ſede de præb. in 6. vnde ſimpliciter cõferendo non vr̃ voluiſſe alterare naturam beneficij, nec remouibile facere perpetuum, argu hic, & in c ſeq. Et dicit in dubio hoc eſſe tenendum, tanquam congruens bonæ obedientiæ, hoc etiam ſentit But in c. ſeq.

11 Tertius caſus eſt, quando Papa reſeruat † beneficium, & poſt illud confert, & hoc caſu Lap. videtur tenere in præall. alleg. quod videatur alterata natura beneficij, & quod talis efficiatur perpetuus Mouetur, quia de iure communi beneficia ſunt perpetua, & non temporalia, ſed conſtitutio diſponens contrarium, recedit a regulis iuris communis, nec poteſt hoc facere in præiudiciũ ſuperioris, quia auctoritas ſuperioris ſemper intelligitur excepta de iureiur. venientes & de reſcrip. conſtitutus. vnde reſeruando collationi ſuæ, reducit illud beneficium ad antiquas regulas, vt pro hac vice intelligatur collatio facta perpetuo, nec habet Papa facere mẽtionẽ de conſtitutione ſpeciali, quæ nõ obligat eum: nam[1] ſicut per talem reſeruationem tollitur inferiori poteſtas conferẽdi pro illa vice, ita etiam tollitur conſtitutio pro illa vice. Fatetur tamen, ꝙ obeunte illo cui eſt collatus prioratus, redibit ad naturam ſuam. But. autem in c. ſeq in fi dicit, attendenda eſſe verba ſtatuti ſ. an afficiant actum electionis, uel collationis, an uero afficiant beneficium: puta ut cuicunq; fuerit collatum beneficium, non retineat ipſum vltra annũ.

In primo caſu. ſ. qñ verba ſtatuti afficiãt actum electionis, vel collationis Lap dicit verum, quia ſtatuentes in dubio videntur afficere propriam electionem, vel propriam collationem, non autem collationem ſuperioris. Et ſubdit, ꝙ ſi in
12 † ſtatuto dicatur, ꝙ a quocunq; cõferatur, non fiat collatio, vt teneatur vltra annum non valeret, quia hoc eſſet dare legẽ ſuperiori, & actui ipſius ſuperioris. ꝙ facere non poſſunt. ſ. de elect. innotuit. & de appell ex inſinuatione.

In ſecundo autem caſu ſ. qñ verba ſtatuti afficiunt ipſum beneficium dicit Bu. ꝙ Papa reſeruando vr̃ reſeruare ſm naturam beneficij, niſi aliud exprimat, vt in c. conſtitutus. & ꝙ ibi nõ glo. ſ. de reſcrip. Dicit tñ But, ꝙ eſt dr̃ia, an a principio beneficium ſit annale, an vero reſolubile ad nutum ſuperioris, quia qñ eſt annale, cẽſetur collatum ſm naturam beneficij, ſed ſi eſt reſolubile ad nutum ſuperioris, beneficium eximitur a poteſtate ſuperioris, nec erit poſtea capax poteſtatis
13 reſoluendi. Et ſic in effectu vult Butr. ꝙ † aut beneficium eſt tpale: puta ꝙ non poſſit beneficium teneri vltra annum, vel duos annos, & ſic de ſimilibus, & tunc vr̃ facta reſeruatio, & collatio ſm naturam beneficij. aut beneficium eſt reſolubile ad nutũ ſuperioris. prout ſunt prioratus manuales, & hoc caſu, quia per reſeruationem beneficiũ eximitur a poteſtate inferioris, non erit capax remouẽdi talem, ſed pertinebit ad Papam talis remotio Ego tñ licet iſte articulus ſit dubitabilis crederem, ꝙ etiam hoc caſu non eſſet alterata natura beneficij, quia non eſt intentionis Papæ facere iſtos regulares perpetuos, niſi exprimat, vt hic, & in c ſeq. Item Papa non vr̃ ſimpliciter reſeruando, & conferendo alterare naturam beneficij Et iſtud etiam vr̃ eſſe de mente do. Abb. hic, licet iſtum caſum ſpecifice nõ exprimat, ſed loquatur ſolum, qñ Papa confert. facit ꝙ no. Feder de Sen. conſ ſuo 134. vbi dicit, ꝙ ſi monachus eſt præſentatus, & confirmatus per epm ad hoſpitale, vel prioratum manualem, ſeu obedientiarium, ꝙ nihilominus poteſt reuocari ad clauſtrum per ſolũ Abbatem etiam inuito epo, quia ex quo remanſit clauſtralis, nõ eſt perpetuus, ſed remanet ſub Abbate, & ei obedire tenetur, & no. per iſtud cap & per c. ſeq & plus dicit, ꝙ ſolus Abbas etiam contradicente conuentu, poteſt remouere a prioratu manuali, ſeu obedientiario. & iſta videtur eſſe ueritas. De iſto tamen articulo vide per Doct. in d. c. cum inter. R. de elect. & in clem. vnica. de ſuppl neglig prælat.

Tertio quæro, nunquid ſi proprius ſuperior puta Abbas
14 contulit regulari prioratum, vel adminiſtrationem † quo aduixerit poſſidendã, nunquid hoc non obſtante poſſit ipſum ad libitũ reuocare, & de hoc ſæpe fui de facto interrogatus. Et do. Abb. dicit eſſe concludendum, ꝙ ſic: nam ſi Abbas gerebat in animo, vt ipſum remouere non poſſet, cõceſſio fuit illicita, & cõtra ius, vt d. c. cum ad monaſterium §. nec aliciii. de ſta mo. Item quemadmodum dñs non poteſt obligari ſeruo, vt in l. interpoſitas. C. de trãſa. ita nec Abbas monacho. facit c. manifeſtum 33. q. 5. vbi patet, ꝙ licet vxor emittat uotum cum cõſenſu mariti, nihilominus nõ poteſt illud adimplere eo inuito. & dicit ꝙ hoc procedit, etiam ſi Abbas iuraſſet ipſum nõ reuocare, quia nihilominus valebit reuocatio, & ad hoc allegat Innoc. in c. inſinuante. ſ. qui cler. vel vo. & Feder de Sen. conſ ſuo 134. vbi concludit, ꝙ Abbas non põt ſe obligare monacho ſuo, ꝙ in vita ſua teneat certum locũ, & hoc plenius examinat Fede. de Sen. conſ. ſuo 159. vbi idem concludit, & allegat Hoſt. in c. inſinuante. qui cler. vel vo. & Archid. in c. vlt de offic. ordi. in 6. in glo. magna.

Quarto quæro, quid ſi non eſt memoria in contrarium. ſ. ꝙ nunquam aliquis prior fuerit remotus per ſuperiorem, nunquid
15 ex hoc ſit inducta aliqua † conſuetudo. dom Abb. concludit, ꝙ non, dicens, ꝙ aut ſolus non vſus interuenit, non habens in ſe actum contrarium, & tunc non inducitur conſuetudo, quia in his quæ ſunt meræ facultatis, dato ꝙ quis nihil faciat, non tñ inducitur conſuetudo, nec contra talem currit præſcriptio, vt nõ Io. And. in c. Ioannes. de cler. coniug. & Io. And. & Dom.
16 in c fi. de conſuet. in 6. in illa quæſtione, an poteſtas † optandi, perdatur per non vſum, & per Bart. & alios Doct. in l. cum notiſſimi. C. de præſcrip 30. ann. & in l. pignori ff de vſucap. & dixi ſ. de appell ſignificante. aut ſuperior voluit illum, vel præceſſorem ſuum, ſed pp potentiam remotio non habuit effectum ſuum, & eodem modo non poteſt dici inducta cõſuetudo, cum ſit contra bonum obedientiæ arg. c. cum non liceat. ſ. de præſcrip. & c. cum inter uos. ſ. de conſuet. Et dicit dom. Abb. quod hoc etiam ualet pro iſtis præceptoribus S. Antonij, qui regulares ſunt, & per eorum Abbatem præficiuntur eorum præceptoriis, poſſunt enim de iure communi remoueri ad nutum Abbatis, quod tene menti.

17 Nunquid autem prædicti regulares † remoti poſſint implorare officium iudicis, uel ſuperioris, ſi dicant ſe remotos omni ceſſante cauſa. de hoc vide per Io. And & Dom. Dom. in c. cum ſingula. de præben in vj. & per Innoc. in c. inſinuante. ſ. qui cle. uel no. ubi dixi. Et hæc ſufficiant.

ADDITIO.

a ¶ Adde hic quæ no. in apoſtilla ad dom. Abb. in cap. cum eccleſia Sutrina. de cau. poſſeſſ. & propriet.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtratio non ſolet confirmari a Papa. quoad regularis uixerit.*
2 *Litteræ gratioſæ emanantes a curia per curſum ſtyli, præſumuntur falſæ, niſi aliud expreſſum ſit.*
3 *Crimen falſi aliquando ex ſola præſumptione punitur.*
4 *Memoria eſt multum commendanda, ideo laudes illius refert hic.*
5 *Papæ ſcientia qualiter probetur interueniſſe.*
6 *Scientiam certam aſſerens is probare debet.*

CAP.

C A P. VI.

POrrecta. Summatum eſt in c.præceden-
ti. Communis diuiſio, ſecunda
ibi,cum igitur.
1 Nota primo ibi,quo ad vixerit &c.quod † Pa-
pa non ſolet , nec intendit confirmare religioſis prioratus,
ſeu alias adminiſtrationes, quo ad vixerint poſſidendas , ne
difficultetur bono obedientiæ, ſeu non poſſint remoueri ad
nutum ſuperioris.Et ex hoc infert do.Abb.quod nec etiam
Abbas debet talem confirmationem, ſeu conceſſionem fa-
cere,& ſi fecerit non valet,quominus poſſit illum remoue
re.de quo plenius dixi in c.præcedenti,in penult.quæſt.
2 Secundo nota,quod vbi † literæ etiam gratioſæ emanãt
a curia præter ſolitum curſum literarum,niſi euidẽter appa
reat,quod ex certa ſcientia Papæ emanauerunt,præſumun
tur falſæ,nec eſt eis obtemperandum, ſed ſaltem expectãda
eſt ſecunda iuſſio Papæ,& vbi multum deuiarent ab hone-
ſtate,poſſent puniri latores talium literarum,tanquam au-
ctores falſitatis,vt eſt tex.hic.ſed tex.in c. cauſam, quæ inter
vos uertitur,ſ.de teſti.in fi.dicit priuilegium,quod obuiat ra
tioni, eſſe mittendum ad ſed.Apoſt.ſed concorda,quia tex.
loquitur,quando impetrator priuilegii,vel reſcripti ipſum nõ
præſentat iudici , ſed præſentatur per alium.iſte autem tex.
loquitur,quando ipſe qui impetrauit præſentat priuilegium
& tene menti gl in d.c.cauſam,quæ dicit, quod priuilegia q̃
ſunt ob uia rationabili conſuetudini priuilegiorum,vel quę
nimium lædunt,non valent,& iſtam gl.tene mẽti, quia quo
tidie allegatur.
Vltimo no.caſum,ſecundum But.& do. Abb. in quo quis
3 punitur de crimine † falſi ex ſola præſumptione.nam repor
tans reſcriptum contra ſtylum curiæ, punitur de falſo,vt hic
patet,& idem videtur probari in c.quam graui, de cri.fal.Di
cit tamen do.Abb. ꝙ hodie multum purgatur præſumptio
falſi ex bullæ Papalis appoſitione . facit ſecundum eum , ꝙ
no.Inn.in c.ex parte.ſ.de fi.inſtru. Sed hoc mihi non placet ,
quia appenſio bullæ non purgat vitium falſitatis,vbi literæ
ſunt impetratæ contra omnẽ ſtylum curiæ,vt eſt caſus hic,
& in ca.quam graui.de cri. ſal. quæ loquũtur de literis Papæ
in quibus communiter eſt appenſum ſigillum, ſeu bulla , &
tamen præſumuntur falſæ,ex quo ſunt impetratæ contra ſty
lum curiæ.& hoc etiam eſt de mente gl.in d.ca.cauſam.Nec
obſtat dictum Inn in d.c.ex parte.de fi.inſtru.quia Inn.loqui
tur,quãdo in reſcripto deficit dictio,vel oratio,qui defectus
ſecundum Inno ibi,non uitiat reſcriptum,dummodo bene
comprehendatur intellectus Papę,quia per bullam tollitur
ſuſpicio,& oculus officialium ſæpe fallitur,vt dicit ibi Inno.
& ibi dixi poſt eum, ſecus quando literæ totaliter ſunt con-
tra ſtylum curiæ nam præſumitur bullam etiam falſo fuiſſe
fabricatam,vel de vero reſcripto fuiſſe ablatam,& falſis lite
ris appoſitam de hoc c.licet,de cri.ſal.vnde conclude, ꝙ ex
hoc,quod literæ ſunt contra ſtylum curiæ,etiam ſi bulla ſit
appenſa,præſumuntur falſæ. Et ex hoc habes vnum caſum,
in quo quis condemnatur ex ſola præſumptione,& hoc no-
ta pro his quæ notat Inn in c.quia veriſimile , de præſump.
& ad ea quæ dixi in c. tertio loco,de probat.
In glo ij dum dicit gl.quod omnium habere memoriam ,
& in nullo peccare,potius eſt diuinitatis,quam humanitatis
4 dic quod † memoria multum eſt commendanda . vnde Iſi-
dorus in j.libro,de ſummo bono.c.15. Rerum omnium the
ſaurus eſt memoria: ipſa enim eſt cuſtos rebus inuentis ipſa
cogitatis.
In gl iij.no.iſtam gl pro his quæ dicit do.Abb in c.præce-
denti, ſ.quod etiam priores perpetui qui non poſſunt remo
ueri ſine cauſa,non poſſunt petere confirmationem a Papa.
& ratio eſt ſecundum Hoſt.& Ioan. And.quia ſi tales confir
mationes valerent,de cętero non eſſent remouendi, ſeu pri
uandi ſine licentia Papæ ,& ſic diſciplina eccleſiaſtica in eis
impediretur contra iura, de appellationibus,repræhẽſibilis,
& in c.cum ſpeciali,& c.ad noſtram,& c de priore, & idem
ſequitur hic But.Aduerte tamen, quia contra iſtam gl. vide-
tur eſſe tex.in ca.cum ad monaſterium , in § nec alicui.j.de
ſta.mo.vbi dicitur,quod aliqua obedientia non eſt commit
tenda alicui poſſidenda perpetuo.ſed ſolue, & intellige glo.
de prioribus conuentualib. qui aſſumuntur per viã electio-
nis Tales enim ſunt perpetui,nec poſſunt remoueri ſine ma
nifeſta cauſa,vt in c.ij.in fi.j. de ſta.mo. & de his loquitur gl.
5 In ca gl.in fi. quæro qualiter probetur ſcientia † Papæ In-
noc.Io.And.& Doct.dicunt, ꝙ ſi in literis ſit expreſſa men-
tio de hac decretali,puta, ſi dicatur,non obſtante prohibi-
tione decretalis Inno.tertii prædc.noſtri,&c.probatur certa
ſcientia Papæ,ar.ca. nonnulli.ſ de reſcr.& de exceſſ prælat.c.
vnico,lib.vj & ſ.de ęta.& quali.cau te. idem ſi approbentur
literæ per ſecundam iuſſionem,puta, ſi delegatus, cui Papa
mandauit facere confirmationem prioratus reſcripſit Papæ
& Papa ſecunda uice iuſſit ipſi delegato , vt confirmationẽ
prioratus faceret,vt in Auth. de man.principum. §. deinde,
colu.3.& in Auth.ut nulli iudicum. §. & hæc vero iubemus,
col.9.Et ex hoc no.quod vbi requiritur certa ſcientia,ſecun
da iuſſio probat certam ſcientiam.in dubio tamen ſecundũ
6 Inn.dicens † certam ſcientiam,debet ipſam probare propter
præſumptionem quæ transfert onus probandi in ipſum . C.
de prob.l.ſiue poſſideris,& no.bene iſta verba.Inn.cum qui-
bus tranſeunt Doct.ex quibus infert , ꝙ certa ſcientia Papæ
poſſit probari per teſtes.ſed gl.tenuit contrarium in c.ſtatu-
tum,in verbo,literarum,de reſcr.in 6.& illam glo. ibi repro-
bat Do.Dom.& allegat Dom de Ro contra deci. huius gl. ꝑ
quibus multum facit quod no.Inn.& Doct hic. ſed dicit Io.
And.ꝙ quicquid dicant hæc iura,religioſi tota die impetrãt
confirmationes perſonales . ad quod dici poteſt ſecundum
Hoſt. quod multa per patientiam tolerantur &c. de præbẽ.
cum iam dudum.Et dicit Abb.antiq.quod Papa in illis con
firmationibus ſolet apponere clauſulam,vſque ad volunta-
tis noſtræ placitum,quæ gratia expirat per mortem Papę,de
reſcriptis,ſi gratioſe, li.vj. & per hanc confirmationem erit
in prioratu,vel adminiſtratione obedientiarius Abbatis.ſed
do.Abb dicit.quod hoc non eſt intelligendum,quod non te
neatur in aliis obedire ſuo Abbati,ut in ca.per tuas,& quod
ibi no.de maio.& obed.per hanc enim confirmationem nõ
eripitur ſecundum eum a voluntate ſuperioris, ſed remanet
ſibi ſubiectus.ſed hoc operatur confirmatio , ut non poſſit
remoueri ad libitum Abbatis,niſi fiat remotio ex nouo de-
licto,ſecundum ea quæ dixi in c.præcedenti,& ſ.eod.ca.j. Et
hæc ſufficiant, quia cætera quæ concernũt materiam iſtius
c.ſunt examinata in c.præcedenti.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia lata,vel laudum latum contra formam iuris,nulla ſunt .*
2 *Arbiter formam iuris ſequi tenetur .*
3 *Sententia arbitri quæ non continet expreſſum iuris errorem,nunquid per officium iudicis reuocari poſſit ſi lædit multum.*
4 *Confirmatio quæ dicatur facta in forma communi, & quid operetur.*
5 *Laici non poſſunt poſſidere eccleſiam.*
6 *Laici poſſunt compromittere quæſtionem iuris patronatus .*
7 *Verba,iuſte,& prouide in confirmationibus qualiter intelligantur.*

C A P. VII.

1 EXaminata. Sententia,ſeu † laudum con
tra formam iuris, vel cõpro
miſſi lata,eſt nulla etiam ſi per Papã in forma cõ-
muni fuerit confirmata . hoc dicit . Diuiditur in
duas partes.In prima ponit cauſam decreti . In ſecunda de-
cernit.Secunda ibi,vnde.
2 Primo no.quod † arbiter tenetur ſequi formam iuris , ſi-
cut iudex . vnde ſicut non valet ſententia iudicis contra ius
lata,vt in cle.j.de re iudi.& in l j.C.quando prouo.non eſt ne.
Ita non valet laudum arbitri,ut hic.facit l.j.ff.de arbitris.ubi
dicitur,quod arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum.Nec
obſtat l.dicení proſeſſe.§ ſtati. eod.ti.ubi dicitur , ꝙ ſtandum
eſt ſententiæ arbitri,ſiue æqua , ſiue iniqua ſit . nam illud eſt
verum,quando ſententia arbitri non habet errorem iuris ex
preſſum, vt hic,& in hoc tene menti iſtum tex. ꝙ ſententia
arbitri habens errorem iuris expreſſum,eſt nulla,ſicut ſentẽ
tia iudicis.
3 Nunquid autem quando ſententia † arbitri non cõtinet
errorem iuris expreſſum,tamen enormiter lædit,poſſit im-
plorari officium iudicis ad eam reuocandam dixi in c.j.ſ de
arb.& plene ꝑ Io de Imo.in repe.c.Quintauallis ſ de iureiu.
Nota,ꝙ vbi in confirmatione Papæ non inſeritur tenor rei
confirmatæ,ſi apponitur illa clauſula,ſicut prouide factum
4 eſt &c hæc confirmatio † dicitur facta in forma communi .
vnde non validat actum in ea inſertum,quia illa clauſula,ſi-
cut, ponitur conditionaliter.
Tertio no.ibi,ab utraque parte receſſum &c ꝙ partes nõ
poſſunt emologare,ſeu improbare laudum nullũ, & ſic con
ſenſus partium non põt purgare vitium nullitatis.& ex hoc
poteſt argui, ꝙ licet ſententia nulla approbetur per partes,ꝑ
hoc tamen non purgatur vitiũ nullitatis , ẽt interueniente
confirmatione Papę in forma cõi,ita vr probare iſte tex ſed
do.Abb dicit, ꝙ iſte tex.eſt intelligendus,qñ tollere vitiũ nul
litatis,non dependeret a conſenſu partium,ſicut hic potuit eſ
ſe in iurepatronatus.nam purgatio hmõdi vitii non depen-
det a ꝯſenſu partiũ,alias ſequeretur abſurdũ , ꝙ poſſet effici
patronus ille,ad quem non ſpectat ius patronatus, ſecus vbi

vitium nullitatis cõcerneret merum fauorẽ partiũ,quia tũc
ſcienter approbando laudũ,tenerentur ad eius obſeruantiã,
ſaltem ex vi pacti, & ſi non ex vi ſententiæ, vel laudi. tex.eſt
not.cum glo in l.2.C.comm vtriuſq; iudi. vbi hoc tenẽt om
nes Doct.& per Bar & Bal in l.j.C.qui pro ſua iuriſd.& ſic de
bet intelligi glo.in c ſignificaſti.ſ.de ſo.compe vbi per But.
& do.Abb. Opponitur ꝯ tex. dum dicit,ꝙ inter iſtos laicos
5 erat contentio ſuper eccleſia:nam laici† nõ poſſunt poſſide-
re eccleſiam,vt in c.cauſam.ſ.de præſcrip. & in c.eccleſia S.
Mariæ, de conſtit.& in c.cum terra,& in c Mattana.de elect.
ſed ſm Io.And hic erat contentio ſuper eccleſia i.ſuper iure
patronatus ipſius eccleſiæ.facit c.examinata ſ.de iudic. ꝙ lo
6 quitur de eodem facto. Ex quo infertur,ꝙ laici† poſſunt cõ-
promittere quæſtionem iuris patro hic etiam fuit compro-
miſſum in Vicedñm, qui erat clericus, & Vicarius Sabinen.
epi , qui eſt Cardinalis, ſicut Hoſtien Portuen. Albanen.Fe-
neſtrinus,& Tuſculanus,qui cum aſſiſtant Papæ,habent in
eccleſiis ſuis Vicarium in ſpiritualibus,& temporalibus, qui
vulgariter appellatur Vicedominus.

In glo hæc glo. intelligit iſtum tex ꝙ laudum erat latum
per gratiam,vel per ſordes i.per preces, vel per receptionem
pecuniæ. Sed tu intelligas, ꝙ laudum habebat errorem iuris
expreſſum,prout dixi in 5 not. ¶ In cæteris glo.bene dicit.

7 In glo.in verbo,ſicut.no bene glo. ꝙ illa verba † ſicut iu-
ſte, vel ſicut prouide, &c poſita in confirmationibus,intel-
liguntur conditionaliter.ſed ſi ponantur in priuilegiis intel
a liguntur cauſaliter: nam dictio ſicut, exponitur, ideſt quia.[a]
de quo etiam vide bo glo.3.diſt priuilegia. Primum tamẽ di
ctum ſ ꝙ dictio,ſicut,poſita ſic in confirmationibus ſtat cõ
ditionaliter,& debet intelligi, niſi inſereretur tenor rei con
firmatæ , quia tunc ſtaret ſealiter , & deberet exponi ſicut
pro quia, vt eſt tex.in c ſeq. vbi plenius dicam. Et hæc ſuffi-
ciant. Sequitur cap venerabiles.

ADDITIO.

a ¶Sicut exponitur,ideſt quia De hac dictione etiam in ſequen.cap.de hoc
copiosè per Feli.in cap.c.4.col.de reſcrip.

SVMMARIVM.

1 *Dictio ſicut, in confirmationibus ſumitur cauſatiue.*
2 *Certa ſcientia præſumitur ex tenore rei in litteris confirmationis ex-
preſſo.*
3 *Compoſitio inter partes de confirmatione obtinenda , non intelligitur de
communi .*
4 *Clauſula, ſicut ſine prauitate, qualiter de ſtylo curiæ intelligatur.*
5 *Verbum confirmationis, quomodo in litteris procedebat.*
6 *Confirmatio quid operetur, componentibus partibus, vt hoc debeat exe
cutioni mandari, ſi fuerit confirmatum.*
7 *Compoſitio de quantitate decimarum per ſolum Papam validatur.*
8 *Compoſitio quatenus cenſeatur eſſe confirmata, ſi tenor compoſitionis in-
ſertus fuerit.*
9 *Verba aſſertiua Papæ non faciunt fidem in alia cauſa, vel cum alia per-
ſona, & ſic quo ad tertium .*
10 *Dolus per confirmationem Papæ,qualiter tollatur.*
11 *Exemplato ex originali,qualiter credatur.*
12 *Diuerſitatis ratio inter inſtrumenta,& priuilegia eſt triplex.*
13 *Inſtrumenta non poſſunt renouari parte abſente.*
14 *Confirmatio ex certa ſcientia per Papam facta intelligitur, clauſula ſi-
ne prauitate, vel ſimili non appoſita.*
15 *Confirmatio in qua non inſeritur tenor, & clauſula, ſine prauitate appo-
nitur, cenſetur eſſe in forma communi.*
16 *Confirmatio facta in forma communi, præſtat cauſam præſcribendi.*
17 *Defectus ſolius ſolemnitatis videtur per certam ſcientiam in confirma-
tione appoſita per Papam ſuppleri.*
18 *Confirmatio debet fieri aut partibus præſentibus, aut inſtantibus.*

CAP. VIII.

1 VEnerabiles. In confirmationibus ex cer
ta ſciẽtia,dictio,†ſicut, poni
tur cauſatiue , nec nocet , ſi verbum , confirma-
mus , præcedit tenorem confirmati , hoc dicit ,
Comunis diuiſio. ſecunda ibi. mandamus.

No.primo,ꝙ vbi exprimitur tenor rei confirmatæ,præ
2 ſumitur ex certa † ſciẽtia,etiam ſi in litteris confirmationis
ſit appoſita illa clauſula,ſicut ſine prauitate &c.

Secundo no. ꝙ vbi inter partes cõponentes expreſſe fuit
3 actum.vt non valeat†compoſitio,niſi interueniat cõfirma-
tio principis,non debet intelligi de confirmatione obtinen
da in forma communi,ſed de confirmatione ex certa ſcien
tia, & hæc potuit eſſe ratio dubitãdi hic,ſm do. Abb. nam
forte dicebant homines Cypri,ꝙ non erat adimpleta con-
ditio per illam confirmationem factam cum illa clauſula ,
quaſi illa clauſula faceret conditionalem confirmationem,
ſed hoc non habuit obſtare, ꝙ tenor compoſitionis erat in-
ſertus in confirmatione.

Tertio no.ibi,clauſula conſueta, ꝙ tam in confirmatio-
nibus,quæ fiunt ex certa ſcientia, quam in illis, quæ fiunt in
4 forma communi,appellatur de†ſtylo curiæ,illa clauſula,ſi-
cut ſine prauitate &c.ſed vbi confirmatio fit ex certa ſcien-
tia,dictio,ſicut,ſtat cauſaliter pro quia. vbi autẽ fit in forma
communi,ſtat conditionaliter.de quo j.dicã in glo pen.ſed
5 pro declaratione litteræ quæro, quomodo verbum†confir-
mationis procedebat. Io.And dicit,ꝙ forte,ſicut dicebatur
in litteris Papę,compoſitionem inter vos factam,ſicut ſine
prauitate facta eſt,cõfirmamus, cuius tenorem præſentibus
duximus inſerẽdum,ſed poſtea in litteris erat inſertus tenor
compoſitionis de verbo ad verbum.

6 Secundo quęro,quid operetur†confirmatio,qñ partes fa-
ciunt compoſitionẽ cum hoc,ꝙ compoſitio debeat execu-
tioni mandari,cum fuerit per Papã cõfirmata. Hoſt.dicit, ꝙ
hæc confirmatio eſt ſimilis ꝯtractui in ſcriptis celebrato , qui
nullas vires habet,donec fuerit in mũdum receptus, & ſub-
ſcriptione partium confirmatus , vel ſi per tabellionẽ fuerit
ſcriptus ab ipſis partibus abſolutus,vt in l.ꝯtractus.C.de fi.inſtr.
vnde eodem modo dicendum eſt,ꝙ compoſitio nullas vires
habeat,niſi ſecuta confirmatione Papæ.

In glo j.Innoc.intelligit,ꝙ hic non fuerit conuentum ſu
per quantitate decimarum diminuenda, ſed in quo loco,vel
quo tpe,uel quibus perſonis ſolui deberent decimę ſed Io.
And.intelligit iſtum tex de quantitate decimarum,ideo fuit
neceſſaria Papalis confirmatio,& ex certa ſcientia. ſed tenẽ-
do lect.Inno. dicit Io.And ꝙ bene procederet illud,ꝙ dicit
hic Goffr. ſ. ꝙ ſi legatus hanc compoſitionem approbaſſet,
purgatum fuiſſet vitium, & valuiſſet compoſitio,ſed ſecun-
dum aliam lect.ſ ꝙ fuerit facta compoſitio ſuper quantitate
decimarum, legatus de latere non potuiſſet iſtam compoſi
tionem confirmare,ſed ſolus Papa, iuxta c.a nobis. j.de de-
ci.& iſtud ſequitur But.& dom.Abb qui dicit,hoc dictum eſ
ſe bene notandum.ſ ꝙ nullus citra Papam poteſt confirma
7 re,ſeu ualidare†compoſitionem ſuper quantitate decimarũ
diminuenda, & hoc tene perpetuo menti,quia ſæpe laici com
ponunt cum presbyteris parochialibus,& faciũt tales com-
poſitiones confirmari per epiſcopos:nam tales confirmatio
nes non ualẽt,ſi per eos diminuitur quantitas decimæ,quia
eſt de reſeruatis Papæ,quod no.

In glo. 2. diuide ipſam in duas partes , prout de duobus
quærit.ſecunda ibi,ſed nunquid.

In prima parte glo.Innoc. dicit, ꝙ ex quo eſt inſertus te-
nor,dato ꝙ compoſitio eſſet ꝯ ius, nihilominus valet cõfir
matio,quia Papa cenſetur uoluiſſe diſpenſare ꝯ ius.de tran-
ſact.c.j.& vide ibi Io. An.ſuper verbo,imperitia.& hoc ſequi-
tur But.hĩc,& do.Abb.& dicam j.ſuper glo.pen.dicit tamen
Innoc.ꝙ ipſe idem qui confirmauit compoſitionem, poſſet
ei ꝯdicere pro ſuo iure, ſi ignorãter confirmaſſet, allegat de
fi.inſtru.inter dilectos.verſic.porro. vnde fortius extraneus,
quia res inter alios acta , aliis non præiudicat . Et plus dicit
Innoc.ꝙ etiam alter volens dicere ſe dolo inductum audiri
deberet.ff.de pact. l.tres fratres. ſed hoc intelligit hic Io.An.
quando non fuit præſens in confirmatione. Et ex his limita
8 iſtam glo.dum dicit,ꝙ vbi inſeritur tenor†compoſitionis cẽ
ſetur facta confirmatio ex certa ſcientia,ita ꝙ alius iudex nõ
poteſt amplius de re cõfirmata cognoſcere: nam hoc fallit,
quando ipſe qui confirmauit,vellet ꝯdicere pro ſuo iure,ꝙ
ignorabat ſibi competere tempore confirmationis.

Secũdo fallit,quando extraneus a partibus,quę compo-
ſitionem fecerunt,uult ꝯuenire,ſeu ꝯdicere:nam hoc poteſt
facere, etiam ſi confirmatio ſit facta ex certa ſcientia: nam
talis confirmatio operatur ſolum quo ad ipſas partes, non
autem quo ad extraneum . Et iſtam limitationem no. quia
cum ea tranſit Io.And.& But.pro hoc facit,ꝙ no. Lap.in ſua
9 alleg.2. vbi dicit,ꝙ verba † aſſertiua Papæ: puta ſi narrat be
neficium per ſe reſeruatum,non faciunt fidem in alia cauſa,
vel cum alia perſona ꝙ no.pro limitatione glo in clem.j.de
probat. & in illa alleg.Lap.multum diffuſe arguit, & allegat
etiam Fed.de Sen. in conſiliis ſuis. vide etiam eundem Lap.
in alleg.ſua 121.& 121.& Io.And.in regula,non licet lib.6. in
Mercur.& Io.de Imo.in d cle.vnica , in fi.5.col. vbi cõcludit,
ꝙ in facto tertij nullo modo creditur aſſertioni Papæ, vnde
ſicut uerba aſſertiua Papæ , non faciunt fidem quo ad ter-
tium , nec in alia cauſa , ita etiam confirmatio Papæ facta
ex certa ſcientia, non debet præiudicare tertio , quia de iure
tertij Papa non eſt informatus.

Tertio

Tertio fallit ſm Inno. quando alter ex componentibus dicit ſe
dolo inductum. ſed hoc intelligit lo. An. quando nõ fuit præ-
ſens confirmationi, & idem ſequitur But. Sed ego credo hoc
procedere quo ad hoc, vt inferior non poſſit cognoſcere, ex
quo cõfirmatio eſt facta ex certa ſciẽtia; ſed quantũ ad hoc,
vt validetur compoſitio per confirmationẽ, non credo pro-
cedere dictum Io. And & But. quia confirmatio facta ex cer
ta ſcientia, non tollit defectus naturales, vt dicam ſuper glo.
10 ſeq. & ideo ſi interueniſſet † dolus in compoſitione confir-
matio Papæ etiam ex certa ſcientia ipſam non validaret, ni
ſi pars decepta ſciuiſſet dolum commiſſum, & tacuiſſet nam
tunc ſua præſentia bene noceret ſibi. & hoc modo poteſt in
telligi dictum Io. And & But. & hæc tene menti.

In ſecunda parte glo. do. Abb dicit ipſam eſſe notandam
vſque ad fi. quia ex ipſa limitatur auth. ſi quis in aliquo. C. de
eden. & c. i. ſ. de fi. inſtrum. in quibus habetur, quod non credi-
11 tur † exemplo, niſi oſtendatur originale ſic exemplatum au-
ctoritate ſuperioris, quia tunc facit fidem, etiam ſi non oſtẽ-
datur originale & de hoc eſt bo. tex. in c. ſi. in fi. ſ. de fi. inſtru.
& vide bo. glo. in c. cum in iure. de offic. delega. in fi. magnæ
glo. quæ dicit, quod ſi reſcriptum, vel inſtrumentum procura-
torium, ſeu ipſorum tenor inſeruntur in ſententia auctori-
tate iudicis delegati, quod ſtabitur tali tenori, ſeu exemplo, etiã
ſi originalia non oſtẽdantur & idem glo. in c. Abbate. in ver-
bo, fiat fides. de verb. ſignif. Dicit tamen Hoſt. quod dictum hu-
ius glo. procedit, quando confirmatio fit in præſentia par-
tium, vel ipſis inſtantibus, quia nec aliter fieri debet, nec ob-
eſſet confirmatio niſi partibus vocatis, allegat c. i. & c. pen. &
fin. ſ. de fi. inſtru. ſecus dicit in reuocatione priuilegii Apoſto-
lici, quam Papa facit etiam parte non vocata, ſi non eſt præ
ſens in curia, nec expectatur eius aduentus de proximo, vt
ſ. eod. cum dilecta. & quod ibi not. Et eſt triplex ratio diuer
12 ſitatis, ſm eum † inter priuilegia, & inſtrumenta.

Prima, quia circa examinationem priuilegiorum ſuorũ,
curia eſt plene inſtructa, nec in his de facili poteſt decipi; nõ
ſic in inſtrumentis, ad hoc, de cler. pereg. c. 2. & de do. & con-
tum. cum olim.

Secunda ratio, quia de facto proprio curiæ agitur in priui-
legiis, vbi nõ eſt error probabilis, qui in inſtumentis eſt pro
babilis ſ. de reſcrip. ab excommunicato.

Tertia ratio, quia in priuilegiis conſiderantur principa-
liter ea quæ ſunt in iure. In inſtrumentis vero ea quæ ſunt
facti. facit de conſtit. c. i. lib. vi. & ſ. de appell. ſæpe. in prin.

Ex his infertur, quod licet priuilegium poſſit innouari in cu-
ria Romana parte abſente, quando eius aduẽtus de proximo nõ
13 expectatur. non tamen † inſtrã poſſunt renouari parte abſen
te. etiã ſi eius aduentus non expectatur de proximo. ſed quo
ad principalem quæſtionem But. dicit, quod licet Hoſt loquatur
de renouatione priuilegii, tamen rationes eius concludunt
idem eſſe in confirmatione, quia confirmatio eſt factum Pa
pæ, ſicut priuilegium, & confirmatio principaliter continet
ius, quia intendit dare robur actui, quem confirmat. ſed do.
Abb dicit dictum Hoſt. & Io. And eſſe limitandum, ſm ea,
quæ habentur in clem. vnica de probat. vult dicere, quod ſi Papa
aſſerit principaliter fundando intentionem ſuam, tenorem
compoſitionis inſertum in his interueniſſe inter partes quã
confirmat ex certa ſcientia, quod valeat etiam parte non voca-
ta, quia ſtãdum eſt narrationi Papæ ſuper illis, in quibus Pa
pa fundat intentionem ſuam, niſi probetur contrarium, ſi ſunt de
facto alterius, quam Papæ, ſed ſi ſunt de facto Papæ, non au
ditur volens probare contrarium, vt dicit glo. in d. clem. j. in ver-
bo, feciſſe narramus. ſecus ſi Papa non aſſereret tenorẽ com
poſitionis inter partes, ita fuiſſe celebratum, quia tunc in-
ſertio talis tenoris non validaret compoſitionem, niſi am-
bæ partes fuiſſent præſentes, vel inſtetiſſent, compoſitionem
confirmari per Papam, & hoc modo intelligas dictum Ho-
ſtien. & Ioan. And.

In glo. pen. pro declaratione eius, & eorum quæ ſcribunt
Doct. hic, facias duos caſus.

Primus eſt, quando tenor compoſitionis, ſeu actus qui cõ-
firmatur, non inſeritur in litteris confirmationis

Secundus caſus eſt, quando inſeritur in litteris confirmationis.

In primo caſu facias duas concluſiones.

14 Prima eſt † cõcluſio, ſi Papa ſimpliciter confirmat, nec ad-
ditur clauſula, ſicut ſine prauitate, vel ſimilis clauſula, & in-
telligitur facta cõfirmatio ex certa ſcientia, ita dñt Doc. hic.
& eſt de mẽte gl. in c. j. prope fi. ſ. eo. ſed do. Abb in c. præced.
in fi. dicit hanc cõcluſionem eſſe intelligẽdam, quando confirma
tio non eſt contra ius, quia in dubio non dẽt præſumi, vt Papa ali
quid velit cõcedere contra ius alio non expreſſo, arg. c. nonnulli.
ſ. de reſcrip. & in c. unico. de exceſſ. prælat. in 6. pro hoc ego al-
lego glo. not. in c. j. in verbo, i. oſcatur. de conſtit. in 6. quæ di-
cit, quod nõ ualet reſcriptum contra ius, niſi conſtet de certa ſcientia

principis. quia prima facie præſumitur per importunitatẽ ob-
tẽtum. vnde expectari debet ſecũda iuſſio, vt in Auth. vt nulli
iudicum §. hoc vero iubemus. & in Auth. de iudi. § omnes.
15 Secunda concluſio, vbi in confirmatione † nõ inſeritur te-
nor, & additur clauſula, ſicut ſine prauitate, vel ſimilis, cõfir
matio intelligitur facta in forma cõmuni, & illa verba ſtãt
conditionaliter, & hoc etiam tenet hic glo. & in d. c. j. ſ. eod.
Et iſta confirmatio nihil, aut parum valet, niſi forte ad parã
dum titulum, vt ſ. de deci. dudum. ita dicit Io. An. & Bu. hic.
16 Ex quo ſequitur, quod † confirmatio facta in forma commũ-
ni, præſtat cauſam præſcribendi, quod no.

In ſecundo autem caſu ſ. quando tenor compoſitionis, vel alte
rius actus inſeritur in confirmatione, tunc confirmatio intel
ligitur facta ex certa ſcientia, etiam ſi clauſula, ſicut ſine pra
uitate, vel ſimilis clauſula ſit appoſita, vt hic. Et dictio ſicut,
ſtat ciuiliter, & nõ conditionaliter. vnde debet exponi ſicut
pro quia. ita concludunt hic Doct. & dom. Abb in fi. præced.
cap. Dicit tamen Abb. vt refert Ioã. And & But. poſt eum ſe
audiuiſſe, quod quotiens Papa ex certa ſcientia aliquid confir-
mat, facit publice proponi edictum in audientia, ſed Dom.
de Ro. in deci. nouis ſub tit. de diſmembratione beneficiorũ,
deciſio 399 ſingulariter limitant iſtum tex. & ſcripta hic per
Doct. dicunt enim, quod etiam ſi Papa confirmet ex certa ſciẽ-
tia, inſerendo totum tenorem, & ſupplẽdo omnes defectus,
17 ſi qui interuenerint vt ſupplere † ſolum defectum ſolemnita
tis, videlicet uocationem partis, & alia ſolemnia, ſed nõ ſub-
ſtãtialia. uidelicet defectum poteſtatis illius, qui actum fecit,
nec defectum iuſtitiæ actus confirmati, ſeu defectum con-
cernẽtem merita ipſius actus, ſicut eſt ueritas cauſarum ex-
preſſatum in confirmatione. Dicunt tamen, quod Innoc. hic,
& ſ. eod. cap. j. & ii. videtur tenere contrarium ſ. quod confir-
matio Papalis facta ex certa ſcientia, facit infirmum uali-
dum, nedum quo ad ſolemnitatem, ſed etiam quo ad alia
ſubſtantialia ſed ipſi reſpondent dicentes. quod Innoc debet
intelligi, quando confirmatio fuit facta cum cauſæ cognitio
ne, & parte uocata, quia tunc confirmatio confirmat to-
tum. Et dicunt, quod hanc concluſionem uidetur tenere
Spec. in tit. de lega. §. nunc oſtendendum. verſic. 18. & Pau. &
Guil. in clem. paſtoralis. de re iudic.

Et hoc etiam eſt de mente Hoſtien. hic, dum dicit, quod
18 † confirmatio eſt facienda in præſentia partium, vel ipſis in-
ſtantibus, quia aliter non debet fieri confirmatio, nec obeſ-
ſet, ſi fieret partibus non vocatis, vt in c. pen. & fin. de fi. in-
ſtrum. de quo dixi in præced glo. in ſecunda parte.

Et illam declarationem ad iſtum tex. tene menti, de quo
plenius dixi in capit. j. ſuper glo. vlti. ſupra de tranſactio. vbi
iſtam deciſio. Dom. de Ro. allegaui. Et hæc ſufficiant.

S V M M A R I V M.

1 *Diœceſani ius non læditur per confirmationem factam in forma communi.*
2 *Legatus etiam de latere non poteſt concedere eccleſiam in præiudicium iurium diœceſani.*
3 *Legatus de latere non poteſt eximere aliquam eccleſiam a iuriſdictione ordinarij ſui.*
4 *Patriarcha debet habere ſuam diœceſim, ad inſtar epiſcopi.*
5 *Diœceſis idem dicitur, quod partitio curæ.*
6 *Subditi debent ſuperiori ſuo obedientiam.*
7 *Legatus de latere, numquid poſſit unire eccleſias ſuæ legationis, ſeu unum alteri concedere, ſicut poteſt epiſcopus.*
8 *Legatus non poteſt facere eccleſiam ſæcularem monaſterium.*
9 *Conferre qui non poteſt, auctoritatem permutationi præſtare non poteſt.*
10 *Legatus eſt maior quolibet ordinario in prouincia ſibi decreta.*
11 *Legatus Papæ conſideratur dupliciter aut Cardinalis, & de latere aut non de latere.*
12 *Legatus Papæ habet iuriſdictionem ordinariam in loco ſibi decreto.*
13 *Legatus non de latere, non confert beneficia.*
14 *Legatus de latere non poſſe concedere eccleſiam in ſpiritualibus & temporalibus loco exempto.*
15 *Legatus de latere, an poſſit unire eccleſiam collegiatam.*
16 *Verba, Conferre, ordinare, & diſponere, ponuntur ut diuerſa ad idem.*
17 *Verbum ordinare, quid importet.*
18 *Legatus de latere non poteſt unire eccleſiam non collegiatam Epiſcopo ad quem pertinet collatio.*
19 *Legatus de latere non poteſt vnire eccleſiam abſque conſenſu patroni.*
20 *Permutatio facta abſque conſenſu illorum, ad quos pertinet electio, collatio vel præſentatio non ualet.*
21 *Epiſcopus an poſſit unire beneficium reſeruatum.*
22 *Papa habet plenam poteſtatem in Eccleſia militante & omnes recipiunt dignitatem ab eo.*
23 *Differentia ſemper fuit inter preſbiteros & epiſcopos.*

24 *Epiſcopatus eſt de iure diuino.*
25 *Coniug. uel ſpirituale facilius contrahitur, quam diſſoluatur.*
26 *Papa non poteſt diſſoluere obligationem iure diuino contractam ſine cauſa.*
27 *Papa poteſt omnia, quia clauis non errat.*

CAP. IX.

1 SVa. Per confirmationem factam in forma cõ-
mmuni ius diœceſani † nõ læditur, hoc dicit.
vel ſic. Collatio eccleſiæ facta alteri eccleſiæ per
legatum, & per Papam cõfirmata in forma com
muni, ius diœceſani non lædit, hoc dicit. Communis diui-
ſio. ſecunda ibi cum igitur.
2 No primo legatum † etiam de latere non poſſe concede-
re eccleſiam aliquam eccleſiæ vel clerico in præiudicium iu
rium, quæ debentur diœceſano loci. Ex quo infert do. Abb.
3 ꝙ † legatus etiam de latere non poteſt eximere aliquam ec-
cleſiam a iuriſdictione ſui ordinarij, quia ſolius principis eſt
alterius iura tollere, & minuere, vt no. in c. conſtitutus. ꝟ. de
relig. dom. & per Spec. in tit. de leg. § nunc oſtendendum ver
ſic. 24. allegat etiam glo. not. in c. fi. de hære. in 6. in verbo, fi-
gura. quæ eſt glo. mag. ibi, quæ dicit, ꝙ legatus de latere non
poteſt committere cauſam cum clauſula, vt procedatur ſim
pliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, quia non
poteſt ius violare, maxime in aliorum præiudicium, & dicit
dom. Abb. illam glo. bene notandam non ſolum in caſu, in
quo loquitur, ſed etiam vt ſumatur ex ea regula circa ea,
quæ tendunt ad violationem iuris communis, & in aliorum
præiudiciũ vt hæc ſint etiam legato de latere interdicta. ſed
tu dic, ꝙ idem ſenſit glo. in clem. ſæpe circa princ. in verbo,
mandamus de verb. ſigni ſ.
4 Secundo no. ibi, iura quæ diœceſanis debentur &c. ꝙ † Pa-
triarcha debet hr̃e ſuam diœceſim, ſicut quilibet ep̃s. & ꝙ ra
5 tione ſuæ diœceſis appellatur diœceſanus: nã diœceſis † idẽ
eſt, ꝙ partitio curæ, ſed dr̃, poſtmodum habere prouincias,
ſub ſe quantum ad iuriſdictionem Patriarchatus: nam Pa-
triarcha eſt ſupra Archiep̃os in prouinciis ſibi decretis, vt ꝟ.
de priuil. antiqua. & quod ibi not. & quemadmodũ ſe habet
Archiep̃s quo ad ep̃os ſuffraganeos ſuos, ita ſe habet Patriar
cha quo ad Archiep̃os ſibi ſubiectos, vt 99. diſtin. c. 1. & in c.
nuo, ſupra de offic. ordi. vbi dixi.
6 Vltimo nota ex fi. litteræ, ꝙ † ſubditi debent ſuperiori ſuo
obedientiam, & reuerentiam, & ꝙ tenetur de iuſtitiis ſuis ſi-
bi reſpondere, & ſic vltra obediẽtiam, & reuerentiam habẽt
ſuperiores quædam iura in ſubditos, vt ſunt ea, quę enume-
raui in c. conquerente. & in c. dilectus de offic. ordi.
Sed circa intellectum cap. quæro de quæſtione quotidia-
na. ſ. nunquid legatus Papæ, maxime Cardinalis, qui appella
7 tur † legatus de latere, poſſit vnire eccleſias ſuæ legationis,
ſeu vnam alteri concedere, ſicut poteſt ep̃s, vt in c. ſicut vni-
re. ꝟ. de exceſſ. prælat. Iſta quæſtio eſt ſatis dubia, & commo
uit ſpiritus fere omnium Doct. & Hoſt. hic, tenuit quod nõ.
idem tenet Abb. antiquus, dicens, ꝙ legatus nullam poteſta
tem habet auferendi iura vnius eccleſiæ, ſed ſolus Papa po-
teſt. Innoc. vero poſuit duas opin.
Prima eſt, ꝙ Papa, vel legatus concedendo eccleſiã, hoc
ſolum concedit, ꝙ eccleſia ſit ſubiecta ſaluo iure aliorum,
arg. ſ. de offic. deleg. ſuper eo. In omnibus ergo Ep̃is, & Me-
tropolitanis erunt ſalua ipſorum iura. Donatarij vero pote
runt, ſicut patroni exigere rationem de temporalibus, & ſi
male miniſtrant etiam pro his ipſos excommunicare. Item
potuit ille cui legatus donauit inquirere extra ordinem nõ
derogando iuribus aliorum.
Secunda eſt opin. quæ magis ſibi placet, vt nullo modo le
gatus poſſit hoc concedere, ſeu vnire: nam ſi valuiſſet iſta cõ
ceſſio, de qua in littera, verba exemptionis importaſſent ple
nam exemptionem, quia legatus cõtulit monaſteria, de qui
bus in littera in ſpiritualibus & tp̃alibus. Et ſic in effectu
Hoſt. Innoc. & Abb. volunt, ꝙ legatus de latere non poſſit
duas eccleſias inuicem vnire, nec vnam alteri ſubiicere. iſtã
opinionem etiam tenuit Feder. de Sen. conſil. ſuo 195. quod
incipit, In Chriſti nomine Amen: factum ita ſe habet. vbi
plene examinat iſtum articulum. Cum iſta opin. etiam reſi-
det hic Ioan. And. & Bu. & Feder. de Sen. in d. conſil. conclu
dit, quod nulla, vel modica poteſtas eſt legati in alteratione
ſtatus eccleſiarum: non enim ſecundum eum poteſt vnam
eccleſiam vnire alteri in præiudicium ordinarij. ſi enim ua-
leret unio, priuaretur ordinarius in perpetuum iure confe-
rendi illam eccleſiam, nec etiam poteſt ſecundum eum le-
8 gatus † eccleſiam ſecularem facere monaſterium, iuxta ea
quæ habentur in c. ad audientiam el. 2. ꝟ. de eccl. ędif. nec po
teſt præſtare poteſtatem plebanis volẽtibus permutare ple-
bes ſuas collegiatas inuitis canonicis, quia qui non poteſt
9 conferre, † non poteſt præſtare auctoritatem permutatio-
ni, vt not. Io. And. in clem. vnica in glo. penul. de rer. permut.
ſed Lap. in additione d. conſilij dicit, quod nec etiam volen
tibus canonicis poſſet prælatus præſtare auctoritatem per-
mutationi eccleſiarum collegiatarum, quia eccleſiæ colle-
giatæ non includuntur ſub poteſtate legati quo ad collatio-
nem ipſarum, vt in c. deliberatione de offic. lega. in 6. ſed vbi
non prohibetur collatio fieri per legatum, poterit præſtare
auctoritatem permutationi etiam canonicis irrequiſitis, &
contradicentibus. Nec obſtat, ꝙ ep̃s hoc poſſit, vt d. c. ſicut
vnire de exceſſ. prælat. non enim ſequitur, ergo legatus hoc
poteſt: nam ep̃s poteſt rem eccleſiæ alienare cum conſenſu
ſui capituli, quod non poteſt facere legatus, ſm̃ eum, argum.
12. q. 2. ſine exceptione, cum ſimil. vnde dicit, ꝙ ep̃s non po-
teſt alienare ſine conſenſu ſui capituli cum auctoritate lega
ti, vt in c. paſtoralis de his quæ fiunt a maio. par. cap. & idem
ſentit Spec. in tit. de legato. §. nunc tractemus. verſic. pen. vbi
dicit, quod legatus non poteſt ſupprimere aliquam dignita-
tem in eccleſia, quia hoc eſt ſolius Papæ, vt in c. cum acceſ-
ſiſſent. & quod ibi not. ſ. de conſtit. nec etiam poteſt legatus
concedere fructus alicuius beneficij ep̃o ad tempus propter
debita ſoluenda, iuxta ea quæ habentur in c. ſi propter tua.
de reſcript. lib. 6. facit etiam quod not. Bart. in l. prohibere. §.
plane in fi. ff. quod vi aut clam. vbi dicit, ꝙ legatus de latere
non poteſt concedere caſtra pertinentia ad eccleſiam Ro-
manam, & dicit ſe ita conſuluiſſe. idem dicit Spec. in titu. de
legato. §. nunc oſtendendum. verſic. pen. vbi dicit, ꝙ legatus
non poteſt alienare rem pertinentem ad eccleſiam Roma-
nam ſine ſpeciali mandato Papæ. ſed contrariam opin. ſ. ꝙ
legatus poſſit vnire duas eccleſias, vel vnam alteri ſubiice-
re, ſequitur hic dom. Cardin. & dicit ſe vidiſſe conſultum ita
per collegium Papienſe. & idem tenet dom. Card. in clem. ſi.
vna. in 9 q. de rebus eccl. non alie. & iſtam opinionem etiam
tenet But. in d. c. ſicut vnire de exceſſ. præla. licet hic tranſeat
cum opin. Hoſt. Innoc. & Abb. idem etiam ſentit Spec. in tit.
de legato. §. nunc oſtendens. verſicu. item vnus. vbi dicit, ſub
dubio forte, legatum poſſe vnire duas eccleſias, dummodo
non inferatur præiudicium iuribus diœceſani, prout inten-
debat iſte legatus, de quo fit mentio in littera, & Io. And. in
addit. hoc refert, dicens, legatum poſſe vnire eccleſiam ſpe-
ctantem ad collationem ep̃i, etiam menſę ep̃i, ſeu eccleſiæ
Cathedrali. hanc opinionem etiam firmãt Dom. de Ro. in
deciſ. 396. ſub titulo, ſeu Rubrica, de vnio. beneficiorum.
10 Mouentur, quia † legatus eſt maior quolibet ordinario in
prouincia ſibi decreta, de offic. deleg. c. 1. & 2. lib. vj. Item quia
poteſt confirmare electionem exemptorum de electione, ſi.
Abbatem lib. vj. & quia iſte non eſt de caſibus reſeruatis, qui
not. in c. quod translationem de offic. leg. Et dicunt, ꝙ Iod.
de Ligna in d. c. ſicut vnire. reſidet cum illa opinio. ad illum
tex. reſpondent. dicentes, quod iſte tex. loquitur, quando fit
donatio locis exemptis: tunc enim non valet donatio, quia
præiudicatur nimis iuriſdictioni ordinarij, quia tunc per ta-
lem donationem eximitur eccleſia a iuriſdictione, & obe-
dientia ep̃i, quod non contingit in vnione, quia licet per eã
auferatur collatio ep̃i, non tamen ſubiectio, nec obedien-
tia, nec correctio. ꝟ. de relig. dom. cap. ij. Dom. Abb. hic dicit,
quod quæſtio eſt multum dubia, ſed ipſe ſic diſtinguit, quod
11 aut eſt † legatus non de latere, & tunc ſicut non poteſt con-
ferre beneficia, vt in c. j. de offic. leg. in vj. ita non poteſt vni-
re, cum maius præiudicium inferatur ex vnione ep̃o, quam
ex vnica collatione. aut eſt legatus Cardinalis, & tunc aut
eccleſiæ ſunt collatæ, & non poteſt unire eas, uel ſubiicere
alteri eccleſiæ, per cap. penult. de offic. leg. in vj. vbi genera-
liter interdicitur poteſtas conferendi, uel aliter diſponendi
de huiuſmodi eccleſiis. aut ſunt eccleſiæ non collegiatæ, &
tunc prima fronte uidetur, quod non poſſit, quia legatus
Cardinalis non habet collationem beneficiorum iure lega
tionis, quia legatio ad hoc ſe non extendit, ſed in quandam
prærogatiuam ex ſpeciali priuilegio, ut dicit tex. in capit. pri
mo, de officio lega. in ſexto. hæc ergo poteſtas tanquam ex-
traordinaria, & ſuperinducta, debet reſtringi, vt eſt tex. cum
glo. ſingulari in clement. ſecunda. in uerbo, uolumus. de offi
cio ordi. quæ dicit, quod collatio legatorum tanquam ex-
traordinaria, & ſuperinducta etiam collatoribus præiudicãs
eſt reſtringenda, ordinariorum uero collatio, vt naturalis, &
fauorabilis eſt ampliandा.
Ex quo ſequitur, quod licet legatus de latere poſſit con-
ferre, non tamen poteſt unire in perpetuum, quia præiudi-
caret diœceſano in iure conferendi, ſed pro alia opinione
dicit dom. Abb. eſſe hic tex. quia Papa hic non damnat col-
lationem factam eccleſiis: ſed dicit, quod per hanc colla-
tionem non debet minui, uel lædi ius diœceſani. Et ſic ui-
detur

dentur loqui iuxta tenorem capitu. ij. de rebus domib. vbi patet, quod ſi Papa vnam eccleſiam vnit alteri, non per hoc præiudicatur iuri diœceſani, & per hoc dicit dom. Abb. quod nõ valuit iſta collatio, de qua in litera, quo ad præiudiciũ iuris diœceſani. ſed tu dic, quod iſte tex. non probat illud, quod dicit do. Abb. quia ſi valuiſſet iſta conceſſio per legatum facta, monaſteria iſta fuiſſent exempta a iuriſdictione diœceſani. nam ille legatus donauerat in ſpiritualibus, & temporalib. & ſic pleno iure ſubiecerat iſta monaſteria eccleſiis, quibus donauerat. vnde Abb. & Io. And. hic dicunt, quod neſciunt excuſare verba priuilegii huius legati, quia eccleſiæ eſſent plene exemptæ a Patriarcha, & ab aliis ordinariis, ſi legatus hoc facere potuiſſet, & idem dicit ſtutr. & ideo tex. in fi. mãdat, quod debeant præſtare obedientiam, & reuerẽtiam Patriarchæ non obſtãte huiuſmodi conceſſione, quia cõceſſio non valuit, & ita communiter intelligunt Doct. Item dicit dom. Abb. quod collatio eſt quædam donatio, ſeu liberalitas ſaltem in eius dando, ut eſt tex. cum gl. in c. relatum, ĩ. de præb. & in c. ſi. ĩ. de offi. vic. in 6. ſed unio fit in mutuum fauorem eccleſiarum, & aliquando eſt neceſſaria 11. q. 3. vnio, & in cle. ne in agro. §. ad hæc de ſta. regul. ergo cum legatus ha-
12 beat iuriſdictionem † ordinariam in loco, vt in cap. 2. de offic. leg. in vj videtur, quod poſſit præiudicare neceſſitatibus, & vtilitatibus eccleſiarum. Ex iſta ratione infert dom. Abb. quod idem ſit dicendum in legato non Cardinali, tamen in eo eſt maius dubium, ſecundum eum. ſed ego nõ credo hoc
13 eſſe uerum, quia ex quo legatus † qui non eſt de latere non poteſt conferre beneficia, vt in dicto c. j. de offi. leg. in vj. multo minus poteſt vnire. Pro hoc facit, quod legatus de latere non poteſt vnire eccleſias collegiatas, quas non poteſt conferre. Item ille qui non poteſt conferre, non poteſt præſtare auctoritatem permutationi, ut dicit gl. penult. in cle. vnica. de re. perm. ergo multo minus vnire ita arguit Fed. de Se. in conſilio præalle. Nec obſtat cle. ne in agro § ad hæc, de ſtatu regula. vbi fit mentio de unione facienda per ordinarium, quia ibi loquitur de epiſcopo vnde dom. Abb. ſuperius melius dixit, dum dixit, quod legatus non Cardinalis, non poteſt vnire ec. vltimate dicit do. Abb. quod prima opi. ſ. quod legatus de latere non poſſit vnire eſt æquior, ſed ſecunda, ſ. quod poſſit, eſt uerior de ſubtilitate iuris. ſed ego puto contrariũ. ſed ut clarius habeatur iſte articulus, facio quatuor caſus.

Primus eſt, quando legatus de latere vult concedere eccleſiam in ſpiritualibus, & temporalibus, uel vnire locis exemptis.

Secundus eſt, quando vult vnire eccleſiam collegiatam.

Tertius eſt, quando vult vnire illi, ad quem pertinet collatio.

Quartus caſus eſt, quando vult vnire alteri abſque cõſenſu collatoris.

14 In primo caſu, ſ. quando legatus † vult concedere eccleſiã in ſpiritualibus, & temporalibus loco exempto, & ſecũdum omnes hoc non poteſt facere. Et de hoc eſt caſus hic, & tenent Dom. de Ro in præall deci. idem, ſi fieret vnio loco exẽpto, vt dicunt Do. de Ro. vbi ſ. & ſequitur hic domi. Abb. ſed ego hoc intelligo, quando per talem vnionem eccleſia eximeretur a iuriſdictione ordinarii, puta, ſi eſſet conceſſum priuilegium monaſterio, cum omnibus locis, ſeu capellis acquiſitis, & in futurum acquirendis, ut in c. cum capella, ĩ. de priuile. vbi autem monaſterium non eſſet exemptum cum capellis, ſeu eccleſiis acquiſitis, & acquirendis, tunc non præiudicaret epiſcopo, vt in c. ij. de reli. do. & no. in d. c. cum capella, & ideo tunc eſſet dicendum prout dicetur ĩ. quando legatus vnit eccleſiam alteri eccleſiæ non exemptę. & hoc de primo caſu.

15 In ſecundo autem caſu, ſ. quando legatus vult † unire eccleſiam collegiatam, dicendum eſt, quod non poſſit, per ca. pen. de offi. leg. in vj ubi interdicitur legato, quod non poſſit ordinare, vel diſponere de eccleſiis collegiatis, uel de dignitatibus immediate poſt pontificalem, ad quas per electionem fit aſſumptio nam ſecundum Fed. de Se ordinare, & diſponere, accipiuntur pro vnire, & pro qualibet mutatione, uel rei ordinatione. Nec reſtringitur ſignificatio eius ad ſolum
16 actum conferendi, & hoc probat tex. in d. c. a pen. ubi † conferre, ordinare & diſponere ponũtur, vt diuerſa. ad idem, de
17 præb. cum in illis § 1 & 2. & quod uerbum † ordinare, importet vnionem, tenet gl. no. in c. ſi beneficia, in verbo, perſonã, de præb in vj. & ſequitur Fe. de Se. in loco præall. vbi dicit, quod verbum ordinare, accipitur pro omni actu circa aliquam rẽ exercendo, & quod verbum ordinare, & verbum diſponere vere dicantur tam in actibus iudicialibus, quam in extraiudicialibus, vbi fertur ſentẽtia, vel quaſi. nota bene uerba Fe. de Se pro ſignificatione uerbi ordinare, & verbi diſponere, de quo etiam uide in cle. j. de elect. & in d. ca. cum in illis, de præb. in vj. & Fed. de Sen. in præall. conſi. adducit multa iura ad hoc, ex quibus concludit, quod legatus de latere non poſſit vnire eccleſiam collegiatam, & quod parũ, vel nihil poſſit facere circa eius alterationem. & plus dicit, quod etiam ſi epiſcopus haberet collationem eccleſiæ collegiatæ. quod legatus propter hoc non poſſet eam vnire, allegat Archid. & Ioan. And. in d. c. penult. qui tenent, quod etiam ſi collatio eccleſiæ collegiatæ pertineat ad epiſcopum, nihilominus legatus non poteſt eam conferre vnde multo minus unire. D. autem Abb. hic ſimpliciter dicit quod legatus de latere nõ poteſt vnire eccleſiam collegiatam, & ſic non loquitur ita late, ſicut facit Fe. de Sen.

In tertio caſu, ſ. quando vult unire eccleſiam non collegiatam epiſcopo ad quem pertinet collatio, dicendum eſt,
18 quod poſſit † unire, ex quo non præiudicatur alicui in poteſtate conferendi, & in hoc etiam concordant omnes, nec Fed. de Se. contradicit.

In quarto caſu, ſ. an legatus de latere poſſit unire eccleſiam alteri, quam illi ad quem pertinet collatio, vel ſi eſſet patro-
19 nata, † an poſſit vnire ipſam abſque cõſenſu patroni. in hoc credo, quod non poſſet, niſi conſentiat ille de cuius præiudicio agitur reſpectu iuris præſentandi, vel reſpectu iuris conferendi, & idem ſi ad aliquos pertineret electio. nam puto, quod debet interuenire conſenſus ipſorum eligẽtium, alias non valet vnio, vel ſubiectio, & in hoc ſequitur opin. Fed. de Sen pro quo optime facit, quod no. Pau. & Lap in cle. ſi una, de rebus eccl. non alie. vbi dicunt, quod ſi eccleſia eſt collegiata requiritur conſenſus capituli in vnione facienda. quia eius ius læditur, quod habet in eligendo prælatum, quod nõ poteſt auferri ab inuito. 16. quæſtio. vlt. monaſterium. & in c. rationis, & hoc ſequitur ibi do. Card in 5. notabili, & Io. de Imo ſuper gl. in verbo, rector, & idem dom. Card. in 14. q. tenet. quod vnio non poſſit fieri abſque conſenſu patroni, uel prælati, cui ſubeſt cauſa, & idem tenet ibi Pau. & Hoſt. in ſumma, de his quæ ſi a præla. § i. uer. ſed nec aliquid, & de hoc videtur tex. in clem. ne in agro. § ad hæc. de ſta. regula. vbi patet quod non poteſt epiſcopus vnire prioratus pertinentes ad monaſteria abbatum abſque eorum conſenſu. pro hoc etiã facit optime, quod no. gl. pen. in clem. j. de re. perm. quæ uult,
20 quod non ualet † permutatio facta abſque conſenſu illorum ad quos pertinet electio, collatio, vel præſentatio, & hoc etiam ſequuntur ibi Doct. vnde ſi non valet permutatio, multo minus debet ualere vnio, vel ſubiectio, quę eſt magis pręiudicialis vnde ſicut non poteſt epiſcopus vnire, vel alteri ſubiicere eccleſiam in præiudicium illius ad quẽ pertinet electio, collatio, vel præſentatio, ita etiam non poterit legatus, quia ſolus Papa poteſt auferre ius alterius. ad idem quod no. Spe. in ti. de legato, §. nunc tractemus, circa prin. uer. legato autem, vbi dicit. quod legatus non poteſt auferre epiſcopo ius conferendi, nec capitulo ius eligendi, licet poſſit reſeruare ſuæ collationi, nam uniendo auferret illud ius, & iſtam opin. in puncto iuris puto veriſſimam ſed præſuppoſito, quod legatus poſſit vnire, nunquid poterit vnire beneficium per Papã
21 reſeruatum. & ſimiliter poteſt quæri de epiſcopo, † an epiſcopus poſſit unire beneficium reſeruatum, & iſta quæſtio fuit de facto, & Io. XXII. determinauit vnionẽ nõ tenere, quia eo ipſo, quod Papa reſeruat, uidetur prohibere cuilibet inferiori de illo beneficio diſponere pro quo optime facit, quod nota. gl. in d. c. ſi tibi abſenti, in uerbo, perſonam de præben. in vj. & dom. Card in d. clem. ſi una, in 9. q. dicit, quod reperitur deciſio Rotę, in qua deciditur, quod vnio caret effectu, donec Papa contulerit illo dimittente beneficium, vnio habet robur. unde dom. Card. dicit poſſe dici, quod unio ſimpliciter tenet, niſi Papa vtatur reſeruatione conferẽdo beneficium, ſed ſi Papa utitur reſeruatione tenet collatio, & unio ſuſpẽditur & hoc tenementi. ſic ergo, ſiue legatus, ſiue epiſcopus vniat beneficium reſeruatum, tenet vnio, tenendo quod legatus poſſit unire, ſed ſi Papa vtitur reſeruatione ſuſpẽditur unio, donec ille, cui eſt facta collatio, dimittat beneficium, quod no.

In glo. 4 in fi. vult ergo gl. iſta, quod iſte tex. intelligatur de confirmatione facta in forma communi, & ita etiam intelligunt Doct. communiter. ſed do. Abb allegat in contrariũ ea quæ dicta ſunt in c. præcedenti, ſuper glo. pen. vbi dictum fuit, quod ubi exprimitur tenor rei confirmatæ, dicitur confirmatio facta ex certa ſciẽtia. ſed tu dic non inſtando in uerbis, quod ſi confirmatio fuiſſet facta ex certa ſciẽtia, illa monaſteria exempta a iuriſdictione ordinarii, non fuiſſent conceſſa in ſpiritualibus & temporalibus. vnde dic quod confirmatio fuit facta in forma communi, nec ex tex. apparet, quod tenor conceſſionis fuerit expreſſus ea confirmatione Papę.

In glo. ſi ibi, immo remanet ius ſaluum &c. Dom. Abb dicit glo. eſſe ponderandam, quia videtur ſentire ij. ſ. reſeruatũ,

ſcilicet,

ſcillect,quod valeat conceſſio facta per legatum ſine tamen
præiudicio iurium diœceſani.Sed tu dic,quod hoc gl.expreſ-
ſe non dicit,& quod debet intelligi, quod remanet ius ſaluũ
epiſcopo,quia conceſſio facta p legatum non valuit,& ſi va
luiſſe ,præiudicatum fuiſſet epiſcopo,vt ſupra dixi .Item dũ
glo.dicit,nec honorem in eum deputo,in quo fratrem meũ
honorem ſuum perdere cognoſco. do.Abb.inducit ad quæ
ſtionem,ſ.utrum Papa poſſit deponere epiſcopum ſine cau
ſa,& arguit,quod ſic,& per glo.in c.per principalem,9.q.3. ꝗ
dicit,quod quemadmodum poteſt imperator priuare ſubdi
tum re ſua,vt in l.bene a Zenone.C.de quadrien.præſcrip.ita
& Papa vnum epiſcopũ poteſt deponere.dicit tamen,quod
non poſſet deponere omnes epiſcopos,quia hoc eſſet cõtra
22 generalem ſtatum eccleſiæ.Item Papa† habet plenam pote
ſtatem in eccleſia militante,& omnes recipiunt dignitatem
ab eo,23.di.c.j.& ij & maxime, quia epiſcopatus videtur de
iure poſitiuo,nam olim non erant proprie epiſcopi, ſed pro
pter ſciſmata Apoſtoli cõgregato concilio preſbyterorum
ſtatuerunt ut ordinarẽtur epiſcopi qui eſſent ſuper alios, de
quo do.Abb.allegat bo.tex.in c.olim.95.diſ. Sed tu dic,ꝙ li-
cet in primitiua eccleſia non eſſet differentia in nomine,ta-
23 men in re ſemper fuit differentia † inter presbyteros, & epi-
ſcopos,vt patet in c in nouo 21.di. vbi tex dicit, quod epiſco
pi gerunt typum 12.Apoſtolorum, ſed presbyteri gerunt ty
pum 72.diſcipulorum.Et de hoc uide San.Tho.ſecũda ſecũ-
dæ, quæſt.184.articulo vj vbi dicit,ꝙ de epiſcopo,& presby
tero poſſumus loqui dupliciter:uno modo quantum ad no-
men.& olim non diſtinguebantur epiſcopi, & presbyteri:a-
lio modo ſecundum eſſe, & tunc fuit inter ipſos diſtinctio
etiam tempore Apoſtolorum; ut patet per Dionyſium 5.c.
cœleſtis Hierarchiæ,& Lucæ 10. c.ſuper illud.poſt hoc autẽ
deſignauit dominus &c.vbi gl.dicit, quod ſicut in Apoſtolis
eſt forma epiſcoporum,ita in 72. diſcipulis eſt forma presby
terorum ſecundi ordinis.Et de hoc etiam eſt optimus text.
in d.c.in nouo.poſtmodum tamen ad ſciſma uitandum ne-
ceſſarium fuit,ut etiam nomina diſtinguerentur, ut ſ.maio-
res dicerentur epiſcopi,minores autẽ presbyteri. Et hoc mo
do debet intelligi tex.in d.c.olim,95.di & ſubdit San.Tho.ꝙ
Augu.in lib.de hæreſibus,ponit inter dogmata hæretica di-
ctum illorum,qui affirmant presbyteros non differre ab epi
ſcopis.Et ibi dicit Auguſt quod Ariani dicebant presbyterũ
ab epiſcopo nulla diuina debere diſcerni. & hoc modo in-
telligas.d.c.olim,& verba do.Abb.ne te decipiat.& per hoc
24 concludit, quod † epiſcopatus non eſt de iure poſitiuo, ſed
de iure diuino.His tamen non obſtantibus concludit domi.
Abb.quod aut nulla prorſus cauſa ſubeſt in remouendo epi
ſcopum,& tunc non poteſt ipſum remouere,quia quemad-
modum in contrahendo matrimonio ſpirituali requiritur
conſenſus promouendi,ut in c.cum inter canonicos.de cle.
& in c.fi.de transla.præla.ita & fortius in diſſoluendo, quia
nihil tam naturale eſt,quam vnumquodque diſſolui eodem
vinculo quo ligatum eſt,ut in c.j.j̃.de reg.iur.& in l. nihil tã
naturale.ff de.ii facit optime l.j.& ij.C.quando lice.ab emp.
25 diſce.Item coniugium † ſpirituale facilius contrahitur, quã
diſſoluitur,vt in c.inter corporalia.de transla.præla.ſed non
poteſt contrahi ſine conſenſu promouendi,vt ſupra dixi er
go nec diſſolui. Item ſicut Deus reſeruat ſibi diſſolutionem
coniugii carnalis,ita præſumendum eſt,quod ſibi reſeruaue
rit diſſolutionem coniugii ſpiritual[illegible] dignius.
ita dicit tex.in d.c.inter corporalia,vbi etiam dicitur,quando
Papa illud diſſoluit deponendo,vel transferendo epiſcopũ,
hoc potius facit diuina poteſtate,quam humana , ſed Papa
26 ꝗnon poteſt obligationem iure diuino contractum diſſolue
re ſine cauſa 25.q.2.ſunt quidam . ergo nec hoc coniugium
ſine cauſa diſſoluere.adducit etiam do.Ab. aliam rationem
ſubtilem.nam Chriſtus nõ tribuit poteſtatem ſoli Petro, ſed
omnibus Apoſtolis,ſed Petro tãquam capiti, quia ſibi ſpeci
fice dixit, paſce oues meas.Omnibus autem Apoſtolis dixit
accipite Spiritum ſanctum , & quorum remiſeritis peccata
remittuntur eis,& c.quæ verba habentur in euangelio, & vi
de bo.tex.19.diſ. ita dominus,& 21.diſt.in nouo.Vnde quem-
admodum non potuiſſet Petrus aliquem remouere ſine cã
ab apoſtolatu ſuo,ita nec Papa aliquem epiſcopum: manet
enim ſententia Petri,dum Papa recte iudicat ; & clauis non
errat.24.q.3.c.manet.no.Hoſt.in c.quanto, de transla.præl.
27 vbi dicit,quod Papa † poteſt omnia claue nõ errante, & In-
no.in c.quanto,ſ.de iureiur.vbi dicit,quod Papa poteſt abſol
uere a iuramento præcedente claue diſcretionis.& ad præ-
dictam concluſionem do.Abb.allegat glo.no.x. diſt.c.j.quæ
dicit,quod Papa non poteſt ſine cauſa inuito diœceſano di-
uidere vnum epiſcopatum in duos,allegat bo.tex.in c.mul-
tis.16.q.j.ergo multo minus poteſt eum remouere ſine cau-
ſa,quia grauius eſt epiſcopo,quod remoueatur in totum, ꝗ
epiſcopatus diuidatur in duos,& iſtam opi. ſequitur Io. An.
in regula,quod ob gratiam,lib.vj.in mercu.vbi tractat, num-
quid Papa poſſit transferre epiſcopum inuitum de uno epi-
ſcopatu ad aliam dignitatem.Et concludit , quod omni ceſ-
ſante cauſa non poteſt , quia in diſſolutione coniugii ſpiri-
tualis requiritur conſenſus ſponſi,ſecus ſi ſubeſſet cauſa pu
blicam vtilitatem concernens , licet epiſcopus non eſſet in
culpa . Exemplum , ſi populus perſequitur epiſcopum ſine
cauſa iuſta & magis quotidie dureſcit cor hominum . nam
propter uitandum ſcandalum, Papa poteſt compellere ip-
ſum ad cedendum dato ſibi bono cambio,vt notanter dicit
Inn.in c.niſi,cum pridem.de renun.& dicit dom.Abb. quod
hoc modo poteſt intelligi glo.in d.ca per principalem, dum
dicit , quod Papa poteſt remouere vnum epiſcopum ſine
cauſa.nam debet intelligi de cauſa ſurgente ex facto,ſeu cul
pa epiſcopi:cauſa tamẽ bene requiritur,ut ſupradictum eſt .
Simile, imperator non poteſt priuare ſubditum re ſua ſine
cauſa,ſed bene ſubſiſtente iuſta cauſa,ut not.Inn.& Doct.in
c.quæ in eccleſiarum,de conſti & Bar.& alii in l.fi.C.ſi cõtra
ius,vel uti.pub.nam quilibet propter bonum publicum con
ſeruandum debet ſe ipſum exponere maxime in fauorẽ ani
marum.Et iſtam concluſionem firmat etiam do.Abb.in ca.
conſtitutus,3.col.in princi.j̃.de relig.do.vbi dicit fuiſſe ſtatu
tum in quodam concilio, quod nec Epiſcopi, nec Abbates
poſſint ſine cauſa remoueri.Et hæc ſufficiant.

Commentariorum Alexandri de Neuo in ſecundum
Librum Decretalium

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S.

Omnes ſunt Quaterniones, præter S, Duernionem.



VENETIIS, APVD IVNTAS.